SYNOPSIS
THEOLOGIÆ DOGMATICÆ

AD USUM SEMINARIORUM

AD MENTEM S. THOMÆ ET S. ALPHONSI
HODIERNIS MORIBUS ACCOMMODATA

TOMUS III

N° 663 — III

JÜS PROPRIETATIS AUCTOR

SYNOPSIS THEOLOGIÆ DOGMATICÆ

TOMUS TERTIUS

DE DEO SANCTIFICANTE ET REMUNERATORE

SEU

DE GRATIA^DE SACRAMENTIS ET DE NOVISSIMIS P 1

Auctore Ad. Tanquerey

EDITIO VICESIMA QUARTA

quam recognovit J. B. BORD, doctor in theologia,
olim theologiæ dogmaticæ professor.

Typis Societatis Sancti Joannis Evangelistæ
DESCLÉE ET SOCII
PARISIIS — TORNACI (Belg.) — ROMÆ
1938

Nihil obstat.

Parisiis, die 15 Aprilis 1938.

P. ViGUÉ, Censor deputatus.

Imprimatur.

Parisiis, die 20 Aprilis 1938.

Joannes Cardinal. VERDIER.

Copyright 1929 by DesclÉe & Co., Paris.

PRÆFATIO
IN VICESIMAM PRIMAM EDITIONEM

In hâc editione penitus recognitâ, mens nostra fuit, sicut in praevio volumine, ita dogmata fidei *positivis argumentis* exponere et probare ut, contra Liberalium et Modemistarum asserta, pateat ea, licet decursu temporum *explicitius* declarata, minime tamen adulterata aut immutata esse, sed " in eodem sensu eademque sententia " profecisse; — eaque secundum *philosophiam scholasticam* ita expolire, duce præsertim *Angelico Doctore,* ut eorum convenientia et cum rectâ ratione concordia animis recte dispositis appareat; quapropter *quœstiones proprie theologicas* ampliori modo declaravimus, eas præcipue quibus ipsa dogmata clarius elucidantur.

Inter quæstiones quas speciatim recognovimus, recensere liceat *gratiæ actualis naturam* et *necessitatem, specialem inhabitationem SS. Trinitatis in animâ justi, virtutes cum gratia infusas, Sacramentorum divinam institutionem, modum quo gratiam operantur, philosophicas quœstiones de transsubstantiatione et essentiâ sacrificii missœ, biblicam doctrinam de cœlo et inferno, necnon communionem sanctorum.*

Quâ in re cooperatores habuimus nonnullos theologiae professores qui vivâ voce et scriptis auxilium haud mediocre nobis benigne praestiterunt, quales sunt *V. Arondel, f.-B. Bord, F. Cimetier, F. Galtier, L. Hebert* (pie defunctus), *A. Vernele, P. Vigué :* quibus gratias agere non minus æquum quam jucundum.

In seminario Aquensi, die 6a Januarii 1929, in festo Epiphaniæ D. N. Jesu Christi.

Ad. Tanquerey.

IN VICESIMAM QUARTAM EDITIONEM

In hac nova editione, benevolus lector inveniet quædam rectius emendata; alia vero perfectius proposita, præsertim in tractatibus De *Gratia,* de *Sacramentis,* de *Eucharistia :* v. g. nn. 61-66, 94, 98, 178, 418, 450, 1070, 1084, etc; multos libros aut articulos novos suo loco allegatos. Hæc omnia attente peregimus, ut catholica doctrina et mens S. Thomæ clarius effulgeant in studiosis clericorum animis.

Die 19 Martii 1938, in festo S. Joseph.

J. B. Bord, V. Arondel, F. ClMETIER.

PRÆCIPUA SIGLA

	=	*Dictionnaire PApologétique du* P. d'Alès.
D. B.	=	Denzinger-BannWART, *Enchiridion symbolorum...*
	=	*Did. do Théologie Catholique* (Vacant, Mangenot, Amann).
	=	JOURNBL (Rouet DE), *Enchiridion patristicum.*
	=	*Raw Apologétique.*
R. B.	=	*Raw biblique internationale.*
	=	*Revue du Clergéfrançais.*
R. S. R.	=	*Recherches de Science religieuse.*

ELENCHUS PRÆCIPUORUM AUCTORUM ALLEGATORUM

INITIO CUIUSQUE TRACTATUS INVENITUR.

PRÆFATIO

Seminarii Baltimorensis Alumnis.

Synopsim theologice dogmatisez fundamentalis vobis scribens, dilectissimi in Christo discipuli, præ oculis habui hæc Magistri verba : " Ideo omnis Scriba doctus in regno caelorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo *nova et vetera* " ». Doctrina nempe Christiana, a Deo ipso revelata et ab Ecclesia catholica fideliter custodita, substantialiter mutari nequit, sed, sicut ipsa veritas, eadem semper manet ; ideoque Christianus apologeta ex operibus antiquorum Patrum et theologorum, contra modernos etiam Incredulos, arma depromere debet.

Attamen veritas, licet in se immota, novis argumentis proponi et illustrari potest; cum enim sit universalis simul et aeterna, omnium aetatum mentibus accommodari valet, et cum novis adversariorum impugnationibus quotidie sit obnoxia, novis pariter fulciri debet probationibus, quibus difficultates recenter propositae efficacius elidi queant Mihi igitur in animo fuit *recentiores Rationalistarum Protestantiumque errores ex ipsorum libris detegere^ exponere et confutare*

Et sane, cum eorum opera legebam, cito intellexi multa ex eorum argumentis, saepe jam confutata, sub nova forma recocta fuisse, paucis tantum additis; saepe igitur probationibus ab antiquis Patribus et theologis usus sum, ea tantum addens, ex recentiorum Apologetarum operibus, quæ ad nova adversariorum sophismata explodenda necessaria videbantur. Nonnulla pariter ex industria omisi, quæ, saeculis elapsis utilia, nostra aetate, propter mutatas circumstantias, otiosa jam evaserunt, ut sic quaestiones quæ hodie agitantur fusiori calamo exponere possem : *nova* igitur et *vetera* in hac Synopsi invenietis.

Brevitati tamen simul ac *perspicuitati* consulo, lectores sæpe remittens ad libros antiquos recentesve, ubi multa invenient utilia sive ad adversarios confutandos, sive ad fideles erudiendos : ipsorum igitur erit, pro data sibi opportunitate, res majoris momenti profundius investigare et penitius expendere : experientia enim constat eos tantum vere proficere qui, duce magistro, proprio et indefesso labore, studio incumbunt

Ad mentem S. Thonue Aquinatis scribo : Angelicus enim Doctor, tum in *Summa contra Gentiles,* tum in opusculo *Contra errores Grcecorum,* viam aperuit in qua, pro tenuitate mea, incedere statui; operibus tamen hodiernis utor quæ ipse, si adhuc superstes, adhibuisset Inter recentes auctores qui maximo auxilio mihi fuerunt, speciatim *Lud. Brugère* commemorare debeo quem ut magistrum habui et ducem libenter agnosco.

Neque hic prætermittere possum nomina eorum qui consiliis et notis sæpe me adjuvarunt, ut P. Dissez, J. Bruneau et H. Ayrinhac : quibus omnibus gratum offero animum.

Si quid autem erronei vel minus recti in hasce paginas præter intentionem, irrepserit, illud pro non scripto habebunt benigni lectores. Valete.

Baltimoræ, die festo Annuntiationis, 1896.

INDEX RERUM

De Gratia

Historicus profectus theologicæ doctrinæ . . . i
Excerpta e canonibus concili Arausicani II . . 5
Tridentini concilii decreta et canones . . 7
Propositiones Jansenii damnatæ 19
Objectum, excellentia, utilitas Tractatus . . .20

Prolegomena : Gratiæ notio, divisiones 23
Errores circa gratiam. . . . - 27

CAPUT I. De gratia habituali..... 34

Art. I. De justificatione qua gratia infunditur . 35
§ I. *De natura justificationis* . . . . -36
Justificatio consistit in infusione gratiæ sanctificantis qua peccata vere delentur.....38
De connexione inter peccatorum remissionem et gratiæ infusionem.....48
Effectus formales justificationis . . . -50
Corollaria de justificatione. . . -52
§ II. *Dispositiones adjustificationem requisitae* .. . 53
i° Sola fides non sufficit.....54
20 Fides ad justificationem requisita non est fiducia . 58
30 Theologicæ elucidationes de dispositionibus ad justificationem requisitis — — — — — — 60
§ III. *Proprietates gratiae justificantis* 62
Hujus gratiæ incertitude.....62
Ejusdem gratiæ inæqualitas . .64
Ejus amissibilitas.....65

Art. II. De intima natura gratiæ habitualis . . 66
§ I. *De gratia increata seu de inhabitatione SS. Trinitatis in anima justi* 67
Existentia hujus inhabitationis.....67
Modus ejusdem — — — — — — — 69
§ II. *De gratia creata* — — — — — — — 74
i° De *gratia habituali :* ejus definitio. . . . 75
Connexio inter gratiam et filiationem adoptivam . 80
Relatio inter gratiam et animam . . - .81

2° De *virtutibus infusis* gratiæ adnexis . . . 83
Notio ac species virtutum infusarum . . . 83
Existentia virtutum infusarum . . . 85
Augmentum et amissio virtutum infusarum . . 89
Discrimen inter gratiam et virtutes. . . -93
30 De *donis Spiritus Sancti* . . . . -95
Distinctio donorum a virtutibus 98
De *gratiis gratis datis*.....98
Conclusio de vita Christiana supernatural! . . 99
Conclusio apologetica de ordine supematurali. . 100

CAPUT II. De gratia actuali 102

Art. I. De natura et speciebus gratiæ actualis 103

§ I. *De natura gratia actualis* 103

Notio et effectus formales 103
Controversia de intima ejus natura . 107

§ II. *De variis spectibus gratia actualis.* . 109

Art. II. De gratiæ actualis necessitate

§ I. *Necessitas ad opera supernaturalia* .

Quoad opera quae *justificationem pracedunt* 113
Ad omnes actus salutares
Etiam ad initium fidei 123
Quoad opera quae *justificationem sequuntur.* . 126
Quoad actus salutares in genere
Quoad perseverantiam diuturnam . . 128
Quoad perseverantiam finalem 13°
Ad perseverandum sine peccato veniali . 133

§ II. *Necessitas gratia ad opera naturalia* *35

Quid homo *valeat* sine *gratia habituali*
Sine gratia **fidei**..... 139
Sine gratia **actuali**.....
Quid homo *non valeat* sine auxilio gratiæ . 143
Quoad legem naturalem integre servandam 143
Quoad amorem **Dei**..... 149

Art. III. De dispensatione gratiæ actualis.

§ I. *De gratuitate gratia*

§ II. *De dispensatione gratia*

Quoad **justos**.....
Quoad **peccatores**.....
Quoad infideles adultos . . 161
Quoad parvulos sine baptismo morientes . . 166

Art. IV. De efficacia gratiæ actualis. . 168

§ I. *Protestantium et Jansenistarum errores confutantur.* 169

Datur gratia vere et mere sufficiens 170
Datur gratia vere efficax et non necessitans . .172
§ II. *Theologorum systemata de gratia sufficienti et efficaci* 176
i° Molinismus et Congruismus.....178
20 Thomismus et Augustinianismus 180
30 Systema sorbonico-alphonsianum . . . 183
Conclusio.....184
CAPUT III. De Merito.....185
Art. I. De natura et conditionibus meriti. . -185
De natura : notio et species.....185
De conditionibus ex parte operantis 187
ex parte operis 189
ex parte Dei.....192
Art. II. De existentia meriti.....195
Art. III. De objecto meriti.....199
Objectum meriti *de condigno* . . . . -199
Objectum meriti *de congruo*.....203
Conclusio totius Tractatus. 204

De Sacramentis in genere

Historicus profectus theologicæ doctrinæ . . 206
Documenta ecclesiastica — — — — ' 208
Objectum, præstantia, utilitas, divisio Tractatus ' 212

CAPUT I. De natura sacramentorum ' 215
I. Notio sacramentorum — — — — ' 215
II. Eorumdem convenientia ' 218

CAPUT II. De existentia sacramentorum ' 220
Art. I. De sacramentis ante Christum. ' 220
Art. II. De sacramentis Christianis ' 225
§ I. *De septenario sacramentorum numero* ' 225
§ II. *De ordine inter septem sacramenta* ' 236

CAPUT III. De auctore sacramentorum. ' 239
Art. I. De Deo principali auctore ' 239
Art. II. De Christo sacramentorum auctore ' 240
Factum institutionis..... ' 241
Modus institutionis . . . : . ' 242

CAP. IV. De materia et forma sacramentorum ' 248
Art. I. Notio et existentia..... ' 248

Art. II. Regulæ morales de usu materiæ et formæ . 251
De mutationibus vitandis.....' . 251
De unione materiæ et formæ.....254
De sacramentorum iteratione.....25^

CAPUT V. De sacramentorum efficacia . . . 257

Art. I. De gratia per sacramenta collata . . . 257
§ I. *U'trum et quomodo producaturî* 257
i° *Doctrina catholica.* 259
2° *Systemata theologica*.....263
Causalitas moralis.....264
Causalitas physica.....2^5
Causalitas dispositiva intentionalis. . . .266
§11. *Qualitas gratia per sacramenta collates* . . .267
Gratia sanctificans..... 267
Gratia sacramentalis..... 269
§ III. *Quantitas gratia collate* — — — 270
§ IV. *Reviviscentia gratia, per obicem impedite* . .272
Art. II. De charactere sacramentali 275
i° Ejus existentia.....276
20 Ejus natura..... . .280
30 Ejus dotes..... 281

CAPUT VI. De ministro sacramentorum . 284

Art. I. De requisitis in ministro.....284
r° *Fides* et *status gratia* non requiruntur ad *validitatem*..... 285
Status gratiæ requiritur ad *licitam* administrationem ex officio.....289
20 *Intentio* in ministro requisita debet esse *interna* . 293
Saltem *virtualis, absoluta aquivalens, determinata* . 296
30 *Attentio* requisita ad validitatem, ad liceitatem . 298

Art. II. De obligationibus ministri 298
i° Obligatio *dignis* sacramenta *ministrandi.* . .298
20 Obligatio *indignis ea denegandi* 301
30 De ceremoniis sacramentorum — — — — 305

CAPUT VII. De subjecto sacramentorum . . 306

Art. I. Conditiones requisitæ ad ea suscipienda . 306

Art. II. De susceptione a ministris indignis . . 309

Appendix de Sacramentalibus . . . . ,r~

De Baptismo

Documenta ecclesiastica.....314
Prævia de baptismo..... .317

CAPUT I. De institutione baptismi a Christo . 320

Art. I. Ipsa institutio..... . 320

Art. II. De materia et forma — — — — — 325
Materia remota et proxima..... 325
Forma baptismi..... 333

CAPUT II. De effectibus baptismi — — — — 338

§ I. *De charactere* — — — — — — — 338
§ IL *De gratia sacramentali.* — — — — — 34°

CAPUT III. De ministro..... 345

§ I. *De ministro baptismi solemnis* . . . 345
§ II. *De ministro baptismi privati.* — — — - 347

CAPUT IV. De subjecto baptismi . 35°

Art. I. De necessitate baptismi..... 351
§ I. *De necessitate baptismi aqua* . . · 35r
§ II. *De mediis quibus suppletur* — — — — — 358

Art. IL Regulæ practicæ de baptismo recipiendo . 363
De adultis baptizandis.....363
De infantibus catholicorum.....367
De infantibus acatholicorum.....37°
De iteratione baptismi.....371

CAPUT V. De baptismi ceremoniis — — — — 373

De patrinis.....373
De tempore et loco baptizandi.....376
De collati baptismi adnotatione et probatione . -377
De proprie dictis ceremoniis — — — · 378
Obligatio eas accurate servandi — — — · 380
Corollarium pietatis — — — — — 381

De Confirmatione

Documenta Ecclesiæ 384
Art. I. Existentia hujus sacramenti 386
Art. II. De materia et forma 391
Art. III. De effectibus 398
De charactere 398
De gratia sacramentali 399
Art. IV. De ministro 402
Art. V. De subjecto 406
Art. VI. De ceremoniis 409

De Eucharistia

Auctores consulendi 413
Decreta et Canones 415
Prolegomena 429
Objectum, praestantia, utilitas Tractatus . . . 429
Praevia thesis apologetica de institutione eucharistiae a Christo 434

CAPUT I. De mysterio præsentiæ realis.

Art. I. De veritate realis præsentiæ Christi . . . 440
Errores contrarii 440
Thesis catholica probatur Scriptura 443
» » » Traditione. . . . 458
» » suadetur argumentis convenientiae 472
Art. II. De modo præsentiæ realis seu de transsubstantiations 475
§ I. *De notione et existentia transsubstantiationis* . 475
Notio transsubstantiationis 476
Thesis catholica de transsubstantiatione . . . 477
Theologica systemata de transsubstantiatione . . 484
Quomodo desinat substantia panis et vini? . . 484
Quomodo Christus fiat præsens in Eucharistia . 485
§ II. *De speciebus manentibus* 487
Species objectivam realitatem servant. . . . 488
Species seu accidentia nulli subjecto inhaerent . 493
Accidentia in seipsis a Deo sustentantur . . 494
§ III. *De statu Christi sub speciebus latentis* . . 495
Doctrina catholica de permanenti praesentia . . 495
Doctrina catholica de integritate corporis Christi. 498
Philosophica declaratio dogmatis. . . . 502
Juxta Cartesianos 502
Juxta Suarez 503

Juxta S. Thomam — — — — — — — 504
§ IV. *De cultu Christo in Eucharistia debito* . . . 512

CAPUT II. De sacrificio missæ.....

Art. I. Notio et existentia sacrificii eucharistici . 517
Notio sacrificii praesertim eucharistici. . . · 517
Existentia sacrificii eucharistici seu missæ . . «523

Art. II. De essentia sacrificii missæ — — — — 533
In quanam actione essentia misses, consistait . . 534
Sub quo formali respectu in consecratione adsit ratio sacrificiit.....537
Systemata physicam et actualem immolationem requirentia.....537
Systemata mysticam immolationem requirentia . 538
Systemata solam oblationem requirentia . . . 540
Corollaria.....544

Art. III. De effectibus sacrificii missæ ' . . . 545
§ I. *Quinam sint* — — — — — — — 545
§ II. *Quomodo producantur* — — — — — — 548
§ III. *Quisnam sit valor hujus sacrificii.* . . . 552

Art. IV. De ministro sacrificii missæ — — — — 555
§ I. *De persona ministri* — — — — — — 555
Quisnam sit minister missæ? — — — . 555
Quænam sunt ejus dispositiones? — — — — 560
Ex parte corporis 560
Ex parte animi.....563
§ II. *De obligationibus ministri* . . . . -567
De obligatione celebrandi.....567
De applicatione fructuum missæ . . . · 570
Regulæ generales.....570
Obligatio ratione stipendii . . . . -572
Obligatio ratione fundationum — — — — 580
Obligatio ratione muneris pastoralis . . .581
De tempore celebrandi missam — — — — — 584

Art. V. De subjecto sacrificii missæ — — — — 587
De vivis.....588
De defunctis — — — — — — — — 589

Art. VI. De liturgicis præceptis. 591
De loco celebrationis.....591
De altari ejusque apparatu. — — — — — 594
De sacris vasis, linteaminibus, vestibus . . . 596
De sacris ritibus.....598

CAPUT III. De sacramento Eucharistiae . 602
Art. I. De existentia et natura ejus . . 602
Existentia sacramenti eucharistiæ . 602
Ejus natura — — — — — — — . 604
Art. II. De materia et forma — — — — . 606
§ I. *De materia*..... . 606
De pane..... . 607
De vino eucharistico.....
De conditionibus in utraque materia requisitis .
§ IL *Deforma sacramenti eucharistico, ubi ei de epiclest* . 616
Art. III. De effectibus sacramenti eucharistiæ. 623
Effectus *generalis* est augmentum gratiæ .
Gratia *sacramentalis* est gratia unitiva cum Christo, — cibans — fratemæ unionis, — jus tribuens ad vitam ætemam . . . . . .
De tempore quo sacramentum operatur 633
Art. IV. De ministro eucharistiæ sacramenti 634
§ I. *De ipso ministro*..... 634
De ministro ordinario..... 634
De ministro extraordinario — — — — 636
§ II. *De regulis a ministro servandis* 637
Art. V. De subjecto communionis — — — —
§ I. *De necessitate hujus sacramenti*
De necessitate medii..... . 642
De necessitate præcepti..... • 645
De communione sub utraque specie . . 646
§ IL *De extensione prcecepti communionis* . 648
De praecepto divino..... . 648
De præcepto ecclesiastico, etiam quoad parvulos
De iis qui recipere prohibentur — — — — • 655
§ III. *De dispositionibus ad communionem requisitis.* • 656
Ex parte animæ..... • 656
Ex parte corporis..... • 659
§ IV. *De dispositionibus adfrequentem communionem* . 664
Conclusio de spirituali communione . 669

De Extrema Unctione

Auctores consulendi..... . 671
Documenta ecclesiastica..... . 672
Art. I. Notio et existentia hujus sacramenti .
Art. II. De essentia hujus sacramenti. . 684
De materia remota et proxima . . 684
De forma. . 688

Art. III. De effectibus 690
De gratia confortante 690
De sanitate corporis 692
De remissione peccati 692
Art. IV. De subjecto 694
Conditiones ad validitatem et liceitatem 694
Necessitas et iteratio 697
Art. V. De ministro 699
Quisnam sit? 699
Quænam ejus officia? 702

De Ordine

Auctores consulendi. 705
Documenta ecclesiastica . 706
Praenotanda de notione ordinis . 709
CAPUT I. De ordine in genere 710
Art. I. Existentia sacramenti Ordinis. . . .711
Ordo est vere sacramentum 711
Numerus et sacramentalitas ordinum 718
Art. II. Essentia hujus sacramenti (materia et forma) 725
Art. III. Effectus 729
Character. . — — — . 730
Gratia — — — — — — 732
Art. IV. Subjectum ordinis . 735
Requisita ad validitatem . 735
Requisita ad liceitatem 737
Art. V. Minister hujus sacramenti 738
Minister ordinarius 738
Minister extraordinarius . 740
Appendix de ordinationibus anglicanis. 741
CAPUT II. De singulis ordinibus in specie . 744
Tonsura praeambulum ad ordines 744
Minores ordines — — — — — — 745
Subdiaconatus et diaconatus 747
Presbyteratus 748
Episcopatus 749

De Deo Remuneratore seu Eschatologia

Profectus doctrinæ . 751
Florentinum decretum 754
Divisio Tractatus 755

CAPUT I. De Novissimis hominis . . . 756
Art. I. De ingressu in alteram vitam . . 756
§ I. *De morte ipsa et de anima separata.* . . 756
§ II. *De judicio particulari* . . . 764
Art. II. De cujusque sorte in altera vita . . 770
§ I. *De coelesti beatitudine* . . . 770
i° De beatitudine essentiali . . . 771
De visione beatifica . . . 771
De amore beatifico . . . 784
De gaudio caelesti . . . 785
De essentia formalis beatitudinis . . . 786
2' De beatitudine accidentali . . . 787
30 De proprietatibus beatitudinis . . 791
§ II. *De Purgatorio* . . . 796
Ejus existentia . . . 797
Natura poenarum . . . 802
Status animarum in Purgatorio . . . 805
§ III. *De Inferno*..... . . 806
Ejus existentia et aeternitas . . . 807
Solvuntur difficultates . . . 817
Natura poenarum . . . 819
Poena **damni**..... . . 819
Poena **sensus**..... . . 821
Gradus poenarum . . . 825
CAPUT II. De novissimis mundi . . . 829
Art. I. De fine mundi . . . 829
Art. II. De resurrectione corporum . . . 831
§ I. *De ipsa resurrectione*
Thesis **catholica**..... 831
Controversia de identitate numerica corporum 839
§ II. *De dotibus corporum resurgentium* . 842
Art. III. De judicio universali 844
Ejus existentia . . . 845
Ejus circumstanti» . . . 847
Conclusio practica Tractatus . 849
Conclusio totius Theologiae dogmaticae seu de Communione Sanctorum.....
Ejus existentia.....
Quinam sint hujus communionis participes? . 856
Quomodo manifestetur? . . . 856

DE GRATIA

Historicus profectus theologicae doctrinae breviter delineatur.

In profectu doctrinae de gratia ac consequenter ipsius Tractatus, septem veluti stadia distingui possunt.

i° **Patres** quatuor priorum saeculorum, nondum exorta hæresi pelagiana, de gratia non diserte disseruerunt, sed obiter tantum, pauca videlicet scribentes de necessitate divini auxilii ad bonum faciendum et salutem consequendam, de natura et incremento justificationis, de necessitate tum fidei tum bonorum operum ad justificationem, de effectibus et amissione gratiae sanctificantis, necnon de bonorum operum indole ac merito; inter quos Clemens Papa, *Ep. I ad Corinthios;* S. Justinus, *Apolog. I; Dialog, cum Tryphone;* S. Irenæus, *Contra Hareses;* Origenes, *De Principiis;* S. Athanasius, *Orat, contra Arianos; Orat, contra Gentes;* S. Cyrillus Hierosolymitanus, *Procatech.; Catech.* III, n. 12; IV, n. 21; XX, n. 6; S. Basilius, *De Spiritu Sancto;* S. Gregorius Nazianz., *Orat.* VII. n. 15; XVIII, n. 13; XXXVII, 13 sq.; XL, n. 45, etc.; S. Hilarius, *In Psalmos;* Victorinus, *In ep. ad Philip.;* S. Ambrosius, *In Psalmos.*

20 *Sac. V,* orta cum Pelagianis controversia, jam integros tractatus de rebus gratiae Patres scripserunt : S. Hieronymus, *Dialogus adversus Pelagianos;* sed praesertim S. Augustinus, qui totam hanc materiam de gratia actuali tam diserte expolivit ut *Doctor gratia* recte nuncupetur, *De peccatorum meritis et remissione libri III, Liber de spiritu et littera, De natura et gratia, De perfectione justitia hominis, De Gestis Pelagii, De gratia Christi et de peccato originali, Libri VI contra Julianum, De gratia et libero arbitrio, De correptione et gratia, De prcedestinatione Sanctorum, De dono perseverantia, Opus imperfectum contra Julianum :* quibus in operibus late disserit de gratiae actualis necessitate sive ad credendum, sive ad agendum, etiam ad initium fidei et boni operis, aut ad perseverandum, de ejus gratuitate speciatim quoad primam gratiam et finalem perseverantiam, de cooperatione voluntatis, de merito et gratuita praedestinatione. — Semipelagianismum autem impugnarunt : S. Prosper Aquitanus, *Epistola dua,* una ad Augustinum, altera ad Rufinum, *Responsiones pro Augustino ad*

capitula objectionum, Liber contra Collatorem (i. e. Cassianum), *Carmen de Ingratis;* Innocentius I, *Responsio ad Episcopos Concilii Carthaginensis, Respons. ad Ep. Cone. Milevitani, Rescriptum ad quinque Episcopos;* Zosimus, *Epistola,* praesertim ea quæ *Tractoria* vocatur. — Sty. *VI,* S. Fulgentius Ruspensis, *De veritate pradestinationis et gratia Dei, contra Semipelagianos et prasertim contra Faustum Rejensem.* — *Sac. VII,* S. Gregorius M., *Moral.,* XVI, XVIII, XXIV, *homil. in Ezechielem,* IX, de Gratia et libero arbitrio.

3° Srr. *IX,* prædestinatianismum confutavit Hincmarus, *De pradestinatione.*

4° *A saculo XII* jam fit *synthesis theologica* doctrinae de gratia; quam inchoant : S. Anselmus, *De concordia prascientia et pradestinationis necnon gratia Dei aim libero arbitrio;* et Petrus Lombardus, in libro II0 *Sententiarum,* ubi asserit gratiam justificantem non distingui a caritate nec a Spiritu Sancto in anima justi habitante. Hanc autem perficiunt B. Albertus Magnus, Alexander Halensis, *Summa theologia,* 3a pars, S. Bonaventura, *In libr. II Sententiarum;* sed praecipue S. Thomas, *Summa theol.,* ia 2X, q. 109 114, et *C. Gentiles,* III, c. 148-164, qui ordinate de gratia actuali, de gratia justificante et de merito disserit, sedulo exponens quid homo possit aut non possit facere sine gratia quoad bonum naturale et supematurale, accurate distinguens gratiam habitualem a caritate et virtutibus infusis, et ostendens remissionem peccati seu justificationem non fieri nisi infusione gratiae. Scotus autem, *In IIm lib. Sententiarum,* in pluribus S. Tbomæ contradicit, asserens gratiam habitualem non distingui realiter a caritate, et peccatum mortale remitti posse de potentia Dei absoluta sine gratia. Exinde duplex erit schola, *Thomistarum* nempe et *Scotistarum :* priori generatim adhaerent *Dominicans,* posteriori autem *Franciscan!* His adjungi debent *Augustinenses,* qui doctrinam S. Augustini propugnant, et aliquando humanam pravitatem exaggerant. — Inter commentatores S. Thomae eminent : J. Capreolus (f 1444), Th. Cajetanus (t 1534), Silvester Ferrariensis (t 1526); Joannes a S. Thoma (f 1644).

50 *A saculo XVI",* contra *Protestantes,* qui, humanae naturæ lapsae totalem corruptionem admittentes, liberum arbitrium negant et forinsecam tantum justificationem per fiduciam profitentur, doctrinam catholicam de libero arbitrio et gratia, de justificationis causa, natura et proprietatibus, necnon de merito ekpolierunt, inter alios : Albertus Pighius (t 1542), *de Gratia et libero arbitrio,* ubi tamen de justificatione non omnino tutam tradit doctrinam; M. Becanus, S. J., cujus *Manuale Controversiarum* soliditate et perspicuitate fulget; Thomas Stapleton (f 1598), *Universa justi-*

ficationis doctrina; Ambrosius Catharinus, O. P. (t 1553), *De perfecta justificatione;* Dominicus Soto, O. P., *De natura et gratia,* ubi decreta Tridentina praeclare exponit; Franciscus Suarez, S. J., (t 1617), qui erudite et fuse scripsit *De divina gratia, De concursu, motione et auxilio Dei, De auxilio Dei efficaci;* Bellarminus, S. J., *Controversia de gratia et libero arbitrio, de justificatione impii,* etc., ubi Scriptura et Traditione Protestantium fallacias refellit; J. Martinez de Ripalda, S. J. (t 1648), qui in opere *De ente supernaturali* subtiliter et profunde de gratia disserit, aliquando tamen contra communes theologorum sententias; Dionysius Petavius, S. J. (t 1652), *De lege et gratia,* ubi *positivis* præsertim argumentis doctrinam catholicam demonstrat.

Baianos et *Jansenistas,* qui semi-protestantismum quemdam propugnant, confutarunt Theologi sæc. XVII et XVIII', lucidius ostendendo discrimen inter *naturale* et *supernaturale,* voluntatem manere liberam sub influxu gratiæ efficacis eique cooperari, dari gratiam mere et vere sufficientem. Inter quos : multi theologi *Societatis Jesu,* quales sunt Joannes Martinonus (t 1662), *Anti-Jansenius,* ubi de variis statibus humanæ naturæ et de gratia dissent; Franciscus Annatus (f 1670), *Informatio de quinque propositionibus ex Jansenii theologia collectis, Opuscula theologica ad gratiam spectantia;* Stephanus Dechamps (t 1701), *Defensio censura facultatis Parisiensis,* in qua liberum arbitrium tuetur contra Jansenianos, *De barest Janseniana ab A. Sede merito proscripta;* — haud pauci *Dominicani,* quorum præcipui sunt *J.* B. Gonet (t 1681), *Clypeus theologia thomistica;* C. R. Billuart, *Cursus theologia universa;* Card. Gotti, *Theologia scholastico-dogmatica;* C. J. Tricassinus, Ord. Cap., qui in multis operibus de *lapsi hominis arbitrio* et de *gratia* explicavit S. Augustini mentem de gratia contra Jansenianorum falsas interpretationes; Isaac Habert, *Theologia gracorum patrum vindicata circa universam materiam gratia libri tres,* 1646; Tournely, *Pralectiones de gratia.*

6° Eodem fere tempore, inter catholicos theologos, exorta est ac magno æstu agitata controversia de modo conciliandi liberum arbitrium cum efficacia gratiæ. *Molinismum* propugnarunt plerique theologi *Societatis Jesu,* præsertim : Ludovicus Molina, *Concordia liberi arbitrii aim gratia donis, divina prascientia, providentia, praedestinatione et reprobatione,* ubi scientiam mediam advocat et efficaciam gratiæ a libero consensu voluntatis humanæ pendere asserit; Leonardus Lessius, *De gratia efficaci, decretis divinis, libertate arbitrii,* etc.; Livinus de Meyer (T. Eleutherius), *Historia controversiarum de divina gratia auxiliis lib. VI;* mitigatum molinismum, nomine congruismi, proposuerunt Suarez et Bellarminus. *Thomismum* autem, quem *Bannezianismum* haud pauci

appellant, exposuerunt ac defenderunt præsertim *Dominicans* et *Carmelite :* Dom. Bannez, *Scholastica commentaria in Summam Angelici Doctoris;* Petrus de Ledesma, *De divina gratia auxiliis;* Thomas de Lemos, *Panoplia gratia;* Didacus Alvarez, *De auxiliis divina gratia;* Goudin, *De Gratia Dei;* Gonet et Billuart; J. Serry (Aug. Le Blanc), *Historia Congreg. de Auxiliis;* Salmanticenses, O. Carm., *De Gratia Dei.* Systema huic affine proposuerunt *Augustiniani,* qui gratiæ efficaciam e delectatione victrice repetebant sensu tamen diverso a Jansenianis : H. Norisius, *Historia pelagiana et diss. de synodo V* acumenica;* J. Laurentius Berti, *De theologicis disciplinis, Augustinianum systema de gratia.* — Ex his omnibus disputationibus, quæ nostris etiam diebus perseverant, clarius evadit quid sit certum et quid libere controvertatur de natura gratiæ efficacis et de modo conciliandi liberum arbitrium cum divina motione.

7° *A saculo XVHP,* contra *Rationalistas* et *Protestantes liberales* qui ordinis supematuralis existentiam et possibilitatem penitus negabant, necesse fuit notiones *naturalis, praternaturalis* et *supernaturalis* lucidius exponere, quid naturæ debitum et indebitum sit accuratius delineare, possibilitatem et existentiam ordinis supematuralis explicite demonstrare, necessitatem gratiæ actualis intra proprios limites coarctare (contra *Traditionalistas),* gratiæ habitualis naturam expendere. Quod præstiterunt, inter alios : Cl. Lud. de Montaigne, S. S. (f 1767), *De gratia Christi Salvatoris;* Lieber mann, *Instit. theologica, de gratia et justificatione;* Wirceburgenses, S. J., *De Gratia;* Perrone, S. J., *De gratia;* Kleutgen, S. J., *Theol.der Vorz.,* t. 2; C. Mazzella, *De gratia Christi;* Palmieri, S. J., *De Deo creante et elevante, De gratia actuali;* Schiffini, S. J., *Tr. de gratia,* Friburgi, 1901; Scheeben, *Handbuch der Katholischen Dogmatik; Die Mysterien des Christentums* 1912; G. Van Noort, *De gratia Christi* 1920; Larousse, S. J., *De gratia divina,* 1902; L. Billot, *De gratia Christi 1923; De virtutibus infusis,* 1905; Pesch, S. J., *Pralectiones, De gratia* 1908; Murray, *De gratia;* Del Prado, O. P., *De gratia et libero arbitrio,* 1907; L. Janssens, O. S. B., *Summa theologica,* t. IX; Card. Lépicier, *De gratia,* 1907; J. Van der Meersch, *Tr. de divina gratia',* 1924; Wagner, *Doctnna de gratia sufficienti,* 1911 ; A. Gaillard, S. S., *Etudes sur Thistoire de la doctrine de ta Grâce depuis S. Augustin,* 1899; Lange, *De Gratia,* Friburgi, 1930.

Quibus addi possunt opera nonnulla in quibus doctrina speculativa de gratia pietati accommodatur : Nieremberg, S. J., *Del aprecio y estima de la divina gracia,* latine redditum *De pretio incestimabili gratiæ;* germanice nostris temporibus accommodatum *Die Herrlichkeiten der gottl. Gnade* 1908, anglice *The Glories of divine grace,* gallice *Le prix de la grace;* Card. Manning, *Internal Mission of the Holy Ghost,* gallice redditum : *La mission du St-Esprit dans les âmes;* Terrien, S. J., *La Grâce et la Gloire,* Paris, 1901; Bellamy, *La vie surnaturelle considérée dans son principe,* 1895; Abbé de Broglie, *Conférences sur la vie surnaturelle,* 1889 sq.; Bainvel, *Nature et Surnaturel;* Froget, *L'habitation du Saint Esprit dans les âmes justes,* 1901 ; Ch. Sauvé, S. S., *Elévations dogmatiques, L'Ange et l'homme intimes;* R. Plus, S. J., *Dieu en nous,* 1925; A. Gardeil, O. P., *La structure de l'âme et l'expérience mystique,* Paris, 1927.

Inter Protestantes l : G. S. Faber, *The Primitive doctrine of Justification,* 1839; *The Primitive doctrine of Regeneration,* 1840; Jas. Buchanan, *The doctrine of Justification,* 1867; A. Ritsçhl, *Die christliche Lehre von der Rechtfertigung und Versbhnung,* Bonn, 1870-74; A. Phelps, *The new Birth, or the Work of the Holy Spirit,* Boston, 1866; Ad. Weber, *Etude sur la Justification par la foi;* F. Lichtenberger, Encyclopédie des Sciences religieuses, Paris, 1877-1882, vocabulis, *Grâce, Justification, Mérite;* C. Hodge, *Systematic theology,* vol. III, 1884; A. Hovey, *Manual of systematic theology,* Philadelphia, 1877, p. 242 sq.; Bovon, *Dogmatique chrétienne,* 2 vol., 1895-1896; H. H. Wendt, *System der christlichen Lehre,* 1906.

Alia opera in decursu Tractatus allegantur.

Excerpta e canonibus C. Arausicani II (529) contra Semipelagianos, a Bonifacio IΓ confirmati'.

Can. 3. Si quis ad invocationem humanam gratiam dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere ut invocetur a nobis, contradicit Isaiæ prophetae vel Apostolo idem dicenti : " Inventus sum a non quærentibus me, palam apparui his qui me non interrogaverunt *{Isa., YXN,* i ; *Rom.,* X, 20.)

Can. 4. Si quis, ut a peccato purgemur, voluntatem nostram Deum exspectare contendit, non autem ut etiam purgari velimus, per Spiritus Sancti infusionem et operationem in nos fieri confitetur, resistit ipsi Spiritui Sancto per Salomonem dicenti " Præparatur voluntas a Domino" *(Prov.,* VIII, 35) et Apostolo salubriter prædicanti " Deus est qui operatur in nobis et velle et perficere pro bona voluntate *(Phil.,* II, 13.)

• Iterum monemus heterodoxos auctores allegari, non ut ab omnibus indiscriminatim legantur, sed ut ii, quibus hodiernos errores confutandi onus incumbit, sciant ex quibus fontibus difficultates adversariorum haurire valeant.

* Denzinger-Bannwart, *Enchiridion,*

Can. 5. Si quis sicut augmentum ita initium fidei ipsumque credulitatis affectum... non per gratiæ donum... sed naturaliter nobis inesse dicit, Apostolicis dogmatibus adversarius approbatur, beato Paulo dicente "Confidimus quia qui coepit in nobis bonum opus, perficiet usque in diem D. N. J. C... "Gratia salvi estis per fidem et hoc non ex vobis : Dei enim donum est... " (jE/Λ., II, 8>)

Can. t. Si quis per naturae vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare, ut expedit, aut eligere sive salutari id est evangelicæ prædicationi consentire posse confirmat absque illuminatione et inspiratione Spiritus Sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo et credendo veritati, haeretico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in Evangelio dicentis " Sine me nihil potestis facere". *(Joan.,* XV, 5.)

Can. 8. Si quis alios misericordia, alios vero per liberum arbitrium, quod in omnibus qui de praevaricatione primi hominis nati sunt, constat esse vitiatum, ad gratiam Baptismi posse venire contendit, a recta fide probatur alienus. Is enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum aut certe ita laesum putat ut tamen quidam valeant sine revelatione Dei mysterium salutis æternæ per semetipsos posse conquirere. Quod quam sit contrarium, ipse Dominus probat...

Can. 9. Divini est muneris cum et recte cogitamus et pedes nostros a falsitate et injustitia continemus; quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum, ut operemur, operatur.

Can. 10. Adjutorium Dei etiam renatis ac sanctis semper est implorandum ut ad finem bonum pervenire vel in bono possint opere perdurare.

Can. ii. Nemo quidquam Domino recte voverit, nisi ab ipso acceperit quod voveret, sicut legitur " quod de manu tua accepimus, damus tibi ".

Can. 12. Tales nos amat Deus quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito.

Can. 13. Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam Baptismi non potest reparari : quod amissum, nisi a quo potuit dari, non potest reddi. [Cfr. *Trident.,* sess. VI, cap. 5, 8.]

Can. 18. Nullis meritis gratiam praevenientibus debetur merces bonis operibus si fiant : sed gratia, quæ non debetur, praecedit ut fiant. [Cfr. *Trident.,* sess. VI, cap. 13.]

Can. 20. Multa Deus facit in homine bona, quæ non facit homo. Nulla vero facit homo bona quæ non Deus præstat ut faciat homo.

Can. 21. Sicut iis qui volentes in lege justificari et a gratia exciderunt, verissime dicit Apostolus " Si ex lege justitia est, ergo Christus gratis mortuus est ", sic et iis qui gratiam, quam commendat et percipit fides Christi, putant esse naturam, verissime

dicitur " Si per naturam justitia est, ergo Christus gratis mortuus est..."

Can. 22. Nemo habet de suo nisi mendacium et peccatum. Si quid autem habet homo veritatis atque justitiæ, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hoc eremo, ut ex eo quasi guttis quibusdam irrorati non deficiamus in via. [Cfr. *Trident.,* sess. VI, cap. 7; *Baii* propos. 25.]

Can. 23. Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando id agunt quod Deo displicet; quando autem id faciunt quod volunt, ut divinæ serviant voluntati, quamvis volentes agant quod agunt, illius tamen voluntas est, a quo et præparatur et jubetur quod volunt.

Can. 24, Ita sunt in vite palmites, ut viti nihil conferant, sed inde accipiant unde vivant : sic quippe vitis est in palmitibus ut vitale alimentum subministret iis, non sumat ab iis...

Ac sic, secundum suprascriptas sanctarum Scripturarum sententias, vel antiquorum Patrum definitiones, hoc Deo propitiante et prædicare debemus et credere, quod per peccatum primi hominis ita inclinatum et attenuatum fuerit liberum arbitrium ut nullus postea aut diligere Deum sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum quod bonum est, possit, nisi eum gratia misericordiæ divinæ prævenerit...

Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus quod, accepta per baptismum gratia omnes baptizati Christo auxiliante et coopérante, quæ ad salutem animæ pertinent, possint et debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere. Aliquos vero ad malum divina potestate prædestinatos esse, non solum non credimus, sed etiam, si sunt qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus. Hoc etiam salubriter profitemur et credimus, quod in omni opere bono nos non incipimus, et postea per Dei misericordiam adjuvamur, sed ipse nobis nullis præcedentibus bonis meritis et finem et amorem sui prius inspirat...

Concilii Tridentini Decreta et Canones.

Sessio VI de Justificatione (1547)[1].

CAP. 1. De naturæ et legis ad justificandos homines imbecillitate.

Primum declarat sancta Synodus, ad justificationis doctrinam probe et sincere intelligendam, oportere ut unusquisque agnoscat

[*] Denz.-Bann., 793-843; A. Theiner, *Arta genuina SS. CEcumenici Concilii Tridentini,* Zagrabiæ, 1874, tom. I, p. 156-381, ubi multa inveniuntur quæ ad tridentinas definitiones recte intelligendas non parum conferunt, etsi quædam asserta emendatione indigeant.

MSKB

et fateatur, quod cum omnes homines in prævaricatione Adæ innocentiam perdidissent, facti immundi, et, ut Apostolus inquit, *natura filii ira*', quemadmodum in decreto de peccato originali exposuit, usque adeo *servi erant peccati* et sub potestate diaboli ac mortis, ut non modo gentes per vim naturae, sed ne Judaei quidem per ipsam etiam litteram legis Moysi, inde liberari aut surgere possent; tametsi in eis *liberum arbitrium minime exstinctum esset, viribus licet attenuatum et inclinatum.*

CAP. 2. De dispensatione et mysterio adventus Christi.

Quo factum est ut cælestis Pater, pater misericordiarum et Deus totius consolationis 3, Christum Jesum, Filium suum, et ante Legem et Legis tempore, multis sanctis Patribus declaratum ac promissum, cum venit beata illa plenitudo temporis, ad homines miserit, ut et Judæos, qui sub Lege erant, redimeret et gentes, quæ non sectabantur justitiam, justitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc proposuit Deus propitiatotem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris; non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi 5.

CAP. 3. Qui per Christum justificantur.

Verum, etsi ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipiunt, sed ii duntaxaζ quibus meritum passionis ejus communicatur. Nam sicut revera homines, *nisi ex semine Ada propagati nascerentur,* non nascerentur injusti, cum *ea propagatione, per ipsum* dum *concipiuntur,* propriam injustitiam contrahant : ita, nisi *in Christo renascerentur,* nunquam justificarentur, cum ea renascenda, per meritum passionis ejus, gratia, qua justi fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus gratias nos semper agere hortatur Patri, " qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine, et eripuit de potestate tenebrarum, transtulitque in regnum Filii dilectionis suæ, *in quo* habemus *redemptionem* et *remissionem peccatorum* " 6.

CAP. 4. Insinuatur descriptio justificationis impii, et modus ejus in statu gratiae.

Quibus verbis justificationis impii descriptio insinuatur, ut sit *translatio ab eo statu,* in quo homo nascitur filius primi Adæ, *in statum gratia* et adoptionis filiorum Dei per secundum Adam

* *Ephes.,* II, 3. — ' *Rom.,* VI, 17. — 3 *II Cor.,* I, 3.
* *Galat.,* IV, 5. — **IJoa.,* II, 2. — 6 *Coloss.,* I, 12-14.

Jesuin Christum, Salvatorem nostrum; quæ quidem translatio, post Evgngelium promulgatum, sine lavacro regenerationis, aut ejus voto fieri non potest, sicut scriptum est : "Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei "x.

CAP. 5. De necessitate praeparationis ad justificationem in adultis, et unde sit.

Declarat præterea ipsius *justificationis exordium in* adultis a Deo per Christum Jesum *proveniente gratia* sumendum esse : hoc est, ab ejus *vocatione,* qua nullis eorum existentibus meritis vocantur; ut, qui per peccata a Deo aversi erant, per ejus *excitantem* atque *adjuvantem gratiam* ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem, eidem gratiæ *libere assentiendo* et *cooperando, disponantur';* ita ut, tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti *illuminationem,* neque homo ipse nihil omnino agat, *inspirationem* illam recipiens, quippe qui illam et abjicere potest, neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit. Unde in sacris litteris cum dicitur, " Convertimini ad me, et ego convertar ad vos " ', libertatis nostræ admonemur; cum respondemus : " Converte nos, Domine, ad te, et convertemur " 3, Dei nos gratia præveniri confitemur.

CAP. 6. Modus praeparationis.

Disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia, et adjuti, *fidem* ex auditu concipientes, libere moventur in Deum, credentes vera esse quæ divinitus revelata et promissa sunt; atque illud in primis, a Deo justificari impium per gratiam ejus per redemptionem, quæ est in Christo Jesu; et dum peccatores se esse intelligentes *a divina justitia timore,* quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in *spem* eri§uhtur, fidentes Deum sibi prppter Christum propitium foré; iliumque, tanquam omnis justitiæ fontem, *diligere incipiunt :* ac propterea moventur adversus peccata per *odium* aliquod et detestationem, hoc est, per eam *panitentiam* quam ante Baptismum agj oportet : denique dum *proponunt* suscipere Baptismum, inchoare novam vitam et servare divina mandata. De hac dispositione scriptum est : "Accedentem ad Deum oportet credere quia est, et quod inquirentibus se remunerator sit "«; et : "Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua"3; et : " Timor Domini expellit peccatum"6; et' : " Pænitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, et accipietis

'*Joan.,* III, 5. — * *Zach.,* I, 3. — 3 *Thren.,* V, 21.
« *Hebr.,* XI, 6. — 3 *Maith., VL,* 2. — 6 *Eccli.,* I, 27.

donum Spiritus Sancti ”‘; et : “ Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, docentes eos servare quæcumque mandavi vobis”’; denique : “ Præparate corda vestra Domino”λ

CAP. 7. Quid sit justificatio impii, et quæ ejus causæ.

Hanc dispositionem seu præparationem justificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed et sanctificatio, et renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ et donorum, unde homo éx injusto fit justus, et ex inimico amicus, ut sit heres secundum spem vitæ æternæ. Hujus justificationis *causa* sunt :*finalis* quidem, gloria Dei et Christi ac vita ætema; *efficiens* vero, misericors Deus, qui gratuito aETiiit/et sanctificat, signans et ungens Spiritu promissionis Sancto, qui est pignus hereditatis nostræ; *meritoria* autem, dilectissimus Unigenitus suus, Dominus noster Jesus Christus, qui, cum essemus inimici, propter nimiam caritatem, qua dilexit nos, sua sanctissima passione in ligno crucis nobis justificationem meruit, et pro nobis Deo Patri satisfecit; *instrumentalis* item, sacramentum Baptismi, quod est sacramentum fidçi sine qua nulli unquam contigit justificatio; demum unica*formalis* causa est justitia DeÇnpn qua ipse, justus est, sed qua nos justos facit, qua videlicet ab eo donati renovamur spiritu mentis nostræ ; et non modo reputamur, sed vere justi nominamur et sumus, justitiam *in nobis recipientes,* unusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis *prout vult,* et secundum *propriam cujusque dispositionem* et cooperationem.

Quamquam enim nemo possit esse justus, nisi cui merita passionis Domini nostri Jesu Christi communicantur, id tamen in hac impii justificatione fit, dum ejusdem sanctissimae passionis merito per Spiritum Sanctum *caritas* Dei diffunditur m cordibus eorum qui justificantur, atque ipsis *inharet,* unde in ipsa justificatione, cum remissione peccatorum, hæc omnia simul infusa accipit homo per Jesum Christum, cui inseritur, *fidem, spem* et *caritatem :* nam. fides, nisi ad eam spes accedat et caritas, neque unit perfecte cum Christo, neque corporis ejus vivum membrum efficit : qua ratione verissime dicitur, “ Fidem sine operibus mortuam et otiosam esse”*; et, ‘‘In Christo Jesu neque circumcisionem aliquid valere, neque præputium, sed fidem, quæ per caritatem operatur”’.

Hanc fidem ante Baptismi sacramentum ex Apostolorum traditione Catechumeni ab Ecclesia petunt, cum petunt fidem, vitam

‹ *Ad.,* II, 38· — ’ 4/α/M., XXVIII, 19 sq. — 3*I Reg.,* VII, 3.
4*Jac.,* II, 20. — 5 *Galat.,* V, 6.

æternam præstantem : quam sine spe et caritate fides præstare non potest. Unde et statim verbum Christi audiunt : ‘‘Si vis in vitam ingredi, serva mandata ”.* *j*

Itaque veram et Christianam justitiam accipientes, eam ceu primam stolam, pro illa quam Adam sua inobedientia sibi et nobis perdidit, per Christum Jesum illis donatam, candidam et immaculatam jubentur statim renati conservare, ut eam perferant ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, et habeant vitam æternam.

CAP. 8. Quomodo intelligatur impium per fidem et gratis justificari.

Cum vero Apostolus dicit ‘‘justificari hominem *fer fidem* et *gratis ”*a, ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ Catholicæ consensus tenuit, et expressit, ut, scilicet *per fidem* ideo justificari dicamur, quia *fides est humana 'salutis initium, fundamenturn* et *radix omnis justificationis;* sine qua impossibile est placere Deo, et ad filiorum ejus consortium pervenire; *gratis* autem justificari ideo dicamur, quia nihil eorum, quæ justificationem præcedunt, sive fides, sive opera, ipsam justificationis gratiam promeretur; “ si enim gratia est, jam non ex operibus : alioquin, ut idem Apostolus inquit, gratia jam non est gratia ”3.

CAP. 9. Contra inanem haereticorum fiduciam.

Quamvis autem necessarium sit credere, neque remitti, neque remissa unquam fuisse peccata, nisi gratis divina misericordia propter Christum : nemini tamen fiduciam et *certitudinem remissionis* peccatorum suorum jactanti, et in ea sola quiescenti, peccata dimitti, vel dimissa esse dicendum est, cum apud hæreticos et schismaticos possit esse, imo nostra tempestate sit, et magna contra Ecclesiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc et ab omni pietate remota fiducia.

Sed neque illud asserendum est oportere eos, qui vere justificati sunt, absque ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuere, se esse justificatos, neminemque a peccatis absolvi ac justificari, nisi eum, qui *certo credat se absolutum* et *justificatum esse,* atque hac *sola* fide absolutionem, et justificationem perfici : quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, deque mortis et resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nam, sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque Sacramentorum efficacia dubitare debet ï sic quilibet, dum seipsum, suamque propriam infirmitatem et indispositionem respicit, de sua gratia formidare et timere potest : cum

l *Maith.,* XIX, 17. — a *Rom.,* III, 24 sq. 3 *Rom.,* XI, 6.

nullus scire valeat certitudinefidei, cui non potest subesse falsum, *se gratiam Dei esse consecutum.*

CAP. 10. De acceptæ justificationis incremento.

Sic ergo justificati, et amici Dei ac domestici facti, euntes de virtute in virtutem, renovantur, ut Apostolus inquit, de die in diem : hoc est, mortificando membra carnis suæ, et exhibendo ea arma justitiæ in sanctificationem, per observationem mandatorum Dei, et Ecclesiæ, *in ipsa justitia per Christi gratiam accepta, coopérante fide bonis operibus, crescunt,* atque *magis justificantur,* sicut scriptum est : "Qui justus est, justificetur adhuc"[1]; et iterum : "Ne verearis usque ad mortem justificari"[2]; et rursus : " Videtis, quoniam ex operibus justificatur homo, et non ex fide tantum "[3]. Hoc vero justitiæ incrementum petit Sancta Ecclesia, cum orat · " Da nobis, Domine, fidei, spei et caritatis augmentum ".

CAP. 11. De observatione mandatorum, deque illius necessitate et possibilitate.

Nemo autem, quantumvis justificatus, liberum se esse *ab observatione mandatorum* putare debet; nemo temeraria illa, et a Patribus sub anathemate prohibita voce uti, *Deipreeeepta* homini *justificato* ad observandum *esse impossibilia.* Nam Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet et facere quod possis, et petere quod non possis, et adjuvat ut possis. Cujus mandata gravia non sunt, cujus jugum suave est, et onus leve. Qui enim sunt filii Dei, Christum diligunt : qui autem diligunt eum, ut ipsemet testatur, servant sermones ejus. Quod utique cum divino auxilio præstare possunt. Licet enim in hac mortali vita, *quantumvis sancti etjusti, in levia* saltem et quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur, *peccata quandoque cadant,* non propterea desinunt esse justi. Nam justorum illa vox est et humilis, et verax : " Dimitte nobis debita nostra" : quo fit, ut justi ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via justitiæ sentire debeant, quo liberati jam a peccato, servi autem facti Deo, sobrie, juste, et pie viventes, proficere possint per Christum Jesum, per quem accessum habuerunt in gratiam istam. Deus namque sua gratia *semeljustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur.*

Itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola heredem esse constitutum, hereditatemque consecuturum, etiamsi Christo non compatiatur, ut et conglorificetur. Nam " et Christus ipse ", ut inquit Apostolus, " cum esset Filius Dei, didicit ex eis, quæ passus est, obedientiam; et consummatus, factus est omnibus

[1] *Apoc.,* XXII, 11. — [2] *Eccli.,* XVIII, 22. — [3] *Jac.,* II, 24.

obtemperantibus sibi causa salutis æternæ "[1]. Propterea Apostolus ipse monet justificatos, dicens : "Nescitis quod ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium; sic currite, ut comprehendatis. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum : sic pugno, non quasi aerem verberans : sed castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar"[3]. Item princeps Apostolorum Petrus : " Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis : hæc enim facientes, non peccabitis aliquando "[3].

Unde constat, eos orthodoxæ religionis doctrinæ adversari, qui dicunt, justum in omni bono opere saltem venialiter peccare, aut, quod intolerabilius est, poenas ætemas mereri : atque etiam eos, qui statuunt in omnibus operibus justos peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitando, et sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc, ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam; cum scriptum sit : "Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem"[4]; et de Moyse dicat Apostolus, quod " respiciebat in remunerationem "[5].

CAP. 12. Prædestinationis temerariam præsumptionem cavendam esse.

Nemo quoque, quamdiu in hac mortalitate vivitur, de arcano divinæ prædestinationis mysterio usque adeo præsumere debet, ut certo statuat, se omnino esse in numero prædestinatorum : quasi verum esset, quod justificatus aut amplius peccare non possit, aut, si peccaverit, certam sibi resipiscentiam promittere debeat. Nam, nisi *ex speciali revelatione, sciri non potest, quos Deus sibi elegerit.*

CAP. 13. De perseverantiæ munere.

Similiter de perseverantiæ munere, de quo scriptum est : "Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit"[6] : quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo qui potens est, eum qui stat, statuere, ut perseveranter stet, et eum qui cadit, restituere : nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur; tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare et reponere omnes debent. Deus enim, nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut coepit opus bonum, ita perficiet, operans velle et perficere.

Verumtamen qui se existimant stare, videant ne cadant; et cum timore ac tremore salutem suam operentur in laboribus, in vigiliis,

[1] *Hebr.,* V, 8-9. — [2] *I Cor.,* IX. 24-27. — [3] *II Petr.,* I, 10.
[4] *Ps.* CXVIII, 112. — [5] *Hebr,* XI, 26. — [6] *Matth.,* XXIV, 13

in eleemosynis, in orationibus et oblationibus, in jejuniis et castitate. Formidare enim debent, scientes quod in spem gloriæ, et nondum in gloriam renati sunt, de pugna quæ superest cum carne, cum mundo, cum diabolo : in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent dicenti : " Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus : si enim secundum carnem vixeritis moriemini ; si autem Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis " '.

CAP. 14. De lapsis et eorum reparatione.

Qui vero ab accepta justificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus justificari poterunt, cum, excitante Deo per Pænitentiæ Sacramentum, merito Christi amissam gratiam recuperare procuraverint. Hic enim justificationis modus est lapsis reparatio : quam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam sancti Patres apte nuncuparunt. Etenim pro iis, qui post Baptismum in peccata labuntur, Christus Jesus sacramentum instituit Pænitentiæ, cum dixit : " Accipite Spiritum Sanctum : quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt "

Unde docendum est Christiani hominis pænitentiam post lapsum mullo aliam esse a baptismali ; eaque contineri non modo cessationem a peccatis, et eorum detestationem, aut cor contritum et humiliatum; verum etiam eorumdem sacramentalem confessionem, saltem in voto, et suo tempore faciendam, et sacerdotalem absolutionem ; itemque satisfactionem per jejunia, eleemosynas, orationes et alia pia spiritualis vitæ exercitia ; non quidem pro pœna ætema, quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto, una cum culpa remittitur; sed pro poena temporali, quæ, ut sacræ Litterae docent, non tota semper, ut in Baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei, quam acceperunt, ingrati Spiritum Sanctum contristaverunt,'et templum Dei violare non sunt veriti. De qua pænitentia scriptum est : " Memor esto unde exciderís : age pænitentiam, et prima opera fac "3; et iterum : " Quæ secundum Deum tristitia est, pænitentiam in salutem stabilem operaturet rursus : "Pænitentiam agite, et facite fructus dignos pænitentiæ " 5.

CAP. 15. Quolibet mortali peccato amitti gratiam, sed non fidem.

Adversus etiam hominum quorumdam callida ingenia, qui per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium, asserendum est : non modo infidelitate, per quam et ipsa fides amitti-

1 *Rom.,* VIII, 12-13. — **Joan.,* XX, 22-23. — 3 4/^·> II> 5.
‹ *II Cor.,* VII, 10. — 5 *Maith.,* III, 2, 8.

tur; sed etiam *quocumque alio mortali peccato,* quamvis *non amittaturfides, acceptamjustificationis gratiam amitti,* divinæ legis doctrinam defendendo, quæ a regno Dei non solum infideles excludit, sed et fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, avaros, ebriosos, maledicos, rapaces ceterosque omnes, qui lethalia committunt peccata; a quibus cum divinæ gratiæ adjumento abstinere possunt, et pro quibus a Christi gratia separantur.

CAP. 16. De fructu justificationis, hoc est, de merito bonorum operum, deque ipsius meriti ratione.

Hac igitur ratione justificatis hominibus, sive acceptam gratiam perpetuo conservaverint, sive amissam recuperaverint, proponenda sunt Apostoli verba : " Abundate in omni opere bono, scientes quod labor vester non est inanis in Domino" x; "non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius"; et : "Nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem " a. Atque ideo bene operantibus usque in finem, et in Deo sperantibus, proponenda est vita ætema, et *tanquam gratia* filiis Dei per Christum Jesum misericorditer promissa, et *tanquam merces* ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus et meritis fideliter reddenda. Hæc est enim illa corona justitiæ, quam post suum certamen et cursum repositam sibi esse aiebat Apostolus, a justo Judice sibi reddendam : non solum autem sibi, sed et omnibus, qui diligunt adventum ejus 3.

Cum enim ille ipse Christus Jesus tanquam caput in membra, et tanquam vitis in palmites, in ipsos justificatos jugiter virtutem influat, quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, et comitatur, et subsequitur, et sine qua nullo pacto Deo grata et meritoria esse possent : nihil ipsis justificatis amplius deesse credendum est, quominus plene illis quidem operibus, quæ in Deo sunt facta, divinæ legi pro hujus vitæ statu satisfecisse, et vitam æternam suo etiam tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam, vere promeruisse censeantur; cum Christus Salvator noster dicat : "Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in ætemum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam " ‹. Ita neque propria nostra justitia, tanquam ex nobis propria statuitur; neque ignoratur aut repudiatur justitia Dei. Quæ enim justitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhærentem justificamur; illa eadem Dei est, quia a Deo nobis infunditur per Christi meritum.

1 *I Cor.,* XV, 58. — ' *Hebr.,* VI, 10 ; X, 35. — 3 *II Tim.f* IV, 8.

Neque vero illud omittendum est, quod licet bonis operibus in sacris Litteris usque adeo tribuatur, ut etiam qui uni ex minimis suis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Christus, eum non esse sua mercede cariturum : et Apostolus testetur, id quod " in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operari in nobis "[1] : absit tamen, ut Christianus homo in se ipso vel confidat, vel glorietur, et non in Domino; cujus tanta est erga omnes homines bonitas, ut eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Et quia in multis offendimus omnes, unusquisque sicut misericordiam et bonitatem, ita severitatem et judicium ante oculos habere debet, neque seipsum aliquis, etiam si nihil sibi conscius fuerit, judicare; quoniam omnis hominum vita non humano judicio examinanda et judicanda est, sed Dei : qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium : et tunc laus erit unicuique a Deo, qui, ut scriptum est, reddet unicuique secundum opera sua.

Post hanc catholicam de justificatione doctrinam, quam nisi quisque fideliter firmiterque receperit, justificari non poterit; placuit sanctæ Synodo hos canones subjungere, ut omnes sciant, non solum quid tenere et sequi, sed etiam quid vitare et fugere debeant.

Can. i. Si quis dixerit, hominem suis operibus, quæ vel per humanæ naturae, vel legis doctrinam fiant, absque divina per Jesum Christum gratia posse justificari coram Deo; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, ad hoc solum divinam gratiam per Christum Jesum dari, ut facilius homo juste vivere, ac vitam æternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed ægre tamen et difficulter possit ; A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, sine praeveniente Spiritus Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio, hominem credere, sperare, diligere aut pœnitere posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum, et excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat ac praeparet, neque posse dissentire, si velit, sed, veluti inanime quoddam, nihil omnino agere, mereque passive se habere ; A. S.

Can. 5. Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum et exstinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, immo titulum sine re, figmentum denique a Satana invectum in Ecclesiam ; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, non esse in potestate hominis, vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona, Deum operari,

[1] ***II*** *Cor.,* IV, 17.

non permissive solum, sed etiam proprie et per se, adeo ut sit proprium ejus opus non minus proditio Judæ, quam vocatio Pauli; A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante justificationem fiunt, quacumque ratione facta sint, vere esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum gravius peccare; A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, gehennae metum, per quem ad miseri cordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel a peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores pejores facere ; A. S.

Can. 9. Si quis dixerit, sola fide impium justificari, ita ut intelligat nihil aliud requiri, quod ad justificationis gratiam consequendam cooperetur, et nulla ex parte necesse esse, eum suæ voluntatis motu præparari atque disponi; A. S.

Can. 10. Si quis dixerit, homines, sine Christi justitia, per quam nobis meruit, justificari, aut per eam ipsam formaliter justos esse; A. S.

Can. 11. Si quis dixerit, homines justificari vel sola imputatione justitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia et caritate, quæ in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur, atque illis inhæreat; aut etiam gratiam, qua justificamur, esse tantum favorem Dei; A. S.'

Can. 12. Si quis dixerit, fidem justificantem nihil aliud esse quam fiduciam divinae misericordiae, peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse, qua justificamur; A. S.

Can. 13. Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum assequendam necessarium esse, ut credat certo, et absque ulla haesitatione propriae infirmitatis et indispositionis, peccata sibi esse remissa; A. S.

Can. 14. Si quis dixerit, hominem a peccatis absolvi ac justificari ex eo quod se absolvi ac justificari certo credat, aut neminem vere esse justificatum, nisi qui credat se esse justificatum, et hac sola fide absolutionem et justificationem perfici; A. S.

Can. 15. Si quis dixerit, hominem renatum et justificatum teneri ex fide ad credendum se certo esse in numero praedestinatorum; A. S.

Can. 16. Si quis magnum illud usque in finem perseverantiae donum se certo habiturum, absoluta et infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali revelatione didicerit; A. S.

Can. 17. Si quis justificationis gratiam nonnisi praedestinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos vero omnes, qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, utpote divina potestate praedestinatos ad malum; A. S.

Can. 18. Si quis dixerit, Dei praecepta homini etiam justificato, et sub gratia constituto, esse ad observandum impossibilia; A. S.

Can. 19. Si quis dixerit, nihil praeceptum esse in Evangelio prater fidem ; cetera esse indifferentia, neque praecepta, neque prohibita, sed libera; aut decem præcêpta nihil pertinere ad Christianos; A. S.

Can. 20. Si quis hominem justificatum, et quantumlibet perfectum, dixerit non teneri ad observantiam mandatorum Dei et Ecclesiae, sed tantum ad credendum; quasi vero Evangelium sit nuda et absoluta promissio vira ætemæ, sine conditione observationis mandatorum; A. S.

Can. 21. Si quis dixerit Christum Jesum a Deo hominibus datum fuisse ut redemptorem, cui fidant ; non etiam ut legislatorem, cui obediant; A. S.

Can. 22. Si quis dixerit, justificatum vel sine speciali auxilio Dei, in accepta justitia perseverare posse, vel cum eo non posse; A. S.

Can. 23. Si quis hominem semel justificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum, qui labitur et peccat, nunquam vere fuisse justificatum; aut contra, posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia; A. S.

Can. 24. Si quis dixerit, justitiam acceptam non conservari, atque etiam augeri coram Deo perbona opera; sed opera ipsa fructus solummodo et signa esse justificationis adeptæ, non autem ipsius augendae causam; A. S.

Can. 25. Si quis in quolibet bono opere justum saltem venialiter peccare dixerit, aut, quod intolerabilius est, mortaliter, atque ideo poenas aeternas mereri; tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem; A. S.

Can. 26. Si quis dixerit, justos non debere pro bonis operibus quae in Deo fuerint facta, exspectare et sperare aeternam retributionem a Deo per ejus misericordiam, et Jesu Christi meritum, si benq agendo et divina mandata custodiendo usque in finem perseveraverint; A. S.

Can. 27. Si quis dixerit, nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis, aut nullo alio, quantumvis gravi, et enormi, praeterquam infidelitatis peccato, semel acceptam gratiam amitti; A. S.

Can. 28. Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul et fidem semper amitti; aut fidem, quæ remanet, non esse veram fidem, licet non sit viva; aut eum, qui fidem sine caritate habet, non esse Christianum; A. S.

Can. 29. Si quis dixerit, eum, qui post Baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere; aut posse quidem, sed sola fide amissam justitiam recuperare sine sacramento Pænitentiæ, prout Sancta, Romana et universalis Ecclesia, a Christo Domino

et ejus Apostolis edocta, hucusque professa est, servavit et docuit; A. S.

Can. 30. Si quis, post acceptam justificationis gratiam, cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam remitti, et reatum pœnæ ætemæ deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exsolvendæ vel in hoc sæculo, vel in futuro in purgatorio, antequam ad regna cælorum aditus patere possit ; A. S.

Can. 31. Si quis dixerit, justificatum peccare, dum intuitu ætemæ mercedis bene operatur; A. S.

Can. 32. Si quis dixerit, hominis justificati bona opera ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati merita, aut, ipsum justificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, et Jesu Christi meritum, cujus vivum membrum est, fiunt, non vere mereri augmentum gratiæ, vitam ætemam, et ipsius vitæ ætemæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum; A. S.

Can. 33. Si quis dixerit, per hanc doctrinam catholicam de justificatione, a sancta Synodo hoc præsenti decreto expressam, aliqua ex parte gloriæ Dei, vel meritis Jesu Christi Domini nostri, derogari, et non potius veritatem fidei nostræ, Dei denique ac Christi Jesu gloriam illustrari; A. S.

Propositiones C. Jansenii excerptæ ex Augustino damnatae ab Innocentio X tamquam hæreticæ (1653) [1]

1. Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus et conantibus, secundum præsentes quas habent vires, sunt impossibilia : deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant.

2. Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.

3. Ad merendum et demerendum in statu naturæ lapsæ, non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione.

4. Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei; et in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.

5. Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus hominibus mortuum esse aut sanguinem fudisse.

Declarata et damnata uti falsa, temeraria, scandalosa, *et intellecta eo sensu ut Christus pro salute dumtaxat pradestinatorum mortuus sit,* impia, blasphema, contumeliosa, divinæ pietati derogans et *hæretica.*

[1] Denz.-Bann., 1092-1096.

Objectum, utilitas et divisio Tractatus.

1. Connexio cum praecedente tractatu. Absoluto *Tr. de Verbo Incarnato,* jam de *Deo Sanctificante* disputandum est : ideo enim Verbum caro factum est ut nos sanctificaret, gratiam pro nobis merendo. Deus potuisset quidem gratiam sanctificantem nobis ex mera bonitate largiri ; sed revera voluit ut, saltem in statu naturæ lapsae, haec daretur propter merita Christi, ut dictum est in *Tr. de Verbo Incarnato.*

Gratia igitur est veluti *fructus Incarnationis,* nobisque confertur ut, *vitæ divines,* cujus plenitudo est in Christo capite, *participes effecti, (Sternam salutem* aliquando consequi valeamus : " Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant"[1]. Quae vita, olim protoparentibus gratuito collata, et per peccatum originale amissa, nobis datur, ob Christi merita, per Spiritum Sanctum, qui nos sanctificat *formaliter* per gratiam et *instrumentaliter* per sacramenta.

Quapropter *Tractatum de Verbo Incarnato* logico ordine sequuntur *Tractatus de Gratia et de Sacramentis* seu *de Deo Sanctificante;* posteaque *de Deo Remuneratore,* ubi describitur gratiae ultima consummatio per gloriam.

2. Excellentia hujus Tractatus desumitur ex ipsa *dignitate objecti :* siquidem gratia, in sua *origine* spectata, est fructus sanguinis Christi, ac proinde tanti valet quanti Deus; in sua *natura,* est quid omnino et *absolute supernatural,* cum sit participatio quaedam divinae naturæ, vi cujus filii Dei nominamur et sumus; in suo *termino,* semen est gloriæ, et gemma pretiosa qua regnum cælorum comparatur[2], thesaurus absconditus omnino emendus[3].

3. Utilitas autem apparet : (a) ex suo nexu cum aliis dogmatibus, nempe cum SS. *Trinitate,* quæ est fons perennis gratiæ; cum *Verbo Incarnato, gratiæ.* causa meritoria; cum *sacramentis,* gratiæ canalibus; cum *visione beatifica* seu gloria, cujus gratia est veluti prælibatio : doctrina igitur de gratia ad intelligentiam ceterorum dogmatum valde confert; (b) ex *practico influxu* hujus doctrinæ in

[1] *Joan.,* X, 10. — [2] *Mailh.,* XIII, 46. — [3] *Maith.,* XIII, 44.

vitam nostram moralem : ex ejus enim expositione melius apparet humanæ naturæ dignitas quæ divinæ naturæ fit particeps nostraque obligatio divine vivendi, Christum et Patrem nostrum cælestem imitando; imbecillitas nostra ad talem vitam ducendum sine indesinente auxilio gratiæ actualis; magnitudo praemii nobis promissi. Exinde sponte nascuntur amoris Dei, humilitatis, fiduciae sensus, quibus perfectiores efficimur atque ad vitam æiemam aptiores.

Difficultatem hujus Tractatus non diffitemur : (a) gratia enim non solum ad ordinem spiritualem spectat, cujus consideratio ardua est homini ad sensibilia prono, sed est realitas undequaque *sufernaturalis,* ac verum mysterium rationem nostram superans; (b) mysterium superbiae nostræ oppositum, quatenus nostram a Deo supremam manifestat dependentiam. — Attamen hujusmodi mysterium aliunde respondet desiderio divinitus infuso Deum approximandi et quamdam similitudinem cum eo acquirendi. Maximi igitur interest e fontibus revelatis ea diligenter inquirere quæ Deo placuit nobis manifestare ad ejus gloriam nostramque utilitatem.

4. Divisio. Post prolegomena de *gratia in genere,* in triplici capite dicemus :

I. *De gratia habituali,* ad quam ceteræ gratiæ tanquam ad finem ordinantur;

II. *De gratia actuali,* quæ est medium ad gratiam habitualem inducendam, conservandam et augendam;

III. *De merito* quod est utriusque fructus, gratiam habitualem auget et jus dat ad gloriam seu vitam æternam.

Quæ divisio melius intelligetur ex sequenti schemate.

Prolegomena. — Gratiæ notio. Gratiæ divisiones. Errores præcipui.

Cap. I. De Gratia habituali seu justificante.
- De justificatione qua gratia infunditur — Natura, dispositiones, proprietates.
- De intima gratiæ natura — Inhabitatio Dei in anima. Gratia creata, virtutes et dona.

Cap. II. De Gratia actuali.
- De ejus natura.
- De ejus necessitate — ad opera supernaturalia. ad opera naturalia.
- De ejus dispensatione.
- De ejus efficacia.

Cap. III. De Merito.
- De ejus natura et conditionibus.
- De ejus existentia.
- De ejus objecto.

PROLEGOMENA
DE GRATIA IN GENERE.

I. Gratiæ notio'

5.i° *Quoad nomen,* gratia, a \o c & *gratis* 2, idem sonat ac gratuitum seu gratis datum; aut a voce *gratum,* designat id quod personam reddit *gratam* seu acceptabilem.

Apud sacros auctores quatuor præsertim significat : (a) *Benevolentiam* seu favorem dantis : " Noe invenit gratiam (i. e., favorem) coram Domino "3; (b) *Gratitudinem,* seu gratum animi sensum pro beneficio accepto : ""Non cesso gratias agens pro vobis"·»; (c) *Qualitatem,* quæ reddit personam *amabilem :* " Diffusa est gratia in labiis tuis "5; ""Fallax gratia, et vana est pulchritudo "6; (d) Rem aliquam *gratis datam* seu donum gratuitum : " Unicuique nostrum data est gratia " 7. Quatuor hujusmodi significationes sic logice connectuntur : ex *benevolentia* procedit *donum;* ex bono accepto consurgit *gratiarum actio; amabilitas* autem est una ex dotibus quæ benevolentiam conciliant.

In præsenti Tractatu, de gratia agimus quatenus est *donum gratuitum.*

6. 2° *Quoad rem,* gratia sumitur sensu *lato* et *stricto.*

(A) Gratia, sensu *lato* et improprie dicto, definitur *quodlibet donum gratis concessum,* et ita creatio, conservatio, immo et liberum arbitrium gratiæ vocari possunt, quia dona sunt gratuita. Olim Pelagiani, et hodie Rationalistæ et Modernistæ quandoque adhibent vocem *gratiam* in hoc sensu, sicque simplices decipiunt8; sed

1 Cf. S. Th., ia 2æ, q. no; Suarez, *De Gratia,* Prolegom. III : Salmant., *De Gratia,* disp. I, c. i : Montagne, *De Gratia,* quæstio procni. : Mazzella, *De Gratia,* n. 4 seq. ; Van der Meersch, n. 2-8, et *D. T. C.,* voce *Grâce:* P. Bonnetain, *Suppi. Diet. Bible,* r-° *Grâce.*

3 Græca vox χάρι idem fere significat, videlicet *favorem* quo quis alium prosequitur ; *beneficium,* quod recipitur ; *gratiarum actionem ; remunerationem* alicujus beneficii; quidquid habet *vim favorem conciliandi.* Cfr. Schleusner, *Lexicon ;* Grimm, *Lexicon graco-latinum,* 1903.

3 *Gen.,* VI, 8. — * *Ephes.,* I, 16. — s *Ps.* XLIV, 3.

6 *Prmr.,* XXXI, 30. — 7 *Ephes.,* IV, 7.

8 Pelagius olim episcopos Synodi Diospolitanæ decepit, dicendo se confiteri gratiam, dum revera nonnisi liberum arbitrium significaret. — Merito autem gratiæ nomine designantur, usu loquendi biblico et ecclesiastico, bona *supernaturaha :* hæc enim sunt per antonomasiam indebita seu gratuita, cum omne

theologi hac voce nonnisi in sensu stricto uti debent, quando *simpliciter* de gratia loquuntur.____

7. (B) Sensu *stnctofgrati^ est donum supernatural creatum intellectuali a Deo concessum in ordine ad vitam atemam.* _

Dicitur : *Donum* et ita convenit cum omnibus donis, etiam naturalibus, quatenus gratia est omnino *gratuita,* a Deo data non intuitu proprii commodi, sed ex mera Dei benevolentia. Hoc verbo indicatur *genus proximum* definitionis; ceteris verbis ostenditur *differentia specifica.*

(b) *Supernaturale,* id est, prorsus indebitum, seu *essentiam, vires* et *exigentias* cujuslibet creaturæ *superans*r, et sic distinguitur a beneficiis mere naturalibus, juxta illud S. Pauli : " Si autem *gratia,* jam *non ex operibus,* alioquin gratia jam non est gratia " 2

(C) *A Deo* concessum; sic indicatur *auctor* seu *causa efficiens principalis* gratiæ, solus nempe Deus, cum ipse solus propriam vitam aliis impertiri valeat. Non excluduntur autem causæ secundariæ, ut sacramenta, sacerdotes.

(d) *Créatures intellectuali* concessum ; ita designatur *subjectum* cui datur gratia, scilicet angelus et homo; ceteræ enim creaturæ, utpote irrationales, non possunt recipere gratiam, quæ est participatio vitæ Dei intellectualis; in homine autem, anima et facultates spirituales sunt immediatum subjectum gratiæ.

(θ) In ordine ad *vitam ceternam;* sic exprimitur *causa finalis* gratiæ, nempe *consecutio finis nostri supernaturalis.* Deus enim, ob immensam bonitatem, ad *finem supernaturalem* seu quamdam *proprice vitee communicationem* nos destinavit : similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est, facie ad faciem, seu eum cognoscemus sicut seipsum cognoscit et amabimus sicut seipsum amat. Gratia nobis datur tamquam *medium,* ad finem noStrum supernaturalem seu ad *salutem* attingendum-: gratia *habitualis* est jam inchoatio vitæ æternæ in nobis; et gratia *actualis* est auxilium cujus

prorsus debitum excludant non solum in operibus, sed etiam in natura fundatum. S. Thom., ɨ* 2æ, q. **ni,** a. i, ad 2.

l *Dt Deo Crtante*n. S48. — 3 *Rom.y* XI, 6.

ope ad gratiam habitualem disponimur vel eam augemus. Utraque *salutaris* dicitur, utpote ad *salutem* ordinata.

8. (C) Notio ac species supernaturalis. Quo melius intelligatur hæc definitio, in memoriam revocamus quæ de supernatural! dicta sunt in *Tr. de Deo Creante,* n. 848-849.

Supernaturale est id quod superat *essentiam, vires, exigentias* et *meritum* alicujus naturae.

Duplex est : *relativum* et *absolutum,* (à) Prius est quod *alicujus* duntaxat, *non totius natura* vires et exigentias superat; ita cognitio infusa est quid supernaturale *relativum* quoad hominem, quia superat ejus vires et exigentias, sed non quoad angelos; vocatur sæpe *praternaturale.*

(b) Supernaturale *absolutum* est id quod superat vires et exigentias *totius natura creata et creabilis,* et subdividitur in supernatural quoad *substantiam* et supernaturale *quoad modum.* 1) Prius est *intrinsece* seu *entitative* supernaturale, proindeque est aliquid *divinum* seu *participatio quadam divinitatis,* cum omne quod non est divinum possit naturaliter convenire alicui creaturæ perfectissimæ. De facto non dantur nisi tres casus supernaturalis absoluti *in se,* nempe *unio hypostatica, gratia* supra, n. 7, definita et *visio beatifica.* In *unione hypostatica,* Deus, nempe secunda persona SS. Trinitatis, *esse suum personale* alicui naturæ humanæ communicat, ita ut unio Verbi cum natura humana sit vere *substantialis (De Verbo Incarn.,* n. 972). Unio autem quæ fit inter Deum et hominem per *gratiam,* non est substantialis, cum persona humana Deo unita suam personalitatem retineat, sed ita intima est ut anima justi sit vere consors seu particeps divinæ naturæ, ut fusius infra exponetur. Gratia igitur est quid supernaturale absolutum. Idem dicendum est de *visione beatifica,* ut infra exponetur. 2) Supernaturale *absolutum quoad modum* est quid *entitative Jiaturale,* sed *modo supernaturali* productum, scilicet miraculum, v. g., resurrectio mortui.

II. Gratiæ divisiones[1].

Multæ sunt divisiones gratiæ; præcipuas referemus.

9. (A) Gratia communiter dividitur in gratiam *increatam* et *creatam* : (a) *Increata* est Deus ipse creaturæ intellectuali sese communicans; (b) *Creata* est donum gratuitum a Deo distinctum, et effectus divini amoris. Utriusque exemplum habetur apud S. Paulum [2] : "Caritas *(gratia*

[1] Cfr. S. Th., i* 2æ, q. ni; Suarez, l. cit, c. 3-6; Montagne, I. cit, art. 4; Mazzella, n. ii sq.; Jungmann, *De Gratia,* ŋ. 9 sq.; E. Hugon, p. 205. — [2] *Rom.,* V, 5.

creata) diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis " *{gratia increata).*

(B) Gratia creata multipliciter dividitur; (a) ratione *cause,* duplex est : i) Gratia *Dei* seu *Conditoris,* ea est quæ conceditur a Deo independenter a meritis Christi : sic, juxta Thomistas, gratia Angelis et Adamo innocenti data, est gratia Dei. 2) Gratia *Christi* seu *Redemptoris* ea est quæ conceditur a Deo propter merita Christir. Revera omnis gratia, in statu præsenti collata, est gratia Christi, quia Christus omnes gratias meruit quæ nobis hodie dispensantur, ut in *Tr. de Verbo Ineam.* (n. 1173) probatum est.

10.(b) Ratione *modi* quo subjectum afficit, est : 1) *externa* quæ *extrinsece* afficit subjectum, ut Christi exempla, evangelii prædicatio, etc; 2) *interna,* quæ subjectum *intrinsece* afficit, sive perficiendo ipsam animæ substantiam, ut gratia habitualis; sive movendo facultates in ordine ad salutem, prout sunt gratiæ actuales. De gratia *interna* hic potissimum agimus.

11.(e) Ratione *finis,* gratia interna iterum subdividitur in : 1) gratiam *gratis datam,* quæ *per se* et *primario* ad *aliorum utilitatem* et *salutem* datur, ut donum miraculorum, prophetiæ variaque charismata a S. Paulo descripta 2 : talis gratia non omnibus datur christianis, sed quibusdam, et potest etiam peccatoribus *concedi,* ut ex facto Balaam videtur 3; 2) gratiam *gratum facientem,* quæ *per se* et *primario* in *propriam* subjecti utilitatem et salutem ordinatur: talis est gratia habitualis, quæ proprie nos gratos Deo facit ; et actualis, quæ est medium ad acquirendam vel augendam gratiam habitualem 4.

1 Cfr. *I Cor.,* XV, 10; *Ephes.,* I, 2, 3, 6; *II Tim.,* I, 9. — *Scotista,* qui putant omnem gratiam ob merita Christi concedi *[De Verbo Incarnato,* n. 1211), vocant gratiam *Christi capitis* eam quæ Adamo innocenti et angelis concessa fuit ; gratiam *Christi Redemptaris* eam quæ hominibus redemptis dispensatur. — Quidam theologi gratiam *Dei* appellant eam quæ vocationem ad fidem præcedit, et infidelibus negativis datur, gratiam autem *Christi* eam quæ a vocatione ad fidem incipit. Sed communior est explicatio supra allata.

2 *I Cor.,* XII, 8-11. — 3 *Num.,* XXII-XXIV.

4 *Ex se* omnis gratia est *gratis data* ex jam expositis; sed usu communi hoc nomen reservatur gratiis in aliorum utilitatem concessis, quia species *minus nobilis* retinere solet nomen *genericum,* dum species *nobilior* aliud nomen sumit ejus naturam lucidius exprimens.

Gratiam gratum facientem *meliorem* esse gratia gratis data constat ex S. Paulo qui, post enumeratas gratias gratis datas, addit : " Æmulamini charismata meliora " 1 posteaque *caritatem* describit, quæ semper cum gratia gratum faciente connectitur. Christus ipse Apostolis dixerat : " Verumtamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subjiciuntur; gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cælis"2. Nec mirum, nam, ut ait S. *Thomas* 3, finis potior est his quæ sunt ad finem ; atqui gratia gratum faciens hominem ordinat immediate ad ultimum finem, dum gratiæ gratis datæ ordinant hominem ad quædam præparatoria finis ultimi, quatenus per miracula homines inducuntur ad hoc quod ultimo fini conjungantur.

12. (C) Ratione *subjecti et effectuum,* gratia gratum faciens duplex est : (a) Gratia *habitualis,* quæ est qualitas supernaturalis, permanenter et intrinsece inhærens animæ, per quam efficimur participes naturæ divinæ : cujus gratiæ possessio vocatur *status gratiæ.* (b) Gratia *actualis, stricte* sumpta, est auxilium quoddam supernaturale et transiens, quo Deus intellectum illustrat et voluntatem adjuvat ad eliciendos actus supernaturales.

Hinc gratia habitualis a gratia actuali differt in eo quod prior est *habitus,* posterior *motio* seu actus ; prior est *permanens,* posterior *transiens;* prior *inhæret substantiel·* animæ, posterior *facultates* solummodo afficit.

III. Errores praecipui circa Gratiam

13. Homines ad Deum finem supernaturalem tendunt duplici principio moti, nempe *auxilio divino* seu *gratia* et *actione propria.* Difficile autem est accurate definire quænam sint partes Dei, quaenam partes nostræ in opere salutari. Quare in duo extrema opposita abierunt hac de re hæretici : alii naturæ et libertati plus æquo faventes, gratiæ juribus plus minusve violatis, vocantur *naturalistæ;* alii ex adverso

' *I Cor.,* XII, 31. — 3 *Luc.,* X, 20. —3 *Summa Theol.,* i» 2 q. m, a. 5.

4 Cf. Suarez, *op. cil.,* Proleg. V; Montagne, qui præ ceteris fuse et accurate de his erroribus disputat *(Migue,* Theol. Curs., t. X, p. 89-642); Billuart, *De Gratia,* Diss. I; Van der Meersch, n. 12-29.

nimîum gratiæ tribuentes, cum detrimento humanae libertatis, in *falsum* seu exaggeratum *supernaturalismum* inciderunt

i° Naturalismus.

14. (A) *Judaizantes*[1], qui, licet ad fidem Christianam conversi, judaismi praejudiciis adhuc imbuti erant, docuerunt opera legis mosaicæ, quamvis in se naturalia, gratiam et justificationem mereri posse. Exinde contenderunt legem mosaicam, etiam post Christum, ad salutem necessariam esse non solum Judæis, sed etiam Gentilibus[2]. In concilio *Hierosolymitano* (50 vel 52) damnati sunt[3] et a S. *Paulo* confutati præsertim in Epistolis ad *Romanos* et *Galatas*.

15. (B) *Pelagiani** ducem habuerunt *Pelagium,* monachum ex Majori Britannia oriundum, qui errores suos Romæ, circa annum 405, disseminare ccepit : praecipui ejus asseclæ fuerunt *Cælestius,* monachus juris peritus, et præsertim *Julianus,* Eclanensis episcopus.

Pelagianismus ortus esse videtur ex duplici tendentia : ex nimia fiducia quam vitæ monasticæ exercitia in non paucis monachis genuerant; et ex voto efficacius liberum arbitrium tuendi contra Manichæorum prædestinatianismum. Pelagius docebat Adamum non fuisse ad statum supernaturalem elevatum nec gratia ornatum; ejus peccatum sibi soli et non posteris nocuisse, ideoque peccatum originale negabat. Quoad statum præsentem, Pelagiani *gratiæ necessitatem negabant,* asserentes liberum arbitrium ad tentationes superandas et mandata servanda plane sufficere; deinde, ad fucum faciendum, gratiam quidem admiserunt, sed *mere externam,* legem scilicet et doctrinam

1 Cf. J. B. Lightfoot, *Dissertations on the Apostolic Age,* 1892, p. 67 sq. ; A. de Boysson, *La Loi et la Foi,* Paris, Blood, 1912, p. 191-213; Tixeront, *Hist, des Dogmes,* I, 165 sq. ; E. Tobac, *Le problème de la Justification,* 1908, p. 20-28.

2 Inter Judæos qui christianismum amplexi sunt, quidam fuerunt qui putarint legem mosaicam adhuc Israelitas ligare ; sed hi in Ecclesia manserunt, nec ut proprie haeretici habiti sunt. — 3 *Act.,* XV.

4 Cfr. Pelagius, *Epist. ad Demetriadem, Libellus fidei ad Innocentium Papam {P. L.,* XXX); Petavius, *Dogmata theologica,* Parisiis 1866, vol. IV, p. 597 sq. ; Norisius, *Historia pelagiana;* Tixeront, *Hist, des dogmes,* II, p. 436-459; P. Batiffol, *Le Catholicisme de S. Augustin,* Ch. VI, VII, VIII.

Christi, vel ejus exempla; tandem, post *Zosimi* decretum (418), agnoverunt quidem *gratiam internam illustrationis bro intellectu,* sed triplici vitio infectam : nam dabatur *juxta merita,* nec proinde gratuita erat, non ad *initium boni operis,* sed tantum ad ejus perfectionem conferebatur, denique *utilis* quidem, sed non necessaria erat. At gratiam internam *pro voluntate* rejiciebant, utpote liberi arbitrii destructivam.

Pelagianas fraudes S. *Augustinus* detexit et feliciter confutavit, proptereaque *Doctorgratiæ* merito fuit appellatus; eisdem pariter S. *Paulinus, S. Hieronymus* et S. *Cyrillus Alexandrinus* strenue restiterunt Damnati sunt Pelagiani in viginti quatuor conciliis particularibus, quorum præcipua sunt *Carthaginensia* duo (412, 418), *Diospolitanum* (415) et *Milevitanum* //(416)[1], ab *Innocentio* Zet *Zosimo* in Epistola *Tractoria* (418); necnon in Cone, cecum. *Ephesino* (431).

16. (C) *Semipelagiani*[2], quibus praeluserunt monachi *Adrumetani* et *Vitalis* diaconus *Carthaginiensis,* et quorum duces praecipui fuerunt *Cassianus,* abbas monasterii S. Victoris Massiliae, *Gennadius* presbyter *Massiliensis,* et *Faustus,* Regiensis episcopus, quasi *dimidiatum* Pelagianismum docuerunt. Agnoscebant quidem peccati originalis existentiam, et debilitatas voluntatis vires, sed simul tenebant : (a) gratiam *secundum merita* nostra dari, licet concordes non essent in explicando quibusnam actibus eam mereri possimus ; quidam tamen, ut Cassianus, existimabant eam interdum dari absque ullis praecedentibus meritis, licet saepius sub merito cadat; alii vero tenebant eam nonnisi propter praecedentia merita conferri; (b) ad *initium fidei,* vel *perseverantiam in fide,* aut *desiderium* opus supernaturale faciendi, gratiam *internam* non esse necessariam, sed solum *ad opera bona perficienda;* sicut enim aegrotus non potest quidem seipsum curare, sed tamen sanitatem desiderare et medicum quaerere, ita homo per peccatum vulneratus salu-

1 Maximi momenti est *C. Mileuitanum* ZZab Innocentio I et Zosimo approbatum, in quo clare definitur catholica doctrina de peccato originali et gratia, D. B., 101-108.

2 Hoc nomine nonnisi· sæc. XVI0 designari coeperunt. — Cfr. Petavius, l. cit., p. 64S; Montagne, *op. cit.,* p. 164; P. Sublet, *Le Semipilagïanismt,* Namur, 1897; Tixeront, *op. tit.,* III, 274-283.

tem desiderare, et media ad eam consequendam per se quærere valet; (c) tandem *perseverantiam in bono* meritis obtineri posse docebant.

S. *Augustinus,* jam senex, istum errorem strenue impugnavit, et cum illo S. *Prosper, S. Fulgentius, S. Casarius Arelatensis;* eumdem errorem damnavit Synodus *Arausicana* //(529), a Bonifacio II sollemniter approbata r.

17.(D) *Sociniani, Unitarii* et Protestantes *liberales* Pelagii errores quoad substantiam renovarunt : licet enim revelationem *lato sensu* admittant, originalis peccati existentiam, Baptismi necessitatem, et gratiæ *interna,* a concursu naturali distinctae, existentiam rejiciunt : hinc conversio seu justificatio, juxta ipsos, nihil aliud est nisi naturalis ad Deum conversio : homo in doctrina Christi instructus, ejusque exemplo roboratus, propriis viribus honestam vitam ducere, finemque suum attingere valet».

A quibus haud multum recedunt *Modernista,* qui, putantes religionem omnem oriri ex *indigentia divini* et *sensu religioso,* omne supernaturale proprie dictum rejiciunt, et nomine gratiae nihil aliud intelligunt nisi influxum quemdam divinum e latebris conscientiae dimanantem, quo versus aliquod divinum impellimur; ideoque gratiam sensu catholico intellectam rejiciunt omnesque revelatas veritates circa gratiam 3.

18. (E) *Rationaliste,* quorum historia in *Syn. theol. Fund.,* n. 58-61, delineatur, id omne rejiciunt quod ratione demonstrari nequit ; homo, inquiunt, ad finem supernaturalem nunquam fuit evectus, nullum originale peccatum incurrit, nulla indiget gratia, sed propriis viribus ea cognoscere

* D. B., 174-201.

1 Ad rem scribit unas ex Unitariorum ducibus : u *Comersio* est vocis græcæ versio, quæ in Novo Testamento significat *reverti.* Cum malam secuti sumus viam, reverti debemus ut bonam sequamur... *Regeneratio* autem est vox qua Sacra Scriptura utitur ad vitam novam significandam, quæ suum principium habet non tantum in Legis divinæ, sed etiam in ejus amoris consideratione... Conversus dicitur qui statuit in corde suo bonum facere, et jam opus incoepit. Homo regeneratus ille est qui habitum bene agendi firmiter tenet ". (J. F·. Clarke*, *Manual of Unit. Belief* p. 42.) — Nec aliter Lichtenberger *, *Encycl. des Sc. religieuses*^ voce *Grâce.*

3 Encycl. *Pascendi*^ D. B., 2077, 2087, 20S8 et passim.

et agere potest, quæ necessaria sunt ad finem suum attingendum; immo doctrina catholica de gratia libertatem et conatus hominum impedit, mysticorum somnia fovet et Deum ipsum arguit auctorem peccatorum ab hominibus commissorum Quem quidem errorem multoties damnarunt SS. Pontifices *Gregorius XVI, Pius IX et Leo XIII,* necnon *Vaticanum* Concilium.

2° Pseudo-Supernaturalismus.

19. (A) *Dualismus,* a *Gnosticis,* et *Manichaeis* advocatus, humanae activitatis et libertatis existentiam in negotio salutis practice negabat : inter homines enim, aiebant, alii a bono principio creati, necessario ad salutem destinantur;alii vero, e malo principio orti, ad infernum ex necessitate tendunt.

(B) Istis erroribus aliquo modo affinis est *prcedesiinatianismus.* Quam hæresim [2]advocarunt *Lucidus,* in Gallia presbyter (sæc. V.), qui damnatus fuit in Conciliis *Arelatensi* et *Lugdunensi* (475); *Gotescalcus,* monachus Orbacensis in Gallia, qui damnatus est in Concilio *Carisiaco* (846). Quos errores partim renovarunt *Albigenses, Waldenses,* posteaque *Wiclefus* (XIV see.) natione Anglus, et *J. Huss* ex Bohemia oriundus, qui in concilio *Constantiensi* damnati sunt.

Hujus erroris haec sunt praecipua capita : (a) Deus homines ad gloriam aut damnationem praedestinat, etiam ante praevisa merita vel demerita, eo sensu quod non vult salutem omnium, sed tantum praedestinatorum, (b) Post peccatum originale nulla remanet vera libertas, scilicet libertas a necessitate; sed Deus ipse agit in nobis et est auctor boni et mali; sicut praedestinatus non potest a gratia excidere, ita reprobus non potest in ea perseverare.

20. (C) *Protestantismi* fautores [3] præcipui fuerunt :

Lutherus, qui Islebii in Thuringia natus (1483), ordinem Eremitarum S. Augustini ingressus est, et, cum ægre ferret munus novas indulgentias prædicandi Dominicanis præ Augustinianis demandatum fuisse, primum quidem indulgentiarum abusum

[1] Ita Wegscheider *, *Institui, theologia,* III, § 152.

[2] Cf. Montagne, *op. cit.,* diss. 4-6, p. 195 sq.

[3] Cf. Montagne, *op. cit.,* diss. 7-8, p. 254 sq.; Alzog, *op. cit.,* § 299 sq.; Schaff, *Creeds of Christendom,* vol. I, p. 203 sq.; vol. II, p. 1 sq.; H. Denifle, *Luther u. Lutherturn,* 1904 sq., gallice redditum *Luther et le Luthéranisme* cura *J. Paquier,* 1910 sq.; Moelher, *La Symbolique,* anglice, *Symbolism,* § i sq.; L. Cristiani, *Luther et le Luthéranisme,* Paris, 1908; J. Paquier, art. *Luther,* in *D. T. C.*

denuntiavit ; deinde vero, cum et ipse maximis anxietatibus circa propriam justificationem et salutem turbaretur, novam justificationis theoriam per *fidem solam* elaboravit, et doctrinam catholicam circa gratiam aliaque plurima dogmata fidei impugnavit. — *Calvinus** qui Novioduni in Gallia natus (1509), lutheranos errores, quibusdam tamen mutatis, in systema reduxit, et eosdem in famoso *Institutionum* libro conscripsit.

Horum errorum circa gratiam summa hæc est :

(a) Circa statum *natura innocentis, Lutherus* docuit gratiam Adamo collatam et donum integritatis esse quid *naturale;* nam, juxta ipsum, gratia consistit in cognitione et amore Dei; atqui tam naturale est homini Deum diligere quam naturale est oculis lumen recipere. Cujus erroris causa fuit ignoratio discriminis inter cognitionem Dei *naturalem* et *supernaturalem.*

(b) Circa statum *natura lapsa,* docuit : 1) peccatum originale in *totali corruptione* facultatum naturalium consistere, ita ut etiam opera quae in ordine civili et sociali tanquam bona existimantur, sint saltem venialia peccata, cum eliciantur sub influxu concupiscentiae1; haec autem peccata justis non imputari, quia eis per fidem applicantur merita Christi; 2) liberum arbitrium non manere, cum voluntas a gratia vel concupiscentia necessario moveatur, sed esse titulum sine re.

(c) *Justificatio,* seu conversio, consistit in extrinseca imputatione meritorum Christi, non autem in interna renovatione; per solam fidem seu per fiduciam obtinetur, qua quis credit sibi non imputari peccata; bona opera sunt inutilia.

(d) Hisce erroribus *Calvinus 3* duos addidit circa praedestinationem, et baptismi necessitatem : 1. Deus absolute et positive prædestinat quosdam ad gloriam, quosdam ad infernum ante praevisa merita aut demerita, et quidem antecedenti voluntate; et omnes fideles credere tenentur se esse prædestinatos, quia gratia semel obtenta est inamissibilis ;

1 Quod comparatione illustrat : quemadmodum ubi primum anima separatur a corpore, nihil aliud remanet nisi turpe ac fcetidum cadaver ; ita anima gratia privata intrinsece et substantialiter corruptio et peccatum esL Potest quidem opera perficere *socialiter* bona, non ita tamen ut Dei approbationem mereantur.

• Cfr. A. Baudrillart, *Calvin, Calvinisme, Calvinistes,* in *Dût. ώ Thiol. (Vac.-Mangenot),* L II, 1377-1423-

2. insuper qui nascuntur ex fidelibus parentibus, salvantur sine baptismo, quia sunt filii Dei et membra Ecclesiæ statim ac geniti sunt.

Lutherum ac Calvinum confutaverunt theologi, inter quos eminent *Cajetanus, Bellarminus, Fr. Salesius, Petavius, Suarez.* Lutherum damnavit *Leo X Papa;* ejus erroribus *C. Tridentinum* catholicam doctrinam opposuit in sess. V et VI '.

(e) Hodierni Protestantes Lutheri et Calvini doctrinas emollire conati sunt, præsertim quoad liberum arbitrium et bona opera ; et, licet justificationi per fidem, nostris etiam diebus, generatim adhaereant, prava tamen consectaria, logice ex hac doctrina fluentia, aperte rejiciunt 2.

21. (D) *Baius,* Lovaniensis professor (f 1589), excogitavit systema, quod *semi-Lutheranismus* vocari posset. Damnatus est a *Pio V* et *Gregorio XIII,* et, post multas tergiversationes, tandem laudabiliter se subjecit. Hæc sunt ejus errorum præcipna capita 3 : (a) dona, quæ vocamus supematuralia, humanæ naturæ erant debita, et sic corruit distinctio inter ordinem naturalen et ordinem supernaturalem; (b) libertas electionis non est penitus exstincta, sed ita debilitata, ut sine gratia, ad nihil valeat nisi ad peccandum; attamen opera nostra, etiam necessaria, dici possunt libera in quantum procedunt ex inclinatione *nobis intrinseca,* absque violentia ab extrinseco illata; (c) essentia justificationis non consistit in aliquo dono infuso, sed in observatione mandatorum; (d) qui agit sine caritate, aut saltem sine fide ex initio caritatis procedente, peccat mortaliter et meretur damnationem, quia talis actus ex concupiscentia procedit, cum inter caritatem et concupiscentiam nullum detur medium.

22. (E) *Cornelius Jansenius,* Episcopus Yprensis, in libro cui titulus *Augustinus,* post ejus mortem edito (1640), Lutheri et Baii errores, modo tamen subtiliori, renovavit' eosdem Abbas *San-Cyranus* et *Quesnellus* in Gallia propugnaverunt 4.

' D. B., 787-843; cfr. supra, p. 7-16.

' Varia Symbola *Lutherana* invenies apud Schaff, *Creeds,* vol. III, p. 1-189; *Calvinistica,* l. cit., 193-704.

3 Fusiorem Baiani erroris descriptionem invenire est apud Montagne, *op. cit.,* diss. IX, p. 279 sq.; X. Le Bachelet, *Baius,* in *Diet, de Thiol. (Vacant),* t. II, 38-11 ï; F. X. Jansen, *Baius et le Baianisme,* 1927. Ipsas Baii propositiones a S. Pio V damnatas lege apud D. B., 1001-1080.

* Cf. Montagne, *op. cit.,* diss. XI, p. 389 sq. ; Alzog, *op. cit.,* § 365 ; J. Paquier, *LeJansénisme,* 1909, p. 121-181 ; J. Carreyre, *D. T. C.,* art. *Jansénisme.*

Istius erroris *radix* fuit falsus conceptus quod privilegia *integritatis* primo homini concessa ipsi erant debita, et quod homo lapsus, eis orbatus, est totaliter corruptus, (a) Exinde infert in statu præsenti voluntatem non esse vere liberam, sed necessario trahi a delectatione *sensibili* seu concupiscentia, vel a delectatione *cœlesti* seu gratia x.

(b) Hinc etiam justi non possunt adimplere omnia praecepta, quia aliquando ipsis deest gratia efficax : gratia autem, quæ sufficiens vocatur, de facto, omnibus attentis circumstantiis, non sufficit.

(e) Ad meritum aut demeritum non requiritur libertas interna, sed sufficit libertas exterior seu immunitas a coactione.

(d) Christus non est mortuus pro omnibus, sed solum pro iis, quibus gratia efficax datur.

Jansenius damnatus est ab *Innocent™ X,* 1653, *Alexandro VII,* 1656, 1664, *Innocentia XII,* 1694, *Clemente XI,* 1705 '.

CAPUT I.

DE GRATIA HABITUALI.

23. De variis nominibus gratiæ habitualis. Gratia habitualis variis nominibus designatur, quæ ejus *naturam* aut *effectus* manifestant

(a) Ex *natura* sua dicitur : 1)*justitia,* quia videlicet est interna dispositio quæ totum hominem ordinat in Deum finem supernaturalem, ideoque nos *justos* facit coram Deo ; 2) gratia *justijicans* aut *sanctijicans,* quia per eam homo *justus* constituitur sensu exposito, — et *sanctus* seu particeps divinæ sanctitatis aut perfectionis.

(b) Ex *effectibus* autem dicitur : *amicitia Dei* quia nos

l *Calestis* delectatio, juxta Jansenium, est supematuralis et indeliberatus boni et recti amor, qui proprie in superiori parte animæ residet, sed quandoque partem sensibilem etiam afficit ; *terrestris* autem delectatio est inordinatus ac indeliberatus creature amor, qui plerumque sensibilis est, quandoque tamen intellectualis.

' D. B., 1092-1096; 1099; 1291-1321; 1350-1451.

Deo intime conjungit, — *caritas,* quatenus Deo nos caros reddit, —*filiatio adoptiva,* cum per eam filii Dei nominemur et simus, non natura sed adoptione, — *inhabitatio Spiritus Sancti,* cum tres divinæ personæ in anima justorum habitent, et hæc habitatio, utpote opus amoris, Spiritui Sancto tribuatur.

Divisio capitis. Gratia habitualis dupliciter considerari potest : i° in *modo quo acquiritur,* seu in actu *justificationis* quo gratia infunditur in animam; 2° in sua *intima natura.* Incipimus quidem a justificatione, tum quia *Tridentinum* de ea explicite agit, veritatem catholicam contra Protestantes definiendo; tum quia intima gratiae natura melius intelligitur post expositam naturam justificationis.

Art. I. De justificatione qua gratia habitualis in animam infunditur.

24. i° Notio. (A) *Quoad nomen. Justificare,* in sacris Litteris, plura significat[1] : (a) alicujus praerogativas approbare seu agnoscere[2]; (b) agendi modum explicare et vindicares; (c) declarare aliquem justum[4]; (d) facere aliquem justum[5] ; quæ quidem duae posteriores significationes frequentiores sunt in Scriptura, et, quando de Deo agitur, in idem reincidunt; nam Deus non potest declarare justum eum qui revera justus non est.

(B) *Quoad rem.* Justificatio *active* sumpta, est *operatio Dei qua hominem justum declarat et facit;* sed *passive* sumpta, est *receptio justitiæ supematuralis seu gratiæ a Deo infusce.* Hæc autem dupliciter fieri potest : primo modo si quis justitia supernaturali carens, sed nullo peccato inquinatus, gratiam habitualem accipit : ita immaculata Virgo primo instanti suæ conceptionis justitiam accepit; secundo modo, quando quis aliquo peccato, originali vel personali inquina-

1 Cf. Newman, *Lectures on the doctrine ofJustification,* lect. III-IV, Primary sense, Secundary senses of the term *justification;* E. Tobac, *of. at.,* p. 115 sq.; F. Prat, *La Théologie de S. Paul,* I, p. 199-201, ed. 1920.

* *Luc.,* VII, 35 : " Et justificata est sapientia ab omnibus filiis suis

3 *Luc.,* X, 29 : " Ille autem volens justificare seipsum "...

4 *Matth.,* XII, 37 : " Ex verbis enim tuis justificaberis"

5 *Apoc.,* XXII, ii : " Qui justus est, justificetur adhuc "

tus, ab illo peccato in statum justitiæ transfertur; ita justificantur Adæ posteri : quando baptizantur, ab originali peccato in statum gratiæ transeunt; si, post baptismum, gravi peccato justitiam amittunt, per justificationem a peccato mortali in statum gratiæ transferuntur.

25. 2° Divisio hujus articuli. Ad exponendam *Tridentini* doctrinam de justificatione, tria exponemus : i° *naturam* justificationis; 2° *dispositiones* ad eam acquirendam, 3° ejus *proprietates.*

§ I. De natura justificationis.

26. Status quæstionis. Ad rem melius intelligendam, duo declarabimus : i° *errores Protestantium; 2° doctrinam Tridentinam.*

i° Errores. Plerique *Novatores* distinctionem instituunt inter *justificationem* et *sanctificationem.* Prior, inquiunt, est *judicialis sententia* qua peccator, fiducia instructus, *declaratur justus,* seu immunis a poena peccato debita; posterior est renovatio quædam totius hominis, qua homo jam justificatus, et ope divina adjutus, paulatim concupiscentiam ac libidines mortificat atque ad praxim sanctitatis accedit. Quia vero putant hominem per peccatum originale fuisse totaliter corruptum, hac de re dupliciter errant docendo : (a) in *justificatione peccata non vere deleri,* sed solummodo tegi, non eradicari, sed operiri propter merita Christi nobis imputata, ita ut non imputentur ad pcenam, licet in'anima remaneant quoad maculam; proindeque justificationem nihil aliud esse nisi forensem declarationem qua justi pronuntiamur, licet intrinsece injusti maneamus[1]; (b) *sanctificationem* ipsam non in vera et intrinseca innovatione sitam esse, saltem in ipso instanti justificationis, sed solum in *extnnseca imputatione meritorum Christi.*

Nonnulli tamen moderni hanc forensem declarationem ac extrinsecam imputationem meritorum Christi rejiciunt, utpote alienam a mente Christi et Apostolorum, docentque peccata vere remitti in justificatione et in animam infundi quamdam justitiam et sanctitatem

[1] Cfr. Calvinus·, *Instil.,* l. III, c. n, § 2, 3, 22; Hodge*, *Syst. theol.,* vol. III, p. 118, 213; Lichtenberger', *op. cil.,* vocabulo *Justification,* ubi varia Protestantium systemata exponuntor.

[2] Ita Liddon ·, *Analysis of Romans,* p. 17-18; Vincent *, *International critical Comment, on Philippians,* 1897, p. 123.

Pauci tandem, viam mediam tenentes, putant justificationem esse meram declarationem qua peccata nostra teguntur, sed sanctificationem esse veram et intrinsecam, licet progressivam, hominis renovationem '.

27. 2° Tridentina doctrina. Juxta Concilium 2, justificatio essentialiter consistit in remissione peccati mortalis et infusione gratiæ : " Non est sola *peccatorum remissio,* sed et *sanctificatio* et *renovatio interioris hominis* per *voluntariam* susceptionem *gratiæ* et *donorum.* Unde homo ex injusto fit *justus,* et ex inimico *amicus,* ut sit *heres* secundum spem vitæ æternæ ".

Postea variæ recensentur justificationis *causa,* ex quibus clarius innotescit ipsa natura gratiæ justificantis: " *Finalis* quidem, gloria Dei et Christi ac vita æterna; *efficiens* vero, misericors Deus, qui gratuito abluit, et sanctificat, signans et ungens Spiritu promissionis Sancto, qui est pignus hereditatis nostræ; *meritoria* autem, dilectissimus Unigenitus suus, Dominus noster Jesus Christus, qui, cum essemus inimici, propter nimiam caritatem, qua dilexit nos, sua sanctissima passione in ligno crucis nobis justificationem meruit, et pro nobis Deo Patri satisfecit; *instrumentons* item, sacramentum Baptismi, quod est sacramentum fidei sine qua nulli unquam contigit justificatio; demum unica *formalis* causa est justitia Dei, non qua ipse justus est, sed qua *nos justos facit,* qua videlicet ab eo donati renovamur spiritu mentis nostræ; et non modo reputamur, sed vere justi nominamur et sumus, justitiam *in nobis recipientes,* unusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis *prout vult,* et secundum *propriam cujusque dispositionem* et cooperationem

Quibus verbis quinque declarantur : (a) *negativum* justificationis elementum, scilicet peccatorum remissio; (b) *positivum* elementum, seu sanctificatio et renovatio vere interna; (C) *medium* ad justificationem consequendam, videlicet susceptio *gratiæ habitualis* et donorum ei adnexorum; (d) *effectus* ejusdem, cum homo justificatus sit justus, Dei amicus et heres; (e) *causæ* justificationis jam citatae.

Ad quam doctrinam probandam, duplex erit thesis : prima de *ipsa natura* justificationis; secunda de ejus *effectibus formalibus.*

[1] Sanday *, *International critic. Commentary on Romans** p. 36.
[1] Sess. VI, cap. 7, D. B.f 799.

28. *Thesis* ***T*** *:* Justificatio consistit in infusione gratiæ sanctificantis intrinsece et permanenter animæ inhærentis, qua peccata vere delentur et anima proxime disponitur ad vitam aeternam r.

De fide est ex *Trident. :* " Si quis dixerit homines justificari vel sola imputatione justitiae Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa *gratia* et caritate, quæ in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur atque *illis inhæreat,* aut etiam gratiam, qua justificamur, esse tantum favorem Dei, A. S."[3]. "Si quis per Jesu Christi gratiam... asserit non tolli totum id quod veram et propriam peccati rationem habet, sed illud dicit tantum radi, aut non imputari, A. S." [3].

Declaratur. Concilium duo declarat : (a) nos justificari non sola extrinseca imputatione meritoçum Christi, sed proprie *per sjatiam,* non transitoriam quidem, sed *inhcerentem* animæ, ideoque *ex se* permanentem, quæ diffunditur per Spiritum Sanctum nosque vere justos et Deo acceptos reddit; (b) per hujusmodi gratiam *omnino tolli quidquid rationem peccati habet,* proindeque maculam et reatum peccati vere deleri. — S. *Thomas*[4] ita ordinat logice quatuor elementa quæ in justificatione concurrunt : i) gratiæ infusionem; 2) motum liberi arbitrii in Deum ad gratiam accipiendam; 3) motum liberi arbitrii in peccatum ad illud detestandum; 4) remissionem culpae. Chronologice autem hæc quatuor simul fiunt

29. Probatur. i° *Scriptura* [5]. (A) In *Vet. Testamento insinuatur* gratiæ infusio et *clare asseritur* vera peccatorum remissio, (a) *Insinuatur gratiæ infusio,* illius nempe gratiæ quæ protoparentibus concessa fuerat *(De Deo Creante,* n. 855), præsertim apud *Prophetas,* in *Psalmis* et libris *sapientialibus :* 1) Deus describitur non tantum ut justus et sanctus in se, sed etiam ut *causa justitiæ* et *salutis* eorum

[*] S. Thom., 1« 2®, q. 113; Bellarm.. *op. rit.,* 1. II, c. 7; Suarez, 1. VI, c. 10; Perrone, n. 480 sq.; Murray, disp. IX, ɳ. 57 sq.; Mazzella, n. 966 sq.; Hurter, n. 185 sq. ; Pesch, n. 325 sq. ; Van Noort, n. 132-138; Lemonnyer et J. Rivière, *D. T. C.,* voce *Justification,* 2043 SQ·

[3] Sess. VI, can. 11, D. B., 821 (703).

[3] Sess. V, can. 5, D. B., 792 (674).

[4] I[a] 2æ, q. 113, a. 8.

[5] Tobac, *Grâce,* in *D. A. (d'Alès),* II, p. 324-343; *Le Problème delà Justification dans St Paul,* 1908; Prat, *op. cit.,* IIs, p. 291-300.

qui legem custodiunt Custodite judicium et facite justitiam quia juxta est salus mea ut veniat et justitia mea ut reveletur " [1]. Pariter in Ps. *Beati immaculati in via* [2] supponitur eum qui legem observat esse justificatum et Deo acceptabilem. 2) Insuper Deus exhibetur ut *pater* populi israelitici et cujusque justi, filiorum suorum curam gerens veluti maternanti) quod quidem supponit quamdam divinam adoptionem. Hæc autem adoptio primum quidem spectat universum populum Israelis, sed etiam et speciatim justos [4]; quare vera familiaritas, quæ inter Adamum innocentem Deumque existebat, instauratur inter Deum et Abraham aliosque sanctos veteris testamenti.

(b) Ibidem *clare asseritur* justificatione animam *vere lavari, mundari, dealbari, innovari,* et *deleri peccata :* " Amplius *lava* me ab iniquitate mea, et a peccato meo *munda* me... *Lavabis* me, et super nivem dealbabor... Omnes iniquitates meas *dele*... Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis " [5].

Quod et Prophetæ variis illustrant *comparationibus :* " Si fuerint peccata vestra ut *coccinum, quasi nix* dealbabuntur "[6]. Deus " projiciet in profundum maris omnia peccata vestra "[7].

Jam vero peccata quæ lavantur, mundantur, delentur, supra nivem dealbantur, et in profundum maris projiciuntur, dici non possunt tantummodo tegi, sed intrinsece remittuntur; quod confirmatur ex eo quod anima lavatur, dealbatur, *cor novum* creatur et spiritus rectus innovatur. Ergo vere delentur peccata per justificationem.

30. *Opponuntur* quidem verba hæc, quæ thesim Protestantium confirmare videntur : " Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum *tecta* sunt peccata. Beatus vir cui *non imputavit* Dominus peccatum "[8].

Resp. Plurimos textus supra attulimus qui peccata omnino tolli diserte asserunt; igitur textus hic ita intelligi debet, ut aliis Scripturæ testimoniis non contradicat. Hoc posito, verus sensus est

' *Isa.,* LVI, i. — * *Ps.* CXVIIir 1 '

3 *Isa.,* I, 4; XXX, 9; XLIII, 6; XLIX, 15; *Os.,* I, 10; XI, *I-, Jereni.,* III, 4, 14, 19, 22; *Malach.,* II, IO.

4 *Saf>.,* II, 16-18; *Eccli.,* XXIII, 1-4. — 5 *Ps. L,* 4, 9, 11, 12.

' *Isa.,* I, 18. — 1 *Mich.,* VII, 19. — 8 *Ps.* XXXI, 1-2.

hic : beati quorum peccata tecta sunt, non solum *oath's hominuin,* sed etiam *oculis Dei :* jamvero peccata non possunt tegi oculis Dei, qui corda scrutatur, nisi realiter deleantur. Quæ quidem interpretatio *contextu* firmatur, nam declaratur in primo versiculo peccata esse vere remissa, " beati, quorum *remissa* sunt iniquitates ", et in secundo nullum dolum, ac proinde nullum peccatum remanere in anima justi : "'beatus vir cui non imputavit peccatum, nec est in spiritu ejus dolus". Quæ quidem interpretatio jam ab ipso *Augustino* prolata fuit, ubi declarat vulnera corporis duobus modis tegi posse, ab ipso vulnerato et a medico : vulneratus tegit ea pallio, non tollit, medicus emplastro et tollit. Ita fit in peccatis : peccator tegit quando dissimulat, Deus tegit quando infusione suæ gratiæ sanat et tollit.

31. (B) *Novo Testamento* lucidius res declaratur. Jam in *Synofticis* hæc doctrina *implicite* continetur, praesertim ubi asseritur *regnum Dei* jam advenisse, in quod peccatores per *pœnitentiam* ingrediuntur, qua *remittuntur peccata,* et justi Deum tanquam *Patrem* invocant, ideoque sunt *filii Dei adoptivi,* cum spe cælum consequendi et *videndi Deum* sicut eum vident Angeli Dei S; atqui hæc omnia supponunt peccatores ita justificari ut non solum tollantur eorum peccata, •sed etiam eis infundatur donum quo filii Dei efficiuntur et ad Deum videndum apti.

32. S. *Paulus explicite* rem declarat tum quoad gratiæ infusionem, tum quoad remissionem peccatorum : (a) quoad *gratiam :* 1) asserendo *caritatem* in animam justorum infundi, qua *filii Dei* ejusque *heredes* efficiuntur Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis... Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus *filii Dei;* si autem filii et *heredes,* heredes quidem Dei, coheredes autem Christi "3. Atqui *càritas Dei,* qua *filii* et *heredes* ejus efficimur, importat infusionem

' *Enarr. ?* in *Ps.* XXXI, 12, *P. L.*\ XXXVI, 266.

* "Ecce regnum Dei intra vos est" *{Luc.,* XVII, 21). — " Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cælorum " *{Maith.,* Ill, 2). — "Quanto magis Pater vester qui in cælis est dabit bona petentibus se!... Pater noster qui es in cælis..." *{Matth.,* VII, n). " Illi vero qui digni habebuntur sæculo illo et resurrectione ex mortuis... æquales enim angelis sunt, et filii sunt Dei, cum sint filii resurrectionis " *{Luc.,* XX, 35-36). — " Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei qui in cælis est" *{Matth.,* XVIII, 10).

V, 5; VIII, 16-17.

doni supernaturalis quo vere intus innovamur, et quo *justi* vere constituimur, ut constat ex his Apostoli verbis Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi : ita et per unius obeditionem justi *constituentur* multi"1. Eodem modo enim constituimur justi per Christum ac constituti sumus peccatores per Adamum ; atqui perAdamum vere et interne constituti sumus peccatores, ut ex græca voce κατεστὰθτ,σαν et l'rotestantium confessione colligitur2; ergo per Christum justi intrinsece constituimur, non autem per solam extrinsecam imputationem meritorum Christi.

2) Explicando hanc immutationem esse veram *regenerationem* et *renovationem* a Spiritu Sancto peractam : " Salvos nos fecit per lavacrum *regenerationis* et *renovationis* Spiritus Sancti, quem *effudit* in nos... ut justificati *gratia* ipsius *heredes* simus secundum spem vitæ æternæ "(λ) Atqui his verbis certo significatur justitiam, qua justi constituimur, esse nobis *intrinsecam* et realem. Siquidem effusione *aliqua realitas* effunditur, renovatione *aliquid novi* tribuitur, regeneratione *nova vita* communicatur. Hæc autem vita est *ordinis"'divini,* cum vocetur *ipsius Sancti Spiritus effusio,* et ea efficiamur *heredes vitæ æternæ.* Ergo justificatione vita supernaturalis seu gratia habitualis vere confertur.

3) Alibi justificatio describitur uti actus, per quem *renovamur in statu primitiva sanctitatis :* " Renovamini spiritu mentis vestræ, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, et sanctitate veritatis"4. Atqui status justitiæ primitivae, juxta ipsos Protestâmes, erat status interioris sanctitatis; ergo sanctitas nobis collata est vere interior.

(b) Quoad *peccatorum remissionem.* Exponit enim justos a Christo redemptos, vere *mortuos* esse *peccato,* ita ut *des-*

l *Pom.,* V, 19.

3 Hæc enim habet H. Alford *{Greek Test.)* in hunc locum : "Multi *facti* sunt peccatores non solum ut tales habiti, vel ut tales imputatione existences. Dicitur etiam : multi *fient* justi non per simplicem imputationem sicut in superiori casu, sed *realiter et aclualiter* fient justi eodem modo quo primi realiter et actualiter facti sunt peccatores ". Idem argumentum exponit Newman, *Led.* F. *on justificat.,* ıρ - ıo6; et postea addit non solum vocabulum *justum* cRTclnistianis ptædicari in Scriptura, sed etiam multoties rem ipsam seu sanctitatem vere justificatis tribui. Quod probat ex *Hebr.,* XIII, 21; *II Cor.,* IV, 4; *Eph.,* I, 4, 6; *Pom.* VIII, 27.

3 *Tit.,* Ill, 5-7. — 4 *Ephes.,* IV, 23.

truatur corpus peccati et *nihil damnationis in justis maneat :* " Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ... Vetus homo noster simul crucifixus est, ut *destruatur corpus peccati...* Nunc vero *liberati a peccato,* servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam ætemam... *Nihil ergo nunc damnationis* est iis qui sunt in Christo Jesu " [1]. Ergo justificatione vere peccata remittuntur, ita ut cum Christo resuscitari jam simus nova creatura [2], a peccato liberati et ad salutem vocati [3].

33. Nec minus clare rem evincit *S. Joannes :* (a) Quoad *peccatorum remissionem;* Christus enim vocatur " Agnus Dei qui *tollit peccatum mundi",** et *"lavit nos a peccatis nostris* in sanguine suo "[5].

(b) Justificationem describit ut *gratiæ infusionem;* eam nempe exhibet tanquam *regenerationem spiritualem,* qua *filii Dei* nominamur et sumus; ut *participationem vitee,* quæ vitæ æternæ est veluti inchoatio, qua Christo intime unimur sicut palmites viti, vi cujus tres divinæ personæ in justo habitant, *divinamque similitudinem animez* imprimunt, nunc absconditam, postea vero manifestandam, quando similes Deo erimus, Eum videntes sicuti est[6].

34. Solvuntur difficultates, (a) *Objiciunt* quidem *Protestantes* vocabulo *justificare* nihil aliud significari nisi aliquem declarari justum.

[1] *Rom.,* V, 18, 20; VI, 6, 22; VIII, 1. —Attente legenti capita V-VIII hujüs'epféfolæ'resclârè"jHtebit.

[3] " Consepuki enim sumus cum illo... ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus ". *(Rom.,* VI, 4). Cfr. *Ephes.,* II, 4-22; IV, 24; *Galat.,* VI, 15, etc.

[3] *Ephes.,* II, 5-8; cfr. *Rom.,* VIII, 9-19; *I Cor.,* XIII, 12; XV, 21-28.

**Joan.,* I, 29. — [5] *Apoc.,* I, 5; cfr. *I Joan.,* I, 7; III, 5.

[6] " Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei ". *(Joan.,* III, 5). " Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam ætemam " (IV, 14). "Si quis diligit me... Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus" (XIV, 23). " Ego sum vitis, vos palmites; qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum " (XV, 5). " Carissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est" *(I Joan.,* III, 2).

Resp. Ex tota doctrina Vet. et N. Testamenti constat peccatorem, per justificationem, vere a peccato liberari nec immundum interne manere, sed in sanguine Christi lavari, ita ut fiat nova creatura, spiritualiter regeneratus, filius Dei adoptivus et heres, divinæ vitæ particeps, templum Dei sanctum. Etiamsi igitur vox *"justifico,* διχαιόω " etymologice significaret *declaro justum,* non exinde sequeretur justificationem nostram esse *meram ac nudam declarationem* quod justi sumus. Deus enim, utpote *omniscient, omnipotens* et infinite *verax,* cujus verba *statim producunt* quidquid significant, non potest aliquem *declarare justum* quin eo ipso eumdem *justum faciat* secus ejus verbum esset inane aut mendax, ejus potentia irrita

(b) Frustra pariter objiciunt *Protestantes* justificationem condemnationi opponi, condemnationem vero non facere, sed declarare aliquem esse reum.

Respondetur enim : condemnatio non facit quidem hominem esse reum, sed, ut justa sit, manifeste supponit eum reum esse. Quando igitur Deus declarat aliquem esse justum, vel supponit eum jam esse justum, vel eum justum facit.

(c) Multoties, inquiunt, justificatio comparatur vesti, qua induimur; v. g. : " Induite novum hominem " Exspoliantes vos veterem hominem et'induentes novum " [3]. Atqui indumentum est aliquid extrinsecum. Ergo justificatio est extrinseca tantum.

Resp. Justificatio comparatur vesti quoad *aliquid,* concedo; quoad *omnia,* nego. Haec enim comparatio adhibetur ad ostendendum sanctitatem nostram non ex nobis, seu ex ipsa natura nostra oriri, sed ex meritis Christi, quæ nobis applicantur, non autem ad probandum justificationem nostram esse tantum extrinsecam, ut clare ex contextu apparet : nam loco cit. *{Ephes.,* IV, 23-32), declaratur nos renovari debere *in spiritu,* seu intrinsece, et omnes actus malos et vitia deponere debere, ut virtutes Christianas amplectamur. Atqui hoc supponit internam et veram renovationem. Confirmatur alio loco S. Pauli ubi loquitur de corpore nostro : " Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem"[4]. Atqui vox "induere" hoc loco certe

[1] Quod argumentum diserte evolvit J. H. Newman *(op. cil.,* p. 78-84); pauca ex ejus verbis referre juvat : " Res miranda! Altera theologiae scholaj de qua locuti sumus (lutherana scilicet), autumat Deum, cum nos justos appellat, significare nos non solum non fuisse, sed et numquam justos futuros. Incredibile sane, aliquid non esse eo quod Deus id esse dicat : sollemne viventis ac infallibilis Dei testimonium aliud esse a re quam testatur; Deum nostræ obedientiæ obsequium accipiendo prohiberi quominus nostram obedientiam acceptabilem reddat, atque gloriam declarandi nos justos, in hoc sitam esse ut nos injustos relinquat". — Nec aliter Sabatier *L'Apôtre Paul,* p. 221-22.

[3] *Ephes.,* IV, 24, — [3] *Coloss.,* III, 9-10. — [4]**I Cor.,* XV, 53.

intelligenda est de intrinseco immortalitatis dono nobis collato. Ergo pariter alius textus " induite novum hominem " de intrinseca gratia nobis collata accipi potest; aliunde contextus id exigit.

(d) *Instant :* dicitur de Christo : " Qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio et redemptio " ». Atqui hæc verba significant justitiam Christi esse nobis imputatam. Ergo.

jResp. Nego minorem : nam, ut ex contextu et locis parallelis colligitur, sensus est Christum esse *causam meritoriam* et *efficientem* et veluti*fontem* justificationis nostræ, non autem extrinsece nobis suam sanctitatem imputare. Sic cum dicitur : Deus fortitudo nostra, illuminatio nostra, etc. ', sensus est Deum nostræ fortitudinis et illuminationis esse fontem, quippe qui fortes et illuminatos nos efficiat.

35. 2° Traditione. (A) *Per tria priora scccula,* Patres, præsertim dum *baptismi effectus* describunt, jam duo asserunt, nempe i)*peccata vere remitti,* 2) christianos *renovari in novitatem Christi,* ita ut sint *christiferi* et *deiferi, regenerari* secundum *imaginem et similitudinem Dei,* filios Dei adoptivos effici, templum Dei, participes Spiritus Sancti; quæ quidem omnia *gratiam* justificationis designant.

Ita *Pseudo-Barnabas* (circa an. 96) scribit3 : "Ubi igitur nos renovavit per *remissionem peccatorum,* effecit ut aliam formam haberemus, *animam nempe puerorum instar,* utpote qui nos reformavit". Hanc autem peccatorum remissionem esse *veram,* non autem *mere imputatam* asserit *S.fustinus* * : "Si peccatorum eum paeniteat, peccatorum a Deo accipit remissionem, sed non, sicut vosmetipsos decipitis et alii quidam in hoc vobis similes qui dicunt, etsi peccatores sint, modo Deum noverint, *non imputare illis Dominum peccatum ".* Juxta S. *Irenaum,* Filius Dei ideo factus est homo ut homo filius Dei adoptivus fieret 5, quare justi regenerantur et renovantur "a vetustate in novitatem Christi"6, Spiritum Dei in se perseverantem habent, ideoque sunt templum Spiritus Sancti, εζ sicut oleaster in fructiferam olivam insertus, per fidem in Spiritum inserti, divinos fructus proferunt?. *Clemens Alex,* mirabiles baptismi effectus describit, quo illuminamur, in filios adoptamur et immortales reddimur; posteaque pergit : " Multis autem modis vocatur illud opus gratia, illuminatio, perfectum et lavacrum : *lavacrum* quidem, per quod *peccata abstergimus; gratia* autem, qua remittuntur pœnæ, quæ peccatis debentur ; *illuminatio* autem per quam sanctam illam et salutarem lucem intuemur, hoc est perquam Deum perspicimus. *Perfectum* autem dicimus, cui nihil deest"*.

36. (B) *A quarto ad undecimum sæc.,* jam magis explicite Patres, praesertim graeci, gratiam justificationis exhibent ut *anunæ instaurationem per Spiritum Sanctum,* ut *divinam similitudinem anima impressam,* qua divinae efficimur consortes naturae, ad dignitatem supra naturam evecti per regenerationem in Spiritu, participes Dei per Spiritum, Deo assimilati et deificati, ideoque a *peccato mundati.*

(a) Inter *Grcecos, S. Basilius* tradit per Spiritum in animas justorum gratiam infundi, qua *omni sorde purgati, illuminantur* et spirituales redduntur : " Et quemadmodum corpora nitida pellucidaque, contacta radio, fiunt et ipsa supra modum splendida, et alium fulgorem ex sese profundunt; ita animæ, quæ-Spiritum ferunt illustranturque a Spiritu, fiunt et ipsæ spirituales et in alios gratiam emittunt "3. S. *Chrysostomus* ostendit quomodo natura nostra, peccati rubigine foedata, per Spiritum denuo conflata, novum et pulchriorem splendorem acquirit 3, *peccatorum remissionem* accipit, *Spiritus participationem,* adoptionem, vitam ætemam*; mirosque baptismi effectus describit, quo reddimur sancti et justi, filii et heredes Dei, fratres et coheredes Christi, membra, templum et organa Spiritus s.

Lucidius etiam describit S. *Cyrillus Alex. divinam similitudinem* nobis per Spiritum impressam : " Spiritus nos ad formam Christi perficit, per sanctificationis videlicet qualitatem : Spiritus enim salvatoris nostri Christi est quasi forma ejus, divinam figurationem in nobis imprimens quodammodo per seipsum"6. Alibi exponit *discrimen inter nostram filiationem adoptivam* et*filiationem Christi per naturam :* " Igitur ascendimus ad supematuralem dignitatem per Christum ; non autem erimus filii Dei sicut ille, absque discrimine, sed per gratiam qua illum imitamur : est enim Filius ex Patre existens genuinus, nos vero adoptivi ex benignitate, accipientes tanquam gratiam hoc : *Ego dixi : dii estis et filii Excelsi omnes " 'I.*

I Cor., I, 30. — » A. XVII, 2; XXVI, 1; LXX, 5
Ep. Bamab., VI, il. *P. G.,* II, 741; Joumel, 32.

5 *Adv. harts.*, l. III, c. 19, n. 2,
6 ibid., l. III, c. 17, n. 1, *P. G.*.
7 Ibid., l. V, c. 6, n. 1; g io
251. 253.

Homil. paschales, X, 2, *P. G.,* LXXVII; 617; Joui
tn Joan., I, 9, *P. G.,* LXXIII, 153; Joumel, 2106

Uterque divinitatem Spiritus Sancti probat ex eo quod Spiritus nos *deificat,* uterque docet justos non posse sanctificari nisi *Sfiiritum accipiant,* qui sua natura sanctus estl.

Exinde inferunt peccata justi vere remitti, cum peccatum existere non possit simul cum hac deificatione.

(b) *Latini* minus diserte, sed tamen satis clare idem docent. S. *Ambrosius* asserit non solum peccata nostra *penitus tolli'*, sed etiam per Spiritum justos *ad imaginem et similitudinem Dei* esse, divinæque consortes naturæ 3. Quod lucidius affirmat S. *Augustinus,* dicens baptismo *auferri crimina, non radi*\ nosque per gratiam deificari : " Manifestum est ergo quia homines dixit deos, ex *gratia sua deificatos...* Qui autem justificat, ipse deificat, quia justificando filios Dei facit " s.

Patres itaque explicite asserunt peccata non tantum radi, sed penitus tolli per gratiam, hancque esse divinam similitudinem qua vere et interne renovamur; ideoque supponunt eam esse habitum quemdam supematuralem animæ inhaerentem.

37. (C) *A sæc. duodecimo ad sextum decimum;* (a) praeeunte S. *Thoma,* fit synthesis theologica : docet Angelicus Doctor *remissionem peccatorum non fieri sine gratia animæ inhœrente,* quæ est habituale donum animæ infusum, a virtutibus distinctum, in essentia animæ sicut in subjecto residens 6.

(b) Res nondum definita fuerat a Conciliis. *Tridentinum* vero, ad refellendos errores Protestantium qui contendebant justificationem fieri morali seu extrinseca imputatione justitiæ Christi, absque vera peccatorum remissione, duo definivit : 1) homines justificari non sola imputatione justitiæ Christi, sed *"gratia* et *caritate* quæ in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur atque illis *inhcereat" 7;* hanc autem gratiam *non esse merum favorem Dei,* sed justitiam Dei, non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit, qua videlicet ab eo donati renovamur spiritu mentis nostræ,

* S. Basilius, *De Spiritu S.,* c. XVI, n. 38, P. *G.,* XXXII, 136; S. Cyrillus Alex., *Thesaurus,* 34, *P. G.,* LXXV, 585, etc.

' *Epistola,* LXX, 23, *P. L·,* XVI, 124α

3 *De Spiritu S.,* 1. I, c. VI, n. 80, *P. L.,* XVI, 723, Journel, 1283.

4 *Cont. duas epist. Pelag.,* 1. I, c. 13, n. 26, *P. L.,* XLIV, 562.

s *Enarrat, in Psalm.,* XLIX, 2, *P. L.,* XXXVI, 565; Journel, 1468.

6 Neveut, *La justification : Doctrine de S. Thomas et de Suarez,* in *R. A.,* juil. 1932, p. 25-48. — *t* Sess. VI, can. 11, D. B., 821.

justitiam in nobis recipientes, unusquisque secundum mensuram quam Spiritus Sanctus partitur singulis, prout vult, et secundum propriam cujusque dispositionem et cooperationem; qua Deus nos signat et ungit Spiritu promissionis sancto1; 2) hac autem justificatione *tolli totum id quod veram habet rationem peccati*, et *non radi tantum aut non imputari"1; ex* quo patet gratiam justificationis esse eo ipso remissivam cujusvis peccati saltem mortalis, quo separamur a Deo, pœnæque aeternae isti debitae.

38. 30 *Ratio* sola non potest quidem thesim demonstrare, sed potest ostendere nostram thesim 1) ex *efficacia Redemptionis deduci,* 2) et *intimioribus* hominis *aspirationibus respondere.*

(A) *Thesis ex efficacia Redemptionis deducitur.* Probavimus enim in *Tr. de Verbo incarnato,* n. 1187, redemptionem Christi fuisse non solum aequivalentem, sed superabundantem : " Ubi abundavit delictum, *superabundant gratia* " 3. Atqui, nisi vere infundatur gratia intrinsece nos justificans ac omnia peccata delens, dici nequit, redemptionem Christi esse superabundantem ; nam, fatentibus Protestantibus, per peccatum originale vere et interne peccatores constituimur ex S. Paulo 4; ergo nisi justificatione vere et interne justi constituamur, redemptio minus efficax erit quam peccatum. Non possumus autem interius esse justi nisi nostra peccata vere deleantur. Ergo redemptio non potest esse superabundans nisi justitiam seu gratiam internam accipiamus qua deleantur omnia delicta.

(B) Doctrina catholica *intimioribus hominis aspirationibus* optime respondet. Inest enim homini, ad statum supematuralem evecto, intimum ac permanens desiderium Deum attingendi non solum extrinsece, sed interne per quamdam assimilationem et amicalem cum Eo unionem, et in Eo perpetuo quiescendi : " Fecisti nos ad te (Deus), et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te "5. Quod quidem experiuntur præsertim viri *religiosi* qui suam vitam in Deum ordinant. Idem aliquo modo apparet non solum in religione Christiana, sed in diversis *religio-*

1 Sess. VI, cap. 7, D. B., 799. — ▮ Sess. V, can. 5, D. B., 792.

3 *Rom.,* V, 20. — * *Rom.,* V, 19. — s S. Augustinus, *Confessiones,* I. I, c. i, *P. L.,* XXXII, 661 ; cfr. S. Thom

nibus positivis, quæ omnes quamdam cum Deo communionem quærere videntur; immo aliquatenus in variis *pantheismi* formis, quæ sunt quasi adulteratio hujus desiderii. Atqui tale desiderium sane non impletur mera fictione juridica qua reputamur justi dum intrinsece remanemus peccato inquinati; sed optime, immo et supra omnem nostram cogitationem ac aspirationem naturalem, satiatur *infusione divina gratia,* qua vita deiformi vivimus simili vitæ ipsius Christi \ vi cujus Deo ita intime conjungimur, ut ejus amici et filii vere nominemur et simus, ac prorsus deleantur peccata quæ huic perfectæ unioni obstant; qua tandem apti efficimur ad videndum Deum intuitive, ut infra exponemus in *Tr. de Deo Remuneratore.* Tale quidem desiderium Deo fruendi vires nature superat sed, cum de facto omnes homines ad statum supernaturalem evecti fuerint, excitatur non solum in justis, sed etiam in aliis, divinæ gratiæ actualis influxu, quæ etiam peccatoribus conceditur, ut infra ostendetur.

cum gratiæ infusione ut sine hac fieri nequeat in pressenti ordine. Certum est.

(a) Id sane deducitur e testimoniis *Scripturæ* et *Patrum* in thesi allatis, ex quibus constat remissionem peccatorum non fieri nisi infusione gratiæ.

(b) Constat pariter ex *Tridentino* declarante justificationem impii esse *translationem a statu peccati in statum gratiæ,* in quo homo ex *injusto fit justus* et ex inimico amicus, et unicam formalem causam justificationis esse *justitiam Dei,* non qua ipse justus est, sed qua *justos nos facit* ita enim clare asseritur indivulsa connexio inter remissionem peccatorum et gratiam.

(c) *Ratione theologica* idem evincitur. Homo enim ad statum supernaturalem evectus, ad finem supernaturalem tendere debet. Atqui ad hunc finem tendere non valet nisi per gratiam habitualem, quæ sola eum Deo gratum facit in ordine supernaturali. Ergo, si aversus est a Deo per peccatum mortale, non potest ad Deum converti nisi per infusionem gratiæ.

Aliis verbis, in praesenti ordine, peccatum mortale essentialiter consistit in privatione gratiæ habitualis, ideoque

• "Vivo autem, jam non ego; vivit vero in me Christus" *(Galat.,* II, 20).

* Sess. VI, cap. 4, 7, D. B., 796, 799.

contradictorie opponitur gratiæ cujus est privatio. Atqui pr^Vatio nonnisi per formatn oppositam tollitur; ergo privatio gratiæ non tollitur nisi per infusionem gratiæ.

40. Controversia. Ex dictis justificatio est *incompassibilis* in eodem subjecto cum *peccato mortali,* cum infusio gratiæ infalliblliter annexam habeat remissionem peccati. Sed controvertitur inter theologos num hæc incompossibilitas sit *absoluta* et *ex quo fonte* oriatur x.

Juxta *Scotistas,* hæc repugnantia non existit ex natura rei, sed solum ex *favore Dei gratuito,* ita ut ex *absoluta Dei potentia* gratia et peccatum mortale in eadem anima coexistere possint; juxta *Suarez,* hæc non ex institutione Dei, sed ex *natura* gratiæ ac peccati fluit, ita tarnen ut peccatum mortale et gratia *de potentia Dei absoluta* simul in eodem subjecto existere valeant; *Thomistee* tandem contendunt illam repugnantiam tam essentialem esse ut gratia et peccatum mortale non possint etiam *de potentia absoluta* in eadem anima simul sociari.

41. Quam ultimam sententiam ut multo probabiliorem amplectimur. (a) Teste enim *Scriptura,* gratia et peccatum opponuntur ut *vita* et *mors, lux* et *tenebrae, justitia* et *iniquitas, Christus* et *Belial, Deus* et *idola :* "Et vos cum *mortui* essetis in delictis... *convivificavit* cum illo " 2; " Nos scimus quoniam translati sumus de *morte* ad *vitam* "3; " Quæ (est), enim participatio *justitiae* cum *iniquitatel* Aut quæ societas *luci* ad *tenebrasl* Quæ autem conventio *Christi* ad *Belial...t* Qui autem consensus templo Dei cum idolis "<? Porro inter hæc omnia est repugnantia essentialis ex ipsa natura rei, ita ut nec etiam divinitus conciliari possint, cum sese mutuo destruant. Ergo idem dicendum est de gratia et peccato mortali, (b) Aliunde formæ quæ habent effectus formales essentialiter oppositos, non possunt etiam de potentia Dei absoluta simul in eodem subjecto sociari; atqui ita est de gratia et peccato mortali; nam gratia, ex dictis, nos reddit Deo acceptos, ejus filios adoptivos ac vitæ æternæ heredes, necnon divinæ vitæ participes; dum peccatum mortale nos facit Deo odibiles, servos diaboli, ac æternæ damnationis reos; ergo non possunt simul in eodem subjecto subsistere, nisi eadem anima dicatur esse simul Deo *grata* et *odibilis,* et æternam beatitudinem æternamque reprobationem eodem tempore mereri.

* S. Thom., ia 2æ, q. 113,. a. 1-2; Suarez, I. VII, cap. 20; Mazzella, n. 973 sq.; Pesch, n. 331-335; J. Van der Meersch, n. 135; L. Billot, th. XV; E. Hugon, p. 384.

2 *Coloss.,* II, 13· — 3 *IJoa.,* III, 14.

‹ *II Cor.,* VI, 14-16.

42. *Thesis IP :* Justificatio nos efficit divinæ naturæ consortes, Dei filios adoptivos et heredes, ejus amicos ac templum Spiritus Sancti. *Defide saltem divina.*

Ita designantur *effectus formales* justificationis, quibus ejus natura melius intelligitur.

1° *Justificatio nos efficit divinæ consortes naturæ.* (a) Id enim explicite asserit S. *Petrus :* " Maxima et pretiosa nobis promissa donavit, ut per hæc efficiamini *divinæ consortes naturæ"1.* Hoc autem consortium est quædam specialis et *supematuralis* Deo *assimilation* longe transcendens naturalem similitudinem tum *vestigii* quæ omnibus creaturis inest, tum *imaginis* quæ menti humanæ et angelo imprimitur2. Etenim gratiæ assimilatione efficimur apti, remote saltem, ad Deum immediate intuendum sine ullo medio creato ut ait *S. Joannes :* " Similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est "3; gratia enim est veluti *semen ipsius Dei* quod injustis manet 4 :quia vero semen virtualiter continet novam plantam priori similem, ita gratia in se habet vim nos efficiendi Deo similes.

(b) Idem *Ecclesia* asserit in precibus liturgicis : ita, in offertorio missæ, quando sacerdos aquam in calicem fundit, ait : " Da nobis per hujus aquæ et vini mysterium, ejus *divinitatis esse consortes,* qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps " ; pariter, in præfatione Ascensionis legitur : " Est elevatus in cælum, ut *nos divinitatis suæ tribueret esse participes ",*

In quo autem consistat hoc consortium opportunius declarabitur ubi de natura ipsius gratiæ.

43. 2° *Justificatio nos filios Dei ejusque heredes efficit.* Hic effectus e priori fluit; nam si consortes sumus divinæ naturæ, jam a Deo adoptari possumus ejusque hæredes fieri.

Hæc autem adoptio constat : (A) ex *Scriptura* quæ de justis dicit : " Videte qualem caritatem dedit nobis Pater, ut*filii Dei* nominemur et simus " S; " Non accepistis spiritum servitutis..., sed accepistis *spiritum adoptionis filiorum " 6;* " si

1 *II Petr.,* I, 4. — ' S. Thom., I, q. 93, a. 1-4. — *I Joan.,* III, 2.
4 *I Joan.,* III, 9. — 5 *I Joan.,* III, I, — *Roni.,* VIII, 15, 16.

autem filii, et heredes, *heredes quidem Dei,* coheredes autem Christi " \

(B) *Traditione : Tridentinum* asserit nos per justificationem transferri ° in statum gratiæ et *adoptionis filiorum Dei* ", et effici " *heredes* secundum spem vitæ ætemæ " 1.

(C) *Rat. theol.* confirmatur et explicatur. Adoptio est gratuita assumptio personæ extraneae in filium, cum jure ad hereditatem. Atqui justificatione non tantum reputamur filii Dei, sicut apud homines adoptatus adoptantis filius per juris fictionem censetur, sed insuper mirabili *regeneratione* naturam ipsam divinam participamus, ac consequenter quasi ingenitum jus ad Dei hereditatem consequimur; nam, ut recte ait S. *Thomas* 3, " homo consors factus divinæ naturæ adoptatur in filium Dei, cui debetur hereditas ex ipso jure adoptionis ".

Adoptio autem divina perfectior est humana adoptione : " quia, ut ait S. *Thomas* 4, Deus hominem quem adoptat, *idoneum facit* per gratiæ munus ad hereditatem cælestem percipiendam ; homo autem non facit idoneum eum quem adoptat; sed potius eum jam idoneum eligit adoptando".

Quanta autem sollicitudine, quanto amore Deus filios suos adoptivos foveat, ex his verbis patet : " Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui " 5. — Si vero filii Dei sumus, ejus sanctitatem ac dilectionem imitari debemus : " Estote ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi, et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis " 6.

44. 30 *Justificatio nos reddit Deo gratos ejusque amicos.*

Etenim justi non solum gaudent benevolentia communi qua Deus omnes suas creaturas prosequitur, sed etiam ejus *vera amicitia.* Amicitia siquidem tria importat : amorem *benevolentiæ,* et quidem *mutuum,* necnon *communicationem* alicujus boni, vi cujus quædam aequalitas aut similitudo inter amicos existit. Atqui justificatio hæc tria praestat. Siqui-

1 *Rom.,* VIII, 17. — ' Sess. VI, cap. 4 et 7, Denz.-Bann., 796-799; Bellamy, art. *Adoption,* in *D. T. C.;* F. Cuttaz, *L'enfant de Dieu ;* Chouzier, *Ma vie de fils adoptif de Dieu,* 4 vol., 1929. — * *Sum. theol.,* I' 2«, q. 114, a. 3.
4 *Sum. theol.,* 3, q. 23, a. I. — 5 *Isa.,* XLIX, 15. — 6 *Ephes., N,* 1-2.

dem : (a) justi *diligunt Deum,* nam gratia justificans nunquam separatur a caritate qua diligimus Deum amore benevolentia; (b) *a Deo redamantur,* cum scriptum sit Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum"';(c)cum hac mutua dilectione adest *communicatio alicujus boni,* participatio scilicet naturæ divinæ omniumque donorum gratiæ quibus similes Deo efficimur, cum eo intima ac stupenda familiaritate conversantes : " Si quis diligit me..., Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus"[2]. Unde ait *Tridentinum :* " Sic ergo justificati, et *amici* Dei ac *domestici* facti, euntes de virtute in virtutem, renovantur "[3].

45. 40 *Justificatione efficimur templum Spiritus Sancti totiusque Trinitatis.*

Amicitia enim importat intimam amicorum unionem et, quando agitur de Deo, quamdam inhabitationem trium personarum in anima justi. Constat ex textu jam allato : " Si quis diligit me... ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus". Quia vero hæc habitatio est opus *amoris,* speciatim Spiritui Sancto tribuitur, qui per *amorem* procedit

Cum autem locus in quo Deus habitat merito *templum* dicatur, anima justi vocatur templum Dei, templum SS. Trinitatis, templum Spiritus Sancti : " Nescitis quia templum Dei estis et Spiritus Dei habitat in vobis?... Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos "[4].

Intima autem natura hujus habitationis opportunius infra declarabitur, ubi de natura intima gratiæ, n. 76.

Corollaria de justificatione.

Ex hac duplici thesi tria fluunt corollaria.

46. i° *Etsi creatio sit majus opus quam justificatio imfiii ex parte modi agendi,justificatio est majus opus ex parte rei producta.*

(A) *Ex parte modi agendi,* creatio praestat justificationi, quia fit *ex nihilo* et nullam dispositionem supponit, dum justificatio non fit ex nihilo et requirit ex parte subjecti quasdam dispositiones.

'*Joan.,* XIV, 23. — ' Ibidem. — 3 Sess. VI, cap. 10, D. B., 803 ; P. Noble, *Amitié avec Dieu,* Paris, 1932. — 4 *I Car.,* III, 16-17.

(B) *Ex parte rei producta,* justificatio impii majus opus est quam creatio; nam terminatur ad bonum æternum divinæ participationis, dum creatio terminatur ad bonum naturæ mutabilis. Jamvero, addit 5. *Thomas,* " bonum gratiæ unius majus est quam bonum naturæ totius universi" (ia 2", q. 113, a. 9, ad 2um).

47· 20*Justificatio, prout fit communiter, non est opus miraculosum '.*

Miraculum enim proprie dictum est id quod a Deo fit praeter consuetum Providentiæ ordinem. Atqui justificatio, prout fit communiter, non est præter consuetum Providentiæ ordinem, sed secundum leges communes supernaturalis ordinis, quatenus fit præparatione subjecti et procedendo de imperfecto ad perfectum. Ergo...

Attamen quandoque justificatio est miraculosa, quando fit nempe præter consuetum Provideritiae ordinem, nempe subito et absque prævia praeparatione, prout in conversione Pauli.

48. 30*Just'ificatio secundum se fit in instanti, sed considerata in dispositionibus quibus praparatur, fit communiter successive '.*

(A) *In se,* quatenus consistit in sola infusione gratiæ, justificatio fit in instanti. Nam, quando inter duos termines alicujus mutationis non datur medium, transitus fit in instanti; atqui inter duos terminos justificationis, nempe peccatum et gratiam, non datur medium, cum peccatum nihil aliud sit nisi privatio gratiæ; ergo transitus de peccato in statum gratiæ fit in instanti, sicut transitus de tenebris ad lucem.

(B) Si justificatio spectatur in *dispositionibus* quibus præparatur, fit communiter successive, quia dispositiones fidei, spei, pænitentiæ, etc., quæ ad justificationem requiruntur, nonnisi successive generarim a peccatore producuntur sub influxu gratiæ.

§ II. De DISPOSITIONIBUS AD JUSTIFICATIONEM REQUISITIS.

49·, Status quæstionis. *Parvuli,* qui per baptismum justificantur, nulla dispositione indigent, cum nullius actus rationalis sint capaces. *Adulti* vero ad justificationem sese præparare debent per actus fidei, timoris, spei, inchoatæ dilectionis et contritionis, ut optime a *Trident,* explicatuq^

Protestantes autem plerique hac de rc dupliciter errant : docent enim (a)*fidem* esse *solam* conditionem ad justificationem requisi-

' S. Thom., ia 2«, q. 113, a. io; Cajetanus, in h. art. ; Card. Lépicier, p. 332; E. Hugon, p. 394,

' S. Thom., ia 2®, q. 113, a. 7. — 3 Sess. VI, cap. 6.

tam, eo quod homo, spiritualiter per peccatum mortuus, nullam activam partem in sua resurrectione habere potest; (b) fidem, quæ justificat, non esse directe fidem qua mysteria divinitus revelata credimus, sed *fiduciam,* qua quis credit peccata esse sibi remissa, propter merita Christi;et illam fidem non per modum dispositionis operari, sed per modum instrumenti quo merita Christi apprehenduntur[1].

Multi tamen protestantes, præsertim recentiores, addunt fidem justificantem non esse sine bonis operibus, licet illa opera nihil ad justificationem conferant, sed sint veluti *fructus* ipsius : " Pœnitentiam vero non modo fidem continuo subsequi, sed *ex ea nasci,* extra controversiam esse debet "[2].

50. *Thesis* Adulti ad justificationem se praeparare debent gratiæ actualis ope, non per solam fidem sed etiam per actus aliarum virtutum[3].

De fide es fex Trident. solani fidem non sufficere : "Si quis dixerit *sola fide impium justificari,* ita ut intelligat nihil aliud requiri quod ad justificationis gratiam consequendam cooperetur, et nulla ex parte necesse esse eum suae voluntatis motu praeparari atque disponi, A. S."

De fide est alias requiri dispositiones, quas *Trident.*[5] ita recenset :

"Disponuntur autem ad ipsam justitiam dum excitati divina gratia et adjuti, *jidem* ex auditu concipientes, libere moventur in Deum, credentes vera esse quæ divinitus revelata et promissa sunt; atque illud in primis, a Deo justificari impium per gratiam

[1] Hanc doctrinam de *solafidejustificante* vocavit Lutherus articulum stantis aut cadentis Ecclesiae. Item Calvinus ait : "Dicimus hominem sola fide justificari" *(Instit.,* l. III, c. XI, 19). Quomodo autem fides justificet sic explicatur a Lutherano Gerhardt *(deJuslif.,* § 153) : "Fides non justificat vel meritorie, vel per modum dispositionis, ut volunt Pontificii, sed *organice* et per *modum apprehensionis,* quatenus meritum Christi in verbo Evangelii complectitur". Nec aliter docet Anglicanus Faber *(Primitive doctr. ofjustifie.,* XIX), qui declarat justificationis causam esse extrinsecam Christi justitiam, quam apprehendimus ac nostram facimus per instrumentalem fidei manum. Cf. Newman, *Led. onJustifie.,* lect I.

[2] Ita Calvinus, *Inslit.,* lib. III, c. 3, § 1 ; Hodge *, *op. cit.,* III, 328.

[3] Cfr. S. Bellarminus, *DeJustificatione,* 1.1, a 12-25; Suarez, *De Gratia.* l. VIII, c. 15-22; Salman *)ustipcattoners?.* III, dub. i; Billuart, *De Gratia,* disp. VII, a. 4; PerroneTQ?; *Gratia,* n. 525 sq.; Murray, *De Gratia,* disp. X, n. 32 sq.; Mazzella, n. 1067 sq.; Newman, *of. cil.,* lect. XII· *Dublin Review,* oct. 1868, p. 344.

ejus per redemptionem, quæ est in Christo Jesu ; et dum peccatores se esse intelligentes *a divina justitia timore,* quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in *spem* eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore; illumque, tanquam omnis justitiae fontem, *diligere incipiunt :* ac propterea moventur adversus peccata per *odium* aliquod et detestationem, hoc est, per eam *panitentiam* quam ante Baptismum agi oportet : denique dum *proponunt* suscipere Baptismum, inchoare novam vitam et servare divina mandata ".

51. i° *Script.* (A) Scriptura manifeste asserit *solam fidem non sufficere,* a) Ait *S. Jacobus :* " Videtis quoniam *ex operibus* justificatur homo, et *non exfide tantum...* fides sine operibus "[1]. Quæ quidem verba, præsertim quando cum contextu sumuntur, adeo clara sunt ut Protestantes ipsi fateri debeant bona opera (supernaturalia) a S. Jacobo ad justificationem requiri[2]. b) Insuper S. *Paulus,* cui tam confidenter Protestantes innituntur, dicit : "Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, *caritatem autem non habuero,* nihil sum "[3]; ex quo manifeste colligitur fidem etiam eximiam, sine caritate, justificare non posse. Alibi dicit : " In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ *fer caritatem* operatur "[4], id est, ea quæ per caritatem animatur et vivificatur; ergo non sola fides justificat, sed ea quæjcaritati conjungitur.

——(B) Scriptura distinete · *enumerat...digpositig_nes* ad justificationem necessarias, præter fidem, nempe timorem, spem, pœnitentiam, dilectionem. Dicitur enim de *timore :* " Qui sine timore est non poterit justificari "[5]; de *spe :* " Qui sperat in Domino sanabitur "[6]; de *pœnitentia,* seu contritione : " Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis "[7]; de *dilectione :* "Qui non diligit, manet in morte "[8].

Jam vero si aliæ dispositiones, præter fidem, necessariæ sunt, certo fides sola non sufficit. Nec dicatur illas esse

[1] *Jcuob.y* II, 24-26.

[2] *Luï7uruFlf* üîdern üanc epistolam genuinam esse dubitavit, quia cum ilia doctrinam suam conciliare nequibat, sed hodierni Protestantes ejus authenticitatem agnoscunt.

[3] Z *Cor.,* XIII, 2. — [4] *Galat.y* V, 6. — [5] *Eccli.,* I, 28.
[6] T^ζχXviiΓ, 25. — [7] *Luc.,* XIII, 3; *Act.,* III, 19.
[8] *Joa.,* III, 14; cf. *Luc.,* VII, 47; *Galat.,* V, 6, etc.

solum justificationis/ruc/wx, nam ex locis citatis, requiruntur tanquam conditiones sine quibus justificatio obtineri nequit, et quæ vere ad justificationem conferunt.

52. 2° *Rat.* (A) *Indirecte* probatur : illud rejiciendum est quod *ex se prava consectaria* inducere potest ; atqui doctrina novatorum circa sufficientiam fidei ad justificationem *ex se* ad inducenda prava consectaria tendit; si enim sola \fides sufficiat, non necesse est pænitere, bonis operibus vacare, concupiscentiam frænare.

De facto *Lutherus* prava illa consectaria amplexus est, dum scripsit ad Melanchthon : " Esto peccator et pecca fortiter, sed fortius fide et gaude in Christo"; quidam ex ejus discipulis, præsertim *Antinomiani,* eadem consectaria professi sunt. Fatemur equidem plerosque hodiernos Protestantes illa reprobare, et bona opera de facto commendare; sed hoc non impedit quin \ naturaliter et logice prava consectaria ex eorum systemate deduci \possint

(B) Necessitas aliarum dispositionum praeter fidem *directe* probatur ex *ipsa natura justificationis.* Cum enim justificatio consistat in infusione gratiæ peccati remissivae, homo ad eam se præparat quando accedit ad Deum et a peccato recedit Atqui id perfici nequit sola fide quæ est in intellectu, sed etiam actibus *voluntatis* quibus a peccato avertimur et Deo placemus. Ergo.

(C) Quam *conveniens* sit alias dispositiones, praeter fidem, requiri ad justificationem, optime declarat S. *Thomas :* Deus movet omnia secundum uniuscujusque naturam, et quia homo liber est, Deus eum ad justificationem ita movet ut ipse libere sese præparet ad eam adipiscendam. Atqui talis praeparatio includit actus *fidei, timoris, spei,* alicujus *amoris* et *contritionis ;* nam prima conversio hominis ad Deum fit quidem per fidem; sed fides generat timorem filialem, quo peccator Deo se subjicit, eumque offendere timet; fides pariter causât spem, qua misericordia Dei innixi remissionem peccatorum exspectamus; ex quo sequitur peccati detestatio : nam non potest peccator ad justitiam accedere nisi a peccato recedat, cum hæc duo sibi invicem «apponantur; tandem cum fides perfecta non sit, nisi caritate /./informetur, peccator qui sincere ad Deum vult redire eum

diligere incipit; ergo actus supra descripti ad justificationem adipiscendam requiruntur [1].

53. [3] *Solvuntur difficultates.* (A) In multis Scripturæ locis justificatio fidei ascribitur, nulla alia conditione requisita : v. g., Christus dixit peccatrici : "'Fides tua te salvam fecit"'.

Rep. Scriptura justificationem fidei ascribit duplici sensu : (a) quatenus fides *objective* sumitur pro *tota religione Christiana* in quantum opponitur legi mo-aicæ aut operibus naturalibus, (b) quatenus *subjective* sumitur pro fide quæ per caritatem operatur. Ita, in casu allato, antequam Christus præfata verba proferret, de eadem peccatrice dixerat : " Remittuntur ei peccata multa, quoniam *dilexit* multum "[3]; igitur justificatio non minus dilectioni seu caritati, quam fidei ascribitur. Mirum autem non est Scripturam tam sæpe necessitatem fidei inculcare, cum fides sit revera " humanæ salutis *initium, fundamentum* et *radix* omnis justificationis"[4]. Qui fidem habet, eo ipso ceteras conditiones cognoscere et assequi potest, dum qui ea caret, alias nec novit nec habere potest.

54. (B) S. Paulus, inquiunt, præsertim in epistolis ad *Rom.* et ad *Galatas,* declarat *solam fidem* sufficere, absque operibus, v. g. : " Arbitramur enim justificari hominem per fidem sine operibus [5]?

Resp. (a) Nullibi asseritur a S. Paulo *fidem solam* ad justificationem sufficere; vox *sola* a *Luthero* addita fuit, in Germana translatione, sed in textu non invenitur, ut hodie Protestantes fatentur [6]. Nec potest dici illam vocem inveniri quoad sensum, ut contendunt adversarii; nam asserit quidem S. Paulus fidem sufficere ad salutem, sed fidem a *caritate formatam,* ut supra animadvertimus,

(b) S. Paulus addit " *sine operibus* ", sed his verbis opera *naturalia,* aut opera *legis mosaicæ.* excludit, non autem opera supernaturalia, ut patet ex *textu, contextu* et *locis parallelis :* 1) ex *textu,* qui ita se habet : "'Arbitramur justificari hominem per fidem sine *operibus legis* ", i. e., sine operibus legis mosaicæ, jam a Christo abrogatæ; 2) *ex contextu,* nam in *Epist. ad Rom.* S. Paulus intendit probare contra Gentiles opera naturalia non mereri justificationem, et contra Judæos *opera legis* (mosaicæ) non ex se mereri gratiam, sed præterea requiri fidem in Christum, quia talis fides, et quidem

[1] *Sum. theol.,* Ia 2æ, q. 113, a. 3-5. — [3] *Luc.* *Luc.,* VII, 47.
[4] *Trident.,* sess. VI, cap. 8, D. B., 801. —(J
[6] Quod jam Lutherus fateri coactus est " Bette· mihi rrotunr efat vocem *sola* in textu latino et grseco desiderari ; nec Papistæ mihi opus erant ut hoc scirem. Verum est hasce quatuor literas *sola* ibi non inveniri... at hi non vident quomodo, omnibus insitis, hæc vox textus sensum optime exprimat". *(Luther,* apud O'Connor, *Luther's own Statements,* p. 26.)

sola, opera nostra reddere potest supematuralia; opera autem bona ut necessaria habet, nedum ea excludat; siquidem in cap. II (6-13) ait : "Reddet unicuique secundum *opera* ejus... Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed *factores legis* justificabuntur "; 3) *ex locis parallelis,* nam alibi S. Paulus Christianos hortatur ut in *omne opus bonum* abundent, in *omni ofiere bono* justificentur, ut confirmentur in *omni ofiere et sermone bono* '; atqui illa omnia ostendunt S. Paulum non opera bona seu supematuralia, sed solum opera naturalia inutilia declarare ; ergoa.

55.(C) Si aliae conditiones praeter fidem requirerentur, justificatio gratuita non esset, nec tribui posset Christi meritis, sed nostris : quod hominis superbiae faveret.

Resfi. Quamvis dispositiones ad justificationem requirantur, justificatio merito *gratuita* vocatur, quia homo ad eam sese disponere nequit sine gratia actuali, quae gratis omnino datur; et insuper dispositiones illae non merentur *de condigno* justificationem. Nec per hoc aliquid detrahitur gloriae Christi, nam, sine ejus gratia, homo est radicaliter incapax sese disponendi ad justificationem, ac proinde conversio nostra Christi meritis tribuitur, nec de illa gloriari possumus; immo quidquid agimus in ordine ad justificationem in gloriam ejus redundat, cum id sub ejus influxu fiat.

56. *Thesis IIa :* Fides ad justificationem requisita non est fiducia, qua quis credit peccata sibi esse condonata, sed supernaturalis assensus omnibus veritatibus a Deo revelatis. *Defide est ex Trident.*3 : " Si quis dixerit fidem justificantem nihil aliud esse quam *fiduciam divince misericordia peccata remittentis* propter Christum... δ c »

57. i° *Script.* (A) Christus enim de fide ad salutem necessaria ait : " Euntes in mundum universum, *predicate Evangelium* omni creaturae; qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit, qui vero non crediderit condemnabitur " 4. Atqui fides illa est fides qua *creditur Evangelium,* i. e., tota

i *II Cor.,* IX, 6-12; *Color.,* I, io; *II Thessal.,* II, 17.

* Quod egregie exponit Newman, *op. cit.,* lecL XII, et ibidem probat nullam contradictionem esse inter S. Pauli et S. Jacobi doctrinam : prior, eos alloquens qui natura nimis fidebant, iterum atque iterum declarat *opera sine fide* peracta non valere ad justificationem, sed supematuralia opera non excludit; posterior autem eos alloquens qui jam credebant, emphatice asserit *fidem sine operibus* parum prodesse, sed, dum opera commendat, fidei necessitatem non negat. Utriusque igitur doctrina simul coordinata thesim nostram optime confirmat.

3 Sess. VI, can. 12, D. B., 822, 823. — 4 *Marc,* XVI, 15.

religio Christiana quæ sub nomine Evangelii designatur, ut colligitur tum ex contextu, tum ex *Matth.,* XXVIII, 19-20, non autem fides qua quis putat se esse justificatum, seu fiducia.

(B) S. Paulus rem aperte docet : " Sine fide autem impossibile est placere Deo; credere enim oportet accedentem ad Deum, quia *est* et *inquirentibus se remunerator sit'xfiff)* Hic S. Paulus certo disserit de fide justificante, nempe de fide sine qua nemo potest placere Deo ; atqui hæc fides consistit in credendo *existentiam Dei ejusque providentiam,* non autem in fiducia; ergo.

Objiciunt quidem Protestantes initio ejusdem capitis Paulum dicere : " Est autem fides sperandarum substantia rerum ", hisque verbis *fiduciam* designari. Sed immerito; ibi enim tradit Apostolus fidem esse *spei fundamentum,* quod minime negamus, sed statim addit eamdem esse *argumentum* (i. e., convictionem) non apparentium, seu assensum rebus non visis præbitum : quod est ipsa thesis nostra. Postea varia exhibet fidei exempla, ex quibus constat fidem de qua disserit esse firmum assensum rebus revelatis datum, quatenus generat fiduciam, obedientiam aliasque morales dispositiones 23

58.20 *Tradit.,* praesertim ex *praxi Ecclesiæ,* quæ, jam a primis Ecclesiæ sæculis, ante baptismum a catechumenis exigebat professionem fidei in Deum, Christum et Spiritum Sanctum, ceterasque veritates in Symbolo contentas, ideoque actum veræ fidei, non autem fiduciæ3.

59. 3° *Rat. theol.* Fides, sensu protestantico intellecta, est *impossibilis.* Nam fide credere non possumus nisi ea quæ a Deo revelata sunt; atqui nullibi revelatur in Scriptura nec proinde credi potest peccata *uniuscujuslibet in particularly^* condonata. Revelatur quidem omnes, qui sinceram pænitentiam agunt, esse justificatos, non autem talem aut talem hominem sinceram pænitentiam egisse ; quare S. *Paulus* de seipso dicebat : "Nihil... mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum "4; ergo non possumus credere fide divina, nostra peccata in particulari fuisse condonata.

fi Rebr., XI, 6; cf. *Joa.,* XX, 29, 31; *Rom.,* X, 9-10.

" "Argumenta hujusmbdiTusius evoluta invenies apUU S. Bellarminum, *op. cit.,* l. I, c. 4-11; Suarez, l. VIII, c. 16; Becanum, *Manuale,* l. I, c. 16, q. 5; Perrone, n. 554 sq. ; Murray, *De Gratia,* l. c., n. 1-51 ; Mazzella, n. 1088 sq. ; Newman, 0/. *cit.,* lect. XI; *Dublin Review,* oct. 1868, p. 317 sq.

3 Hanc fidei professionem Invenies apud D. B., n. 1, 4. — 4 / *Cor., IV,* 4.

60. 4° *Solvuntur diffic.* Objiciunt Protestantes vocabula πιστεύω et πίστι non simplicem intellectus assensum, sed *fiduciam* significare, praesertim ubi agitur de fide justificante, v. g., *Matth..,* IX, 2, 22; XV, 28; *Rom.,* IV, 3, etc.

Resp. Præfata vocabula aliquando simplicem assensum, aliquando, licet raro, fiduciam significant, ut clare colligitur ex lexicis N. T. ab ipsis Protestant!bus editis. Ita, juxta *Schleusner,* πίστι est "certa animi persuasio, certitudo opinionis et judicii de aliqua re, maxime de eo quod licitum et illicitum est... *assensus qui rebus credendis* tribuitur, speciatim *assensus* qui *religioni Christiana* tribuitur... mox nuda scientia et cognitio religionis christianæ, mox accessus et conversio ad religionem christianam, susceptio, professio externa religionis christianæ, ob assensum qui ei tribuitur" '. Proinde sensus ex contextu determinandus est : jamvero supra ostendimus, ex corftextu, fidem justificantem non esse fiduciam, sed assensum veritatibus a Deo revelatis; ergo. Textus autem allati nil contra nostram thesim probant ; primus in textu græco sic se habet : " Confide, fili, *remissa sunt (fifivr.-xx)* peccata tua ", et sensus est paralyticum posse confidere et gaudere, quia ejus peccata jam remissa sunt ; secundus agit de fiducia per quam mulier a fluxu sanguinis curata fuerat; in tertio textu quæstio est de fide, vel fiducia per quam mulier Chananæa curationem filiæ suæ obtinuit; in quarto agitur de fide qua Abraham credidit Deo dicenti posteros suos sicut stellas cæli innumerabiles fore, seu de fide vere theologica. Addimus in nullo loco N. T. fidem significare *fiduciam propria justificationis,* sed plerosque textus a Protestantibus congestos ad illam fiduciam referri, quæ ad miracula desideratur, nec proinde ad rem pertinere.

61. 50 Theologicae elucidationes. (A) Inter dispositiones a *Tndentino* recensitas ad justificationem, *non omnes sunt ceque necessaria,* (a) *Fides* est omnino necessaria, cum, ex dictis, sit initium et radix justificationis; (b) *timor* divinæ justitiæ non requiritur, sed sæpe utilis est ; (c) *spes* etiam requiritur, quia nemo ad Deum sese convertere

› *Lexicon Gr.-Lat. N. T.* — lia etiam Robinson ·, Parkhurst * in Lexicis suis. Nec aliter sentit Thayer ;* *op. cit.,* juxta quem fides est firmus alicui veritati assensus : " in Novo Testamento est assensus relationibus hominem inter et Deum, rebusque divinis, cui fiducie et sancti fervoris idea plerumque unitur, quæ ex fide nascitur, fideique nectitur. Relate ad Deum, πίστι est persuasio et Deum esse, eumdemque existere Creatorem et Dominum omnium rerum, qui nobis per Jesum Christum salutem ætemam comparat. Relate ad Christum, πίστι; firmam ac suavem persuasionem significat Jesum esse Messiam, quo mediatore, salutem ætemam in regno Dei obtinemus, etc.

rr.v^r

valet nisi a Deo exspectet aeternam felicitatem mediaque ad eam adipiscendam necessaria; (d) *contritio* seu poenitentia necessaria est omnibus qui graviter peccaverunt; (e) *caritas perfecta* non requiritur quando quis justificatur per sacramentum, sed tantum initium amoris, ut in *Tr. de Pœnitentia* declaratur. — Insuper modo *extraordinario* fieri potest ut quis, sine praeviis dispositionibus, unico instanti, sub influxu gratiæ, actum contritionis aut caritatis perfectæ eliciat, qui ceteras dispositiones implicite continet, eodemque instanti justificetur.

Notandum est etiam præfatos actus esse non solum *conditiones* sed *dispositiones proprie dictas,* quibus adultus, sub motione gratiæ, *sese prceparat* ad justificationem : talis est sensus verborum concilii *Tridentini* dicentis hominem a Deo motum aliquid *cooperari* quo ad justificationem se præparet, ita ut gratia infundatur secundum cujusque cooperationem (Sess. VI, cap. 5, 6, 7; can. 4, 9).

62.(B) *Ultima dispositio* sufficiens ad justificationem peccatoris adulti est *contritio perfecta* extra sacramentum re susceptum, *attritio* autem in suscipiendo sacramento mortuorum, ut probatur in *Tr. de Pœnitentia.* Hæc autem ultima dispositio *non meretur* justificationem *de condigno,* sed tantum *de congruo,* prout declaratur a *Trident. :* "gratis autem justificari ideo dicimur quia nihil eorum quæ justificationem præcedunt... ipsam justificationis gratiam promeretur". Non est igitur instrumentum quo arripimus merita Christi, sed *dispositio moralis* qua, divina adjuti gratia, apti efficimur ad gratiam habitualem recipiendam.

63. (C) Hæc ultima dispositio debet esse *supernaturalis,* ideoque elici a voluntate *per gratiam elevata.*

Controvertitur autem utrum eliciatur sub influxu *gratice actualis* an *virtutis caritatis* quæ simul cum gratia sanctificante infunditur.

(a) S. *Thomas* [1] multique ejus discipuli docent justificationem fieri in instanti, eodemque tempore haberi contritionem et infusionem gratiæ sanctificantis, ita ut actus contritionis eliciatur sub influxu *habitus caritatis.*

[1] *Sum. theol.,* Ia 2æ, q. I18, a. 8 ; *De veritate,* q. 28, a. 8.

(b) *Suarez* autem, quem non pauci sequuntur, censet ultimum actum quo disponimur ad justificationem non elici a voluntate mediante infuso habitu caritatis, sed mediante *gratia actuali x.* Nam, ut ait *Pesch,* n. 360, "intelligi nequit quomodo id quod homini datur *quia* est bene dispositus, simul detur ad hoc *ut* sit bene dispositus ad illud recipiendum M.

Respondent tamen Thomiste cum *L. Billot*23*:* " Cum, juxta omnes, infusio habitus et motus contritionis sint tempore simul, non est existimandum voluntatem elevari per aliquod principium distinctum ab habitu ipso; redundaret enim et ad nihil inserviret. Verum pro priori (signo) naturæ, habitus nondum influit per modum habitus, scilicet ut in potestate voluntatis existens, sed influit solum per modum motionis, seu *ut gratia operans,* et hoc modo est principium contritionis... In signo autem naturæ posteriori, cum jam in potestate liberi arbitrii positus intelligitur, incipit influere per modum habitus, id est, *ut gratia coopérons;* et hoc modo est principium contritionis in quantum eadem contritio est meritoria vite ætemæ, et de condigno satisfactoria pro pcena temporali ' '.

§ III. De proprietatibus gratiæ justificantis.

64. Errores. *Lutherani* et *Calvini'sta* contendunt : (a) hominem justificari fide qua credit se esse justificatum, et exinde hac fide cujus est conscius, certum esse de sua justificatione; (b) gratiam justificantem esse in omnibus æqualem nec posse crescere, cum nihil aliud sit nisi justitia Christi nobis imputata 3. (c) Addunt *Calviniste* fidem et gratiam semel acceptas non posse amitti, quia Deus, juxta ipsos, solos electos regenerat, ita ut nunquam pereat semen vitæ eorum cordibus insitum. *Lutherani* autem dicunt sola *fiducia* amissione justitiam amitti posse.

Contra quos errores statuimus *incertitudineni, inæqualitatem* et *amissibilitatem* justificationis.

65. *Thesis Ia :* Nemo potest, sine speciali revelatione, certus esse certitudine fidei se esse justificatu ..

Declaratur : 1) *Sine speciali revelatione;* aliquando enim, licet raro, Deus manifestat aliquem esse justificatum, prout revelavit B. Virgini Mariæ, paralytico et mulieri peccatrici * 2) *Certitudine fidei,* quæ nempe credi possit propter auctoritatem Dei.

' *Degrada,* 1. VIII, c. 11. Cf. J. de Lugo, *Depanilent.,* disp. VIII, sect. 7.

' *De Ecclesia sacramentis,* t. II4, p. 95 96.

3 " Omnes christiani, aiebat Lutherus *(Sermo de Nativ. B. M. V.),* æque magni sumus sicut Mater Dei et xque sancti sicut ipsa

4 *Luc.,* I, 28, 30; *Matth.,* IX, 2 ; *Luc.,* VII, 47.

Probatur : Ex *Trident. l de fide* est : "Quilibet, dum seipsum suamque propriam infirmitatem et indispositionem respicit, de sua gratia formidare et timere potest; cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui, non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum".

Confirmatur : (a) *Script,* in qua *Sapiens* quærit : " Quis potest dicere : Mundum est cor meum; purus sum a peccato?"[2] ac si diceret : nemo; — præcipue e testimonio S. *PaulQ:* " Nihil.., mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum; qui autem judicat me, Dominus, estj. Cujus sensus est : quamvis nullius peccati conscius sim, non ideo absolute certum est me esse justificatum, cum solus Deus id infallibiliter sciat.

(b) *Tradit.* Ait enim S. Augustinus :[4] " Quantalibet enim justitia sit præditus homo, cogitare debet ne aliquid in illo, quod ipse non videt, inveniatur esse culpandum

(c) *Ratione thecl.* Nil enim credi potest cum certitudine fidei nisi sit divinitus revelatum; ergo sine revelatione certo credere non possumus hunc aut illum esse justificatum.

66. **Controvertitur** num saltem cognosci possit *certitudine scientia* aliquem esse justificatum.

(A) *Negative* communiter respondent theologi. Nam, ut id *certo sciri* posset, necesse esset id certo cognoscere sive in sua *causa* sive in suis *efiectibus.* Atqui neutrum certo sciri potest : non in sua *causa dispositiva,* cum non absolute constet hunc aut illum hominem adimplevisse omnes conditiones ad justificationem requisitas ; nec in *efiectibus,* cum gratiæ effectus non certo percipi valeant a conscientia. Merito itaque ait S. Thomas[5] : " Præsentia (Dei) in nobis et absentia per certitudinem cognosci non potest ".

(B) Potest tamen *conjici,* et quidem aliquando cum *morali certitudine,* aliquem esse in gratia : (a) ex testimonio bene formatæ conscientise[6], quando quis nullius mortalis peccati conscius est; (b) ex'amore erga Deum sincero qui exercetur orationibus fervidis, sollicita fuga peccati, zelo animarum : hæc enim omnia caritatem

' Sess. VI, cap. 9; cf. can. 13, 14, 15; D. B., 802, 823, 824; H. Huthmacher, *La certit. de la grâce au C. de Trente,* in *N. Rev. théol.,* mars 1933, p. 213 226.

2 *Prov.,* XX, 9. — j Z *Cor.,* IV, 4.

* S. Augustinus, *ETperj.jrtr.',* c. 15, n. 33, *P. L.,* XLIV, 309.

s S/zw. *theol.,* Ia 2æ q. 112, a. 5. Cf. *Rom.,* VIII, 16.

ideoque gratiam habitualem supponunt; (C) contemptu mundi et praxi mortificationis1; (d) solida devotione erga B. Virginem, mediatricem gratiæ.—Quando hæc omnia simul junguntur, *moralis habetur certitudo* possessæ justificationis.

67. Communiter itaque rejicitur opinio *Catharini* asserentis justum cognoscere posse suam justificationem *cum certitudine conclusionis theologica.* Quamvis enim de fide sit eos omnes justificari qui requisitas dispositiones afferunt, non est absolute certum hunc vel illum hominem has dispositiones habere. Sufficit aliunde certitudo moralis late sumpta ad pacem animi tuto servandam : qui enim cum tali certitudine ad sacramenta accedit proprie dispositus certo justificatur.

68. *Thesis IIa :* Gratia justificationis est inaequalis in diversis justis, et in eodem justo crescere potest.

1° *De fide* est ex *Trident.* 3 : "Justitiam in nobis recipientes *unusquisque suam secundum mensuram,* quam Spiritus Sanctus partitur singulis prout vult et secundum propriam cujusque dispositionem et cooperationem... Si quis dixerit justitiam acceptam non conservari atque etiam *augeri...* per bona opera, A. S."

69. 2° Probatur *prima pars :* (A) *Script,* (a) Juxta S. *Paulum* 4, "unicuique nostrum data est gratia secundum *mensuram donationis Christi" :* quod satis indicat unicuique dari talem mensuram ex libera donatione Christi, et exinde diversis diversam, (b) Insuper datur secundum *dispositiones ejusque :* "Qui (Deus) reddet unicuique secundum opera ejus"; atqui *inæquales* sunt diversorum dispositiones.

(B) *Ratione :* ex parte quidem *finis,* gratia non potest esse major aut minor, cum secundum sui rationem, et exinde semper, conjungat hominem summo bono, quod est Deus; sed ex parte *subjecti,* gratia suscipit magis et minus, cum magis ac magis eam participare, ea imbui et deificari homo possit. Cujus diversitatis *aliqua* ratio est præparatio animæ, *prima* vero ratio est sapientia Dei "qui diversimode suæ gratiæ dona dispensat ad hoc quod ex diversis gradibus pulchritudo et perfectio Ecclesiæ consurgat, sicut etiam diversos gradus rerum instituit ut esset universum perfectum "[6].

* *Galat.,* V, 24.

1 Quam cDinionem nostris diebus erudite propugnare conatus est P. Gaucher *Le signe infaillible de l'ilat de grâee,* 1907.

4 *Ephes.y* IV, 7; ci. *Matth.,* XXV, 15-20.
5 *Rom.y* II, 6; cf. *Luc..* VII, 47. — 6

70. 30 Probatur secunda pars : (A) *Script.,* quæ justos hortatur ut crescant in caritate, gratia, justitia et sanctitate : "Veritatem autem facientes in caritate, *crescamus* in illo per omnia, qui est caput Christus" *. "*Crescite* vero in *gratia* et in cognitione Domini nostri..."[2] "Qui justus est, justificetur adhuc, et sanctus sanctificetur adhuc "[3].

(B) *Rat. theol.* Gratia justificationis est vita quædam supernaturalis ; atqui de natura vitæ est ut crescat per exercitium. Ergo...

71. *Thesis IIP :* Gratia justificationis est amissibilis et de facto amittitur per quodlibet peccatum mortale.

1° *De fide* est ex *Trident. :* "Si quis hominem semel justificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum qui labitur et peccat, nunquam vere fuisse justificatum, A. S."[4]

2° Gratiam *amitti* per peccatum mortale probatur (A) *Script. :* "Justus non poterit vivere in justitia sua in quacumque die peccaverit"[5]. Unde monet Christus : "Vigilate et orate ut non intretis in tentationem" et Apostolus : "Qui se existimat stare, videat ne cadat"( ) Atqui hæ admonitiones vanae essent, si gratia semel accepta amitti nequiret. — Confirmatur exemplis Davidis, Salomonis aliorumque qui, post habitam justificationem, eam amiserunt. Unde et S. *Paulus* asserit fidem ipsam amitti posse et timet reprobationem [8].

(B) *Ratio* desumitur ex incompossibilitate inter gratiam et peccatum mortale : gratia enim nos conjungit cum Deo et per seipsam et per caritatem quæ ab ea resultat; peccatum vero mortale nos a Deo separat : unde gratia et peccatum, utpote opposita, sunt incompossibilia. Atqui gratia et caritas pendent sane ex actione Dei infundentis, sed simul ex *acceptatione animæ* perseverante : unde, cum anima per peccatum respuat gratiam et amicitiam Dei, eo ipso cessat

1 *Ephes.,* IV, 15. — 2 *II Petr.,* III, 18. — 3 *Apoc.,* XXII, π.
4 D. B., 833, 837. — 5 *Ezech.,* XXXIII, 12, 13. — 45 *Maith.,* XXVI *II Cor.,* X, 12. —? *I Tim.,* I, 19; Z *Cor.,* IX, 27.

Deus hanc influere, sicut lumen solis cessat in aere per hoc quod aliquod obstaculum interponitur x.

72. *Sotv. diff.* (a) Sæpe sæpius Scriptura asserit caritatem esse *inexstinguibilem, insuperabilem, nunquam excidentem 3;* atqui hsec omnia indicant justitiam esse inamissibilem ; ergo.

Resp. Nego minorem, nam illa verba significant, virtutem caritatis neque vi externa nequè per visionem beatificam esse destruendam sicut fidem et spem, sed perseveraturam in justis, qui in statu gratiæ moriuntur, ut S. Paulus ipse disertis verbis rem alibi 3 explicat.

(b) Dicitur : " Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare quia ex Deo natus est " «.

Resp. Sensus est : qui natus est ex Deo non potest peccare mortaliter *dum* remanet filius Dei, quoniam semen illius, scilicet caritas sive gratia in eo manens, peccatum excludit : seu, aliis verbis, declaratur aliquem non posse simul caritatem retinere et peccare mortaliter, ut explicatur etiam a Protestantibus, v. g., *H. Alford,* in h. 1.; nihil igitur ex his verbis contra thesim nostram deduci potest.

Art. II. Natura intima gratiæ habitualis5.

73. Ex dictis de justificatione jam inferri potest intima gratiæ natura. Gratia habitualis duplex complectitur elementum : donum *Dei ipsius,* quod *increata gratia* dicitur et consistit in *habitatione trium divinarum personarum* in anima justi; et donum *alicujus qualitatis* qua consortes efficimur divinæ naturæ, quod *gratia creata* vocatur. Utrumque a Patribus et Scholasticis recensetur : Patres, præsertim græci, prius elementum præcipue exposuerunt; Scholastici autem posterius. Utrumque vero consociari debet ut gratiæ integer conceptus habeatur : non dantur enim duæ species gratiæ habitualis, sed tantum duo elementa quæ ad gratiam habitualem integre constituendam requiruntur. Nam, ut ait S. *Thomas,* "gratia causatur in homine ex *præsentia Divinitatis* sicut lumen in aere ex præsentia solis " 6 ; seu, aliis verbis, Spiritus Sancti inhabitatio in anima non

[4] S. Thomas, 2a 2*, q. 24. a. 12.
' *Rom.,* VIII, 35 ; *I Cor.,* XIII, 8. — 3ZCor., XIII, 8-10. —* Z*Joan.,* III, o.

est tantum *effectus formalis* justificationis, sed etiam *causa efficiens* gratiæ sanctificantis (gratiæ creatæ), eam producendo, conservando et augendo, et quidem *ipsa sua præsentia* et *intima unione cum anima.*

Dicemus itaque : i° *de inhabitatione SS. Trinitatis* in anima justi; 2° *te gratia creata,* de *virtutibus* et *donis* huic gratiæ annexis.

§ 1. De GRATIA INCREATA SEU DE INHABITATIONE SS. Trinitatis in anima justi r.

74. Jam diximus in *Tr. De Deo Trino,* n. 673, totam Trinitatem in anima justi inhabitare sicut in templo, et hanc inhabitationem *specialiter tribui Spiritui Sancto,* quia est opus sanctificationis. Quod quidem hic fusius explicare oportet, declarando : i° *existentiam* hujus habitationis; 2° ejus *modum.*

I. *Thesis :* Per gratiam habitualem SS. Trinitas in anima justi inhabitat; hæc autem inhabitatio Spiritui Sancto merito appropriatur. De *fide divina,* utpote clare in Scriptura contenta.

i° Secundum *Scripturam :* (a) *Christus,* in ultima caena, affirmat hominem qui diligit Deum a Deo diligi et in se recipere tres divinas personas : "Si quis diligit me... et Pater meus diliget eum, et ad eum *veniemus,* et *mansionem* apud eum faciemus " 2. Ibi agitur directe de Patre et Filio, indirecte autem de Spiritu cujus adventum paulo antea Christus promiserat : tres igitur personæ veniunt " *veniemus* ", et quidem modo permanenti " *mansionem* faciemus

' S. Thomas, 1, q. 38, a. i, 2; q. 43, a. 3; S. Bonaveûtura, *In lib. 1 SenC,* dist. 14, a. 2 ; Lessius, *DeperfGT. divinis,* XII, n ; Petavius, *De Trinitate,* l. VIII, c. 4 sq. ; Suarez, *De Trinit.,* l. XII, c. 5 ; Schaezler, *Natur und Uebematur,* I, 24; Franzelin, *De Deo Trino,* th. 43 sq.; Scheeben, *Mysterien,* § 28-30; *Dogin.,* II, § 125, III, § 169; Scholz, *De inhabit. Spiritus S.;* P. Oberdoerfler, *De inhabitatione Spiritus Sancti,* 1890; Froget, *L'habitation du St Esprit '*, 1901; Abbé de Bellevue, *L'oeuvre du St Esprit ou la sanctification des âmes,* 1901 ; L. Labauche, *op. cit,,* 290-318; A. Gardeil, *La structure de l'âme et l'expérience mystique,* t. II, p. 1-87; P/ Plus, *Dieu en nous;* Ad. Tanquerey, *Précis de Théologie ascétique et mystique,*)i-lpi ; P Criaitier, *Dhabitation en nous rots* aris, 1928? *Joan.,* XIV, 23.

(b) Juxta S. *Paulum, Spiritus Sanctus* nobis datur i) ut *donum* a caritate ideoque a gratia creata distinctum : " *Caritas* Dei diffusa est in cordibus nostris per *Spiritum S. qui datus est* nobis " [1]; ibi enim distinguitur *caritas* a Spiritu qui eam diffundit, sicut donum a donatore; 2) habitat *in nobis* sicut *in templo,* ideoque nobiscum init communionem intimam et societatem permanentem, quatenus nempe *Deo consecramur* tanquam speciale et sacrum habitaculum : " Nescitis quia *templum Dei* estis et *Spiritus Dei* habitat in vobis?... Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos... An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo "[2]...; 3) dicitur etiam *signaculum* quo signati sumus, et *pignus* gloriæ caelestis quæ nobis promittitur : " Credentes *signati* estis Spiritu promissionis Sancto... Nolite contristare Spiritum Sanctum Dei, in quo *signati* estis in diem redemptionis... Qui signavit nos et dedit *pignus* Spiritus in cordibus nostris " [3]. Hæc autem inhabitatio seu unio non est propria Spiritui Sancto, sed *communis tribus divinis personis :* nam S. Paulus utitur vocibus *Dei* et *Spiritus,* quasi *synonymis,* ad significandum nomine *Spiritus* designari ipsum *Deum* seu tres divinas personas (infra, n. 81).

75 2° *Patres* hanc intimam unionem inter animam justi et Spiritum Sanctum describunt et variis comparationibus illustrant.

(a) Inter *Graecos :* 1) S. *Basilius* declarat hanc unionem in eo sitam esse quod Spiritus S., habitans in nobis, nos *spirituales* reddit et *conformes imaginis BHii Dei* [4] : " Nam qui jam non vivit secundum carnem, sed Spiritu Dei agitur et filius Dei nominatur et conformis imaginis Filii Dei factus est, spiritualis dicitur... Gratia ab eo manans, dum Spiritus habitat in dignis et sua ibi operatur, recte dicitur inesse eis qui Spiritus sunt capaces". 2) S. *Cyrillus Alex,* docet Spiritum S. non solum gratia sua et operatione nobiscum esse, sed *eum ipsum intime nobis uniri : " Templa enim sumus vere existentis et subsistentis Spiritus;* vocati autem sumus propter

[1] *Rom.,* V, 5. Cf. *I. Thess.,* IV, 7, 8; ***I*** *Cor.,* II, 12.
[2] ***I*** *Cor.,* III, 16, 17; VI, 19.
[3] *Ephes.,* I, 13; IV, 30; ***II*** *Cor.,* I, 22.
[4] *De Spiritu S.,* cap. XXVI, nn. 61, 63, *P. G.,* XXXII, 180, 184; cf. cap. IX, n. 22, 23; cap. XVIII, n. 47.

ipsum dii, quatenus divinæ et ineffabilis naturæ consortes sumus per conjunctionem ad ipsum ” ·. Quod *comparatione* illustrat *sigilli cera impressi :* “ Ipse qui Deus est et ex Deo procedit, in cordibus se recipientium, tanquam in cera, sigilli instar, invisibiliter imprimitur, per sui communicationem et similitudinem naturam ad exemplaris pulchritudinem repingens et Dei imaginem homini restituens ” 3) Hanc autem inhabitationem *communem esse tribus personis* ita declarat 5. *Chrysostomus :* “ Non potest enim, Spiritu præsente, non adesse Christus. Ubi enim una Trinitatis hypostasis adest, tota adest Trinitas : non potest enim omnino separari, sed accuratissime in se unita est ” 3.

(b) Inter *Latinos, S. Ambrosius,* exponens verba S. Pauli ll Caritas Dei diffusa est, etc. ”, asserit Spiritum Sanctum *nobis dari* primum in baptismo, deinde in confirmatione, ut splendorem atque imaginem ejus et gratiam tenere ꝑossimus 5. *Augustinus* non solum ipse docet, sed testatur et Patres magno consensu praedicare *Deum seipsum donumjustis dare :* ‘‘Si in donis Dei nihil est majus caritate et nullum est majus donum Dei quam Spiritus Sanctus, quid consequentius quam ut ipse sit caritas5?... De Spiritu autem Sancto nondum tam copiose ac. diligenter disputatum est... nisi quod eum *donum Dei* esse prædicant” 6.

76. II. Modus hujus habitationis. i° Hic modus sane differt a modo *communi* quo Deus'est in omnibus *potentiam,* in quantum omnia ejus potestati subduntur; per*prcesentiam,* quatenus omnia videt etiam secreta cordis, per *essentiam,* in quantum per suam substantiam adest omnibus ut causa essendi7. — Attamen ille modus *præsupponitur* tanquam *fundamentum* specialis inhabitationis Dei in anima justi.

2° Inhabitatio non satis explicatur per *specialem Deiprovidentiam* erga filios adoptivos in quibus novo modo se manifestat, nempe per *gratiam habitualem8.* Hic modus utique existit, sed non sufficit ad explicandam præsentiam Dei realem et physicam quam communiter theologi admittunt.

l Dialog. VII, *P. G.,* LXXV, 1085.

’ Thesaurus, 34, *P. G.,* LXXV, 609; Journel, 2080.

3 In ep. ad Poni., 13, 8, *P. G.,* LX, 519; Journel, 1186.

4 De Spiritu S., 1. I, c. 5, 6. — s *De Trinitate,* 1. XV, c. 19, *P. L.,* 1086.

6 Defide et Symbolo, n. 19, *P. L.,* XL, 191. — 7 S. Thom., I, q. 8, a. 3.

•Ita Vasquez, *in Iampartem S. Thoma, q. VIII,* disp. 30, c. 3; cfr. Gardeil, *op. cit.,* t. II, p. 12-18.

77. 3° Juxta S. *Thomam,* Deus est in anima justi " sicut *cognitum in cognoscente* et *amatum in amante;* et quia cognoscendo et amando creatura rationalis *sua operatione attingit ad ipsum Deum,* secundum istum specialem modum, Deus non solum dicitur esse in creatura rationali, sed etiam habitare in ea, sicut in templo suo " ». Aliis verbis, Deus in anima justi habitat, non tantum quia ibi *est* et *operatur,* sed etiam quia *seipsum dat,* ut eum *possideamus* tanquam nostrum eoque */ruamur** tanquam *amico* intime dilecto et suavi *hospite.* Ita operatione nostra Deum ipsum attingimus, modo quidem perfecto, in altera vita, per visionem beatificam, modo autem *inchoativo* super terram per fidem et caritatem; nam, ut ait *Leo XIII*3, " hæc mira conjunctio, quæ suo nomine *inhabitatio* dicitur, conditione tantum seu statu ab ea discrepat qua caelites Deus beando complectitur

78.Quod ita declarari potest (a) Per inhabitationem vera est *amicitia* inter Deum et animam justi, n. 44. Atqui amicitia quaerit unionem amicorum non solum *affectivam,* sed etiam *effectivam,* in quantum fieri potest. Hæc unio realis fit perfecte in cælo per visionem et amorem beatificum ; quia vero caritas *vice* non specifice differt a caritate *patrice,* sed tantum gradu, id præstare debet, gradu tamen inferiore, quod caritas patriæ praestat; ergo per inhabitationem personae divinæ realiter et substantialiter præsentes sunt in anima nostra. Deus igitur inchoat *in via* unionem illam caelestem in qua Ipse, ad modum *speciei impresses,* menti beatorum ineffabiliter adhaerebit, n. 1100.

(b) Deus, per inhabitationem, praesens est animae nostrae non tantum ut unus, prout in creaturis per naturam, sed etiam ut *trinus,* ideoque cum vita sua intima, generans Filium suum et cum Eo spirans Spiritum Sanctum.

79.(C) Attamen hæc inhabitatio omnino distinguitur ab unione *hypostatica,* qua duae naturae, divina et humana,

l *Sum. theol.,* I, q. 43, a. 3.

• Juxta S. Thomam, I, q. 43» a- 3 ad *» Îustus ita perficitur ut " non solum ipso dono creato utatur, sed ut ipsa *divina persana fruatur*

J Encycl. *Divinum illud munus.*

in una eademque persona subsistunt, cum *justus suam personalitatem* retineat; et ab unione quæ existit *inter corpus et animam,* in qua anima et corpus unum compositum substantiale constituunt, cum Trinitas et anima remaneant substantiæ prorsus distinctæ. Ad utramque tamen unionem quadamtenus accedit, ait *Hurter*l : "Sicut enim ratione unionis hypostaticae filius hominis est Filius Dei naturalis et verus Deus : ita ratione hujus unionis filius Adæ redditur (saltem secundum plures) *plene* filius Dei adoptivus atque consors divinæ naturæ; et sicut ratione unionis animae cum corpore corpus vivit vitam animalem : ita ratione inhabitantis Spiritus Sancti justi vivunt vitam spiritualem

Etsi inhabitatio ipsa sit substantialis, unio quæ ex hac habitatione oritur inter justum et Deum est : i) *accidentalis* et non substantialis, non quidem eo sensu quod Spiritus Sanctus fit accidens quoddam substantiae animae inhaerens, aut anima fit accidens divinitati inhaerens, sed eo sensu quod Deus habitat in justis *non per se et necessario,* sed ex *libera electione,* et seipsum donando nostram substantiam sibi quidem *assimilât,* sed *non transformat in se* 2, ideoque manet a nobis distinctus, etsi vere et physice praesens in anima nostra eique unitus; 2) *moralis* quidem, quatenus intimo amore Deus et anima conjunguntur, sed simul *realis* et aliquo modo *physica,* licet sensu *minus stricto,* quatenus SS. Trinitas praesens non solum per operationem, sed etiam *per substantiam,* vitam supernaturalem effundit in animam, *seipsum in ea imprimens* sicut sigillum ceræ imprimitur, dum anima omnino pendet a Spiritu Sancto quoad eamdem vitam. Animadvertendum est tamen hujusmodi unione Deum, utpote immutabilem, nullam mutationem pati, sed totam mutationem se habere ex parte animae. 3) Hæc unio est *progressiva,* eo sensu quod fit intimior quoties justus altiorem gratiæ gradum accipit : tunc enim Trinitas

l *Theol. dogmat. Compendium*^ th. CCIV, Scholion, n. 200.

" Reprobata est propos. 5a *Mich. de Molinos :* ""Nihil operando anima se annihilat et ad suum principium reejit et ad suam originem» quæ est essentia Dei, in qua transformata remanet ac divinizata, et Deus tunc in se ipso remanet ; quia tunc non sunt amplius duæ res unitae, sed *una tantum* et hac ratione Deus vivit et reenat in nobis- et anima seipsam annihilat in esse operative ". D. B., 1225.

magis ac magis animæ illabitur, eam pervadit, novisque beneficiis donat, ut videre est in vitis Sanctorum, præsertim contemplativorum qui, donis Spiritus Sancti moti, ita Deo uniuntur ut contactum divinum percipiant eoque fruantur[1].

80.(d) Spiritus in anima habitans eam sanctificat non ut causa formalis intrinsece informans, sed ut causa *efficiens* et *exemplaris,* i) Non proprie ut causa *formalis,* ut docuit *P. Lombardus;* nam, juxta *Tridentinum,* " unica causa formalis (justificationis) est justitia Dei *non qua justus est,* sed qua *nos justos facit",* per gratiam creatam; si enim Spiritus S. esset causa formalis nostræ sanctificationis, anima considerari deberet tanquam causa materialis, cui intrinsece inhaereret Spiritus, et ex his duobus constitueretur aliqua ratione *unum ens :* quod pantheismum redolet. 2) Est autem causa *efficiens* sanctitatis, quatenus eam infundit, conservat et auget, et quidem vi ipsius unionis qua animam sibi assimilât. Itaque chronologice *uno eodemque tempore* Spiritus S. et gratia creata animam ingrediuntur; sed *logice,* ut ait S. *Thomas,* per prius recipimus Spiritum Sanctum quam dona ejus[2]. 3) Dici etiam potest causa *exemplaris,* quatenus divinam similitudinem animæ imprimit, ut infra exponetur, n. 87.

81. (e) Hæc specialis unio animæ cum Trinitate, utpote operatio ad extra, est *communis tribus divinis personis,* sed *per appropriationem* tribuitur Spiritui S., quia est opus amoris et sanctitatis : Deus trinus nobis unitur quatenus est *amor;* ideoque inhabitatio merito *appropriatur* Spiritui qui procedit ut amor, et cui proinde appropriantur omnia opera amoris.

Ita *communiter,* contra quosdam theologos [3], qui, distinctione facta inter *inhabitationem,* quam fatentur esse communem tribus personis, et *unionem,* hanc proprie convenire Spiritui Sancto putant, innixi praesertim Patribus græcis, qui id docere videntur[x]. Ratio præcipua hæc est : in divinis omnia sunt communia, ubi non obviat relationis oppositio; atqui non solum inhabitatio, sed etiam unio Dei cum anima per gratiam, potest tribus divinis personis tribui, quin obviet relationis oppositio : hæc enim unio non est proprietas *personalis* Spiritus S., cum hic non hypostatice, sed solum accidentaliter uniatur animæ, ex jam dictis.

Dicunt quidem Spiritum Sanctum *specialiter* uniri justo quatenus Spiritus est aliquo modo, licet non sensu stricto, *causa formalis* nostræ sanctitatis et divinæ adoptionis, et constituit cum anima totum quoddam organicum, ad efficiendos actus nostros supernaturales. — Sed hæc theoria vel reincidit in opinionem P. Lombardi superius confutatam, vel significat tantum realem unionem trium pariter personarum cum anima nostra, eo sensu quo jam exposita fuit, cum nulla alia relatio propria et *formalis* alicujus divinæ personæ *ad extra* concipiatur nisi hypostatica unio '.

Corollarium pietatis.

82. Cum Deus unus et trinus in anima justi inhabitare dignetur sicut in templo, et seipsum totum nobis det ut eo fruamur non solum in altera vita, sed etiam *inchoative* in præsenti, Eum præ oculis habere, adorare, amare et imitari debemus, et devotionem erga Trinitaterp colere [3].

1° *Eum prce oculis frequenter habere,* non tantum orationis tempore, sed cum ordinariis officiis vacamus. Deus enim indesinenter de nobis cum amore cogitat; sæpe igitur de eo cogitemus et pro ejus amore officia impleamus, ut in eo inchoationem vitæ æternæ inveniamus, juxta illud piæ virginis Carmelitanæ : " Cælum jam inveni super terram; cælum enim est possessio Dei, et jam Deum in corde habeo ".

[1] Quod exposuimus in *Pricis de Théol. ascitique et mystique,* nn. 1307 sq., x394» 1495; ch· Poulain, *Grâces cToraison,* ch. V.

[2] *In I Sent.,* dist 14, q. 2, a. i, quæst 2, soL 2. — Quod ita declarat E. Hugon, t. II, p. 322, 323 : " In genere quidem causæ *dispositiva,* gratia sanctificans est prior, quatenus exigit et praparat habitationem, sicut amicitia perfecta requirit unionem realem ut terminum et consummationem. In genere autem causæ *efficientis,* prior est habitatio ; nam personæ divinæ idcirco gratiam producunt quia jam sunt in anima présentes".

[3] Inter quos : Petavius, *De Trinitate,* l. VIII, cap. 4-6 ; Scheeben, *Dogmatik,* II. § 169; Scholz, *De inhabit. Spiritus Sancti,* p. 70.

[1] Haud pauci tamen inter Græcos nostræ sententiæ favent. Ita, v. g. ; S. Athanasius *{Ad Scrap.,* ep. I, n. 31, *P. G.}* XXVI, 601) : ""Profecto, cum Dominus ait : veniemus ego et Pater, simul venit Spiritus non alio modo quam ut Filius in nobis habitaturus"; S. Cyrillus Alex. *(In Joan.,* X, 23, *P. G.,* LXXIV, 292), eumdem textum interpretans, scribit : " Inhabitante itaque in nostris cordibus Unigenito, nequaquam abest Pater, habet enim in seipso Filius genitorem, unius existens cum eo substantiae, sed et ipse est in Patre naturaliter

• Quam opinionem late exponit et confutat P. Oberdoerffer, *op. ci!.,* p. 44-56; 71-122. — [3] E. Hugon, *Le mystère de la Trinité,* p. 366. Paris, 1912.

2° Eum *adorare,* cum Deus trinus sit primarium adorationis objectum. Quam adorationem precibus liturgicis præsertim exprimemus : *Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto... Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus;* insuper singulas actiones Trinitati devovebimus, eas nempe peragendo *in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.*

3° Eum *amare,* cum Ipse nos infinito amore prosequatur et ad redamandum provocet : " Præbe, fili mi, cor tuum mihi " Quem amorem manifestabimus non tantum piis affectibus, sed peccata quæ Deum offendunt ex toto corde detestando, gratias sæpe agendo pro innumeris beneficiis ab Eo acceptis, Ejus gloriam promovendo. Ejus voluntatem indesinenter implendo : " ego quæ placita sunt ei facio semper "

4° Eum *imitari,* juxta Christi verba : " Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester cælestis perfectus est "3; Deus enim ideo in anima habitat ut eam sibi similem reddat, ei impertiendo participationem naturæ, vitæ ac perfectionum. Quare templum Dei, cor nostrum scilicet, omnibus virtutibus ornare debemus, præsertim vero puritate mentis ac cordis, et fraterna caritate, ut omnes unum simus sicut et tres divinæ personæ unum sunt «.

Ita Deum trinum in nobis habitantem coiemus, ejusque gratia creata fruemur.

§ II. De gratia creata s.

83. Ex hac doctrina de habitatione SS. Trinitatis in anima nostra consectaria quædam fluunt quæ Patres jam obiter indicaverant. Deus, seipsum donando, secum *dona creata affert* ad ornandum templum in quo inhabitat, et ad elevandam vitam nostram spiritualem. Quapropter Spiritus Sanctus in animam justi infundit dona *supcrnaturalia* quæ a nobis recepta non tantum eam adornant et perficiunt, sed etiam constituunt *novam vitam,* vitam nempe *deiforinem* triplici constantem elemento : (a) *gratia habituali creata,* quæ est habitus *entitativus* ipsam essentiam animæ perficiens; (b) *virtutibus infusis,* quæ sunt habitus *operativi* seu *facultates supernaturales,* quibus potentiæ naturales ita

• *Prcru.,* XXIII, 26. — *'Joan.,* VIII, 29. — 3 *Mallh.,* V, 48.
**Joan.,* XVII, 21.

s S. Thomas, 1* 2æ, q. no; Suarez, lib. VI; Salmantic., disp. IV; Billuart, disp. IV; Mazzella, n. 907-1024; Terrien, *op. cil.;* p. 75 sq. ; Bellevue, *op. cil.;* Rademacher, *Die Ucbemaiurl. Lebeniordnung nach der Paulin. undJoann. Théologie,* 1905; L. Billot, th. VII.

elevantur ut *actus dei/ormes* elicere valeant, adjuvante *gratia actuali,* de qua mox agemus; (c) *donis Spiritus Sancti,* quæ sunt pariter habitus operativi, quibus inclinamur ac disponimur ad *prompte obediendum motionibus Spiritus Sancti.* Quapropter *tria elementa* quibus constituitur gratia creata *describemus,* nempe i° *gratiam habitualem;* 2° *virtutes;* 3° *dona Spiritus Sancti.*

I. De gratia habituali.

84. *Existentia* gratiæ habitualis e fontibus *revelatis* jam probata est n. 28 sq.

Antequam vero tradatur definitio gratiæ habitualis, expedit ratione theologica, quam tradit S. *Thomas* x, ostendere hanc esse veram *realitatem.* Gratia est id quo homo fit Deo gratus in ordine supernatural!; atqui gratus Deo fieri nequit nisi ab eo accipiat quamdam realitatem supernaturalem : non enim per se supernaturaliter Deo acceptus est; ergo hanc realitatem a Deo accipere debet. Hæc autem realitas a divino amore procedit : non enim amor Dei est sicut amor creaturæ qui supponit bonum aliquod jam esse in amato; amor Dei videlicet, utpote efficax, infundit in amato bonum quod suam dilectionem attrahit; ergo amor Dei supernaturalis erga nos infundit realitatem supernaturalem qua Deo accepti sumus.

Naturam hujus supernaturalis realitatis expendere necesse est.

Jamvero ex iis quæ *Tridentinum* definivit circa justificationem et ex communi doctrina theologorum, gratia habitualis definiri potest : *Qualitas supernaturalis, intrinsece et permanenter animæ inhærens, per quam divinæ efficimur consortes lîaturæ*\----------

Dicitur : (A) *Qualitas,* ac proinde non substantia, sed *accidens,* seu præcisius *habitus* et quidem *entitativus,* saltem *probabilius,* animam perficiens immediate in ordine essendi, mediate in ordine operandi : vi enim gratiæ, sed. mediantibus virtutibus, homo potest divine agere. Hic habitus *non* est *proprie creatus,* cum creatio proprie dicta de solis

substantiis prædicetur, sed a Deo producitur et *infunditur* in animam. Quod jam infertur ex eo quod, juxta *Triden-tinum,* gratia sit aliquid animæ *inhczrens;* explicite autem asseritur a *Catechismo C. Tridentini* eam esse *qualitatem* in anima *inhczrentem :* " Est autem gratia... divina qualitas in anima inhaerens, ac veluti splendor quidam et lux quæ animarum nostrarum maculas omnes delet, ipsasque animas pulchriores et splendidiores reddit" (Pars IIa, c. 2, n. 50).

(B) *Supematuralis* stricte, seu supra vires et exigentias omnis naturae creatæ aut creabilis; constat ex eo quod, secundum Scripturam et Patres, gratia est *semen Dei, consortium divinæ naturæ, filiatio adoptiva,* etc., n. 42; ac consequenter divinitus *per se infusa,* ut jam probavimus n. 28 sq.

(C) *Inharens animez intrincese :* recipitur in anima ipsa, et non consistit in extrinseca imputatione sanctitatis Christi, ut contendunt *Protestantes ;* nec tantum in obedientia mandatorum, ut contendebat *Baius*[1], sed in *supernaturali dono animez infuso et inhezrente.* — Quod lucidius constabit ex dicendis, n. 86, de consortio divinæ naturæ.

85. (D) *etpermanenter* : gratia habitualis non est transitoria, ut gratia actualis, sed in anima manet quamdiu per peccatum non expellitur. In *Scriptura* enim dicitur gratia *semen Dei* quod in nobis *pignus** hereditatis, *signum* quo signantur credentes [3], *regeneratio* et *renovatio* [4] vi cujus transformamur *in imaginem Dei*[5]; atqui hæc omnia non conveniunt nisi qualitati ex se stabili. — Præterea, juxta *Trident.*[6] gratia etiam parvulis infunditur, consistit in interiori renovatione qua homo vere justus efficitur et quæ animæ inhæret; atqui parvuli sunt incapaces actuum; ergo gratia consistit in qualitate permanente. — Quod sic illustrat S. *Thomas*[7] : Deus non minus creaturis providet in ordine supernaturali quam in ordine naturali. Atqui, in ordine naturali, non solum creaturas ad actus movet con-

* Damnata est enim propos. Baii 42 : "Justitia qua justificatur per fidem impius, consistit formaliter in obedientia mandatorum, quæ est operum justitia, non autem in gratia aliqua animæ infusa, qua adoptatur homo in filium Dei et secundum interiorem hominem renovatur". Denz.-Bann., 1042.

[1] *1Joan.,* III, 9. — [3] *Ephes.,* I, 14. — [4] *Tit.,* III, 5. — [5] *7 Cor.,* III, 18.
[6] Sess. VII, can. 7, D. B., 850. — [7] *Sum. theol.,* 1* 2*, q. 110, a. 2.

cursu transitorio, sed eis inserit principia quædam permanentia, nempe naturam et facultates quæ sint principia actionum. Ergo et in ordine *supernaturali* infundere debet principium permanens quod vices gerat naturæ, nempe gratiam, et facultates, videlicet virtutes.

86. (E) per quam efficimur "*consortes divinæ naturæ*", testante *S. Petro*l. ConsortiurrFKujusmodi duo simul importat : specialem *unionem* cum Deo trino et Spiritu Sancto, de qua jam actum est, n. 77, et, vi ejusdem, *assimilationem* cum eo, quam accurate exponere juvat, cum in ea consistat *essentia gratiæ creatæ*.

Participatio divinæ naturæ quæ fit per gratiam multo superat eam qua omnes creaturæ participes sunt divinæ perfectionis. Juxta communem sententiam, gratia est participatio naturæ divinæ qua *intellectualis,* in quantum nos aptos efficit ad Deum cognoscendum *eodem modo,* licet *non eodem gradu,* ac Deus seipsum cognoscit, eumque amandum amore proportionate2.

Ad hoc intelligendum sciendum est triplicem esse gradum participationis divinarum perfectionum : 1)per modum *vestigii,* in rebus materialibus, 2) per modum *imaginis,* in creaturis intellectualibus, 3) per modum *formalis similitudinis,* vi cujus mens creata *supernaturaliter* participat vitam *divinam,* per quam Deus seipsum et omnia alia videt *directe et immediate*. Jam vero homo per gratiam sanctificantem ita elevatur, ut *remote* saltem fiat *aptus ad videndum Deum immediate seu facie ad faciem,* et ad eum diligendum *amore proportionate :* dicitur *remote,* quia, dum in via peregrinamur, Deum adhuc non videmus, sed jam apti efficimur ad eum videndum, cum gratia sit *semen gloriæ,* ac virtualiter eam contineat sicut semen jam continet arborem. Quod quidem fieri nequit nisi dono Dei ipsius se jam infundentis in animam, eique *immediate* adhærentis, ut supra expositum

l ***II*** *Petr.,* I, 4.

* Rejicienda proinde videtur sententia eorum qui, cum Gonet, disp. **II,** § 10, putant gratiam esse participationem naturæ divinae formaliter ut est ens *infinitum* et *actus purus*. Nulla enim creatura *formaliter* participare potest infinitatem Dei et proprietatem qua actus purus est, cum creatura sit essentialiter finita et potentiaJitate mixta.

est, n. 77 sq. Et ita hæc participatio omnino transcendit naturalem Dei cognitionem quæ est *mediata* et *discursiva.*

87, Hæc autem participatio, secundum Traditionem, est : (a) non moralis tantum, sed et *physica,* id est, non consistit tantum in imitatione quadam divinarum perfectionum, sed in reali etiam perfectione qua, quoad esse et facultates, similes Deo reddimur. Spiritus Sanctus, juxta S. *Cyrillum Alex. J, divinam nobis similitudinem* imprimit, et "signaculi instar supramundanam pulchritudinem inserit" a. Revera gratia describitur ut nova *generatio,* nova *nativitas, semen Dei :* quæ omnia exprimunt non tantum moralem similitudinem per viam imitationis, sed *realem* perfectionem qua *novum esse, novam vitam* accipimus, et qua physice efficimur *participes naturce* et *vitæ divines.*

fi) Formalis, et non virtualis tantum. Formalis siquidem ea est qua res participata invenitur in participante *eodem modo* ac in exemplari, licet *diverso gradu;* virtualis autem ea dicitur qua res participata invenitur *diverso modo* ac in participante. Jamvero gratia homo radicaliter habilis fit ad cognoscendum Deum immediate et intuitive *sicut* Deus seipsum cognoscit, licet non eodem gradu. Hæc participatio differt proinde a participatione *virtuali,* qualis est humana ratio quæ naturaliter non cognoscit Deum sicut seipsum videt, sed tantum per *speculum* et *in cenigmate* seu mediate; et merito *formalis* dicitur.

(c) *Accidentalis tamen;* id est, divina natura non communicatur nobis *substantialiter* sicut communicatur Verbo, nec *personaliter,* ut in Incarnatione; sed *accidentaliter* 3, eo sensu

[8] *De SS. Trinit. Dial.* VII, *P. G.,* LXXV, 1088.

' Insufficiens est igitur explicatio Ripaldæ (disp. CXXXII, sect. 9, η. 105), secundum quem consortium naturae divinse ultimatim reponendum est in *bonitate morali, habituali* et universali naturae propria, cui debita est virtus ad omnes et solas operationes moraliter bonas. Hæc enim moralis bonitas est quidem unus ex gratis effectibus, sed supponit naturam jam elevatam quæ sit radicale principium hujus bonitatis moralis; hoc autem radicale principium est gratia habitualis qualem explicavimus.

3 Ad rem S. Thomas (1· 2®, q. no, a. 2, ad 2) : " Et quia gratia est supra naturam humanam, non potest esse quod sit substantia aut forma substantialis · sed est forma accidentalis ipsius animæ. Id enim quod substantialiter est in Deo, accidentaliter fit in anima participante divinam bonitatem ut de tia patet".

quod qualitas in anima nostra imprimitur, qua ejus substantia non fit quidem Deus substantialiter, sed *similis Deo, deiformis, deifica ;* sicut ferrum in fornacem projectum non fit quidem ignis, sed simile igni, igneum, igniforme. Unde etiam haec participatio dici debet *analoga,* eo sensu quod infinite distat ab eo cujus est participatio; nam in Deo est *fer essentiam,* dum in nobis est *participative* et *accidentaliter,* ut ita vitetur pantheismus ; sed simul *formalis,* quatenus per gratiam anima *apta fit ad videndum Deum sicut seipsum videt,* gradu tamen finito.

88. Comparationes quibus natura gratiæ habitualis elucidatur. Scriptura et Patres, ad illustrandam gratiae notionem quæ intellectu difficilis est, variis utuntur comparationibus.

(A) In *Scriptura,* gratia exhibetur ut *adoptio divina,* qua filii Dei nominamur et sumus (supra, n. 43) ideoque ut *semen divinum* l quo divina vita nobis transmittitur, ut *succus vitalis divinus* qui animas nostras pervadit sicut succus arboris pervadit palmites 2, ex quo fit ut *imagines Christi* simus3, qui est Filius Dei primogenitus; *signaculum* dicitur *Spiritus Sancti* \ qui hanc imaginem in cordibus nostris pingit, *unctio spiritualis* 5 qua divinitatis unguento delibamur; sic per gratiam efficimur *templum Spiritus Sancti et totius Trinitatis*^, qui inhabitat in nobis ad praefatos effectus producendos.

89. (B) Quas comparationes *Patres* fusius declarant aliasque exponunt, (a) Ita 5. *Cyrillus Hieros.* utitur comparatione *ferri igniti:* " Si ignis, ferri densitatem intus penetrans, illud totum facit ignem, et frigidum evadit calidum, et nigrum evadit splendidum, si ignis, qui est corpus, in ferri corpus intrans tanquam sine obstaculo agit, quid mirans quod Spiritus Sanctus in intima animæ ingreditur? " 7 (b) S. *Basilius* comparat animam justi *corpori illuminato solis radio* 8. (c) Exinde S. *Ambrosius* infert *quanta*

[1] *Joan.,* III, 9. — 3 *Joan.,* XV, 1-6. — 3 *Rom.,* VIII, 29.
4 *Ephes.,* I, 18; IV, 30; *II Cor.,* I, 22. — 5 *I Joan.,* II, 20; V, 27.
6 *I Cor.,* III, 16-17; VI, 19; *II Cor.,* VI, 16.
i *Catech.,* XVII, 14, *P. G.,* XXXIII, 985.
8 *De Spiritu S.* IX, 22; *P. G.,* XXXII, 109; Journel, 944- — Quam comparationem evolvit S. Bonaventura, *In lib. II. Sent.,* dist. 26, a. 1, q. 2 : " Sicut ab isto sole materiali influitur lumen corporale in aere per quod aer

pulchritudine fulgeat anima quæ divinum splendorem in se recipit : " Pictus es ergo, o homo, et picjus a Domino Deo tuo. Bonum habes artificem atque pictorem. Noli bonam delere picturam, non fuco sed veritate fulgentem, non cera expressam, sed gratia " (d) S. *Bernardus* unionem Spiritus et animæ *connubio spirituali* similem esse asserit : "Vere spiritualis sanctique connubii est contractus iste. Parum dixi contractus, complexus est Complexus plane, ubi idem velle et nolle idem unum facit spiritum de duobus "

90. Controversia de connexione inter gratiam habitualem et filiationem adoptivam.

Jam probatum est adoptionem divinam esse unum ex *effectibus formalibus* gratiæ justificantis, n. 43. Sed quæstio oritur utrum hæc adoptio*formaliter* fiat *vi gratia intrinseca* an per aliud. Tres præcipuæ dantur opiniones, (a) Juxta *Lessium, Petavium* et *Scheeben,* hæc filiatio ab ipsa persona Spiritus Sancti efficitur speciali modo inhabitante animam justi 3. (b) *Scotus* et *Ripalda* putant gratiam habitualem esse quidem adoptionis causam, non autem intrinsece, sed ex speciali Dei pacto, (c) *Thomiste.* ‹ tandem et *communiter* alii theologi docent gratiam sanctificantem vi sua intrinseca esse causam adoptionis formalem.

91. i° *Thomistarum* sententia probatur, (a) Juxta *Tridentinum* s, unica forma nostræ justificationis est justitia Dei qua nos justos facit, seu aliis verbis, est gratia justificans. Atqui, juxta idem Concilium6, forma regenerationis seu filiationis est eadem ac forma justificationis : " Nisi in Christo *renascerentur* (en gratia filiationis), nunquam *justificarentur".* Ergo gratia justificans seu habitualis est unica nostræ filiationis forma, (b) Filiatio adoptiva supponit veram naturæ similitudinem inter adoptantem et adoptatum. Atqui hæc similitudo non existit inter Deum et homines nisi per communicationem divinæ naturæ quæ fit per gratiam habitualem ; per naturam enim non sumus Deo similes, cum noster

formaliter illuminatur, sic a sole spirituali, qui Deus est, influitur lumen spirituale in animam, a quo anima formaliter illuminatur, et reformatur, et gratificatur, et vivificatur

* *In Heaaem,* l. VI, c. 8, n. 47, *P. L.,* XIV, 260. Reapse, ut ait Jungmann, *De gratia,* n. 258 : " Quemadmodum purissimi *crystalli globus* lucet atque resplendet veluti sol, dum solis radii atque lux in eo colliguntur, ita et anima ornata gratia divino fulgore resplendet et deificatur ".

' *Sermo in Canlic.,* 83.

3 Lessius, *De perfect, divinis,* l. X, c. XI, n. 75; Petavius, *De Trinit.,* l. VIII, c. 7 ; Scheeben, *Dogm.,* t. III, § 169.

« E. Hugon, p. 308-313.

' Ses». VI, cap. 7, D. B., 799. — 6 Sess. VI, cap. 4, D. B., 796.

naturalis cognoscendi modus sit *discursivus,* modus autem quo Deus res cognoscit sit intuitivus. Ergo filiatio adoptiva non fit formaliter et intrinsece nisi per gratiam.

2° *Confutantur alia sententia.* (a) Forma nostræ filiationis adoptivæ non potest esse Spiritus Sanctus : hic enim est quidem, cum Patre et Filio, causa *efficiens* vitæ supernaturalis ideoque filiationis nostræ, sed non potest esse causa*formalis* ejusdem, cum hoc aliquam imperfectionem involvat.

(b) Non requiritur *factum extrinsecum* ut gratia sit causa formalis nostræ adoptionis. Nam qui accipit patris naturam, etiam per participationem, eo ipso fit patris filius adoptivus quin pactum extrinsecum necessarium sit. Atqui vi gratiæ intrinseca justus accipit naturam Dei participative. Ergo eo ipso constituitur filius Dei adoptivus.

Objicitur quidem adoptionem esse omnino liberam. Id sane concedimus, sed hæc libera electio fit quando gratuito Deus infundit gratiam; non autem nova requiritur electio ut qui gratiam accepit recipiatur in filium. Aliis verbis, libere gratiam infundendo, Deus eo ipso libere nos adoptat.

92. De relatione inter gratiam et anima

Gratia, ex jam dictis, omnino distinguitur ab anima ejusque potentiis, cum sit *realitas* quædam in ipsam animam divinitus infusa eique inhaerens, proindeque aliquod *accidens* quod reducitur ad speciem habitus entitativi, n. 84.

Quare gratia *non frofrie creatur,* cum creatio proprie dicta sit productio alicujus *substantiæ ex nihilo sui;* si igitur dicitur *creata,* id significat, juxta S. Thomam l, homines per gratiam *in novo esse constitui ex nihilo,* id est, *non ex meritis,* secundum illud S. Pauli : " *Creati in Christo fesu in operibus bonis* " 2.

93. Attamen *solus Deus* potest esse *causa efficiens principalis* gratiæ. Humanitas Christi potest quidem esse ejus causa *instrumentalis,* sed non causa principalis. Quod sic exponit S. Thomas 3 : Nulla res potest agere ultra speciem suam, cum causa potior sit effectu. Atqui gratia excedit omnem facultatem naturæ creatæ, cum sit participatio naturæ divinæ. Ergo nonnisi a Deo produci potest. Et addit : " Sic enim necesse est quod solus Deus deificet,

» *Sum. theol.'* ia 2æ q. no, a. 2, ad 3.
• *Ephes.*› II, 10. — 3 *Sum. theol*^ ǂ 2æ, q. II2, a. I.

communicando consortium divinæ naturæ, per quamdam similitudinis participationem, sicut impossibile est quod aliquid igniat nisi solus ignis ".

94. Deus autem *educit gratiam e potentia obedientiali animæ.* Ita multo probabilius.

Ad rem intelligendam, pauca prænotanda sunt de potentiæ obedientialis *natura, existentia* et *distinctione* a potentia naturali.

(a) Definiri potest : *capacitas recipiendi a Deo, et quidem ab Eo solo, potentias et operationes superantes vires omnis naturæ creatæ et creabilis.*

(b) Hujus potentiæ *existentia* ex supremo *Dei dominio* fluit. Deus enim, creator et supremus omnium dominus, in creaturis aliquid agere potest et quidem multo efficacius quam quælibet res creata; atqui id efficere nequit nisi creaturis insit quædam aptitudo seu potentia passiva vi cujus virtutem divinitus infusam accipere valeant, et, mediante hac virtute, operationes perficere supra vires naturæ.

(C) Quæ obedientialis potentia in pluribus *a potentia naturali differt :* 1) ratione *naturæ,* nam potentia naturalis per seipsam, cum ordinario Dei concursu, actus connaturales exercere potest; dum potentia obedientalis est primario et per se *mera capacitas* aliquid accipiendi ; 2) ratione *exercitii,* prior per agentia naturalia reducitur in actum; posterior *soli Deo obedit,* et ab ipso solo potest in actum reduci; 3) ratione *finis,* prior ad actus connaturales ordinatur; dum posterior ad actus qui suam nativam virtutem superant. Quare potentia obedientialis est *entitative* naturalis et *terminative* supernaturalis.

95. Quibus positis, Thomistæ[1] ita arguunt : Id de potentia subjecti educitur quod fit dependenter a subjecto. Atqui gratia, utpote accidens, non potest fieri nisi dependenter a subjecto cui inseritur, cum existere nequeat independenter ab eo. Ergo educitur de potentia subjecti seu animæ. Atqui educi nequit de potentia *naturali,* cum

[1] E. Huron, p. 362.

gratia omnino naturam excedat. Ergo educitur de potentia *obedientiali.*

Distinctio autem *gratiæ a virtutibus* melius intelligetur ex dicendis de natura virtutum infusarum.

II. De virtutibus infusis gratiæ adnexis[1].

96. Virtus in genere est *habitus operativus bonus,* disponens nempe facultates hominis ad recte operandum seu secundum rectam rationem. Relictis ceteris distinctionibus, de quibus agimus in *Synopsi Theol. moralis,* De virtutibus, n. 579, duplex species hic distingui debet : virtus *acquisita,* quæ per repetitos actus formatur, et virtus *infusa* quæ a Deo supernaturaliter in anima producitur.

Hic autem de virtutibus *infusis* agimus, nempe: i° de earum *notione* ac *speciebus;* 2° de *existentia;* 30 de *augmento* et *amissione;* 40 de *discrimine* inter *gratiam et virtutes* præsertim *caritatem.*

i" Notio et species virtutum infusarum.

97. (A) *Virtus infusa* in genere dicitur ea quæ *a Deo immediate in anima producitur absque prcevio actuum exercitio.* Alia autem dicitur *infusa per se* et alia *infusa per accidens ; prior,* ea est quæ nullis naturæ viribus neque ulla actuum repetitione acquiri potest; *posterior,* ea est quæ actibus repetitis acquiri potest, sed de facto hic et nunc a Deo infunditur sine hac prævia actuum repetitione : cujusmodi erat intrepida fortitudo Apostolis concessa die Pentecostes. Jamvero *hic agitur de virtutibus per se infusis.*

Definiri potest virtus *per se* infusa : *virtus a Deo indita qua animæ facultates potentiam accipiunt eliciendi actus supernaturales.*

Dicitur : 1) *Virtus,* et ita *generice* convenit cum virtutibus acquisitis; 2) *per se infusa,* et ita *specifice* discrepat a virtute acquisita et ab infusa per *accidens; qua animafacultates potentiam*

[1] S. Thomas, ‡ 2æ, q. 49-70; Suarez, *De Passionibus et habitibus,* Mazzella, *De virtutibus infusis;* Card. Billot, *De virtutibus infusis,* 1901; Pesch, *Protectiones,* t. VIII, De virtutibus; Van der Meersch, n. 228-248.

accipiunt, non autem *facilitatem;* ita iterum differt a virtute acquisita quæ dat agendi facilitatem.

98. (B) Virtutes infusæ possunt esse *theologicæ* aut *morales,* (a) *Priores* ita vocantur, ex S. *Thoma,* " tum quia habent Deum pro objecto... tum quia a solo Deo nobis infunduntur, tum quia sola divina revelatione in Sacra Scriptura hujusmodi virtutes traduntur " ». Revera virtus theologica, quatenus infusa *fer se,* causatur a solo Deo et sola revelatione cognoscitur, sed etiam Deum ut finem supernaturalem habet tanquam *objectum materiale primarium et unum e divinis attributis tanquam objectum formale quod {propter quod} seu motivum :* videlicet actus principalis (ad quem ceteri ordinantur) harum virtutum versatur circa Deum propter aliquod ex divinis attributis; sic fide credimus *Deum* esse trinum ob auctoritatem Dei revelantis, et credimus etiam Deum per septem sacramenta gratiam infundere propter eamdem auctoritatem.

(b) *Morales* virtutes versantur immediate circa media ad finem supernaturalem seu circa aliquod objectum creatum (v. g., justitia reddit unicuique jus suum), et motivum propter quod coluntur est supernaturalis honestas hujus objecti.

A *virtutibus acquisitis* differunt virtutes morales infusæ : ratione *originis,* cum divinitus infundantur; ratione *exercitii,* cum sub influxu gratiæ exerceantur; *rationefinis,* cum per se tendant ad finem supernaturalem.

Sed non necessario differunt inter se *objecto materiali,* quatenus terminari possunt ad eamdem rem; neque, juxta probabiliorem sententiam 1, *objectoformali quod,* quatenus idem *per se* potest esse objectum formale quod seu *motivum* virtutis naturalis et virtutis infusæ; sic impius et justus, dum reddunt alteri quod suum est, eumdem actum justitiæ eliciunt : acquisitæ in impio, infusæ in justo; dicuntur tamen inter se differre ratione *modi* quo ab eis

1 S. Thom., i* 2®, q. 62, a. 1.

2 Juxta quosdam, 5. *Thomas* sententiæ opposite favet in 1* 2®, q. 63, a. 4; quem tamen locum aliter interpretatur Card. Billot, *(De Virtutibus infusis",* pp. S8-S9), dicendo S. Doctorem hic agere de virtute sub determinata ratione *virtutix,* qua potentia bene simpliciter se habet circa speciale objectum ; unde sub hoc respectu virtus infusa etiam ex parte objecti differt ab acquisita quæ non simpliciter se habet ad objectum respiciens finem vitæ ætemæ.

attingitur objectum, quatenus virtutes naturales sine gratia, infusæ vero cum gratia illud attingunt.

20 De existentia virtutum infusarum.

Quatuor erunt theses : prima de earum *existentia;* secunda de *numero* virtutum theologicarum ; tertia de virtutibus *moralibus;* quarta de *tempore* quo infunduntur.

99. *Thesis :* Dantur virtutes per se infusæ quibus confertur potentia, non vero facilitas eliciendi actus supernaturales.

(A) *1a pars : Existunt virtutes per se infusæ,* seu dantur veri habitus stabiles quæ solis naturæ viribus acquiri nequeunt, et a Deo immediate in anima infunduntur, ut homo *possit* elicere actus supernaturales. *Certum est.*

(a) *Ratio id suadet.* In ordine naturali, Deus homini præbet non solum naturam ut principium remotum agendi, sed etiam facultates quibus immediate disponitur ad actum. Porro adest quædam *analogia* inter vitam naturalem et vitam supernaturalem; ideoque merito infertur Deum homini infundere non solum gratiam habitualem, quæ est principium remotum supernaturaliter agendi, sed etiam principia proxima seu virtutes. Licet enim actus supernaturales elici valeant per auxilia mere actualia, magis consentaneum videtur divinæ sapientiæ ut infundantur habitus supernaturales, quorum ope hi actus regulariter producantur.

100. (b) *Probatur ex Conciliis Viennensi et Tridentino :*

1) Ineunte *scec. XIII,* ut certum supponebatur *fidem, caritatem et alias virtutes* cum gratia habituali infundi in adultos, sed dubitabatur num idem de parvulis dicendum esset, et quidam dicebant per baptismum parvulis quidem culpam remitti, non autem gratiam nec virtutes conferri. Res postea ad concilium *Viennense* (an. 1311) delata fuit, et ibi declaratum est : ‘‘Nos autem attendentes generalem efficaciam mortis Christi, quæ per baptisma applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionem secundam, quæ dicit tam parvulis 'quam adultis conferri in baptismo informantem gratiam et *virtutes,* tanquam *probabiliorem* et dictis sanctorum et doctorum modernorum theologiæ magis consonam et concordem, sacro approbante concilio duximus eligendam ”.

a

Ergo Concilium pro certo supponit virtutes *adultis* infundi et consequenter indirecte docet existere virtutes infusas. Atqui hic agitur de virtutibus *per se infusis,* nam sermo habetur de iis quæ consequuntur gratiam quæ est *per se* infusa.

2) E *Tridentinol,* "in ipsa justificatione *cum remissione peccatorum* hæc omnia *simul infusa* accipit homo per Jesum Christum, cui inseritur, *fidem, spem* et *caritatem";* unde : " Si quis dixerit homines justificari vel sola imputatione justitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia et caritate quæ in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur atque illis *inhareat... K.* S. ".

Itaque ex Concilio homo simul cum remissione peccatorum accipit per infusionem quasdam virtutes; atqui hæc infusio fit *per se* sicut remissio peccatorum, et fit per *verum habitum,* ut clare deducitur ex voce *inharet.*

Confirmatur ex historia Concilii apud *Pallavicinum,* juxta quem, " postulantibus quibusdam ut expressius declararetur fieri justitiam per habitum infusum, delectos Patres respondisse id satis explicari per vocem *inheeret,* quæ stabilitatem significat et habitibus congruit, non actibus " '.

Hinc plerique theologi *{Suarez* 3, *Ripalda* ,* *Benedictus XIV*5)* censent existentiam virtutum infusarum esse de fide, et omnes dicunt eam saltem esse *theologice certam.*

101. (B) 2" *pars : Virtutibus infusis confertur potentia, non vero facilitas eliciendi actus supernaturales.*

Omnes quidem theologi docent virtutes infusas, secus ac habitus acquisitos, qui *solam* tribuunt agendi *facilitatem,* conferre ipsam *facultatem* eliciendi actus supernaturales, quia potentiqp naturales vim nullam habent ad actus supernaturales et meritorios eliciendos.

Sed quæstio est num, præter potestatem agendi, virtutes conferant etiam agendi *facilitatem,* non quidem mere intrinsecam, qua nempe unaquæque inclinat ad objectum proprium, sed *extrinsecam,* qua scilicet removeantur impedimenta ita ut subjectum virtutis *prompte* et *delectabiliter* agere possit. *Communiter* negatur, contra

l *Trident.,* sess. VI, cap. 7, D. B., 800, 821.
' Pallavicinus, *Hist. cane. Trid.,* L 8, c. 14, n. 3.
a Suarez, *De gratia,* L 6, c. 8, n. 14.
4 Ripalda, *De Ente supern.,* disp. 120, n. 18.
* Bened. XIV, *De sero. Dei beati/,* L 3, α 2i, η. 13.

Valentia, dari per virtutes infusas hanc facilitatem, quia, ceteris paribus, non est semper major facilitas agendi in iis qui virtutes habent gradu intensiori quam in aliis qui vel illas non habent, vel habent in gradu remissiori.

Ex hoc tamen inferri nequit virtutes infusas esse proprie potentias integras et completas, sed tantum potentiis æquiparari, quatenus supponunt potentiam radicalem quam informant et complent, ita ut cum ea constituant unicum adaequatum principium proximum actus salutaris.

Essentia igitur virtutum infusarum consistit in eo quod hujusmodi virtutes *sint veri habitus operativi quibus confertur potentia agendi supernaturaliter.*

102. *IIa Thesis :* Tres dantur virtutes theologicae per se infusae, nempe fides, spes et caritas.

1° *Dantur virtutes theologica,* nempe *fides, spes, caritas. De fide* ex universali Ecclesiæ magisterio.

Eides dicitur habitus infusus quo praebetur divinitus revelatis assensus supernaturalis ob auctoritatem Dei revelantis. — *Spes* est etiam habitus quo, ob bonitatem Dei respectivam ejusque omnipotentiam et fidelitatem, exspectantur tum ipsemet Deus, tum media ad Deum conducentia. — *Caritas* est habitus quo diligun-
tur Deus et proximus ob bonitatem Dei absolutam.

Jam vero existere hos habitus probatur e *Tridentino* in thesi praecedenti allegato, n. 100.

Confirmatur ratione. Nam, ut homo tendat in finem supernaturalem, requiritur ut *fide* hunc cognoscat finem et media ad eum conducentia, ut *spe* finem amet, et cum Deo conjungatur *amore,* scilicet ut eliciantur actus *fidei, spei* et *caritatis,* prout in Scripturis exigitur. Sed, etiamsi gratia Dei *actualis* ad id sufficere possit, magis convenit ut homo instruatur principiis *stabiliter permanentibus.*

103. 2° *Tres dantur virtutes theologica, nec plures, nec pauciores. Certum est theologice.*

(a) Has enim commemorat *Paulus l :* " Nunc autem *manent fides, spes, caritas, tria* hæc; major autem horum est caritas ". Ex contextu, hic agitur non de actibus, sed de *virtutibus,* quæ permanent ; fides et spes evacuabuntur quidem per visionem beatificam, sed caritas nunquam excidet.

IICor., XIII, 13,

(b) Constat ex unanimi theologorum consensu, et e *Tridentino,* quod nullam aliam nominat virtutem theologicam.

(C) *Theologica ratione* suadetur. Etenim, in hac vita, intellectus noster non potest Deum ut in se est attingere nisi per*fidem,* perquam ipsi Deo revelanti intellectualiter adhaeremus. Voluntas autem fertur in Deum vel ut est bonum nos beatificans, et hic motus fit per *spent;* aut fertur in Deum ut est summum bonum *in se,* et hoc fit per *caritatem;* unde actibus harum virtutum totaliter movemur in Deum ut objectum formale, nec est alius modus Deum directe attingendi in statu viæ. — Virtus *religionis* Deum quidem habet pro objecto mediato, seu fine *cui,* non autem pro objecto *immediato* materiali ipsum Deum, sed exhibitionem honoris; nec pro objecto formali unum ex attributis divinis, sed honestatem cultus Deo debiti.

104. ***IIT*** *Thesis :* Dantur quædam virtutes morales per se infusæ. Ita *communiter* contra Scotistas.

Conveniunt omnes theologi virtutes morales posse quidem *præternaturahter* infundi, sed de facto non omnibus justis ita infundi ; quæstio est igitur num sint *virtutes morales per se infusce.* Communiter affirmative respondetur.

(A) *Auctoritate* probatur, (a) *Innocentius* ***III*** supponit, ex jam dictis, in baptismo adultis conferri "*fidem, caritatem* et *alias virtutes* " et solum in dubium vertit num eædem etiam parvulis infundantur. Sed, inter *alias virtutes,* de quibus loquitur Innocentius, non potest recenseri sola spes sed aliæ virtutes, nempe virtutes *morales,* ergo... (b) Tempore quo Concilium *Viennense* celebratum fuit, maxima inter theologos fervebat contentio, nempe num in baptismo infunderentur virtutes non solum theologicae, *sed etiam morales :* jamvero Concilium supponit ut certum virtutes adultis in baptismo infundi,et probabilius etiam infantibus; ergo hic agitur etiam de virtutibus moralibus : secus Concilium aliquam distinctionem adhibuisset

(B) *Ratione idem suadetur :* sicut enim in ordine naturali, homo ad facilius et promptius operandum eget virtutibus moralibus, ita in ordine supernaturali, homo non solum

disponi debet, per virtutes theologicas, ad finem ultimum sed etiam circa media ad finem per virtutes morales[1].

Dicitur : *Quadam virtutes;* earum enim *numerus,* multo minus quam existentia, per fontes theologicos determinatur : sed quatuor virtutes cardinales : prudentia, justitia, fortitudo et temperantia, in fontibus theologicis recensentur, ideoque earum existentia communiter admittitur.

105. ***IV****a Thesis :* Omnes virtutes per se infusæ in ipso justificationis instanti accipiuntur.

Juxta omnes, *caritas* infunditur cum gratia habituali quacum indivulse connectitur.

(a) Quoad *virtutes theologicas fer se infusas,* fuit quorumdam opinio eas adultis justificatis non concedi donec ipsarum actus exerceant. Quoad *fidem et spem,* de quibus omnes concedunt eas parvulis infundi simul cum gratia in baptismo, triplex datur sententia de earum prima infusione in adultis : i) *Suarez, Vasquez* et alii docent eas infundi ante gratiam sanctificantem statim ac elicitur actus fidei et spei; 2) *D. Sotus* putat eas non infundi extra sacramentum sine justificatione, et in baptismo infundi homini disposito per fidem aut spem actualem, sed ponenti obicem peccati ad habitum gratiæ; 3) *S. Bonaventura, S. Thomas, Card, de Lugo* tenent omnes virtutes infundi *simul aim gratia* habituali.

Hæc ultima sententia sola videtur esse conformis doctrinæ *Tridentini,* ex quo " in *justificatione* cum remissione peccatorum *hæc omnia simul* accipit homo...*fidem, spem* et *caritatem" ;* caritas enim non infunditur nisi in justificatione, ergo etiam fides et spes.

(b) Quoad *virtutes morales infusas,* nequeunt esse sine prudentia infusa, quæ eas dirigere debet ad finem ; atqui prudentia infusa nequit existere *sine caritate,* sine qua homo bene se habere non potest relate ad finem supernaturalem; ergo virtutes morales infusæ existere nequeunt sine caritate, ac proinde sine *gratia habituali* quæ in justificatione infunditur.

3° De augmento et amissione virtutum infusarum.

A) *De augmento virtutum infusarum.*

106. (a) *Virtutes simul cum gratia atigeri* posse sic declarat *Tridcntinum*[3] : " Sic ergo justificati, et amici Dei ac domestici facti, euntes de virtute in virtutem, renovantur,

[1] Ad difficultates solvendas cf. L. Billot, *De Virtutibus inf.* ⅄ pp. 122-125.
[a] *Trident.'* sess. Vi, cap. 10, ap. D. B.f n. 803.

ut Apostolus inquit, de die in diem [1] : hoc est, mortificando membra carnis suæ, et exhibendo ea arma justitiæ in sanctificationem, per observationem mandatorum Dei et Ecclesiae, *in ipsa justitia per Christi gratiam accepta, coopérante fide bonis operibus, crescunt*... Hoc vero justitiæ incrementum petit sancta Ecclesia, cum orat : Da nobis, Domine, fidei, spei et caritatis augmentum ", Atqui *justitia,* de qua hic agitur, consistit in gratia habituali et virtutibus infusis; ergo virtutes infusæ simul cum gratia habituali crescunt.

107.(b) Hujusmodi virtutes *augentur per dignam sacramentorum susceptionem, et meritum de condigno.*

1) *Sacramenta* enim gratiam sanctificantem conferunt et quidem *ex opere operato* [2] omnibus non ponentibus obicem, ideoque eam augent in omnibus qui primam gratiam acceperunt; crescente autem gratia, eo ipso crescunt virtutes infusæ, quæ cum ea connectuntur.

2) Pariter bona opera supematuralia, teste *Tridentino* [3], vere merentur *augmentum gratiæ,* ac consequenter augmentum virtutum, quæ ex ea dimanant.

108.(c) De *modo* autem quo virtutes infusæ augentur *disputant* theologi, i) *Omnes* quidem tenent eas crescere *intensive,* et quidem per *infusionem divinam :* cum enim supematurales sint, et a Deo in anima producantur, non possunt propriis voluntatis conatibus augeri, sed solum actione divina. Quare harum virtutum actus repetiti non concurrunt *directe* ad earum augmentum, sed solum ut *causa meritoria,* quatenus Deus, horum meritorum intuitu, gratiam et virtutes adauget.

2) Sed, quando agitur de ratione intrinseca illius augmenti, non concordant theologi : *Thomiste* tenent *intensivum* * augmentum fieri non additione novæ formæ aut realitatis, sed *majori radicatione* in subjecto, quod habitus magis sibi subjicit, ejus potentialitatem facilius in actum reducendo. *Scotiste* [5] vero putant augmen-

* ***II*** *Cor.*. IV, 16.
* *Synops. Theol. Dogniai.,* De Sacramentis, n. 365.
[3] *Trident.,* sess. VI, can. 32, D. B. n. 842; cf. *Syn. theol. dogm.,* De Gratia.
[4] Ita Joannes a S. Thoma, *op. cit.,* disp. XIII, art. 6.
[5] Scotus, *In Sentent.,* lib. I, dist. 17, q. 3, Suarez, *Disput. metaphys.,* XLVI, sect. I, ubi varias opiniones recenset et critice expendit.

tum fieri per *additionem nova realitatis,* seu novi gradus qui priori accedit et cum eo aliquid unum efficit perfectius.

(d) Certum est vero *virtutum infusarum exercitio* paulatim acquiri *facilitatem* actus earumdem virtutum exercendi. Quod quidem ex duplici præsertim capite oritur : 1) Ex *remotione* impedimentorum ; virtutis enim infusæ exercitio passiones moderantur, praejudicia deponuntur, difficultates superantur : atqui, remotis obstaculis, eo ipso faciliores fiunt actus virtutum. 2) Ex ipsa *consuetudine :* sicut enim, per frequentem actuum naturalium repetitionem, major acquiritur facilitas ad eosdem efficiendos, ita pariter, indirecte saltem, per actuum supernaturalium repetitionem, augetur facilitas eosdem efficiendi : sic enim potentia melius disponitur et veluti inclinatur ad actum. Hinc peccator recens conversus difficile quidem actus temperantiae, castitatis, fortitudinis, etc. operatur ; sed, dummodo gratia adjutus harum virtutum actus eliciat, gradatim facilius et delectabilius eosdem perficiet.

B) *De amissione virtutum infusarum.*

109. (a) *Virtutes infusæ theologica amittuntur per actus directe et graviter ipsis contrarios:* ita fides destruitur per peccatum grave apostasiae aut hæresis, — spes per peccatum mortale desperationis, — caritas per quodlibet peccatum grave, quippe quod divinæ caritati adversetur.

1) *Fidem* amitti *infidelitate* (id est quolibet gravi peccato contra fidem), non autem aliis peccatis gravibus, ex *Tridentino* constat[1] : " Asserendum est non modo *infidelitate,* per quam et ipsa *fides amittitur,* sed etiam quocumque alio mortali peccato, *quamvis non amittatur fides,* acceptam justificationis gratiam amitti

2) *Caritatem* vero *quocumque peccato mortali destrui* pariter ex *Tridentino* colligitur; nam, ex una parte, in textu allegato, declaratur justificationis gratiam quocumque peccato mortali amitti ; et ex altera, definitur justificationem fieri "dum per Spiritum Sanctum caritas Dei diffunditur in cordibus eorum qui justificantur, atque ipsis inhæ-

[1] *Trident.,* sess. VI, cap. 15, D. B., η. 691.

ret"[1]; ex quo infertur merito caritatem peccatoribus non inhærere.

Quod aliunde constat ex innumeris *Scriptures* textibus, in quibus asseritur peccatum opponi dilectioni, et per caritatem filios Dei a peccatoribus distingui [3].

3) De s/>e nil expresse definitum est; sed communis et vera sententia tenet eam non destrui, amissa gratia sanctificante, propter analogiam cum fide, sed amitti per desperationem aut per actum fidei contrarium ; cum enim, teste Apostolo [3], fides sit *sperandarum* substantia rerum, cum fide necessario perit spes ; quid enim sperare possumus, quando jam defecit spei fundamentum, videlicet fides in Deum remuneratorem?

110. (b) *Communiter tenetur virtutes infusas morales amitti,* simul cum gratia habituali, *per quodcumque peccatum mortale.*

1) Quod jam docuerat S. *Prosper,* Augustini discipulus, qui contra errores semi-pelagianos Cassiani scribit : " Virtutes cum vitiis habitare non possunt : quæ enim participatio, inquit Apostolus «, justitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Virtus namque principaliter Deus est : cui non aliud est habere virtutem quam esse virtutem. Hujus cum participes sumus, habitat Christus in nobis, qui est Dei virtus et Dei sapientias; habitat fides, spes, caritas, continentia, intellectus, consilium, fortitudo, ceteræque virtutes. Cum vero ab hoc bono recedimus, omnia nobis e contrario oriuntur ex nobis "[6].

2) Revera virtutes morales infusæ sunt veluti proprietates et nobilissimus gratiæ comitatus, ideoque infunduntur ut vitam nostram in finem supernaturalem ordinent. Jamvero, amissa gratia sanctificante, ejus proprietates logice tolluntur; et cum, per peccatum mortale, homo a fine supernatural! avertatur, privatur consequenter virtutibus quæ ad finem supernaturalem tendunt.

Verum est quidem, ex superius dictis, fidem et spem non tolli quocumque peccato gravi ; sed id contingit ex *speciali benevolentia Dei,* qui non permittit per peccatum mortale ipsum fundamentum spiritualis ædificii penitus everti, sed vult fidem et spem in peccatore manere quo facilius hic, vera pænitentia motus, ad bonum

[1] *Trid.,* sess. VI, cap. 7, ap. D. B., n. 682.
[2] *Joan.,* XIV, 21; *I Joan.,* II, 3-IX; IH> 7*13·
[3] *Hebr.,* XI, 1. — « *II Cor.,* VI, 14· — s *I Cor.,* I, 24.
[4] S. Prosper, *Contra Collatorem,* c. 13, *P. L.,* LI, 247.

redeat Pastorem animarum. Hæc autem ratio virtutibus moralibus non applicatur.

Si quæ sint virtutes *naturaliter acquisita,* non necessario pereunt amissa gratia; ita qui virtutem temperantiæ aut justitiæ repetitis actibus assecutus est, eam non perdit eo ipso quod in peccatum grave luxuriæ incidit.

C) *De diminutions virtutum infusarum.*

111. *Communissime tenetur eas nullam habere causam intrinseca seu directa diminutions.*

(a) Earum diminutio *directa* fieri non posset nisi per cessationem ab actibus virtutum aut per peccatum veniale. Atqui :

1) virtutes infusæ non possunt diminui per cessationem ab actibus, a quibus non fuerunt causatæ; ergo non possunt minui ex hoc capite.

2) Neque habitus infusi minuuntur per peccata venialia. Si enim quolibet peccato veniali minuerentur virtutes infusæ, per multa peccata venialia totaliter destrui possent virtutes infusæ et ipsa gratia habitualis; hoc autem doctrinæ *Tridentina* adversatur : " Licet enim in hac mortali vita quantumvis sancti et justi in levia saltem et quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse justi " '. — Quod aliunde constat ex effectibus peccati venialis : cum enim virtutes infusæ sint nobilissimus gratiæ comitatus, cum ea augentur vel amittuntur; non autem minuuntur, quia gratia ipsa non minuitur per peccata venialia quæ a Deo nos minime avertunt.

112. (b) Earum *indirecta* diminutio provenire potest ex peccatis venialibus quibus *fervor caritatis aliarumque virtutum minuitur*[2]. Nam 1) minuitur *facilitas* agendi juxta habitus infusos, statim ac contra ipsos etiam venialiter peccatur; 2) insuper qui frequenter et deliberate venialia committit, eo ipso paulatim ad peccatum grave disponitur, (cf. *Tr. de Peccatis,* n. 517), et ita via paratur ad ipsam caritatis amissionem : " Unde consequens est, ait 5. *Thomas* [3], quod caritas nullo modo diminui possit, *directe* loquendo; potest tamen *indirecte* dici diminutio caritatis dispositio ad corruptionem ipsius, quæ fit vel per peccata venialia, vel etiam per cessationem ab exercitio operum caritatis ".

4° De discrimine inter gratiam et virtutes, praesertim caritatem.

113. Juxta *omnes,* gratia justificans *realiter* distinguitur a *fide* et *spe,* quando sunt *informes,* id est, quando sunt in anima sine gratia habituali et caritate. Sed *controvertitur*

·' *Trident.,* sess. VI, cap. n, D. B., 686.
' *Ibid.* — [3] S. Thom., 2» 2®, q. 24, a. 10.

num gratia *realiter* distinguatur a virtute caritatis et ceteris virtutibus quando sunt *caritate informata*.

(A) Juxta *Scotistas* [1], non datur distinctio realis inter utramque; nam i) Scriptura sacra *eosdem effectus* assignat gratiæ et caritati, præsertim vero justificationem : " Qui diligit me, diligetur a Patre meo "... Atqui habitus producentes eosdem effectus non distinguuntur realiter ab invicem. 2) Aliunde gratia et caritas sunt *inseparabiles,* et gratia habitualis est habitus non tantum entitativus sed et operativus ; ergo sunt quid unum et idem. Quæ opinio respondet sententiæ quam propugnant in ordine naturali de distinctione *virtuali* quidem, sed *non realty* inter essentiam animæ ejusque facultates.

114. (B) Juxta *Thomistas* [2] multosque alios theologos omnium scholarum, gratia realiter differt a caritate, quia gratia est habitus *entitativus,* perficiens ipsam essentiam animæ, dum caritas est habitus *operativus,* perficiens unam ex facultatibus animæ, scilicet voluntatem, (a) *Scriptura* enim sedulo *distinguit gratiam a caritate;* et de illis loquitur tanquam si distinctæ essent, v. g. : " Gratia Domini nostri J. Christi, et caritas Dei, et communicatio S. Spiritus sit cum omnibus vobis " [3]. Item : " Caritas diffusa est in cordibus vestris per *Spiritum S.,* qui datus est vobis "[4]. Jamvero in illis textibus distingui videtur caritas tum a gratia, tum a Spiritu S. inhabitante in nobis per gratiam; ergo caritas et gratia probabilius realiter distinguuntur.

(b) *Tridentinum* pariter [5] distinguit gratiam a caritate et verba adhibet, quæ Thomistarum sententiæ magis favent : " exclusa *gratia* et *caritate,* quæ in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur, atque illis inhæreat".

(c) *Ratione theol.* Caritas est habitus *immediate operativus* seu inclinans ad actus supematurales amoris. Atqui omnis virtus supponit aliquam *naturam sibi connaturalem* cui inhæreat. Ergo caritas, utpote virtus supernaturalis, supponit aliquod *esse supernaturale* quod se habeat per modum *natura,* et cui inhærere possit. Hoc auterù non est nisi gratia habitualis, quæ, utpote essentiam animæ perficiens, vices agit *natura,* quoad actus supematurales, quatenus est principium *remotum* supematuraliter agendi, cui inhærent virtutes quæ sunt *immediata* operandi principia. — Quæ

1 Cf. Scotus, *In II Sent.,* dist. 26, q. unica; S. Bellarminus, *De GrO-a,* L I, c. 6.

2 Cf. S. Thomas, † 2æ, q. 110, a. 3-4; Suarez, l. VI, c. 12; Salmant, disp. IV, n. 177 sq.; Billuart, diss. IV, a. 4; Terrien, *op. cit.,* 171 sq.; E. Hugon, p. 299-302.

3 *II Car.,* XIII, 13. — 4 *Rom.,* V, 5. — 5 Sess. VI, can. 11, D. B., 821.

theoria omnino consonat cum philosophica opinione de *reali* discrimine inter essentiam et facultates.

Nec valet ratio a Scotistis allata. Fatemur equidem gratiam et caritatem inseparabiliter conjungi; sed ex hoc non sequitur easdem non realiter distingui, sicut realiter distinguuntur in anima humana essentia et facultates, quamvis ambo indivulse uniantur. Cum autem gratia sit principium *remotum,* caritas autem principium *proximum* actuum vitæ spiritualis, mirum non est eosdem effectus utrique tribui.

Probabilior itaque nobis videtur Thomistarum sententia.

III. De donis Spiritus Sancti[1].

115. 1° **Natura.** Hæc dona sunt *habitus supernaturales quibus animæ facultates disponuntur ad prompte et facile obediendum motionibus Spiritus Sancti.* — Distinguuntur a virtutibus *diverso agendi modo;* nam, juxta S. *Thomam,* virtutes nos "perficiunt ad actus *modo humano,* sed dona *ultra humanum modum*"[2] per hæc dona "homo disponitur ut efficiatur prompte mobilis ab inspiratione divina"[3]. Unde anima sub influxu donorum "non se habet ut movens, sed magis ut mota"[4]; et non solum dirigitur a prudentia supernatural! qua virtutes moventur, sed ab ipso Spiritu Sancto, ita ut per se actus ita peracti sint *perfectiores,* et *heroici* evadere possint[5].

2° **Necessitatem** donorum quæ nos disponant ad recipiendam motionem Spiritus Sancti ita declarat[6] S. *Thomas* : "Sic igitur quantum ad ea quæ subsunt humanae rationi, in ordine scilicet ad finem connaturalem homini, homo potest operari per judicium rationis... Sed in ordine

[1] *Sunt, theol.,* Ia 2®, q. 68; Joannes a S. Thoma, *Cursus theologicus,* in Iam 2æ, q. 68, disp. 18,r a. 3-6; L. Billot, *De virtutibus,* th. 7-8; Card. Manning·, *Internal mission of the Holy Ghost;* A. Gardeil, *Dons du Saint-Esprit,* in *D. T. C.,* IV, 1727-1781 ; Dom Maréchaux, *Les charismes du Saint-Esprit,* Paris, 1920 ; Ad. Tanquerey, *Précis de thiol. ascit.,* η. 1307-1362.

[2] *In III Sent.,* dist. 34, q. I, a. I.

[3] *Sum. theol.,* Ia 2æ, q. 68, a. 1. — [4] *Sum. theol.,* 2a 2æ, q. 52, a. 2.

[5] Etsi dona non proprie differant a virtutibus in eo quod priora dantur ad actus *heroicos,* virtutes autem ad actus *ordinarios,* plerumque tamen sublimiores actus sub influxu donorum perficiuntur : nisi enim virtutes speciali instinctu Spiritus Sancti excitarentur, tantam perfectionem non attingerent, propter tot et tanta obstacula quæ earum exercitio obstant. Cf. L. Billot, *De virtutibus,* p. 181.

[6] *Sum. theol.,* I* 2æ, q. 68, a. 2.

ad *finem ultimum supernaturalem,* ad quem ratio movet, secundum quod est aliqualiter et imperfecte informata per virtutes theologicas, non sufficit ipsa motio rationis, nisi desuper adsit *instinctus* et *motio Spiritus Sancti,* secundum illud : *Qui Spiritu Dei aguntur, ii suntfilii Dei"* ».

Atqui omne quod movetur, debet esse proportionatum motori, et quanto movens est altior, tanto necesse est ut mobile perfectiori dispositione ei proportionetur. Ergo convenienter infunduntur dona Spiritus Sancti, quibus animæ facultates disponuntur ad prompte obediendum his motionibus.

3° Horum existentiam Patres inferunt ex verbis quibus *ISaias'2* annuntiat septem dona Christo conferenda esse : cum enim Christus sit *caput* nostrum, de plenitudine ejus eadem dona accipimus. Ita, v. g., S. *Irenczus :* " Spiritus Dei qui descendit in Dominum, *spiritus sapientiæ* et *intellectus,* spiritus *consilii* et *fortitudinis,* spiritus *scientiæ* et *pietatis,* spiritus *timoris Dei,* quem ipsum iterum dedit Ecclesiæ, in omnem terram mittens de cælis Paraclitum... ut per Spiritum imaginem et inscriptionem Patris et Filii accipientes, fructificemus creditum nobis denarium... " [3] S. *Augustinus* docet pariter septem dona non solum Christo sed nobis conferri, etsi non eodem ordine : " Istæ septem operationes commendant septenario numero Spiritum S., qui, quasi descendens ad nos, incipit a sapientia, finit ad timorem "[4]. *Liturgia* horum donorum infusionem a Deo petit sæpe.

Unde virtutes morales infusæ quæ hominem disponunt ad recipiendam motionem a ratione per virtutes theologicas elevata, perfectiores sunt virtutibus moralibus acquisitis quæ disponunt ad motionem rationis naturalis sequendam; virtutibus autem *moralibus infusis* perfectiora sunt *dona* quæ disponunt ad recipiendam motionem ipsius Spiritus Sancti [5].

« *Rom.,* VIII, 14. — « *Isa.,* XI, 1-3.

3 Adversus hcrreses, 1. III, c. 17, *P. G.,* VII, 930. Alia testimonia refert J. Touzard, *Isaïe et les sept dons du St-Esprit,* in *Rev. biblique,* VIII, 1899, p. 249-266; præcipue autem A. Gardeil, 1. c., 1754 sq.

« *Serm.* CCXLVIII, CCXLIX, *P. L.,* XXXVIII, 1161 sq.

s *Sum. theol.,* 1* 2®, q. 68, a. I.

Sed virtutes *theologica* donis preeminent, quatenus sunt *radices* donorum; nemo enim potest prompte et facile moveri a Spiritu nisi ei uniatur per fidem et caritatem.

116. 4° Numerus. Secundum Patres ac theologos, *septem* sunt dona Spiritus S. ; quod confirmatur Ecclesiæ precibus, in quibus dicitur : "Veni, Sancte Spiritus... Da tuis fidelibus... *sacrum septenarium...* Tu, *septiformis munere...* "

(A) Hæc autem dona respiciunt tum vim cognoscitivam, tum vim appetitivam. (a) Ad vim *cognoscitivam* referuntur : i) *donum intellectus* quo penetrantur et veluti intus leguntur credenda; 2) *donum sapientia,* 3) *donum scientia,* 4) et *donum consilii,* quibus de credendis habeatur judicium rectum, aestimando his esse inhaerendum et ab eorum oppositis recedendum : quod judicium elicitur per *sapientiam* quoad res divinas, per *scientiam* quoad res creatas, per *consilium* quantum ad applicationem ad singularia opera r. (b) Ad vim *appetitivam* spectant : 1) *donum pietatis,* quo perficitur in his quæ sunt ad alterum, præsertim vero ad colendum Deum ut Patrem, et homines ut ejus imaginem in se gerentes; 2) *donum fortitudinis,* quo perficitur contra timorem periculorum; 3) *donum timoris* quo, ex amicali reverentia, perficitur contra concupiscentiam inordinatam delectationum -.

(B) Si comparantur dona cum virtutibus, *intellectus* et *scientia* connexionem habent cum *fide : intellectu* veritates fidei intimius cognoscimus, *scientia* recte judicamus de rebus creatis ac speciatim de actu fidei eliciendo; *timor* cum *spe,* in quantum *dono timoris filialis* inclinamur ad Deum reverendum et vitanda quæ ei displicent; *sapientia,* qua gustamus res divinas, cum *charitate; consilium* cum *prudentia,* quia promptiores eo reddimur ad recte judicandum in rebus difficilioribus, ad salutem pertinentibus;//^/^ cum *justitia,* quatenus hoc dono disponimur ad Deum tanquam Patrem debite colendum aliasque creaturas reverendas propter Deum; *donum fortitudinis* cum *virtute* fortitudinis, in quantum nos movet ad alacriter, strenue et perseveranter tentationes aliaque pericula vincenda, imprimis mortis.

' *Sum iheol.,* 2» 2æ, q. 8, a. 6. — 3 *Ib.,* i' 2æ, q. 68, a. 4.

A' *B.* Cum dona sint virtutibus moralibus perfectiora, horum habituale exercitium speciatim competit iis qui ad altiorem perfectionis gradum, præcipue ad *contemplationem* evehuntur, vel humilibus quorum imperfectam rationem supplet Spiritus Sanctus.

117. 5⁰ Controversia de distinctione donorum a virtutibus. *Controvertitur* autem utrum dona *realiter* a virtutibus differant an *virtualiter* tantum. *Scotistce* et quidam moderni l putant distinctionem esse *virtualem tantum,* videlicet : "Idem habitus infusus dicitur virtus respectu rationis humanæ, et donum respectu altioris motionis Spiritus Sancti, quæ superat rationem humanam". Sed *Thomiste* aliique theologi multi' censent hanc distinctionem esse *realem,* et ex eo oriri quod *modus operandi* est omnino *diversus :* virtutes enim operantur *humano modo secundum rationem fide adjutam,* et dona *modo divino,* secundum motionem Spiritus Sancti, ut jam exposuimus secundum doctrinam S. Thomæ.

118. 6° Cum donis Spiritus Sancti connectuntur *fructus* et *beatitudines.*

(A) *Fructus Spiritus Sancti* duodecim a S. Paulo 3 recensentur : " caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas". Hi autem fructus sunt, juxta S. Thomam, *virtuosa opera magis perfecta, sub influxu donorum peracta, in quibus homo delectatur.* Pauciores vel plures enuntiari possunt, sed reduci valent ad eos quos Apostolus recenset.

HQ. (B) *Beatitudines,* quæ octo a Christo enumerantur in sermone montano, sunt etiaip fructus Spiritus Sancti, sed *excellentiores* et *suaviores.* Vocantur beatitudines, quia sunt veluti *pralibatio* futuræ beatitudinis; qui enim amant paupertatem, humilitatem, mansuetudinem, persecutiones, etc., etiam in rebus adversis gaudio exsultant, ut apparet in sanctis, et ita aliquo modo beatitudinem cæli participant[4].

120. Scholion. De gratiis gratis datis. Hucusque de gratia gratum faciente diximus. Sed in ordine ad gratiam habitualem et ejus exercitium per vitam christianam, Deus quibusdam concedit *grattas gratis datass,* ut hi in aliorum salutem coeperentur, exterius docendo et persuadendo (n. n). Atqui tria ad hoc requiruntur -*.plenitudo cognitionis* divinorum, *potestas miraculis confirmandi* ea quæ docentur, *modus res exponendi* auditoribus conveniens :

[4] ita Pesch, n. 114.
~ L. Billot, *De virtutibus,* p. 168; Gardeil, *D. T. C.,* IV, 1738
3 *Ga/at.,* V, 22-23. Cf- S. Thom., 1» 2®, q. 70. — ♦/*b.*
s / *Cor.,* XII, 8-10; S. Thom., i1 2·, q. m, a. 4.

(A) *Plenitudo cognitionis* divinorum, ad quam pariter tria desiderantur : (a) *fides,* seu certitudo mentem prædicatoris interius firmans circa fidei principia, et exterius se manifestans ut ipsi auctoritatem conciliet; (b) sermo *sapientia,* i. e., cognitio conclusionum ex principiis fidei deductarum; (c) sermo *scientia,* seu rerum humanarum cognitio ad explicandam sacram doctrinam.

(B) *Potestas* miraculis confirmandi ea quæ docentur; ad quod quatuor spectant : (a) *gratia sanitatum,* i. e., virtus sanandi corpora; (b) *operatio virtutum,* i. e., potestas mira patrandi; (c) *prophetia,* seu virtus futura contingentia cognoscendi et manifestandi; (d) *discretio* spirituum, seu virtus occulta cordium cognoscendi.

(C) *Modus res exponendi* auditoribus conveniens, qui duo involvit : (a) *gratiam linguarum,* seu facultatem variis linguis loquendi, et (b) *interpretationem* sermonum ad recte explicandum sensum eorum quæ dicuntur.

121. Corollarium. Ex dictis de gratia habituali apparet in quo consistat *vita stifiernaturalis* seu *Christiana.*

(A) *Subjectum* vitæ supernaturalis est *natura humana in se* considerata et in *suis facultatibus* moralibus, ratione scilicet, voluntate, appetitu concupiscibili et irascibili. Naturam autem humanam et ejus facultates perficiunt et ad supernaturalem vitam *praeparant* virtutes *naturales* et *acquisita,* nempe prudentia, justitia, fortitudo et temperantia.

(B) Huic organismo morali naturali inseritur, uti *accidentalis,* sed *transcendens elevatio* ejusdem, organismus moralis *supernaturalis* consistens : (a) in *gratia habituali* qua deificatur essentia seu *substantia* hominis; (b) in *virtutibus infusis theologicis* fidei, spei et caritatis quæ *intellectum et voluntatem immediate* ac supernaturaliter Deo ipsi conjungunt et ad Eum ordinant; (c) in *virtutibus infusis moralibus* prudentiæ, justitiæ, fortitudinis et temperantiæ, quibus supernaturaliter inclinamur ad agendum in tota morali vita modo consentaneo tum virtutibus theologicis tum gratiæ habituali ; (d) in *donis Spiritus Sancti,* quibus prompti reddimur ad motionem Spiritus Sancti suscipiendam et sequendam.

Ita duplici organismo, *harmonice* tamen composito in perfectam *unius ejusdemque viventis unitatem,* agimus et vivimus perfecte et virtuose tum in ordine naturali, tum in ordine supernatural!, seu *vivimus vita ipsius Christi,* cujus

membra sumus, Spiritu Sancto nos movente sicut movebat Christum, ut virtutes Christi imitemur.

Corollarium pietatis.

122. Ex prævia descriptione gratiæ, virtutum et donorum fluit non tantum dignitas christiani, sed etiam *obligatio christiane vivendi.*

i° Cum per gratiam *divina* simus *consortes natura, filii Dei adoptivi* et *fratres Christi,* atque infusis virtutibus et donis ornati, necesse est ut, veterem hominem exuentes, novum hominem induamus, qui creatus est in justitia et in sanctitate veritatis; ideoque *vitam ducamus* veluti *divinam,* perfectionem Patris nostri cælestis pro posse nostro imitantes, duce Christo, cujus virtutes præ oculis habere et in actibus nostris exprimere oportet : " Estote ergo vos perfecti sicut et Pater vester cælestis perfectus est '... Exemplum enim dedi vobis ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos facia-tis "[a]. Quod sic urget 5. *Leo :* " Agnosce, o christiane, dignitatem tuam, et divinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conversatione redire. Memento cujus capitis et cujus corporis sis membrum. Reminiscere quia erutus de potestate tenebrarum translatus es in Dei lumen et regnum "[3].

Quapropter cum pio theologo addamus : " Cum ergo te caro sollicitat, cum te mundus pertentat, cum te dæmon invadit, responde : Filius Dei sum, æterno regno natus, paradisi candidatus, et a præcelsis filiorum Dei cogitationibus, sanctoque ambitu noli degenerare. Justificatus acceptam gratiam serva, peccator ad illam totis viribus enitere, lacrymis suspira, precibus contende "[*].

2° Quia vero ad christianam perfectionem attingendam grandis restat via, quotidie in operibus bonis *proficiendum est* assiduo virtutum et donorum Spiritus Sancti exercitio : " Qui justus est, justificetur adhuc; et sanctus, sanctificetur adhuc "[5].

Conclusio apologetica totius capitis.

123. *Ordo gratiæ, in toto capite descriptus, est absolute supernaturalis, nec proinde a natura humana exigi potest jsed, posita elevatione hominis ad finem supernaturalem, non tantum possibilis, sed et omnino conveniens apparet.*

[*] *Matth., N,* 48. — [*] *Joan.,* XIII, 15. — J *Sermo XXI, P. L.,* LIV, 192.
[4] Contenson, *Theol. mentis et cordis,* De Deo primo motore, diss. IV, c 1, spec. 3, reflex.
[5] *Afoc.,* XXII, n.

i° Ordo gratiæ est *absolute supernaturalis* seu superat exigentias cujuslibet creaturae. Id jam probavimus in *Tr. de Deo Creante,* n. 86o, quoad statum gratiæ protoparentibus collatum; sed evidenter infertur ex iis omnibus quæ de natura gratiæ hucusque probavimus. Gratia enim efficimur *consortes divinæ naturæ, filii Dei adoptivi, templum Spiritus Sancti,* ita ut tres divinæ personae habitent in nobis modo omnino familiari, simulque reddimur *apti ad videndum* et *diligendum Deum* unum et trinum *sicut Ipse seipsum videt et amat.* Atqui nulli creaturae, quantumvis perfectae, debetur consortium divinæ naturæ, adoptio divina, familiaris inhabitatio Spiritus, praesertimque aptitudo ad videndum Deum sicut seipsum videt.

124. 2° Exinde sequitur hunc ordinem gratiæ non posse *proprie postulari seu exigi* a natura et indigentia hominis etiam rite exculti, ad finem supernaturalem non ordinati : nemo enim exigere potest quod ipsi omnino indebitum est.

Ad factum autem quod spectat, omnes homines ad finem supernaturalem destinantur, ideoque, etiam antequam justificationem accipiant, *gratias actuales* tempore opportuno accipiunt ut ad justificationem sese præparare valeant; jamvero quando his gratiis obediunt, pium credendi affectum experiuntur, quo apologetæ uti possunt ad eos suaviter ad fidem trahendos.

125. 3° *Posita elevatione hominis ad statum supernaturalem, ordo gratiæ apparet non tantum possibilis, sed etiam conveniens.*

(a) *Possibilis.* Etenim hic ordo duo præcipua importat : *gratiam* et *gloriam* seu *visionem beatificam.* Atqui neutrum impossibile esse demonstratur, i) Non *prius.* Gratia siquidem, ut diximus ubi de ejus essentia, est *donum Dei ipsius* quod intime animæ nostræ adhæret; simulque *deiformis,* licet *accidentalis, transformatio* mentis nostræ ex illa unione orta, cum relationibus amicitiæ et filiationis adoptivae. Atqui hæc duo certo naturalia nostra desideria superant, sed impossibilia nullatenus ostendi possunt, cum nullam contradictionem involvant et aliunde sit in nobis potestas *obedientialis* a Deo accipiendi quidquid vult nobis dare, dummodo nostræ

naturæ contrarium non sit (n. 94). Jam vero gratia naturam non destruit, sed elevat et miro modo perficit. 2) Non *posterius,* ut melius exponetur ubi de visione beatifica, in *Tr. de Deo remuneratore.*

(b) *Conveniens.* Homo naturaliter suam beatitudinem appetit, ideoque Dei cognitionem et amorem in quibus beatitudo consistit, immo et modum cognoscendi et possidendi Deum tam perfectum quam sibi possibile est. Quamdiu nil novit de visione Dei immediata, eam quidem appetere non potest (nisi forsan *implicite,* quatenus, viso effectu, causam videre cupit)1; sed statim ac ei revelatur hominis ordinatio ad visionem beatificam, ejus convenientiam facile intelligit : ita enim impletur, et quidem supra modum et supra omne debitum, desiderium sibi inditum cognoscendi Deum modo perfectissimo; ita etiam intelligit quomodo satietur appetitus intimam unionem cum Deo consequendi et bonum universale possidendi. Quapropter gratias agit Ei qui " maxima et pretiosa promissa donavit, ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ " 2.

CAPUT ii.

DE GRATIA ACTUALI.

126. Vita supernaturalis gratiæ, quam descripsimus, servari et augeri non valet nisi auxilio supernaturali, quod *gratta actualis* dicitur.

Agemus proinde :

1° de ejus *natura* et *speciebus;*

2° de ejus *necessitate;*

3° de ejus *dispensatione;*

4° de ejus *efficacia.*

S. Thomas, † 2æ, q. 3, a. 8. Cfr. A. Gardeil, *Apptiit,* in *D. T, C.,* t- h 160S; H. Ligeard, *La Thtologie scolastique et [a transcendance du surnaturel,* Pans, 190S.

Art. I. De natura et speciebus gratiæ actualis.

§ I. De natura gratiæ actualis.

Ad explicandam gratiam actualem, i° ejus *definitionem,* 2° *effectus,* 3° *intimam naturam* exponemus.

I. Definitio gratiæ actualis.

127. i° Juxta omnes, gratia actualis *stricte sumpta* est *Deus intellectum illuminat et voluntatem adjuvat ad eliciendos actus supernaturales,* qui sæpe *salutares* vocantur quatenus ad salutem ordinantur.

2° Dicitur : (a) *Auxilium :* ex parte Dei, est quidem motio quædam ; sed, ex parte hominis, est auxilium quod ex divina motione resultat.

(b) *Supernaturale,* i. e., excedens vires et exigentias creaturæ, ideoque omnino gratuitum, et ita convenit cum'gratia habituali ad quam ordinatur; sed distinguitur ab auxiliis naturalibus, præsertim a *concursu naturali.*

Convenit quidem *cum concursu* in eo quod hic est motio divina sicut gratia actualis, ct in eo quod gratia requiritur ad agendum *supcrnaturaliter* sicut concursus naturalis requiritur ut facultates nostræ actus naturales perficiant, etsi non tam extensive.

Differt tamen gratia *a concursu* naturaliter : i) concursus enim, supposita creatione, homini *debetur* ideoque *naturalis* est, dum gratia prorsus *gratuita* est; 2) concursus ad actus *etiam malos* requiritur, videlicet ad positivum elementum quod in eis invenitur, dum gratia nonnisi ad opera *bona;* gratia nos movet ad bonum *supernaturale,* ideoque elevat facultates vel actus ad ordinem superiorem, dum concursus bonum *naturale* non praetergreditur.

(c) *Internum,* i. e., facultates internas, præsertim *intellectum çX. 'voIùntatem* movens. ~ Ita differt ab omnibus gratiis *îlfffiffojp^e^djxtù* quæ dicuntur *externa,* quatenus sunt, v. g., prædicatio Evangelii, miracula ad eam probandam patrata, exempla Sanctorum, imo et eventus quidam naturales morbi, calamitates, amicorum societas, mors ipsa tempore opportuno contingens : his enim omnibus Providentia sæpe utitur ad bonas cogitationes su ia deside

na *. Gratia autem *proprie dicta* consistit in *illuminationibus* intellectus et *inspirati* Ad quas accedunt incfeHberati motus *facultatum sensitivarum,* v. g., memoriæ, ■Jthaginationis, appetitus sensitivi, quibus ad bonum supernatural allicimur vel ad tentationes superandas juvamur; hi enim motus directe facultates sensitivas movent, sed indirecte etiam intellectum et voluntatem, vi intimæ unionis inter facultates sensitivas et intellectuales.

(d) *Transiens,* cum sit motio, impulsio quædam ad particularem actum data, et ita differt a gratia habituali quæ est aliquid permanens, n. 85.

(e) Quo *Deus^ :* ita designatur gratiæ actualis auctor, nempe Deus qui solus illabitur animæ et eam ab intus movere valet.

ctum illuminat et *voluntatem juvat ,* ita indicantur tum *subjectum immediatum* gratiæ, tum ejus *effectus formales,* quos fusius describere oportet.

Π. Effectus formales gratiæ actualis.

128. i° Effectus hujusmodi declarantur quo melius intelligatur ipsa natura gratiæ actualis.

(A; *Gratia actualis intellectum illuminat, ut ea sciamus quæ ad salutem conferunt. De fide* e Conciliis mox citandis. ’ita, v. g., *infidelium* oculos mentis aperit ut veritatem christianæ religionis percipiant, *peccatorum* ut malitiam peccati intelligant, *justorum* ut virtutis pulchritudinem agnoscant. ” "

129. Probatur (a)·*Scriptura,* quæ declarat Deum “ aperire oculos hominum, ut convertantur a tenebris ad lucem 3, illucescere in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei^Jdare nobis spiritum sapientiæ et revelationis et illuminatos oculos cordis 5, aperire cor intendere his quæ prædicantur ”6. — Speciatim de *cogitatione salutari* dicit

‘ Ita. *Ad.,* XVI, 14, narratur Deum *aperuisse cor* Lydiae, dum audiret Paulum : “ Cujus Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur a Paulo

3 Hujusmodi *inspirationes* maxime differunt ab *inspiratione* quæ auctoribu sacris datur *za scabendum,* ut dictum est in *Syn. theol. dogm. fundam* n q SS --^77777X5^4, 18. — \tt oJ'.vÏv, fr-----—

s *Ephes.* 17-1S. — 6 *Act.,* XVI, 14. S* V '·

S. Paulus : " Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est ". Pariter *S. Joannes* describit *unctionem* gratiæ quam fideles accipiunt a Deo, et quæ eos *docet* de omnibus, ita ut necesse non sit ut. aliquis eos doceat : " Et vos unctionem quam accepistis ab Eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos, sed sicut *unctio ejus docet* vos de omnibus " [1].

130.(b) *Traditione,* e *C. Arausicano* //definiente absque *illuminatione et inspiratione Spiritus Sancti* nil fieri posse quod ad salutem pertineat [2]; e *Tridentino* declarante [3], adultos ad se praeparandos ad suam justificationem ita disponi debere " ut tangente Deo cor hominis per *Spiritus Sancti illuminationem* neque homo ipse nihil omnino agat, *inspirationem* illam recipiens..."

Jam vero in praefatis testimoniis Scripturae et Conciliorum, inspecto contextu, agitur de illuminationibus *immediatis,* quibus Deus ipse mentem illuminat *ab intus* (non autem de praedicatione externa) et quæ omnino *necessaries* sunt ut habeatur cognitio *salutaris.*

131. (B) Gratia actualis non solum mediate, sed etiam ‹ *immediate voluntatem adjuvat,* excitando *desideria* et præ- *potestatenivolenclMëtfaciendi quæ ad salutem neces- saria* aut *ujlia sunt.* Theologice certum.

Mediate quidem voluntatem adjuvat eo ipso quod intellectum illuminat. Sed insuper *immediate* agit in voluntatem pia excitans in ejus corde desideria simulque vires ei praebens ut Christianam religionem amplectatur; *peccatoris,* ut corde contrito et humiliato ab iniquitate avertatur ut, non obstantibus difficultatibus, arduum opus in virtutibus proficiendi aggrediatur et perficiat.

132. (a) *Christus* enim aperte declarat neminem ad se venire posse, nisi Pater *traxerit* eum [4], et *Paulus* Deum operari in nobis *velle* et *perficeres,* Ipsumque solum dare *incrementum :* " Neque qui plantat est aliquid, neque qui

• *IJoan.,* II, 27. — ' Can. 7, D. B., 180. — 3 Sess. VI, cap. 5, D. B., 797.
**Joan.,* VI, *44.* — « *Phil;* П, 13.

rigat, sed qui incrementum dat Deus”[1]; quo sane incremento designatur *actio divina* qua externa prædicatio efficax redditur, homines movendo ad salutariter agendum.

(b) Præter Concilia jam allegata, quæ commemorant non solum gratiam illuminationis, sed etiam *inspirationis* quæ voluntatem movet, alia lucidius etiam rem exponunt. *Milevitanum* 7/definit non solum per gratiam aperiri intelligentiam mandatorum ut sciamus quid appetere et quid vitare debeamus, sed etiam præstari “ ut *quod faciendum cognoverimus,* etiam *facere diligamus atque valeamus* ”[2] Pariter S. *Ccelestinus,* in *Indiculo* de gratia, declarat[3] : “ Quod ita Deus in cordibus hominum atque in *ipso libero operetur arbitrio,* ut sancta cogitatio, pium consilium *omnisque motus bona voluntatis ex Deo sit*

Jamvero in his testimoniis explicite distinguitur inter *illustrationem* intellectus et gratiam qua *ipsa voluntas movetur* ad agendum, et utraque dicitur necessaria. Ergo datur gratia in voluntatem immediate agens quæ dicitur *inspiratio.*

133.2° Ex ipsa descriptione gratiæ illuminationis et inspirationis infertur *utraque gratia darifacultatibus nostris vires non tantum morales sed et physicas.*

(A) *Vires moralesprabet,* juxta omnes, ad bonum nos alliciendo *promissione bonorum* et a malo deterrendo *comminatione malorum.* Nam, juxta Scripturam et Patres, gratia homines *vocat, excitat, allicit, trahit* ad bonum [4]; atqui talis agendi ratio moralitcr in voluntatem influit, vires ejus augendo ad bonum faciendum, sicut mater, filium vocando et suavibus verbis alliciendo, eum moraliter ad se trahit: ergo.

Experientia confirmatur : si quis enim, vehementer ad illicita inclinatus, divinum lumen vel supernaturalem delectationem accipit, statim alacrior fit ad tentationem superandam, quasi novas vires momies accepisset.

134. (B) *Vires etiamjihysicas* spiritualis ordinis pcehet, *physica motione* nos impellendo ad actus *salutares* eliciendos. Etenim homo, solis propriis viribus relictus, in *impotentia*

[4] 7 *Cor.,* HJ, 7. — [2] D. B., n. 104. — [3] D. B., n. 135.
[4] *Ephes.,* 14 ; *Joan.,* VI, 44, etc.

physica versatur actus *supernaturales* eliciendi, cum sint supra ejus facultates ; atqui talis impotentia physica vinci nequit nisi per *virium physicarum additionem,* quibus facultates nostræ *proportionentur* ad faciendum id quod per se facere nequibant; sicut enim essentia animae deificatur per gratiam habitualem, et facultates elevantur per virtutes, ita et actus elevari debent per gratiam actualem seu physicam motionem. Unde a S. Paulo dicitur : “ *Non* quod *sufficientes simus cogitare* (salubriter) aliquid a nobis quasi ex nobis : ^sëcl sufficientia nostra ex Deo est” »; “ Deus est enim qui operatur in vobis et *velle* et *perficere* ”[2].

Confirmatur ex analogia cum gratia *habituali,* quæ aliquid *physicum* in anima ponit, ut jam dictum est, n. 87 : aliqua enim proportio esse debet inter gratiam actualem et habitualem, cum una ad alteram referatur.

Res illustrari potest *comparatione* matris, quæ puerulum, adhuc ambulandi incapacem, non solum verbis, sed etiam physica motione ad ambulandum adjuvat; ita Deus non tantum morali suasione, sed infusione spiritualium virium nos ad salutares actus faciendos *physice* juvat.

III. De intima gratiæ actualis natura.

135. i° Status quæstionîs. Gratia actualis, ex dictis, intellectum illuminat et voluntatem movet, vires physicas utrique præbendo. Sed ulterius inquirunt theologi in quo præcise constet *intima natura* seu *essentia* gratiæ actualis.

Juxta omnes, illuminationes intellectus et inspirationes voluntatis, de quibus egimus, sunt actus *vitales* et *indeliberati :* (a) *vitales* quidem, cum consistant in piis cogitationibus aut desideriis quæ producuntur in facultatibus nostris; (b) *indeliberati,* quia fiunt in nobis *absque nobis consentientibus* seu sine cooperatione liberi arbitrii, juxta illud *Arausicani* “ Multa Deus facit in homine bona quæ non facit homo ”[3].

Sed quæstio est utrum illi actus vitales et indeliberati, et quidem soli, constituant *essentiam* gratiæ, an sint tantum ejus *effectus ;* seu, aliis verbis, utrum essentia gratiæ consistat in *illis actibus* an in *motione Dei* ab eis distincta qua illi

[1] *II Cor.,* III, 5. — [2] *Philipp.,* II, 13. -jU). B., n. 193.

actus producuntur. Qua de re *controvertitur* inter Thomistas et Molinistas.

136. 2° Thomistarum sententia ». Thomistæ et non pauci alii theologi docent gratiam actualem non consistere essentialiter in actibus vitalibus et indeliberatis, sed in *motionefluente* menti a Deo impressa, qua facultates nostrae *intrinsece elevantur* ut sint principia actionum supematuralium,et insuper *moventur* et *applicantur* ad agendum. Hæc autem motio est *fluens* seu *transiens,* quia cum actione incipit et desinit, et ita est quasi media inter primum Motorem et actum nostrum ; est *supematuralis,* quia ordinatur ad actus vere supernaturales producendos.

Etenim per gratiam actualem facultates nostrae fiunt actu capaces effectum vere supernaturalem attingendi. Atqui facultates nostrae, utpote ex se incapaces aliquid supematurale agendi, non possunt effectum supernaturalem attingere per virtutem mere extrinsecam quæ, cum nihil in facultatibus ponat, illas impotentes relinquit. Ergo gratia actualis ponere debet in facultatibus aliquid reale et supernaturale, quo facultates *immutentur, eleventur* et *applicentur* ad actus supernaturales agendos.

Thomistæ proprie dicti, *entitativam* distinctionem admittentes inter gratiam *excitantem* et *adjuvantem, duplicem motionemfluentem* pariter agnoscunt, unam quæ simul cum facultate nostra causât actum indeliberatum et dat *posse* agere (en gratia *excitans),* alteram quæ cum facultate nostra elicit actum deliberatum et dat *agerg*

137. 3° Molinistarum sententia[2]. Molinistæ et Suareziani putant gratiam actualem excitantem unice consistere in *actibus indeliberatis* bonæ cogitationis et piæ affectionis, qui a Deo et homine simul et æque producuntur. Juxta *Molina,* gratia actualis nihil aliud ponit in anima praeter hos actus indeliberatos; *Suarez* autem agnoscit vir-

[1] S. Thomas, 1* 2æ, g. 9, a. 4, 6; C. Gentes, l. III, c. 89; ejus *Commentatores;* Salmantic., disp? V, n. 34; Billuart, diss. IV, a. 2; H. Guillermin, in *Revue thomiste,* 1902, p. 884 sq. ; E. Hugon, p. 2gfTVan der Meersch,' n. 279; L. Billot, th. VIII; Hervé, n. 86; Van Noort, n. 14-15. — Non omnes tamen eodem modo rem explicant.

[2] Molina, *Concordia,* q. 14. disp 30, 37, Suarez, *De gratia,* l. III, c. I, n. 12: c. IV, n. 2; C. Mazzella, di>p. I. a. 5. ŋ. 141-Γ70; Pesch, n. 50-67.

tutem quamdam *extrinsecam* assistentem, qua Spiritus Sanctus facultatem adjuvat eo fere modo quo magister manum pueri scribere nescientis corroborat.

Sic *arguunt ; (fl)* Deus potest immediate operari in anima quidquid potest causa secunda; atqui causa secunda de qua agitur, nempe motio fluens, producit actus vitales; ergo et Deus potest immediate eos producere absque illa motione fluente.

Respondent thomistæ Deum non posse efficere quod est contradictorium, ideoque non posse actum vitalem quemcumque producere absque facultate vitali, neque actum vitalem supematuralem quin facultas intrinsece capax reddita fuerit agendi supernaturaliter.

(b) *Instant Suareziani :* actus vitales indeliberati possunt *supernaturales* fieri in quantum a Deo procedunt nobiscum supernaturaliter *concurrente;* ergo non requiritur intrinseca elevatio per motionem fluentem.

Thomistæ vero negant *consequens* et *consequentiam;* nam facultas *extrinsece* tantum a Spiritu Sancto excitata, nec in se aliquam virtutem supernaturalem *internam* recipiens, non valet actum vere supernaturalem producere.

Conclusio. Cum Ecclesia hac de re nullum judicium protulerit, utraque opinio propugnari potest sine fidei periculo.

§ II. De variis speciebus gratiæ actualis.

138. Praenotamus gratiæ actualis divisiones non eodem modo ab omnibus intelligi : cum enim de ipsa natura gratiæ sit dissensio, eo ipso variæ species gratiæ diversimode explicantur. Itaque quæ communiter admittuntur exponemus, et quæ controvertuntur breviter indicabimus : ita melius intelligetur modus loquendi Patrum, Conciliorum ac theologorum.

139. i° Ratione modi quo agitx gratia est operans vel

voluntatis, quem Deus operatur *in nobis sine nobis,* i. e., *sine nobis libere consentientibus,* et quo nos ad bonum libere agendum *sollicitat;* quare vocatur etiam *excitans.* Ita peccator divinum verbum audiens, aliquando illustrationes in intellectu piosque motus *indeliberatos* in voluntate experitur, etiam antequam libere agat : hæc est gratia operans, de qua Apostolus dicit : " Deus *operatur* in vobis velle " *(Phil.,* II, 13)

(b) *Cooperans* est adjutorium quo Deus agit *in nobis et* e., *nobiscum libere consentientibus.* Vocatur *adjuvans.* Ita peccator, jam per gratiam excitantem praeventus, actum contritionis elicere incipit sub influxu gratiæ : talis gratia est *cooperans,* quia simul cum peccatore libere agente concurrit ad actum eliciendum.

Quæ divisio, testimoniis Scripturæ supra allatis, n. 129, jaw nixa, in Conciliis invenitur v. g., in *Arausicano II** : "Quoies bona agimus, Deus in nobis atque *nobiscum,* ut operemur operatur (en gratia *cooperans)...* Multa Deus facit in homine bona, quæ *non facit homo* "[1] (en gratia *operatis).* — *S. Augustinus*[2] utramque commemorat : "Quoniam ipse ut velimus *operatur incipiens* (en gratia *operans),* qui volentibus *cooperatur perficiens* " (en gratia *cooperans).* — S. Thomas^)explicite utramque definit : "In illo ergo effectu in quo mens nostra est *mota et non movens,* solus autem Deus *movens,* operatio Dep attribuitur : et secundum hoc dicitur, gratia operans. In illo autem effectu in quo mens nostra et *movet et movetur,* operatio non solum attribuitur Deo, sed etiam animæ; et secundum hoc dicitur gratia cooperans ",

Ex dictis igitur *triplex* saltem e^t *differentia* inter gratiam operantem et cooperantem : (a/prior existere potest sine n sine priore datur: nam excitationi conserftiamus, : rîbif^âlêïhüs, nisi prius" icet ea prioritas non sit semper *chronologica;* (b) prior non necessario trahit opus deliberatum et salutare, quia solummodo nos *sollicitat;* posterior importat cooperationem deliberatam voluntatis; quia *adjuvari* non potest voluntas, nisi ipsa ad opus concurrat; (c) prior *ex se* est solum *sufficiens,* quia gratiæ excitanti voluntas resistere potest; posterior autem est *efficax* quia non datur nisi ad adjuvandum consensum [4].

[1] D. B., nn. 182, 193.

[2] *De grat. et libero arbitrio,* c. XVII, n. 33, *P. L.,* XLIV, 901 ; Journel 1942.

[3] *Sum. theol.,yaioe,* q. nit a, 2._

[4] Antiqui theologi,dater quos"§Trhornas, I' 2«, q. in, a. 2, hanc divisionem accommodabant etiam gratiæ habituali : hæc dicebatur præveniens vel operans in quantum justificat hominem eum faciendo gratum Deo ; subsequent autem vel cooperans, quatenus est causa meriti, jam non tantum hominem sed opus hominis Deo atum reddendo (L. Billot, *op. cit.,* p. 136).

140. De his communiter concordant theologi; sed de *natura* utriusque discrepant.

(a) *Molinistce* tenent gratiam operantem et gratiam cooperantem esse *entitative unam eamdemque* gratiam, licet munere et effectu differant : eadem enim gratia, *quatenus consensum* nostrum *antecedit,* et est principium piæ affectionis *indeliberatce,* dicitur *operans* seu excitans; quatenus vero, per hanc indeliberatam affectionem, *causa est libero arbitrio ponendi,* si velit, *actum salutarem deliberatum,* dicitur cooperans.

(b) *Themista* autem putant gratiam operantem *realiter* distingui a gratia coopérante; nam motio divina necessario attemperari debet indoli motus seu actus; atqui motus indeliberatus et deliberatus sunt operationes realiter distinctae; ergo motio ad actum indelibe ratum non est eadem entitative ac motio ad actum deliberatum. — Quod melius intelligetur e dicendis de gratia efficaci (n. 232-252).

141.[2] Ratione prioritatis effectuum, gratia dicitur *prævenians* vel *subsequens :* prior actum nostrum liberum *prævenit,* posterior subsequitur priorem et voluntatem juvat ad libere exsequendum quod vult.

Ita S. *Augustinus* scribit [1] : " *Prcevenit* (Deus) ut sanemur, quia et *subsequetur* ut etiam sanati vegetemur"; Ecclesia, in suis orationibus : "Tua nos, quæsumus, Domine, gratia semper et *proveniat* et *sequatur" a. Tridentinum* distinguit triplicem gratiam : *antecedentem, concomitantem* et *subsequentem :* " Quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, et comitatur, et subsequitur "[3]. Sed gratia concomitans eadem est practice ac subsequens, cum sequatur gratiam prævenientem.

Quod 5. *Thomas* * ita declarat : " Gratia dividitur secundum diversos effectus, in prævenientem et subsequentem. Sunt autem quinque effectus gratiæ in nobis : quorum primus est ut anima *sanetur ;* secundus, ut *bonum velit;* tertius est ut bonum quod vult, *efficaciter operetur;* quartus est ut in bono *perseveret;* quintus est ut *ad gloriam perveniat.* Et ideo gratia, secundum quod causât in nobis primum effectum, vocatur prævenians respectu secundi effectus; et prout causât in nobis secundum, vocatur subsequens respectu primi effectus. Et sicut unus effectus est posterior uno effectu, et prior alio, ita gratia potest dici prævenians et subsequens secundum eumdem effectum respectu diversorum ".

[1] *De natura etgratia^* c. XXXI, 35; Journel, n. 1793.

[3] Oratio Domin. XVI posfPentec.

[3] Sess. VI, cap. 16, D. B., 809.

[4] *Sum. (heol.y* ia 2x, q. III, a. 3.

142.30 Ratione diversitatis effectuum, tripliciter distinguitur secundum diversos respectus : (a) gratia *excitans* et *adjuvans :* prior ea est quæ a somno mortis spiritualis nôs revocat et ad opus salutare agendum nos sollicitat; posterior, quæ nos a somno excitatos ad actum salutarem *libere agendum* juvat.

1) *Scriptura* utramque commemorat : *excitantem* his S. *Pauli* verbis : "*Exsurge* qui dormis, et *exsurge a mortuis,* et illuminabit te Christus"1; *adjuvantem :* "Spiritus *adjuvat* infirmitatem nostram

2) *Patres,* inter quos S. Augustinus 3 : "Quod ad Deum nos convertimus, nisi ipso *excitante* et *adjuvante* non possumus ".

3) *Tridentinum* ‹ hac distinctione utitur contra Protestantes ad efficacius asserendam hominis libertatem sub influxu gratiæ adjuvantis : "Qui per peccata a Deo aversi erant, per ejus *excitantem* atque *adjuvantem* gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem... disponuntur" : qui enim *adjuvantur* ad se convertendos, eo ipso libertatem non amittunt sed adjutorium ad libere agendum accipiunt.

143. (b) Respectu effectus, gratia actualis potest etiam esse *medicinalis* vel *elevans :* 1) prior ea est quæ conceditur ad *subveniendum infirmitati naturæ* per peccatum vulneratae, viresque *morales* et etiam *physicas* praebet ad actus bonos *naturales* sed *difficiles* faciendos; hæc est *supernaturalis quoad modum,* non autem *in se* et *intrinsece,* quia, licet gratuita, non ordinatur ad aliquid supernaturale in se; 2) posterior ea est quæ facultates nostras ita *elevat* ut eis det potestatem etiam *physicam* actus *vere supernaturales* faciendi, ideoque dicitur *supernaturalis in se.*

(c) Gratia est sufficiens vel efficax : quæ divisio fuit celeberrima tempore Jansenismi. 1) *Sufficiens* dat veram et expeditam facultatem bonum faciendi; est autem *mere sufficiens,* quando suo caret effectu, quia eidem voluntas sua culpa resistit, ut exemplum habetur in *Prov.,* I, 24 : "Vocavi et renuistis, extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret". Praeterea gratia est *immediate* sufficiens, quando directe

1 *Ephes.,* V, 14. — * *Rom.,* VIII, 26.
3 *De peccat, mer. et remissione,* L II, c. 18, η. 31.
4 Sess. VI, cap. 5, D. B., 797.

potentiam dat actum ipsum operandi ; et *remote* sufficiens, quando proxime dat potentiam orandi aliudve faciendi, et, mediante oratione aliave actione praevia, potentiam ipsum actum eliciendi. 2) Gratia *efficax* ea est cui voluntas de facto libere et infallibiliter consentit, ac proinde semper suum obtinet effectum.

Undenam autem gratia sit efficax, inter Thomistas et Molinistas controvertitur, ut infra videbitur, ubi de gratiæ efficacia. Ibidem pariter melius intelligetur quodnam discrimen sit inter gratiam *operantem* et *cooperantem, prævenientem* et *subsequentem, excitantem* et *adjuvantem* (n. 243-252

Sed jam de *necessitate gratice actualis* agendum est.

Articulus II. De gratiæ necessitate.

144. In statu naturæ *lapsæ*;* gratia actualis necessaria est non solum ad actus *supernaturales* seu *salutares,* sed etiam ad quosdam *ethice* seu *moraliter* bonos. Incipimus autem ab actibus *supernaturalibus,* quia *historice* prius de eis actum est, et insuper melius intelligitur necessitas gratiæ ad opera *naturalia* quando jam elucidata fuit necessitas quoad opera *supernaturalia.*

§ I. De necessitate gratiæ actualis AD OPERA SUPERNATURALIA2.

Quam necessitatem expendemus :

1° quoad opera quæ justificationem *praecedunt;*
2° quoad ea quæ eamdem *sequuntur.*

I. Quoad opera quæ justificationem præcedunt.

145. In duplici thesi ostendemus : 1° gratiam supernaturalem esse necessariam ad *omnes actus supernaturales* ad justificationem *præparatorios;* 2° immo ad *initium fidei.*

1 Loquimur enim de homine in deterius commutato propter vulnera ignorantiae in intellectu, malitiæ in voluntate, concupiscentiae et infirmitatis in inferiori appetitu. Cfr. *De Deo Creante,* n. 907.

a S. Thom., Ia 2æ, q. 109, a. 6; Suarez, l. II, c. 3 sq.; disp. III, dub. 1-6; S. Bellarminus, l. VI, c. 1-6; Billuart, diss. III, a. 7; Hurter, n. 29 bq. ; Murray, disp. III ; Pesch, η. 92 sq. ; Van der Meersch, n. 43 sq· : Van Noort, n. 33 sq. ; L. Janssens, p. 153-270; Card. Lépicær, p. 53'93; J. M. Hervé, n. 152-193.

Necessitas dicitur *physica* vel *moralis :* prior adest si unum sine altero absolute obtineri nequit; posterior vero, si unum sine altero obtineri potest, sed cum magna difficultate. — Necessitati physicæ respondet impotentia physica; necessitati morali, impotentia moralis, i) *Physica impotentia* adest si facultas est *entitative* incapax ad aliquem actum eliciendum; vel, etsi capax, ad actum applicari nequit propter defectum alicujus conditionis physice requisite. Ita imaginatio est entitative incapax verum intelligendi. 2) *Moralis impotentia* adest, quando facultas, etsi *physice* capax aliquem actum eliciendi, de facto hunc actum aut nunquam aut fere nunquam peragit, quia actio nimis difficilis est; ita describere circulum perfectum, absque instrumento.

146. *Thesis P :* Homini lapso physice necessaria est gratia interna ad omnes actus salutares justificationem antecedentes, nempe *fidem, Spem, initium dilectionis* et *pœnitentiam.*

Defide est contra *Pelagianos, Rationalistas* et *Modernistas,* quorum errores exposuimus n. 15-18.

Declaratur. Hic agitur de iis actibus quibus peccator *positive* ad justificationem disponitur, de iis praesertim quos *Tridentinum* recenset, v. g., de *piis cogitationibus* quibus in I)eum *salutariter* fertur, ut actibus fidei, vel timoris inferni aut spei in divinam misericordiam; de *motibus voluntatis* quibus peccatum odisse et Deum diligere incipit; de *bonis operibus* quibus bona desideria jam exsequitur; non autem de iis quibus *negative* sese præparare potest, v. g., vitando quædam peccata aut removendo quosdam obices ad conversionem.

Dicitur : (a) *physice,* quia *de se* homo versatur in impotentia non solum morali, sed etiam physica actus supernaturales eliciendi qui sunt absolute supra ejus vires; (b) unde, ad hos actus requiritur gratia *interna, vere et entitative supernaturalis;* (c) hæc autem gratia est *duplex,* scilicet *illustratio* mentis et *inspiratio* voluntatis ; (d) per gratiam *inspirationis,* intelligendus est saltem moralis influxus illuminationis quæ recipitur immediate in intellectu, et mediate in voluntatem agit; sed, juxta sententiam communem [1], intelligenda est alia gratia immediate in voluntate recepta.

[1] Sententia enim adversa multis non videtur satis recedere ab bæresi Pelagii, quixt ipse tandem admisit gratiam internam actualem in intellectu, ad facilius

147. Hanc thesim jam definierat *C. Aransican II* [1] contra Pelagianos : " Si quis per naturae vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare, ut expedit, aut eligere sive salvari id est evangelicæ praedicationi consentire posse confirmat absque *illuminatione et inspiratione Spiritus Sancti,* qui dat omnibus suavitatem in consentiendo et credendo veritati, hæretico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in Evangelio dicentis : " Sine me nihil potestis facere ". — Eamdem contra Protestantes definivit *Tridentinum.*[2] *:* " Si quis dixerit, sine *prœveniente* Spiritus Sancti inspiratione, atque ejus *adjutorio,* hominem *credere, sperare, diligere* aut *pœnitere* posse sicut oportet ut ei justificationis gratia conferatur, A. S. "

148. Scriptura probatur. 1° In *Vetere Testamento* res jam *insinuatur.* Etenim, ex una parte, Deus patiens et misericors saepe *vocat peccatores ad pœnitentiam;* et, ex altera, hi enixe *postulant* ut Deus se ad peccatores convertat eosque vivificet, quasi ipsis impossibile esset, *sine divino* et *gratuito auxilio,* justificationem consequi, (a) Apud *Prophetas* saepe Deus minis, promissis et hortationibus peccatores *alliât ad pœnitendum.* " Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum... si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur... Quod si nolueritis, et me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos " [3]. Gentiles ipsi ad paenitentiam et conver-

agendum, habentem necessario quemdam influxum in voluntatem, propter naturalem utriusque potentiæ connexionem ; quam tamen non esse sufficientem ad salvandam Ecclesiæ doctrinam, affirmat S. Augustinus, *Dc Gratia et lib. arbitrio.* n. 33, *P. L.t* XLIV, 901.

[2] D. B., 180, 176-177. — [3] Sess. VI, can. 3, D. B., 813. In cap. VI° addit : " Disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia, et adjuti, fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum, *credentes* vera esse quæ divinitus revelata et promissa sunt; atque illud in primis, a Deo justificari impium per gratiam ejus per redemptionem, quæ est in Christo Jesu; et dum peccatores se esse intelligentes *a divinajustitiæ timore,* quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in *spem* eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore; illumque, tanquam omnis justitiæ fontem, *diligere incipiunt :* ac propterea moventur adversus peccata per *odium* aliquod et detestationem, hoc est, per eam *poenitentiam,* quam ante Baptismum agi oportet : denique dum *proponunt* suscipere Baptismum, inchoare novam vitam et servare divina mandata". D. B., 798.

[3] *Isa.* I, 11, etc. Cf. *[erem..* III, 4.

sionem vocantur, imino declaratur *apud Deum solum salutem inveniri :* "Congregamini et venite et accedite simul qui salvati estis ex gentibus... Deus justus et salvans non est præter me. Convertimini ad me et salvi eritis, omnes fines terræ "[1]. Atqui hæc *vocatio* ad pœnitentiam est gratia actualis *externa,* quam comitatur gratia *interna,* secundum communem Providentiæ ordinem, n. 127. Quod magis constat e *precibus* quas peccatores fundunt ad pœnitentiæ gratiam obtinendam.

(b) In *Psalmis* enim multæ funduntur *preces* ad implorandam Dei misericordiam pro peccatis, ibique supponitur *veniam obtineri non posse sine divino et gratuito adjutorio :* u Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam... Asperges me hyssopo et mundabor... Cor mundum crea in me Deus et spiritum rectum innova in visceribus meis... et spiritum sanctum tuum ne auferas a me... et spiritu principali confirma me... Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam... Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies..."[2] Et alibi : "Deus, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus "[3]. Ex quibus aliisque verbis infertur non tantum peccatorem veniam consequi ex Dei magna misericordia, sed etiam cor ejus ab ipso Deo *mundum creari,* ejus *labia a Deo aperiri* ad orationem, *salutemque* ei conferri a Deo qui ad peccatores benigne se convertit ; ita implicite asseritur *interni* et *gratuiti auxilii necessitas* in ordine ad justificationem.

Quapropter, etiam inter Judæos qui tempore Christi vivebant, agnoscebatur aliquando necessitas ad Deum recurrendi pro venia peccatorum obtinenda et bono faciendo·

149. 2° *Ex Novo Testamento.* (A) In *Synopticis Evangelii,* necessitas gratiæ *implicite* declaratur; etenim regnum Dei exhibetur ut quid *gratuitum,* ut *regnum Patris,* in quod homines non ingrediuntur nisi *Christum sequendo,* ideoque *speciali auxilio* ab eo adjuti, et *gratiam obtinendo* per *oratio-*

XLV, 20-22.

[2] A. L, 3, 9, 12, 13, 14, 17, 19. – Cf. A. XXXVII; LXXIX; LXXXIX; CXVIII, etc.

[3] A. LXXIX, 4, 8, 20.

[4] Quod constat ex *IVEsd.,* VIII, 42-45. Idem admittebat *Philo,* ap. Tixeront, *of>. at.,* I, 57.

nem. (a) *Gratuitas salutis* apparet in parabola de operariis in vinea; operarii enim non ingrediuntur vineam nisi a Deo *vocati,* et merces non datur nisi ex pacto libere inito; immo merces semper excedit, etiamsi inferioris sit gradus, omnem laborem nostrum : " Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam... Amice, non facio tibi injuriam, nonne ex denario convenisti mecum?"[1] (b) Christum esse *ducem sequendum,* ideoque *adjutorem nostrum,* sane ex speciali et positivo misericordiæ consilio, ex his aut similibus verbis apparet : " Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam et sequatur me "[3]. (c) *Oratiotiem* vero ad salutem esse necessariam, ideoque *gratiam* quæ oratione obtinetur, ex his verbis colligitur : "Petite et dabitur vobis; quærite et invenietis; pulsate et aperietur "[3]. Tandem expresse omnino Christus *de salute* dicit : "*Apud homines impossibile est,* sed non apud Deum; *omnia* enim *possibilia sunt apudDeumn* [4], qui nos gratuito adjuvat.

150. (B) Apud S'. *Joannem,* lucidius affirmatur gratiæ necessitas, (a) Hæc variis *analogiis* declaratur : dicitur nempe Christum esse *lucem veram* quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [5], *panem vitæ* sine quo vitam æternam habere nequimus *pastorem* et *ostium* ovilis, per quem introire debent oves ut pascua inveniant [7].

(b) Res apertius declaratur exemplo *palmitum* qui fructus ferre nequeunt *nisi viti uniantur* et abeo succum accipiant : " Sicut palmes, ait Christus, non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis... *Sine me nihil potestis facere"* [8] ; proinde, sicut palmes totam suam vitam *a vite* derivat, ita ut nullum fructum a seipso proferre valeat, pariter homo totam suam vim ad opera supernaturalia ab influxu Christi accipit, ita ut sine ejus gratia nullum opus salutare efficere possit. Unde S. *Augustinus* animadvertit in hunc textum [9] : " Non ait quia

[1] *.Matth.,* XX, 1-13; cfr. XXV, 21, 23, 27.

[2] *Maith.,* XVI, 24; cf. X, 32-42; XIX, 21. — [3] *Maith.,* VII, 7.

[4] *Marc.,* X, 26-27. — [5] *Joan.,* L 9- — [6] *Joan-,* vh 35 s^· — [7] *Joan.,* X, 7-18.

[8] *Joan.,* XV, 1-5. — Cf. Corluy, *Spicii, dogmal.,* t. II, 301-307.

[9] *In Joan.,* tr. 81, n. 3, *P. L.,* XXXV, 1841.

sine me parum testis facere, sed *nihil* potestis facere;sive ergo parum sive multum sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest

Nec dicatur hic agi tantum de gratia habituali; sicut enim non sufficit ut palmes sit viti conjunctus, sed requiritur ut quovis momento vitales succos a vite accipiat, ita pariter non sufficit ut anima Christo uniatur per gratiam habitualem, sed requiritur ut *vitalem motum accipiat per gratiam actualem.* Insuper, licet praefata verba *in se* sumpta de necessitate gratiæ sanctificantis intelligi possint, Patres eis usi sunt ad probandum, contra Pelagianos, gratiæ actualis necessitatem ad singulos actus supematurales; hic est igitur sensus *traditionalis.*

151. (C) S. *Paulus* rem non obiter tantum, sed *ex professo* docet : (a) *negative,* asserendo hominem lapsum *imparem* esse *ad gratiam* et *salutem propriis viribus* assequendam. Homines enim per peccatum sunt " *natura filii irce* " et " *servi peccati* veluti supernaturaliter *mortui:* ""Unius delicto multi *mortui* sunt " 2;* " Cum essemus *mortui* peccatis, convivificavit nos" 3; aut etiam spiritualiter *aeci :* " Eratis enim aliquando *tenebræ,* nunc autem lux in Domino " 4. Porro qui est natura filius iræ et servus peccati non potest per se fieri Deo acceptus aut se liberare a peccato ; pariter qui est veluti mortuus, aut etiam cæcus in ordine supernatural!, certe non potest aliquid facere ad vitam spiritualem de novo assequendam, nisi prius a gratia excitetur, sicut membrum corporis mortificatum non potest seipsum movere, nisi ab agente exteriori prius moveatur. Et reapse justificatio nostra gratiæ Christi tribuitur 5.

(b) *Positive* et *diserte affirmat* omnes actiones nostras *salutares,* quæ ad tres revocantur, *cogitationes, volitiones,* et *executionem* earumdem, Deo esse tribuendas, ac proinde *sub influxu gratia* elicitas : " Non quod simus sufficientes *cogitare* aliquid a nobis, quasi ex nobis, sufficientia nostra ex Deo est"6; ""Deus est qui operatur in vobis et *velle* et *perficere* " 7. De ipsa oratione ait S. Paulus 8 : " Similiter

' *Ephes.** II» 3; *Ram.,* VI, 17. — Hæc verba *natura filii iræ* significant omnes homines *sibi relictos,* gratia nondum regeneratos, esse dignos divina ira seu castigatione. Cf. Prat. *La Théol. de St* ***Paul,*** p. 85-87.

4 Rom.) V, 15. — 3 *Ephes.)* II, 5. — 4 *Ephes.,* V, 8. — 5 *Ephes.,* II, 4-7.

6 ***II*** *Cor.,* III, 5. — *1 Philip.)* II, 13. — 8 *Rom.,* VIII, 26.

autem et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram; nam *quid oremus, sicut oportet,* nescimus; sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus His et similibus testimoniis clare constat nullam esse actionem supernaturalem ad quam non requiratur gratia actualis, eo quia impares sumus ad hujusmodi actum propriis viribus eliciendum. Animadvertatur insuper hic agi de gratia *interna,* quæ operatur in nobis velle, et quam præbet Spiritus, nos movendo et juvando ad orandum.

(c) Tandem hæc omnia summatim comprehenduntur his Apostoli verbis [1] : " *Gratia* enim estis salvati per *fidem,* et hoc *non ex vobis* (i. e., per naturalia opera) : Dei enim *donum* est, *non ex operibus* ut ne quis glorietur; ipsius enim sumus *factura,* creati in Christo Jesu (qui est causa meritoria et exemplaris nostræ justificationis) in operibus bonis " (i. e., ad bona opera exercenda). Ibi enim tot argumenta quot sententiæ : si *gratia,* id est, gratuito salvati sumus, non certe nostris meritis; si per *fidem,* non per opera nostra; si justificatio est Dei *donum, non ex operibus,* sed Dei misericordia justificamur; si Dei *factura* sumus, non propriis viribus, sed Deo impellente et coopérante bona opera facimus. Numquid apertius declarari potest gratiæ necessitas ad omnes et singulos actus salutares?

152. Traditione, nempe *Ecclesiæ praxi* et *Patrum testimoniis.*

i° *Ecclesiæ praxi,* qualis invenitur præsertim in *publias Ecclesiæ precibus,* quibus enixe postulatur ut *infidelibus doneturfides,* ut *Judæis lux* veritatis appareat, ut *lapsis pœnitentiæ* remedia conferantur, ut *hæretici* et *schismatici* ad catholicam fidem revertantur. Orationes hujusmodi, quas S. Paulus commendaverat [2], jam apud Patres apostolicos [3] et in omnibus liturgiis reperiuntur; quorum orationum vestigia servantur in precibus quas Ecclesia fundit *feria sexta in Parasceve,* pro infidelibus, hæreticis, Judæis, peccatoribus. Jam vero hæc praxis demonstrat conversionem fieri non posse sine gratia, ut recte arguit S. *Augustinus*[4] : " Nec oraret Ec-

[1] *Epius.* II, 8-IO. — [2] I *Tim.*, II, 1-2.
[3] Exemplum habes apud S. Clementem, *I ad Cor.* 70-71.
[4] *De dono perseverantia, c.* XXIII, n. 63, Λ Z. XLV, 1031. — Idem docet S. Cælestinus, ap. D. B., n. 139.

clesia... nisi crederet Dominum sic in potestate habere cor nostrum ut bonum quod non tenemus nisi propria voluntate, non tamen teneamus *nisi ipse in nobis operetur et velle*

153. 2° *Patrum testimoniis.* Hic autem tria veluti stadia distinguere licet. (A) In quatuor prioribus sæculis, *ante exortam pelagianam hceresim,* doctrina de necessitate gratiæ vere proponitur, minus tamen diserte, absque explicita distinctione inter opera naturalia et supernaturalia, inter initium fidei ejusque complementum.

Sæculo II0, *S. Justinus* docet *fidem* esse donum Dei1; S. *Irenæus,* comparatione utens, declarat nos fructificare non posse sine *pluvia gratia* :il Sicut arida terra, si non percipiat humorem, non fructificat, sic et nos lignum aridum existentes primum nunquam fructificaremus vitam sine superna voluntaria pluvia "2.

Tertio sæculo, *Tertullianus conversionem* tribuit divinæ gratiæ : "Hæc erit vis divinæ gratiæ, potentior utique natura, habens in nobis subjacentem sibi liberam arbitrii potestatem... "3. Quod et confirmat 5. *Hippolytus, regenerationem* tribuens Spiritui Sancto * Longius procedens, 5. *Cyprianus* tradit nos voluntatem Dei implere non posse *sine gratia :* "Nemo suis viribus fortis est, sed Dei indulgentia et misericordia tutus est" s.

Apud Græcos, *Origenes* lucidius necessitatem gratiæ ad opera *salutaria* affirmat6.7 "Non sufficit *ad perficiendam salutem* sola voluntas humana... nisi hæc ipsa voluntas nostra bona, promptumque propositum et quæcumque illa in nobis esse potest industria divino vel juvetur vel muniatur auxilio

Quarto sæculo, *Cappadoces* necessitatem gratiæ etiam ad recte *velle* profitentur, v. g. 5. *Gregorius Naz.* 7 ; "Docet Paulus quod ipsum etiam velle divino auxilio indigeat; immo ipsa electio eorum quæ recta sunt, divinum quoddam est atque donum a Dei benignitate manans ",— *S. Chrysostomus* recte quidem docet gratiam modo generali esse necessariam 35: "Neque enim possibile est bonum

* *Apol.* Z, io. *P. G.,* VI, 341; Journel, 114. Quod pariter tradit *Clemens Alex.,* ap. Journel, 418.

3 *Adv. hares.,* L III, c. 17, n. 2, *P. G.,* VII, 930; Journel, 220.

3 *De anima,* 21, *P. L.,* II, 685; Journel, 348.

4 *De Antichrist»,* 3, *P. G.,* X, 732; Journel, 38g.

5 *De domin. oratione,* 14, *P. L.,* IV, 528; Journel, 558.

6 *De principiis,* III, c. i, iS, *P. G.,* XI, 289; Journel, 465.

7 *Orat.,* XXXVII, 13, *P. G.,* XXXVI, 297 ; Journel, 1003.

• *In Gen. homil.,* XXV, 7, *P. G.,* LUI, 228; Journel, 1153.

aliquod nos recte agere non adjutos superna gratia sed asserit *initium boni operis* esse a voluntate nostra ' : a Nostrum quidem est præeligere et velle, Dei autem est perficere et ad finem deducere ".

Idem, apud *Latinos,* docent 5. *Optatus* et 5. *Hilarius,* qui scribit : " Divinæ misericordi® est ut volentes adjuvet, incipientes confirmet, adeuntes respiciat : ex nobis autem initium est ut ille perficiat " '. Nondum exorta controversia semi-pelagianorum, quidam Patres putant initium fidei et bonorum operum aliquatenus a nobis esse, quo melius ita servaretur liberum arbitrium contra Manichæos. — Sed jam *S. Ambrosius* clare viderat etiam tale initium esse a Deo, quin exinde læderetur humana libertas 3 ; " Vides utique quia ubique Domini virtus studiis cooperatur humanis, ut nemo possit ædificare sine Domino, nemo custodire sine Domino, nemo *quidquam tneipere* sine Domino ".

154. (B) Quinto sæculo, occasione *pelagianæ hæresis,* necessitas gratiæ lucidius et explicitius, duce 5. *Augustino,* exposita et definita fuit. Pelagiani, ut supra diximus, n. 15, primum cujuslibet gratiæ actualis necessitatem negarunt, postea tamen gratiam *externam* admiserunt, immo et gratiam *internam illuminationis,* sed tanquam *utilem* tantum.

(a) Quos strenue confutavit S. *Augustinus*‹ *:* ante annum 397, dum manichæismum impugnaret, qui vires naturæ nimis deprimebat, censebat quidem gratiam necessariam non esse ad *initium* boni operis salutaris; sed ab anno 397, doctrinam catholicam *integram* jam prædicabat, quam ex epistolis S. Pauli hauserat.

Diserte videlicet Scriptura et Traditione probat gratiam vere *internam,* non tantum *illuminationis,* sed etiam *motionis,* necessariam esse ut credere et pie vivere valeamus, et neminem salvari posse sine gratia *prævenientе* et *coopérante :* " Quapropter, ut in Deum *credamus,* et *pie vivamus,* non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei : non quia velle non debemus et currere; sed quia ipse in nobis et *velle operatur* et *currere...* Confiteamur gratia Dei *praeveniri* hominum voluntates, et per hanc eas potius præparari quam propter earum meritum dari "5. Quam gratiam esse

l *In Ep. ad Hebr.,* XII, 3, *P. G.,* LXIII, 99; Journel, 1219.

' *In Ps. CXVIII,* lit. XVI, 10, *P. P..,* IX, 610; cf. Journel, 892; Tixeront, II, 282.

3 *Expos. Evang. see. Lucam,* II, 83, *P. L.,* XV, 1583; Journel, 1302.

4 Portalié, *S. Augustin,* in *Did. de Thiol. (Vacant),* t. I, 237559.; Taxeront, II, 482-498; L. Labauche, *Lee. de Thiol, dogmat.,* t. II 3, p. 158.

s *Epist.* CCXVII, 12, 25, *P. L.,* XXXIII, 983, 9S7.

internam non solum *illuminationis,* sed et *inspirationis* ita declarat : " Legant ergo et intelligant, intueantur atque fateantur, non lege atque doctrina insonante forinsecus, sed *interna* et *occulta,* mirabili ac ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum, non solum veras revelationes, sed bonas etiam *voluntates* " '.

Insuper, contra Pelagianos asserentes voluntatem hominis esse a Deo indeperidentem et propriis viribus perfectionem adipisci posse, demonstrat *supremum Dei dominium etiam in voluntates liberas;* hominisque inhabilitatem ad bonum faciendum, quam ex originali peccato repetit; nec tamen gratiæ influxu destrui liberum arbitrium, cum in nostra potestate sit ei consentire vel ab ea dissentire : " Ipsum velle credere Deus operatur in homine, et in omnibus misericordia ejus prævenit nos : consentire autem vocationi Dei vel ab ea dissentire, sicut dixi, propriæ voluntatis est " '.

155. (b) Curavit etiam S. Doctor ut pelagiana hæresis damnaretur in synodis *Carthaginensi* et *Milcvitana* (an. 416) necnon ab *Innocentio I,* qui Pelagium et Cælestium excommunicavit Cum autem *Zosimus,* istorum fraudibus primum deceptus, eis parcere vellet, alia synodus *Carthaginensis* (an. 418) iterum pelagianos errores reprobavit, declarans gratiam nobis conferri non tantum " ut sciamus quid appetere, quid vitare debeamus ", sed insuper " ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus atque valeamus nec tantum ut " facilius possimus per gratiam implere quod facere jubemur, sed etiam ut simpliciter id facere valeamus " 3. Tum Zosimus, re melius perpensa, *epistolam tractoriam* edidit, qua rectam Ecclesiæ fidem de peccato originali et necessitate gratiæ exponebat et synodum Carthaginensem (418) approbabat-». Pelagiani multi suos errores retractarunt, sed pauci, ut *Fastidius* et *Agricola,* eos spargere in Britanniam conati sunt.

156. (C) S. Augustinus, Pelagianos confutans, non explicite distinxerat, saltem generatim, inter bonum naturale et supernaturale. *Scholastici* autem, sedulo *inter bonum naturale et supernaturale distinguentes,* docuerunt hominem, etiam

* *De gratia Christi et pec. origin.,* XXIV, 25, *P. L.,* XLIV, 373; Journel, 1853.

' *De spiritu et littera,* 60, *P.* , XLIV, 240; Journel, 1736.

3 D.-B., 104-105.

4 Fragmenta quæ supersunt hujus epistolæ invenies *P. L.,* XX, 693.

in statu naturæ corruptae, aliquod bonum particulare propriis viribus agere posse, non tamen totum bonum sibi connaturale, indigere vero absolute gratia ad bonum supernaturalis virtutis operandum

157. Ratione theologica. Omnes actus proportionari debent fini ad quem tendunt; atqui justificatio est finis omnino supernaturalis, cum nihil aliud sit nisi infusio gratiæ sanctificantis, quam supernaturalem esse probavimus in *Tr. de Deo Creante,* n. 860; ergo actus præparatorii ad justificationem debent esse vere supernaturales. Jam vero non possunt esse vere supernaturales, nisi fiant sub *influxu, gratiæ actualis vere et entitative supernaturalis;* potentia enim naturalis est radicaliter incapax actum supernaturalem efficiendi, nisi gratia ita elevetur ut operari valeat praeter vires sibi naturaliter inditas. Ergo illi actus sub influxu gratiæ actualis vere supernaturalis fiunt.

Comparatione res illustratur; sicut enim oleaster non potest ferre bonos fructus nisi ei inseratur ramus olivæ bonté, ita pariter natura nostra fructus supernaturales ferre nequit, nisi ei inseratur gratia supernaturalis.

158. *Thesis* ***IIa*** : Gratia actualis supernaturalis physice necessaria est ad ipsum fidei initium, et ad cujuslibet operis salutaris efficax desiderium.

JDe fide est contra *Semi-Pelagianos,* utpote definitum a *facio* ***II*** *:* " Si quis sicut augmentum ita etiam *initium fidei* ipsumque *credulitatis affectum* non per gratiæ donum, id est, per inspirationem Spiritus Sancti... sed naturaliter nobis inesse dicit, apostolicis dogmatibus adversarius approbatur " 3.

Declaratur : *initium fidei,* de quo agitur, est quilibet actus qui ipsam fidem salutarem *positive* præparat et vere in eam influit *Pius credulitatis affectus* non est quodlibet desiderium credendi, sed tantum *salutare* desiderium. — Quod autem dicitur de initio fidei, valet etiam de *desiderio conversionis* pro peccatore, imo de

' S. Thomas, 1' 2æ, q. 109, a. 2.

' Initium fidei, juxta Semi-Pelagianos, complectebatur desiderium credendi, desiderium salutis inde ortum atque divinæ bonitatis implorationem.

3 D. B., 178.

quolibet desiderio aut conatu *positive* præparante aut inchoante conversionem.

159. Probatur : (A) *Scriptura,* (a) *Directe.* Dixit enim *Christus :* " Nemo potest venire ad me *{per fidem,* ut ex contextu apparet) nisi Pater, qui misit me, traxerit eum " id est, nemo potest accedere ad Christum per fidem, seu incipere credere in Christum, nisi prius a Patre seu gratia allidatur.

(b) *Indirecte,* ex omnibus testimoniis in quibus asseritur Deum in nobis incipere bonum opus [2], hominem nihil operari posse [3], nihil habere ex quo gloriari possit [4] non posse etiam aliquid cogitares ex se. Atqui si initium fidei esset a nobis, hæc omnia non essent vera. Ergo etiam initium fidei a Deo seu a gratia procedit.

160. (B) *Traditione,* (a) Tribus prioribus saeculis, thesis implicite continetur in generali assertione quod gratia necessaria est ad omne opus supernaturale, etiam ad *propositum* salutem consequendi, supra, n. 153. (b) Quarto saeculo, quidam Patres concedunt *initium* boni operis esse a voluntate humana, inter quos S. *Augustinus* adhuc junior, n. 154. (C) Ab anno 397, mature considerata S. Pauli doctrina in *ep. ad Romanos,* S. Doctor clare docuit etiam ad initium fidei et cujuslibet operis salutaris gratiam requiri. Exinde autem quidam Monachi Adrumetini censuerunt plus æquo minui humanam libertatem, et alii concluserunt omnem correptionem esse inutilem, cum Deus omnia nostra opera operetur. Quos redarguit in libris *De gratia et libero arbitrio, De correptione et gratia* (427), in quibus ostendit gratiæ efficacia non destrui libertatem, ideoque merito corripi eos qui gratiæ resistunt.

161. (d) Paulo post, *Joannes Cassianus,* quem secuti sunt multi monachi *Massiliensis* monasterii S. Victoris et *Faustus Rejensis,* putantes Augustini doctrina nimis deprimi vires hominis naturales, contenderunt hominem *propriis viribus* valere ac debere ad *mitium fidei* pertingere, salutem desiderare, Dei auxilium petere; eum gratiam Dei *mereri* ac perseverare posse; eos ad *gratiam* præ-

[1] *Joan.,* VI, 44. — [2] *Phil.,* I, — [3] *Joan.,* XV, 5.
[4] *I Cor.,* IV, 7. — [5] *II Cor.,* III, 5.

destinari quos Deus prævidet propriis viribus gratiæ consensuros, ad *gloriam* autem eos quos prævidet naturalibus viribus in gratia perseveraturos.

Istos errores confutavit 5. *Augustinus* in duobus libris *De praedestinatione sanctorum* et *De dono perseverantia,* in quibus probat initium salutis, bonum desiderium et petitionem divini auxilii non fieri sine gratia, primam gratiam esse omnino gratuitam, et prædestinationem esse vere donum Dei. — Ejus discipulus, 5. *Prosper Aquitanus,* opus magistri complevit præsertim in *Carmine de ingratis, Pro Augustino responsionibus ad capitula objectionum vincentianarum* (ubi impugnat *Vincentium,* monachum Lirinensem, probabiliter auctorem *Commonitorii),* et in *Libro contra Collatorem* (Cassianum, auctorem *Collationum).* Ibi doctrinam S. Augustini exponit, eam tamen paulisper emolliendo præsertim quoad *reprobationem.* Ad probandum initium fidei esse a Deo, animadvertit hominem ante illuminationem fidei esse in tenebris, suos languores amare, donec " prima hæc medela conferatur ægroto ut incipiat nosse quod langueat et possit opem medici desiderare qua surgat "[1]. Hinc " conversio nostra ad Deum non ex nobis, sed ex Deo est " [2].

102. (e) Contra Faustum Rejensem, S. *Fulgentius* augustinianam doctrinam clare propugnat : " Gratia nobis et initium bonæ voluntatis donatur ad fidem, et ipsi voluntati adjutorium tribuitur, ut quod bene vult bene operetur " [3]. — Cum tamen in Gallia meridionali quidam adhuc erroribus semi-pelagianorum adhærerent, 5. *Casarius* eos impugnavit, probando "nihil per se in divinis profectibus quemquam arripere posse nisi fuerit primitus Dei gratia præveniente vocatus"[4], et, post consultum Rom. Pontificem, capitula redegit quæ *synodus Arausicana* ZZ approbavit et *Bonijacius II* confirmavit ut consentanea catholicis Patrum regulis. Mox hujus synodi canones in Gallia recepti sunt, et error semipelagianorum exstinctus.

163. (C) *Rat. theol.* Ad omne opus salutare requiritur gratia supernaturalis, ex thesi præcedenti; atqui initium fidei aut operis cujuslibet salutaris est jam aliquid salutare, cum sit virtualiter actus fidei aut alicujus virtutis in ordine ad salutem. Immo ex nobis sumus in magis remota potentia ad initium quam ad incrementum cujuscumque actus, sive naturalis, sive supernaturalis.

[1] *Resp. ad cap. Gallorum,* 6. — [2] *Epist. ad Ruf.,* VII, 6.
[3] *Epist.,* XVII, Epilog., 67, *P. L.,* LXV, 492; Journel, 2246.
[4] S. *Casarii vita,* I, 46.

164. *Solvuntur difficultates.* (A) Homo debet sese præparare ad justificationem : “ Convertimini ad me et convertar ad vos ” [1], atqui ad justificationem sese disponere nequit, nisi saltem possit propriis viribus initium fidei habere; ergo. — *Hesp.* Homo debet quidem se præparare ad justificationem, sed cum gratia Dei; quando enim Deus nos invitat ad conversionem, illa ipsa invitatio est jam gratia praeveniens, sine qua non possumus incipere opus conversionis nostræ, juxta illud : ‘‘Converte nos, Domine, ad te, et convertemur”’. Hinc, ut ait *Trident.* [3], “ in sacris litteris cum dicitur ‘‘convertimini ad me, et ego convertar ad vos”, libertatis nostræ admonemur; cum respondemus, ‘‘converte nos, Domine, ad te, et convertemur ”, Dei nos gratia prævenîri confitemur ”.

(B) *Instant adversarii :* S. Paulus dicit : ‘‘Velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio”[4]; ergo saltem velle, seu initium fidei, est in nostra potestate. — *Hesp.* Nego consequens, nam hic Apostolus loquitur de operibus *naturalibus,* et dicit nos capaces esse volendi bonum naturale, quamvis plerumque illud non perficiamus, ob infirmitatem nostram ; quando autem S. Paulus loquitur de operibus *supernaturalibus,* sine dubio asserit tum velle, tum perficere esse a gratia : “ Operatur in vobis velle et perficere”[5]. — Alii *velle* intelligentes de volitione supematurali ita textum interpretantur : velle cum gratia, adjacet mihi, sed alia et multo potentior gratia necessaria est ad opus exsequendum.

(C) Exhibentur etiam exempla Centurionis, Zacbæi, boni Latronis, qui per orationem, aut pium desiderium Christum recipiendi, conversionem suam obtinuerunt ; ex quibus deducitur initium conversionis esse a nobis. — Sed contra, fides Centurionis, pium Zacbæi desiderium et confessio boni Latronis, fuerunt, juxta Concil. *Arausicanum,* opera vere supernaturalia, sub influxu gratiæ interioris elicita, nec absque gratia præveniente elici potuissent[6].

II. Gratiæ actualis necessitas ad opera quæ justificationemsequunturT ‘ —

Quæstio expendetur :

1° quoad *actus salutares justi in genere;*
2° quoad *perseverantiam diuturnam ;*
3° quoad perseverantiam *finalem;*
40 quoad perseverantiam *absque venialipeccato.*

1 *Zach.,* I, 3. — 3 *Thren.)* V, 21. — 3 Sess. VI, cap. 5; D. B., 797.
4 VII, 18. — 5 *Philips* II, 13. — 6 D. B., 200.
7S. Thomas, 109, a. 9-10; Suarez, 1. X, c. 2 sq.; Salmant., disp. III, dub. II; Billuart, diss. III, a. 10; Mazzella, n. 306 sq.; Palmieri th. 28-29; Van Noort, η. 33-52; Card. Lépicier, p. 80-93.

i° De necessitate gratiæ quoad actus salutares.

165. Status quæstionis. Juxta omnes, gratia actualis etiam justis necessaria est, saltem interdum, præsertim ad gravioribus tentationibus resistendum, propter concupiscentiae deordinationem quæ etiam in justis manet. Sed controvertitur num gratia *actualis* ad *omnes* et *singulos* actus salutares requiratur, (a) *Negant* quidam theologix, præsertim inter *Molinistas,* quia, inquiunt, homo jam *instructus habitibus supernaturalibus,* non indiget gratia actuali ad actus faciliores, etiam supernaturales, quos cum solo concursu naturali peragere potest; sufficit enim ut educatur de potentia in actum per Deum ut motorem universalem, (b) *Communius* tamen theologi variarum scholarum affirmant. Cum quibus sit :

166. *Thesis :* Gratia actualis necessaria est justo, etiam habitibus supernaturalibus instructo, ad singulos actus salutares. Ita *probabilius.*

(A) *Script.* Christus enim, in ultima Ccena, alloquens discipulos, gratia et virtutibus ornatos, declarat eos *nihil sine gratia facere posse,* eodem fere modo ac palmites fructum ferre nequeunt nisi viti uniantur et ab ea succum vitalem accipiant : " Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis " 2 Pariter S. *Paulus* asserit nullum, nec proinde justum, idoneum esse ad bonam cogitationem sine gratia habendam, cum Deus ipse operetur in nobis velle et perficeres/p

(B) *Tradit.* Rem 5. *Augustinus* non solum explicite docet, sed illustrat comparatione‹ : "Sicut oculus corporis etiam plenissime sanus, nisi candore lucis adjutus, non potest cernere, sic et homo etiam perfectissime justificatus, nisi æterna luce justitiæ adjuvetur, recte non potest vivere ". Idem, inter Græcos, asserit *Theodoretus :* " Omnes enim homines, licet virtutibus et præclare factis

' Molina, *Concordia,* q. 14, a. 13, disp. 4; S. Bellarminus, *Degrulia cl libero arbilrio;* Van der Meersch, n. 338; L. Billot, th. V, etsi p. 117 cd. 3æ admittere videatur necessitatem alicujus gratiæ actualis, sed non specialis.

•*Joan.,* XV, 1-5. *Cor.,* III

5 *in Ps. XXXI,* io; Journel, 2159.

ornati sint, divina tamen egent gratia. Propterea et divinus Apostolus exclamat : Gratia salvati estis per fidem, et hoc non ex vobis, nam Dei donum est".

Quod sane magis consentaneum est *C. Arausicano II* (can. 9) : " Quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum ut operemur operatur" 1; sed præsertim *epistolæ tractorias* Zosimi : " Quod tempus intervenit, quo ejus (Dei) non egeamus auxilio? *In omnibus* igitur actibus, causis, cogitationibus, motibus adjutor et protector orandus est". Et sane Ecclesia in sua liturgia orat ut in singulis actibus Dei gratia adjuvemur2.

(C) *Ratione,* analogia cum ordine naturali : sicut enim, praeter essentiam et facultates, requiritur motio concursus divini ad omnes actiones naturales peragendas, ita, in ordine supernaturali, præter gratiam habitualem et virtutes (quæ sunt veluti facultates supernaturales), requiritur motio concursus supematuralis seu gratia actualis : nulla enim res creata transit de potentia in actum nisi virtute motionis divinæ.

Λ Theologi qui contrarium tenent forsan intelligi possunt eo sensu) quod justi non egent *nava* gratia, quatenus nempe gratia excitans producere potest actum liberum, et hic actus potest iterum induere rationem gratiæ excitantis quoad sequentem actum; tunc singuli actus fiunt ex gratia actuali, at non quilibet actus ex nova gratia praeveniente

20 De necessitate gratiæ quoad perseverantiam diuturnam.

167. *Thesis :* Gratia actualis specialis necessaria est justo ut diu perseverare valeat.

Dicitur : diu, quia, si agitur de *brevi* perseverantia, tem-

' D. B., 182.

' Ita postulat a Deo " ut *cogitemus, te inspirante,* quæ recta sunt, et, *te gubernante, eadem faciamus "* (Dom. V post Pascha); et in off. ad *Primam : " Dirigere* et *sanctificare,* regere et gubernare dignare... hodie corda et corpora nostra, *sensus, sermones* et *actus nostros*

3 Qua de re ait Pesch, n. 109 : " Potest per se hæc sententia duplici sensu intelligi : ‹- .t ita ut negetur ad quodlibet opus salutare requiri novum auxilium, cum aliud præcedens auxilium possit sufficere ; aut ita ut negetur ullum auxilium supematurale requiri, sed solum concursum generalem sufficere cum habitu supernaturali. Si hoCHItero sensu intelligitur, ut illi doctores intellexisse videntur, hæc doctrina communissime et merito a theologis rejicitur ".

pore quo non urgent graves tentationes, non requiritur specialis gratia ad servandum gratiæ statum.

De fide est e *C. Arausicano II* (can. 10) : " Adjutorium Dei etiam renatis ac sanctis semper est implorandum..., ut in *bono possint opere perdurare"1,* et præcipue e *Tridentino ;* " Si quis dixerit justificatum vel sine *speciali auxilio* Dei in accepta justitia perseverare posse vel cum eo non posse, A. S. " 2 Ex quibus simul collatis constat *auxilium speciale* requiri ad perseverantiam quadamtenus diuturnam.

Hoc *speciale auxilium* certo differt a concursu naturali et gratia habituali, et consistit : 1) vel, juxta plures, in *gratiis internis efficacibus,* quibus difficultates saluti obstantes superamus, aut in *ordinariis etiam gratiis actualibus* ad actus supernaturales peragendos, quæ *speciales* dici possunt quatenus *collective* sumuntur; 2) vel, juxta alios, in gratia *medicinali* quæ datur ad graviores tentationes superandas.

168. *Probatur.* (A) *Script. :* (a) Etiam justi orare debent ne tentationi succumbant, ideoque gratia indigent ad perseverandum; nam Christus apostolis jam justificatis ait : "Vigilate et orate ut non intretis in tentationem" 3; (b) perseverantia in bono tribuitur divinæ gratiæ : " Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam gloriam suam in Christo Jesu, modicum passos *ipse* perficiet, confirmabit, solidabitque" 4; quod intelligendum est de perseverantia diuturna, et, ut mox dicemus, de perseverantia finali.

(B) *Traditione,* (a) Patre^, etiam ante ortum pelagianismum, sæpe docent gratiæ necessitatem ad perseverandum in bono.

Ita *Origenes* " Non solum igitur ad id ut. honestus et bonus fiat aliquis, opus est voluntate nostra et divina ope conspirante, quæ quantum ad nos arbitraria non est, sed ad id etiam ut qui honestus et bonus evasit *in virtute perseveret ".* Pariter 5. *Chrysostomus* justos hortatur "ut superno adjuti subsidio etiam ad finem pervenire valeant. Neque enim possibile est bonum aliquod nos recte agere non adjutos superna gratia " 6.

« D. B., 183. — ' D. B., 832. — *Ζùiatffï·,* XXVI, 41. — «
s *In Psalmos comment.,* IV, *P. G.,* XII, 1161; Journel, 4'8^
6 *In Genes,* homil. 25, 7, *P. G.,* LIII, 228; Journel, 1153.

(b) Contra Semipelagianos, qui docebant justum perseverare posse sine nova gratia, 5. *Augustinus* integrum scripsit librum *De dono perseverantia,* ubi exponit perseverantiam esse magnum Dei donum.

(c) Quod confirmavit documentum sub nomine 5. *Calestini Papa* vulgatum : " Neminem etiam baptismatis gratia renovatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias, et ad vincendas camis concupiscentias, nisi per *quotidianum adjutorium Dei* perseverantiam bonæ conversationis acceperit "[x]. Idem declarat *Arausicanum II,* ubi asserit acceptam per baptismum gratiam servari posse Christo auxiliante et coopérante '.

Rat. theol. e conditione *humanæ naturæ lapsæ.* Nam, ut ait S. *Thomas*[3], etiam in homine justificato remanet concupiscentia, et quædam ignorantiæ obscuritas in intellectu vi cujus non possumus ad plenum scire quid nobis expediat, necnon fragilitas in voluntate. Atqui facultates debilitatæ non possunt diu.gravibus tentationibus resistere et bonum facere nisi a Deo dirigantur et protegantur, qui omnia novit et omnia potest. Ergo speciale requiritur Dei auxilium ad diu perseverandum.

3° De necessitate gratiæ ad perseverantiam finalem.

Status quaestionis. Perseverantia finalis usque ad finem vitae duo addit facultati diu perseverandi de qua egimus, nempe : (a) *specialem Dei providentiam* qua mors de facto contingat eo tempore quo homo in statu gratiæ invenitur; (b) *specialem protectionem a peccato,* qua præbeantur *gratiæ efficaces* quibus homo de facto perseveret in statu gratiæ usque ad mortem. Quapropter finalis perseverantia a *Tridentino* merito vocatur non solum specialis gratia sed etiam *magnum donum.*

169. *Thesis :* Ad perseverandum usque ad mortem necessaria est gratia omnino specialis quæ magnum Dei donum vocatur.

De fide est e *Tridentino* declarante hoc perseverantiæ donum haberi non posse " nisi ab eo qui potens est eum qui stat statuere ut perseveranter stet, et eum qui cadit

1 *De gratia Dei indiculus,* D. B., 132. — 3 D. B., 200.
3 *Sum. theol.,* ia 2æ, q. 109, x 9. — 4 Sess. VI, cap. 13, D. B., 806, 826.

restituere ”; et, in can. 16, definiente hoc esse *magnum perseverantiæ donum.*

170. *Probatur :* (A) *Scriptura,* e testimoniis jam supra allatis; nam si diuturna perseverantia est speciale donum, a fortiori perseverantia usque ad mortem, quæ, ut diximus, speciales præ se fert difficultates.

Quibus testimoniis addi possunt verba S. Petri[1] : “ Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit solidabitque ”. Hic enim agitur de perseverantia finali, qua gloriam consequimur; atqui hæc non obtinetur nisi a Deo qui vocavit nos ad gloriam. — Idem docet S. Paulus[2] : “ Qui *coepit* in vobis opus bonum, *perficiet usque in diem Christi Jesu";* hic etiam agitur de perseverantia usque in finem; atqui hæc non habetur nisi a Deo qui ccepit in nobis opus salutis.

171. (B) *Tradit,* (a) *Patrum* doctrinam ita breviter contrahit S. *Augustinus*[3] .-“Asserimus ergo *donum Dei* esse perseverantiam qua *usque in finem* perseveratur in Christo ”. Et postea addit : “ Hoc ergo Dei donum *suppliciter* emereri potest ”4; non potest igitur proprie mereri, sed humilibus orationibus obtineri.

(b) Idem constat ex *Ecclesiæ precibus,* de quibus jam dicebat *Augustinus*[5] .· “ Orat (Ecclesia) ut increduli credant; Deus ergo convertit ad fidem. Orat ut credentes perseverent ; Deus ergo donat perseverantiam usque in finem ”. — Hodie etiam Ecclesia saepe orat ut homines *salutem* consequantur, ideoque perseverent usque in finem. Ita in sacrificio missae sacerdos postulat ut sacrificium “ mihi et illis proficiat ad salutem in vitam aeternam ”, ut accipiatur “ pro nostra et totius mundi salute... ” Et addit : “ Ab aeterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum jubeas grege numerari... Fac me tuis semper inhærere mandatis et a te nunquam separari permittas”, etc. — Idem in variis

1 *I Petr.,* V, io. — *Phil.,* I, 6.
3 *De dono perseverantia,* c. I, n. i, *P. L.,* XLV, 993; Journel, 1992.
4 *De dono perserver.,* c. VI, 10, *P. L.,* XLV, 999; Journel, 1993.
5 *Ibid.,* c. VII, 15, *P. L.,* XLV, 1002; Journel, 1994.

Collectis rogatur per anni decursum. — In *salutatione angelica,* a Matre Dei petimus ut oret pro nobis peccatoribus " nunc et in *hora mortis* nostræ Quæ quidem omnia supponunt gratiam perseverantiæ finalis magnum esse donum.

172, (C) *Ratione theol.* Perseverantia finalis essentialiter sumpta consistit in conjunctione mortis cum statu gratiæ. Atqui hæc conjunctio est speciale et *magnum* beneficium Dei : (a) pro *parvulis* quibus speciali Providentiæ cura contigit et gratiam accipere et mori antequam *malitia mutaverit intellectum* eorum ». (b) Pro *adultis,* qui speciali gratia seu Dei favore indigent vel ad moriendum in statu gratiæ postquam brevi tempore perseveraverint, vel præsertim ad diu perseverandum usque ad mortem. Nam, ad superandas omnes graves tentationes, et adimplenda omnia præcepta, non obstantibus perversis propensionibus quas gratia habitualis non destruit, requiruntur gratiæ *multa* et *efficaces,* quæ certe majus sunt beneficium quam gratiæ mere *sufficientes.* Ratio est quia homo, natura mutabilis et labilis, repetitis conatibus exhaustus, aliquam imprudentiam et negligentiam facile committit[2], qua posita, in peccatum facile labitur nisi speciali et indebito juvetur auxilio. Atqui *jus strictum* non habemus ad gratias hujusmodi tam multiplices et tam efficaces; Deus enim sine injustitia potuisset nobis dare gratias minus abundantes quæ, ex culpa nostra, mere sufficientes fuissent. Ergo ad finalem perseverantiam requiritur *speciale* et *magnum donum* seu auxilium.

Animadvertit autem *Tridentinum* perseverantiam aliunde haberi non posse nisi a Deo, sed *hoc donum non denegari humiliter petentibus,* ideoque in ejus auxilio spem reponere omnes debere : " Deus enim, nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut ccepit opus bonum, ita perficiet " [3].

[1] *Sap.,* IV, π. ,

[2] Experientia enim constat diuturnam perseverantiam in bono, non obstantibus omnibus tentationibus, esse opus arduum, immo moraliter impossibile, quia, etsi quodlibet peccatum grave *in particulari* vitare possimus, multo difficilius est *omnia simul* peccata fugere; sicut, v. g., optimus computator bis aut ter per annum erroneas computationes faciet, licet singulos errores satis facile vitare valeat. Cfr. J. H. Newman, *Discourses to mixed Congregations.* VII, Perseverance in Grace, p. 128.

[3] Sess. VI, cap. 13, D.-B., 806.

4° Necessitas gratiæ ad perseverandum sine peccato veniali.

173. Status quæstionis. *Pelagiani* contendebant justos posse sine gratia vitare omnia peccata venialia. Confutati a S. Augustino, damnati sunt a Conciliis *Milevitano II* (416) et *Carthaginensi XVI,* (418).

Thesis : Justus etiam perfectus non potest moraliter per totam vitam omnia peccata venialia vitare sine speciali privilegio gratiæ. *De fide* est contra *Pelagianos.* Definivit enim Cone. *Cartilagineuse* (an. 418) a *Zosimo* approbatum etiam sanctos veraciter dicere, et quidem pro seipsis : " *Dimitte nobis debita nostra* ", quia videlicet " in multis offendimus omnes "[1]. Lucidius *Tridentinum* ; " Si quis dixerit hominem semel justificatum... posse in tota vita vitare omnia peccata, etiam venialia, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de beata Virgine tenet Ecclesia; A. S. "[2].

Explicatur : (a) " *omnia* peccata venialia ", quia homo potest, cum ordinariis gratiis, vitare venialia *singulatim* sumpta; immo, juxta plures, sancti possunt vitare, sine speciali privilegio, omnia peccata *deliberata,* non autem omnia peccata semi-plene deliberata, quæ ex fragilitate contingunt, (b) " Per *totam* vitam ", quia justus potest per aliquod breve tempus, cum gratiis ordinariis, omnia venialia vitare, non autem diu nec a fortiori per longam vitam, (c) " Sine *speciali* privilegio " : per hoc intelligitur ad vitandum diu omnia venialia, non sufficere gratiam supernaturalem ordinariam, sed requiri *privilegium divinum* quo derogatur legi generali ordinariæ de concessione gratiæ in statu præsenti. Talis gratia concessa fuit B. Virgini, ut declarat *Tridentinum.*

Juxta quosdam, concessa fuit S. Joseph, saltem post matrimonium cum B. Virgine, S. Joanni Baptistæ, et Apostolis post diem Pentecostes; quod quidem admitti potest *probabiliter* de venialibus *deliberatis,* sed incertum est quoad venialia semi-plene deliberata.

174. Prob. (A) *Script.* Dicitur siquidem : " Non est enim homo justus in terra qui faciat bonum et non peccet "[3], item : "In multis offendimus omnes "[4]; atqui hæc verba

[1] Can. 7-8, D.-B., 107-108.
[2] Sess. VI, can. 23, D.-B., 833.
[3] *Eccles.*, VII, 21. — [4] *Jac.,* III, 2.

intelligi nequeunt de peccatis gravibus, cum certe dentur justi qui mortalia vitent ; ergo agitur de venialibus. Unde in oratione Dominica, a justis quoque recitanda, dicitur : " Dimitte Hinc Joannes aperte de ipsi nos seducimus, et ventas in nobis non est '{5/

175. (B) *Rat. theol.* ex *infirmitate hominis lapsi.* Ut vitentur Omnia venialia, necesse est omnes tentationes superare, sive graves sive leves, omnes etiam repentinos concupiscentiae motus reprimere, nullam negligentiam culpabilem in precibus aliisque officiis admittere. Atqui homo, etiam justus, hoc facere nequit nisi facultates ejus *speciali privilegio* adjuventur ; nam facultas læsa, prout est voluntas nostra in statu præsenti, talis vigilantiæ, fortitudinis et constantiæ est incapax 2, nisi *radicaliter* sanetur *deordinatio e* peccato originali orta. Hæc autem radicalis sanatio, quæ privilegio integritatis olim parentibus concesso æquivalet, est *privilegium speciale* nulli debitum.

Si autem quæritur quomodo hæc duo conciliari possint, scilicet justum non posse moraliter vitare omnia venialia et simul eum liberum esse in singulis peccatis quæ committit, respondendum est hanc impotentiam esse *moralem* tantum, non physicam, *nec afficere singulos actus* in particulari, sed eorum *collectionem ;* possunt igitur vitare venialia *distributive,* non autem *collective* sumpta.

Corollaria practica

176. (A) E gratiæ actualis necessitate merito infertur *orationis necessitas :* "Si gratiæ adjutorium tantopere necessarium est malis ut boni sint, bonis ut meliores sint, melioribus ut perfecti sint, perfectis ut perseverantes sint, omnibus ut bona faciant et bene, illam solarn quæramus, illam gemitibus inenarrabilibus *postulèmus,* quæ sola est qua egemus " λ

' *I Joa.,* I, 8. — Sæpe etiam allegantur verba *Proverb.,* XXIV, 16 : "Septies *(indie)* cadet justus et resurgethæc autem non probant, quia, inspecto contextu, non agitur hic de culpa morali, sed de *tribulationibus* in quas justus aliquando cadit. "—

' S. Thom., ⁋ 2g, q. 109, a. 8.

3 Ita Contenson, *Theol.,* . 8 de Deo primo motore, diss. II, spec. consect. 7, reflexio.

Revera *oratio* est optimum et efficacfasimum medium quo gratia obtineri potest, juxta illud Christi ipsius : " Petite et dabitur vobis; quærite et invenietis; pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, et qui quærit invenit, et pulsanti aperietur".^ Quæ quidem oratio multo efficacior erit, si gratiam postulamus per Christum, cum et ipse sit causa gratiæ meritoria, ex dictis in *Tr. de Verbo Ineam,* (n. 1182). Hinc Ipse ait : "Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam... Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam " '. Iterum gratia cum *humilitate* postuletur; cum enim nostris meritis non debeatur, sed gratuito dispensetur, veluti *mendici* Dei sumus; ideoque nostræ indigentiæ et indignitatis conscii, humiliter petamus id ad quod jus non habemus : " Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam " λ

(B) Cum *finalis perseverantia donum* sit omnium maximum, nec illud proprie mereri possimus, illud enixe flagitari oportet; nam, ut ait S. *Augustinus* ⧫ *suppliciter* emereri potest, i. e., precibus obtineri. Insuper cuilibet gratiæ nobis datæ *cooperari debemus;* nam, ut recte animadvertit *Suarez* 5 " donum integrum perseverantiæ multa efficacia auxilia includit, quæ non simul, sed successive opportunis temporibus dantur; ergo optime intelligitur, et fieri potest, ut ea lege dentur quod homo bene utatur primo auxilio, ut recipiat secundum, et secundo ut recipiat tertium, et sic de ceteris ". Gratiæ igitur ita concatenantur ut, si primæ consentiamus, fecundam consequamur; si sècufidæ, tertiam; et ita porro.

§ II. DE NECESSITATE GRATIÆ AD ACTUS BONOS ORDINIS NATURALIS.

177. In statu naturæ lapsæ, gratia actualis necessaria est non tantum ad actus *supernaturales* seu *salutares,* sed etiam ad quosdam actus *naturaliter* seu *ethice bonos,* id est mere honestos seu legi naturali conformes. Inquirendum est igitur quid homo in statu præsenti facere *valeat,* quid autem *non possit* sine gratia in ordine naturali.

Quoad *veritates naturales,* jam dictum est in *Tr. de Vera Relig.,* n. 210, genus humanum lapsum non posse *moraliter, sine auxilio gratuito,* cognoscere expedite, certo et absque admixto errore, omnes veritates naturales *collective* sumptas, ad vitam suam recte ordinandam necessarias. Aliunde

* *De dono perseverant.,* VI, I

s *De Gratia,* l. X, c. 7, 4-18.

certum est rationem demonstrare posse cum certitudine quasdam veritates, præsertim Dei existentiam, animæ spiritualitatem, hominis libertatem.

Quando vero agitur de cognitione *salutari* veritatum etiam naturalium, gratia interna supernaturalis necessaria est, cum hæc, ex jam dictis, n. 167, ad omne opus *salutare* requiratur.

Inquirendum igitur superest de necessitate gratiæ in ordine *morali,* seu quoad *bonum* faciendum.

Quo res lucidius exponatur, declarabimus :

1° quid homo *facere valeat* sine gratia;

2° quid *facere non possit* absque gratia;

I. Quid homo lapsus facere valeat sine gratia?

178. 1° Status quaestionis. De impotentia hominis ad bonum faciendum duo sunt præcipui errores, Protestandum scilicet et Jansenistarum, et una minus recta opinio.

(A) *Protestantes* pierique, tum *Lutherani* tum *Calvinistes,* contendunt per originale peccatum *naturam* ita fuisse *vitiatam,* ut homo non renatus, seu nondum justificatus per gratiam *habitualem,* nullum opus moraliter bonum perficere valeat : dicebat siquidem *Lutherus* "hominis naturam post lapsum esse mutatam, peccatum originis esse id quod nascitur ex patre et matre, hominem esse ipsum peccatum"[2]; et in *Concordia Formula* legitur[3] : "Credimus, docemus atque confitemur peccatum originis non esse levem, sed tam profundam humanae nature corruptionem, quæ

\Cf. S. Thomas, 1a 2æ. g. 109, a. 1-2; Suarez, l. I, c. 1-22; Salmant, disp. Π, dub. 2; STËeîlarminus, *De gratiâet lib. arbit.,* I. V, c. 5-9: Murray, *De Gratia,* disp. VI, n. 25 sq. ; Mazzella, n. 423 sq. ; Palmieri, th. 20-21 ; Van Noort, η. 20-23; L. Janssens, p. 117-139·

[2] Apud Moehler, *Symbolik,* § VI, p. 148, ed. 1844.

[3] CL Schaff, *Creeds of Christendom,* vol. III, p. 100. — Nec aliter docent *Calviniste,* seu Presbyteriani; hæc enim leguntur in *Confessionefidei IVestmonasteriensi,* cui hodie etiam adhærent : [14] Ab hac originali labe, qua *ad omne bonum facti sumus inhabiles prorsus ac impotentes, eique plane oppositi, ad malum autem omne proclives penitus,* proveniunt omnia peccata actualia (Apud Schaff, l. cit., p. 615.) Quod tamen intelligi non debet de acribus ad vitam civilem pertinentibus : [44] Homo bonus et justus esse potest, suaque socialia officia adimplere, ita ut aliorum hominum tuto approbationem sibi comparare valeat. Hoc vero minime importat animi statum in quo hujusmodi actus complentur, vel motiva quæ ipsos inspirant, esse hujusmodi, ut Dei infinite sancti approbationem mereantur ; sed importat tantum hos actus, quoad objectum, a lege morali præscribi". (Hodge ;* *Systematic Theology,* vol. II, 263).

nihil sanum, nihil incorruptum in corpore et anima hominis, atque adeo in interioribus èt exterioribus viribus ejus reliquit ", Hinc, juxta ipsos, *omnia opera infidelium et peccatorum,* etiam materialiter bona, *sunt peccata.*

(B) *Janséniste* docuerunt nullam gratiam dari *ante gratiam fidei,* et aliunde *nullum opus morahter bonum sine gratia perfici* posse; ex quo sequitur omnia *infidelium opera esse peccata,* et virtutes philosophorum, vitia. A quibus non multum differt *Baius,* juxta quem nullum opus bonum perfici potest *absque gratia sanctificante* et *imperio caritatis,* aut fide saltem *initiali caritate* animata.

(C) Tandem quidam theologi, *Auguslinenses* dicti [1] post Card. *PPorisium* (t 1704) et *J. L. Berti* (f 1766), docuerunt, in statu præsenti, nullum opus bonum, absque gratia actuali seu delectatione bona, probabiliter perfici posse, aut saltem de*facto* nunquam perfici.

Contra illos errores et minus rectam hanc opinionem, tres erunt theses,catholicam aut communem doctrinam statuentes.

r 179. *Thesis Ia :* Homini lapso necessaria non est gratia habitualis ad bonum aliquod naturale peragendum; ideoque *non omnia opera ante justificationem facta sunt necessario peccata.*

contra Protestantes, e *Tridentino*[2] definiente : " Si quis dixerit opera omnia quæ ante justificationem fiunt, quacumque ratione facta sint, vere esse peccata... A. S. ",

180. Prob. (A) *Script.* Deus enim *peccatores* hortatur ad aliqua opera facie.nda, ea quandoque laudat, eisdemque præmium promittit atque largitur.

Peccatores enim sic alloquitur[3] : ''Fili, peccasti? Non adjicias iterum, sed et de pristinis deprecare, ut et tibi dimittantur". ''Convertimini ad me..., et convertar ad vos''[4]. Insuper bona opera facientibus remissionem peccatorum promittit[5] : " Si quis cognoverit plagam cordis sui et expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cælo... et repropitiaberis". Revera *publicanus,* humilitatis

[1] Ita vocantur quia discipulos S. *Augustini* se profitentur et plerique ad ordinem S. Augustini spectant; inter quos : H. Noris, *Historia pelagiana* (1673), J. L. Berti (t 1766), *De theologicis disciplinis;* E. Klupfel, *De statu natura pura, Institutiones thcol. dogmatica.* Cfr. E. Portalié, *Augustinianistne,* in *D. T. C.,* I, 2485-2501. — [3] Sess. VI, can. 7, D. B., 817.

[3] *Eccli.y* III, 12-14.

et orationis actibus, veniam suorum peccatorum obtinetx. Atqui impossibile est Deum homines hortari ad opera mala aut ea remunerare. Ergo quædam saltem opera peccatorum non sunt mala.

181. (B) *Tradit.* Patres sæpe hanc doctrinam tradunt occasione publicani humili oratione justificati. Ita S. *Augustinus***scribit : "Nam et peccatores exaudit Deus. Si enim peccatores Deus non exaudiret, frustra ille publicanus oculos in terram demittens et pectus suum percutiens diceret : *Domine, propitius esto mihi peccatori.* Et ista confessio meruit justificationem ".

182.(C) *Rat. theol.* (a) *Indirecte.* Ex dictis supra, n. 50 sq., peccatores debent, cum gratia actuali, sese disponere ad justificationem actibus fidei, spei, pænitentiæ, dilectionis. Atqui absurdum esset dicere actus, quibus se disponunt ad statum gratiæ, esse peccata. Ergo quædam saltem ex operibus peccatorum non sunt peccata.

(b) *Directe.* Ut actio sit ethice seu n^tyraliter bona, sufficit ut sit honesta ex parte *objecti, finis ^ circumstantiarum.* Atqui nihil prohibet quin homo lapsus, etiam peccator; possit, sine gratia habituali, actum perficere qui ex hoc triplici capite honestus sit. Nam, natura humana per Adami peccatum non fuit penitus corrupta vel intrinsece in suis naturalibus minuta, sed remanet libero arbitrio praedita et morum capax; atqui ens liberum et morum capax potest, aliquando saltem, perficere opera ex omni parte naturaliter bona.

1) Potest siquidem peragere opera *objective* et materialiter bona, ea scilicet quæ sunt faciliora, ut eleemosynam, amorem erga parentes etc., cum talia opera ejus naturæ sint proportionata.

2) Insuper*finem honestum* naturalem sibi præfigere potest, v. g., dum facit eleemosynam, sublevationem pauperis intendere potest, eo magis quia fidem servat. -----

(C) Tandem opus perficere valet quod *nulla circumstantia*

* *Lite.,* XVIII, 13.
* *In Joan. EvangI,* 44, 13, *P. L.,* XXXV, 1718; Journel, 1827.

mala vitietur, cum difficilius non sit opus honestum facere quoad circumstantias quam quoad substantiam actus.

183. *Thesis IId :* Infidelibus gratia fidei necessaria non est ad aliqua opera moraliter bona facienda, *ideoque omnia infidelium opera non sunt necessario peccata.*

Certum est, contra Protestantes, Baium et Jansenistas, hominem lapsum posse, etiam *sinegratja fidei,* aliquod opus moraliter bonum facere, proindeque *non omnia infidelium opera esse peccata,* ut colligitur ex damnatione hujus *Baii* propositionis (25)1 : " Omnia opera infidelium sunt peccata, et philosophorum virtutes sunt vitia".

i°*Probat. Script.* Deus enim aliquando infideles hortatur ad aliquid agendum, eosque laudat et remunerat pro operibus eorum. Ita Deus excitat Nabuchodonosor ad redimendum peccata sua eleemosynis, et ei confert terram Ægÿpti, quia, juxta præceptum Domini, Tyrum expugnaverat^? insuper laudat Cyrum eo quod templum instaurari mandaverit^ atqui Deus non potest suadere, laudare et remunerari opera moraliter mala ; ergo quædam saltem opera infidelium non sunt peccata 4. — Præterea 5. *Paulus* Gentiles reprehendit "quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt atqui si incapaces fuissent aliquid boni peragere, non potuissent reprehendi quod illud neglexerint; ergo. Insuper de Gentibus in genere, ac proinde de eis quæ erant etiam fide destitutæ, ait : " Cum enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex " 6. Hic S. Paulus asserit Gentiles, nondum ad

1 D. B., 1025, 129S, 1301. —3 *Dan.,* IV, 24; *Ezech.,* XXIX, 18 20.
3 *Isa.,* XLIV, 28. ----------

4'Nonnuiu tKeologi argumentum desumunt ex *Exod.,* I, 17-21, ubi agitur de obstetricibus, quæ a Deo remunerantur eo quod masculos infantes Hebraeorum interficere recusaverint ; sed ratio non est apodictica, quia non constat hujusmodi obstetrices fuisse infideles. Cfr. Murray, L cit., n. 27. — *Rom.y* I, 21.

6 *Rom.y* II, 14. Hic agitur de Gentilibus nondum conversis (contra *Èstium~ Baium* 'pâucosquë alios); damnata est enim hæc *Baii* propositio : u Cum Pelagio sentiunt qui textum Apostoli ad Rom. II, " Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt ", intelligunt de Gentibus fidei gratiam non habentibus ", D. B., 1022. Sane Gentes, quæ legem non habent, designant Gentiles non conversos, cum ii, qui christianam fidem amplectuntur, christianæ legi subdantur nec dici possint sine lege esse.

fidem conversos, posse, duce natura, nonnulla opera moraliter bona facere, ideoque non omnia infidelium opera esse peccata.

Principia ad solvendas difficultates. Plurimi objiciuntur textus Scripturae, in quibus declaratur sine fide impossibile esse placere Deo, hominem nihil boni facere, velle aut cogitare posse nisi a Deo. — Ad quos recte exponendos, animadvertere sufficiat in Scriptura hominem spectari prout ad finem *supernaturalem* ordinatur, quem nonnisi actibus *salutaribus* attingere valet; merito itaque dici eum non posse Deo placere in ordine *supernaturali* sine fide, eumque nihil valere in ordine ad salutem sine gratia. De iis quæ homo agere possit in ordine *tuere naturali* sacri scriptores ordinarie non curant, cum talis ordo reapse non existât.

184.20 *Tradit.* Patres, etsi non explicite distinguant[c] inter opera *naturaliter* et *supematuraliter* bona, satis clare supponunt peccatores et infideles aliquod bonum facere posse.

(A) S. *Hieronymus* ait : " Multi absque fide et Evangelio Christi vel sapienter faciunt aliqua vel sancte, ut parentibus obsequantur, ut inopi manum porrigant"[1]. Pariter 5. *Gregorius Naz. :* "Ut multi ex nostris nobiscum non sunt, quos scilicet a communi corpore vita removet; sic contra multi exterorum (infidelium) ad nos spectant, quicumque nimirum fidem moribus antevertunt, ac solo nomine carent, cum rem ipsam teneant, nempe virtutes quasdam Christianis commendatas exerceant"[2]. Necnon S. *Chrysostomus?· :* " Tamen, ne contentiosi videamur, concedamus apud Gentiles esse qui recte vivant;... sermo enim erat de eo quod ut plurimum, non de eo quod raro contingit ".

185. (B) *Difficultas* tamen desumitur ex his aut similibus S. *Augustini* verbis : " Nemo habet de suo nisi mendacium et peccatum [3]. Absit ut sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit justus. Absit autem ut sit justus vere, nisi vivat ex fide : *Justus enim ex fide vivit" s.* Ex quibus videtur omnia infidelium opera esse peccata. — Ad mentem S. Doctoris intelligendam, hæc animadvertere licet. Supponit hominem ad finem et statum *supernaturalem* destinatum fuisse, ex hoc vero statu per peccatum originale

[1] *In Ep. ad Galat.,* c. I. — [2] *Oral.,* XVIII, 6.
[3] *In Joan.,* homiL XXVII, 2, *P. G.,* LIX, 164; Journel, 1162.
[4] *In Joan.,* tract. V, 1, *P. L.,* XXXV, 1414; Journel, 1809.
[5] *Cont. Julian.,* 1. IV, c. 3, *P. L·,* XLIV, 745.

excidisse, et nonnisi per fidem posse reparari. Hinc omnis actio, quæ ad salutem non tendit, non solum *inutilis,* sed etiam *mala* ab ipso vocatur, quia deflectit ab ordine quem Deus constituit; quo sensu scribit : " Quidquid boni fit ab homine et non propter hoc fit, propter quod fieri debere vera sapientia præcipit, etsi officio *videatur* bonum, ipso non recto fine *peccatum* est, hoc tamen peccantes quod homines sine fide, non ad eum finem ista opera retulerunt, ad quem referre debuerunt" Talis autem actio esse potest quidem *peccatum materiale,* quia deordinatio est, sicut ipsa concupiscentia quæ ab Augustino pariter vocatur peccatum; immo sæpe erit peccatum *formale,* si quis ex prava intentione agat, non quærens Dei gloriam sed suam. Sed mens Augustini non fuit omnia infidelium opera, propter solum fidei defectum, esse peccata formalia, cum alibi agnoscat quædam saltem opera ab eis peracta esse laude digna. Ita dicit orationem cæci nati et publicani fuisse bonam et a Deo exauditam[2], — infideles quosdam non solum agere secundum justitiam, sed etiam aliquando, etsi raro, ob bonum finem[3], — caritatem dari humanam quæ licita est, caritatem nempe qua diliguntur conjuges, filii, amici, cives[4] Cujus ratio est quia non omnia lineamenta divinæ imaginis in anima humana terrenorum affectuum labe detrita sunt[5].

Si quæ vero sententiæ nimis duræ videantur, v. g., ubi plus æquo deprimit liberi arbitrii vires post peccatum originale, cum 5. *Bonaventura* dici potest id tribuendum esse Pelagianorum excessibus : " Ut eos reduceret ad medium, abundantius declinavit ad extremum plus dicens et minus volens intelligi "[6].

186. 3° *Rat. theol.* Quod de peccatoribus diximus, n. 182, valet etiam de infidelibus : hi enim possunt etiam perficere opera *objective* bona, cum *fine honesto, miliis circumstantiis vitiata;* aliunde opposita sententia ducit ad absurda.

Ad solvendas autem difficultates desumptas ex impossibilitate pro infideli suas actiones ad Deum referendi, præ oculis habendum est non requiri, juxta Moralistas, ut actiones explicite referantur in Deum, sed sufficere ut ex fine *simpliciter honesto* fiant : tunc enim proprio pondere tendunt in Deum. Jamvero etiam idolatræ, parentes honorando, aut virtutem naturalem colendo, sæpe ita agunt non

» Ibid., 749, 751. — ' *In Joan.,* tract. XLIV, 13, *P. L.,* XXXV, 171S.
3 *De spiritu et littera,* XXVIII, 4S, *P. L.,* XLIV, 229.
4 *Sernio* CCCXLIX, I, T, *P. L.,* XXXII, 727.
5 *De spiritu et littera,* XXVIII, 48, *P. L.,* XLIV, 229.
6 *Breviloq.,* p. 3, § 5.

ad placendum idolis, sed propter honestatem his actibus propriam. Nil igitur prohibet quin finem simpliciter honestum sibi proponant.

187. *Thesis IIP :* Homini lapso necessaria non est gratia actualis ad opera quaedam moraliter bona peragenda. Ita *communiter* contra *Augustinenses.*

Probat. i° *auctoritate Ecclesiæ.* Scriptura quidem de hac quæstione non explicite agit ; sed thesis probatur ex damnatione quarumdum propositionum *Baii :* " Liberum arbitrium sine gratiæ Dei adjutorio nonnisi ad peccandum valet... Cum Pelagio sentit qui boni aliquid naturalis, hoc est, quod ex naturæ solis viribus ortum ducit, agnoscit"[1]. Ergo liberum arbitrium potest, sine gratia actuali, aliquid facere quod non est peccaminosum ; et asserere aliquid boni naturalis solis viribus naturæ perfici posse, non est pelagianus error. — Explicite in *C. Coloniensi,* an. i860, a S. Sede ordinaria approbatione confirmato, declaratum est posse hominem lapsum solis naturæ viribus aliqua opera honesta facere.

188. *2°Rat. theoE* Per peccatum originale liberum arbitrium non fuit penitus exstinctum, sed tantum viribus attenuatum (comparatione facta cum statu innocentiæ et integritatis), ut declarat *Tridentinum* [2]. Atqui si homo lapsus non posset aliquid boni naturalis sine gratiæ auxilio facere, etiam in rebus facilioribus, v, g., in honorando parentes, jam non existeret liberum arbitrium, sed homo ad peccandum determinatus esset. Ergo.

Merito itaque scribit S. *Thomas* [3] .-"Quia tamen natura humana per peccatum non est totaliter corrupta, ut scilicet toto bono naturæ privetur, potest quidem, etiam in statu naturæ corruptæ, per virtutem suæ naturæ aliquod bonum particulare agere ",

189. Controvertitur tamen num *de facto dentur actus mere honesti sine gratia actuali peracti.* Quidam enim theologi, cum *Ripalda, L. Billot,* et aliis, putant nullum dari de facto opus mere naturaliter honestum; nam, inquiunt, cum homo de facto ad

[1] D. B., 1027, 1037.
[2] Scss. VI, cap. I, D. B., 793. — [3] *Sum. tbeol., 1* 2x,* q. 109, a. 2.

finem supernaturalem destinatus maneat, Deus semper et omnibus, etiam infidelibus, in præsenti ordine dat gratiam *supernaturalem* qua opera moraliter honesta elevantur ad ordinem supernaturalem. Unde, juxta eosdem, non datur *defacto* gratia *mere medicinalis,* sed omnis gratia divinitus collata est simul *elevans.*

II. Quid homo lapsus non possit sine gratia actuali ».

190. *Status quæstionis.* Docuerant *Pelagiani* hominem in statu præsenti posse propriis viribus *totam legem naturalem* servare, omnes tentationes vincere, immo talem statum perfectionis attingere ut nullum amplius sentiret concupiscentiæ motum. Hodierni *Rationalistæ* et Protestantes *liberales,* peccatum originale negantes, pariter tenent hominem posse propriis viribus totam legem naturalem adimplere omnibusque tentationibus, etiam gravibus, resistere, dummodo recte instruatur. — Contra quos sequens erit thesis.

191. *Thesis* Homo lapsus npn potest moraliter, sine auxilio gratiæ, diu servare totam legem naturalem neque omnes graves tentationes superare. *Certum est.*

Declaratur : (a) " Non potest *moraliter* ", quia hic agitur de impotentia non physica, sedmorali : *physica* impotentia est absoluta incapacitas actum eliciendi, v. g., homo physice impotens est ad aliquid intelligendum sine prævia repræsentatione objecti in mente; *moralis* autem impotentia est summa difficultas ad aliquid agendum, quæ de facto nunquam, vel fere nunquam superatur, licet absolute superari possit.

(b) " *Sine auxilio gratiæ* ", id est, sine *aliquo auxilio a generali concursu distincto ;* ad hanc enim impotentiam superandam non requiritur *per se* auxilium vere supernaturale seu gratia *elevans,* sed sufficit gratia *medicinalis* seu auxilium *præternaturale,* quod Deus benigne concedit hominibus bonæ voluntatis qui faciunt id quod possunt. Graves tamen theologi probabiliter dicunt de facto omne auxilium a Deo

[1] S. Thom., i» 2æ, q. 109, a. 4 et 8; Suarez, lib. I, c. 23-28; Salmant, disp. II, ɳ. 17 sq. ; S. Bellarm., *T)e gratia et libero arbitrio,* lib. V. c. 7-8; Mazzella, n. 369 sq. ; Palmieri, th. 20; Murray, disp. IV; Pesch, n. 147-172; Van der Meersch, n. 70-90; L. Billot, th. I-II ; Hervé, n. 139-151.

datum in hoc casu esse aliquo gradu supernaturale, quia remote ad vitam æternam conducitx, n. 189.

(c) "*Diu servare totam legem naturalem*", quia non negamus hominem lapsum posse propriis viribus legem naturalem per *aliquod* tempus servare, aut *aliquot* præcepta, faciliora scilicet, etiam diu adimplere.

(d) "Neque *omnes graves tentationes superare*". Tentationes sunt *graves* quando *vehementer*, præsertim si etiam *diu*, ad peccatum incitant. Jam vero non negamus hominem lapsum propriis viribus posse *levibus* tentationibus aut etiam alicui gravi tentationi seorsim spectatæ resistere[1]; sed in præsenti statu quædam sunt tentationes tam graves et tam multiplices ut homo sine speciali auxilio non possit eas *omnes* superare etiam victoria *naturaliter honesta*. — In eadem thesi complectimur observationem legis et victoriam de tentationibus, quia de facto graves tentationes sunt præcipua ratio cur tota lex non servetur.

Victoria de tentationibus potest esse triplex : (a) *saltitaris* et meritoria, quando fit cum gratia ex motivo supematurali ; (b) *peccaminosa*, quando quis tentationi resistit consentiendo in aliam, v. g., si quis avaritiam superat ex vana gloria ; (c) *naturaliter bona*, quando quis resistit, propter motivum naturaliter honestum, v. g., avaritiam vincit propter motivum morale philanthropise. Jamvero hic non est quaestio de victoria *salutari*, quæ certo reportari nequit sine gratia; nec pariter de victoria *peccaminosa*, cui gratia concurrere nequit; sed solum de victoria *naturaliter bona*.

192. **Probatur** : i° *Script.* (A) Jam in *Vet, Testamento, Sapiens* dixerat neminem posse habere (^apientiam^ id est(virtutes complexive sumptg^sme divino auxilio[3] : "Scivi quoniam aliter non possem esse continens (sapientiæ) msidJeus det".~

[1] Ripalda, disp. 114, sect. iS, η. 169; Suarez, lib. I, c. 27, η. 24.

[3] Quidam theologi asserunt quidem hominem lapsum non posse, sine gratia, ullam tentationem gravem vincere, sed vel loquuntur de tentatione quæ tam diuturna est ut pluribus æquivaleat, vel suam opinionem ex fontibus revelationis probare nequeunt, ut recte animadvertit Pesch, nn. 157, 164 : ° Nunquam enim hi fontes loquuntur de aliqua particulari tentatione, sed de generali illa pugna, in qua homo undique difficultatibus obsessus sine gratia non potest non superari

(B) S. Paulus, in *Ep. ad Romanos,* directe ostendit neque Judæos neque Gentiles *sine fide* seu *sine gratia Christi, justificationem* consequi posse. Ad hoc autem probandum, tria asserit : (a) demonstrat *omnes,* tum Judæos tum Gentiles, contra *legem naturalem* sibi notam graviter *peccasse,* idololatriæ aut vitiis innaturalibus indulgendo »; (b) ostendit *causam* istorum peccatorum esse *concupiscentiam,* cui lex etiam mosaica mederi non potuit : nam, licet lex in se sit sancta, et justa, et bona 2, tamen, seorsum a gratia spectata, concupiscentiam potius acuit quam exstinguit; (C) in statu præsenti hanc *concupiscentiam propriis viribus vincere nequimus :* " Quod enim operor non intelligo : non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio "3 : "Velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio... Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? *Gratia Deiper J. Christum"* 4, vel, ut in multis græcis codicibus legitur : " Gratias ago Deo per Jesum Christum ".

Unde sic : Apostolus hic docet summam hominis esse *infirmitatem ad bonum* faciendum quodcumque (sive supernatural sive naturale), et eam repetit *ex concupiscentia* seu ex *gravibus tentationibus* quæ in nobis oriuntur ; atqui simul affirmat hanc infirmitatem non posse vinci nec tentationes superari nisi per gratiam ex meritis Christi datam ; ergo, juxta S. Paulum, homo lapsus non potest diu totam legem etiam naturalem servare omnesque tentationes superare sine auxilio gratiæ.

'*Rom.,* I, 20-32; II, 1-29. Quidam dixerunt impotentiam qua Judæi laborabant'oriri ex speciali difficultate servandi innumera legis mosaicæ minuta præcepta. Sed immerito; nam S. *Paulus* hic potius agit de naturalibus praeceptis in lege mosaica inclusis, cum speciatim commemoret præceptum *Non concupisces*^ quod sane ad legem naturalem spectat.

"*Rom.y* VII, I2._

3 *Rom.y* VII, 15. Inter exegetas controvertitur utrum S. Paulus hic loquatur nomme Judæoruni an etiam nomine Christianorum qui, post justificationem, concupiscentiae impugnationibus obnoxii manent. Cfr. F. Prat, *La Thiol, de S. Pauly* I7, p. 272. Quidquid est, certum manet in utraque opinione hominem, *nondum gratia regeneratum*^ non posse, secundum Apostoli doctrinam, legem naturalem integre servare. — 4 *Rom.y* VII, 18-25.

(C) Quam doctrinam confirmat *S. Jacobus* asserens neminem linguam seu *peccata oris* cohibere posse : " Linguam nullus hominum domare potest"!^)

(D) Idem constat ex illis Scripturæ locis ubi oratio ut necessaria exhibetur ad tentationes superandas : " Vigilate et orate ut non intretis consentiatis tentatio-
, si vires entationes superandas sufficerent, oratio necessaria non esset ad gratiam impetrandam, qua vincerentur; ergo.

193. 2° *Tradit.* (A) *Patres* distinguere non solebant *ex professo* inter actus *ethice* et *supernaturaiitcr* bonos ; sed ex eorum modo loquendi merito infertur thesis nostra.

(a) Ante pelagianam controversiam, modo generali asserunt hominem lapsum *recte agere non posse sine superna gratia;* v. g., S. *Cyprianus* testatur se, ante conversionem, ita vitiis irretitum esse ut de emendatione desperaret, sed unda genitali refectum facile peregisse quod antea difficile, immo et impossibile videbatur 3. S. *Ambrosius* addit ‹ : " Quis est autem tam fortis ut nequaquam *in tentationes* moveatur, nisi Dominus adjutor ei assistat ". Quod 5. *Chrysostomus* confirmat asserens Gentiles non posse nisi raro recte vivere5.

(b) Contra Pelagianos, S. *Augustinus* statuit hominem non posse, sine auxilio Dei, vitare peccatum et omnes tentationes superare : 1) quia omnia bona ex Deo sunt : "Omnia bona, sicut dictum est, et magna, et media, et minima ex Deo sunt ; sequitur ut ex Deo sit etiam bonus usus liberæ voluntatis, quæ virtus est et in magnis numeratur bonis"6;* 2) insuper "nemo habet de suo nisi mendacium atque peccatum "L Concedit tamen infideles quædam opera bona facere, cum divina imago in eis non omnino deleatur, sed pauca tantum, cum pleraque justitiae, patientiae, temperantiae aiiarumque virtutum opera quæ peragunt *recta intentionis defectu* vitientur8.

_» *Jac.,* III, 8.

fMatth., Xkvl, 41; cfr. *Luc.,* XVIII, 1; *I Cor.,* X, 12-13.

' *Ad Donatum,* 4, *P.* Z., IV, 200; Journel, 548. ------->

'Enarrat. in 12 Ps. davidicos, XLIII, 71, *P. L.,* XIV, 1123; Journel, 1263.

s In Joan, homil., XXVII, 2, *P. G.,* LIX, 164; Journel, 1162.

6 Retract., 1. I, c. IX, 6, *P. L.,* XXXII, 59S.

? I Joan., tract. V, η. I, *P. L·,* XXXV, 414.

8 Cfr. *De spiritu et littera, P. L.,* XLIV, 201-246; *De natura et gratia,* XLIV, 247-290; *De gratia et libero arbitrio,* XLIV, 881-912.

(B) *Concilia* declarant non omnia præcepta impleri nec omnes tentationes vinci posse sine gratia. Ita canones concilii plenarii *Carthaginensis* (418), a Zosimo approbati, docent gratiam requiri non solum ad remissionem peccatorum, quæ jam commissa sunt, sed etiam ad *adjutorium ut non committantur;* hanc gratiam requiri non solum in intellectu, sed etiam in *voluntate;* non solum ut facile, sed etiam ut *simpliciter impleamus mandata* [1]. Jamvero, etsi non specifice hic agatur de præceptis *naturalibus,* hæc tamen includuntur, quia et de iis Pelagiani locuti erant. — Ita pariter *Cœlestinus I,* ad episcopos Galliæ de erroribus Semipelagianorum scribens (431), declaravit "neminem idoneum esse ad superandas diaboli insidias et ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per *quotidianum adjutorium Dei*" [2].

194. 30 *Ratione suadetur,* (a) *Experientia* constat præcepta legis naturalis esse *innumera,* quædam vero *ardua* modo tamen diverso pro variis individuis; præterea *multiplices* occasiones ea violandi occurrunt, et ex hac frequentia maxime crescit difficultas; insuper haud raro *vehementes* exsurgunt *tentationes* a carne, mundo et diabolo, quæ lumen rationis obscurant et voluntatem debilitant, et quandoque eo periculosiores sunt quo magis *diuturna;* attamen tota lex naturalis adimpleri nequit nisi hæ tentationes vincantur.

Unde sic : ad resistendum hujusmodi tentationibus et omnia legis præcepta fideliter servanda requiritur *prompta attenta* et *perseverans* consideratio alicujus boni superioris quæ a bonis sensibilibus et a peccato nos deterreat, qualis est consideratio vitæ ætemæ, præmiorum ac poenarum quæ bonis et malis servantur, pulchritudinis virtutis, foeditatis vitii, etc. Atqui talis applicatio mentis moraliter impossibilis est in statu naturæ lapsæ : anima enim nostra quadruplici vulnere *ignorantia, malitia, infirmitatis* et *concupiscentia* sauciata, res divinas non facile percipit, sibique relicta, debilis, inconstans et impar est ad diuturnas considerationes vel ad magnos conatus, ut probavimus in *Tr. de Deo Creante,* n. 916.

[1] Cfr. D. B., 103, 105. — [2] D. B., 132.

Ad rem S. Thomas scribit[1] : " Quæ quidem licet per gratiam sanetur quantum ad mentem (seu partem superiorem), remanet tamen in ea corruptio et infectio quantum ad carnem, per quam servit legi peccati, ut dicitur'. Remanet etiam quædam ignorantiae obscuritas in intellectu, secundum quam, ut etiam dicitur[3], quid oremus, sicut oportet, nescimus. Et ideo necesse est nobis ut a Deo dirigamur et protegamur qui omnia novit et omnia potest

(b) *Historia* populorum thesis confirmatur. Jam enim probatum est in *Tr. de Vera Religione,* n. 214-219, paganas gentes excultissimas vitiis etiam turpissimis induisisse, non exceptis praeclaris philosophis : sapientissimis enim, v. g., Socrati, Aristoteli Platonique gravia tribuuntur delicta, ut videre est apud *Diogenem Laertium,* qui eorum vitas describit. Merito itaque S. Paulus dicere potuit(£?: " Causati enim sumus Judaeos et Graecos omnes sub peccato esse, sicut scrîpbïiïr~éstrquia ndh~est jWns~~^uTsquam Historice "pariter constat, apud Christianas gentes,"generatim eos qui religioni valedicunt, mox ad paganos mores redire et gravissima legis naturalis praecepta violare^ Atqui ex his factis inferre licet *moraliter impossibile* esse homini lapso diu integram legem servare absque divino auxilio quod in religionis praxi invenitur.

195. Notanda pro praxi. (A) Impotentia ad bonum naturale faciendum aut tentationes superandas *non eodem gradu* in omnibus hominibus lapsis existit : (a) non enim in omnibus æqualis est vis concupiscentiae, ut diximus in *Tr. de Deo Creante,* n. 907; (b) insuper vi haereditatis, temperamenti, educationis, extemarumque circumstantiarum, alii alias habent propensiones sive ad bonum sive ad malum. Quare spiritualis director de singulis pænitentibus non idem judicium feret, sed suum agendi

* Swzz. *theolcg.,* I' 2g, q^_ 109, a. 9.

Vil, 25. — 3 , VIH, 26. —J *Rom.,* III, 9, 12.

5 QuocTpræCiare· ostendit H. raine *(Origines de la Prancê contemp. : te Régime moderne,* t. II, p. 118-119), °hi» inter alia, hæc scribit : " Il (le christianisme) est encore, pour quatre cents millions de créatures humaines, l'organe spirituel, la grande paire d'ailes indispensables pour enlever l'homme au-dessus de lui-même, au-dessus de sa vie rampante et de ses horizons bornés, pour le conduire, à travers la patience, la résignation et l'espérance, jusqu'à la sérénité; pour l'emporter, par delà la tempérance, la pureté, la bonté, jusqu'au dévouement et au sacrifice. Toujours et partout, depuis dix-huit cents ans, sitôt que ces ailes défaillent ou qu'on les casse, les mœurs publiques ou privées se dégradent ",

modum eorum indoli et externis circumstantiis accommodabit, ut in *Tr. de Panilentia* declaratur.

(B) Juxta *communem* theologorum *sententiam,* qui versatur in statu peccati mortalis *non potest diu vitare gravia peccata;* cum jmim gtt.a Deo aversus per peccatum, et aliunde homo *in repentinis* plerumque operetur secundum *habituales dispositiones,* occurrente gravi tentatione, sæpius iterum a Deo se avertet novum peccatum committendo ». Maxime igitur interest peccatorem quamprimum ad Deum per pænitentiam redire.

Corollarium de necessitate gratiæ ad amorem Dei'.

196. Hic quæstio est tantum de amore Dei *naturali,* quo nempe Deus ratione cognitus, ut auctor naturæ diligitur; nam, juxta omnes, ad amorem Dei *supernaturalem* quo Deus per revelationem cognitus, ut auctor gratiæ et gloriæ diligitur, *certo* requiritur gratia, i) Ille amor potest esse perfectus vel imperfectus : *perfectus,* si Deus diligitur super omnia, ita ut voluntas omnia facere parata sit potius quam eum offendere; *imperfectus,* si Deus non diligitur super omnia. 2) Rursum amor Dei potest esse effectivus, vel affectivus tantum : *effectivus,* quando cum mandatorum exeeutione conjungitur; *affectivus tantum,* quando in voluntate residet, quin cum mandatorum observatione conjungatur.

197. i° *Certum est* ;(a) hominem lapsum non posse moraliter, sine gratia, amare Deum amore *effectivo super omnia,* saltem ad *longum* tempus; nam ad hoc requiritur ut possit

[1] Quod ita declarat S. Thomas, i» 2æ, q. 109, a. 8 : " Similiter etiam antequam hominis ratio, in qua est peccatum mortale, reparetur per gratiam justificantem, potest singula peccata mortalia vitare, et secundum aliquod tempus, quia non est necesse quod continuo peccet in actu. Sed quod diu maneat absque peccato mortali, esse non potest.. Cum enim homo non habet cor suum firmatum in Deo, ut pro nullo bono consequendo vel malo vitando ab eo separari vellet, occurrunt multa propter quæ consequenda vel vitanda homo recedit a Deo, contemnendo praecepta ipsius; et ita peccat mortaliter, praecipue quia in repentinis homo operatur secundum finem praeconceptum, et secundum habitum praeexistentem ".

[2] Cfr. S. Thorn., i' 2x, q. 109, a. 3; Suarez, l. I, c. 29-36; Salmant, disp. II, dub. 3-4; S? BellarmintlS, l. 19, c. 7; Palmieri, th. 20; Mazzella, n. 404 sq.; Card. Lépicier, p. 33-41 ; Van der Meersch, n. 82-84; L· Janssens, n. 139-146.

propriis viribus omnia praecepta legis naturalis per tempus notabile adimplere : " Qui dicit se nosse Deum et mandata ejus non custodit,mendax est... Qui autem servat verbum ejus, vere in hoc caritas Dei perfecta est "». Atqui hoc est moraliter impossibile in statu naturæ lapsæ, ex dictis η. IQI ; insuper ea est corruptio humanæ naturæ ut bonum nostrum magis quam Dei gloriam amemus : unde fit ut nimis arduum sit Deum ex toto corde diligere amore *effectivo* et *diuturno,* nisi gratia juvemur.

(b) Hominem lapsum posse moraliter, sine gratia, amare Deum amore naturali *affectivo imperfecto.* Nam talis amor consistit in eo quod homo ita diligit Deum ut disponatur ad servanda saltem *aliquot* divina præcepta ad tempus; atqui, ex dictis, homo naturaliter aliquot divina præcepta servare potest per aliquod tempus; ergo potest amare Deum modo imperfecto.

198. 2° *Controvertitur* autem num homo possit moraliter, sine gratia, amare Deum amore *affectivo perfecto,* ita ut sincere velit omnia mandata servare.

(A) *Negative* respondent *Thomistes,* aliique ut S. *Bellarminus* et *Suarez,* (a) Etenim homo non potest sincere velle quod assequi non potest; atqui homo non potest naturaliter adimplere præcepta omnia, nec proinde effective amare Deum super omnia; ergo non potest id sincere velle, (b) Insuper id magis conforme videtur *C. Arausicano* ZZ' definienti hominis lapsi ita attenuatum esse liberum arbitrium "ut nullus postea diligere Deum sicut oportuit... possit nisi cum gratia misericordiæ divinæ prævenerit ".

(B) *Affirmative* autem respondent *Molinistce;* nam, etiamsi homo de facto non possit moraliter adimplere omnia præcepta, tamen potest, quando nulla gravis tentatio urget, sincere velle ea adimplere; multa enim sincere volumus, quæ, propter infirmitatem, non adimplemus, ut constat, v. g., ex bono proposito quod elicimus ante absolutionem omne vitandi peccatum ; ergo homo potest, pro brevi saltem tempore, Deum diligere amore affectivo perfecto.

' *IJoan.,* II, 4-5.
" D. B., n. 199.

Art. III. De dispensatione gratiæ actualis[1].

199. Cum gratia sit omnibus necessaria ad salutem, et aliunde Deus sincere velit omnes homines salvos fieri [2], jam inferre licet *gratiam omnibus dari.* Non datur tamen aequaliter omnibus, cum gratiæ concessio sit *gratuita :* largitur enim Deus singulis prout vult et secundum cujusque dispositionem et cooperationem [3]. Quare, ad rem lucidius exponendam, agemus : 1° de *gratuitate* gratiæ; 2° de *universali* ejus *distributione.*

§ I. De GRATUITATE GRATIÆ.

200. status quæstionis. (A) De gratuitate gratiæ errarunt :

(a) *Pelagiani,* asserentes hominem posse, per opera *mere naturalia,* mereri gratiam *exjustitia* (de condigno) ; et *Semipelagiani* idem docentes, sed ex *decentia* (de congruo).

(b) *Baiani* et *Jansénistes,* docentes gratiam in statu naturæ puræ esse homini *debitam,* sed in statu præsenti esse indebitam propter peccatum.

(C) *Modernistes,* existimantes gratiam nihil aliud esse nisi ultimam evolutionem ipsius naturæ.

(B) Jam probavimus in *Tr. de Deo Creante,* n. 860, gratiam esse *omnino supernaturalem,* ideoque super vires et exigentias naturæ. Sed quæstio nunc exsurgit num et quo sensu gratia sit *gratuita.*

Jam vero *gratuitum proprie dictum* in genere est id quod ita ex *mera liberalitate* conceditur ut accipiens nulla ratione donantem ad largitionem moverit. *Gratia* igitur est *gratuita* eo sensu quod in *natura* aut *naturali operatione* hominis nihil est quod Deum quovis modo ad gratiam largiendam moveat.

Quare respectu hominis, qualis in *concreto* est, ea tantum

[1] Suarez, *De Gratia,* l. IV, c. 7-I95 Salmant, *De Gratia,* disp. VI, dub. 2-3; Ripalda, *De Ente supernalurali,* disp. CXI ; Murray,-*De Gratia,* disp. VII, n. 99 sq.; Mazzella, n. 7S2 sq.; Palmieri, th. 59-62.

[2] Quod probatum est in *Tr. de Deo uno,* n. 526 et *de Verbo Incarnato,* n. 1176-77.

[3] *Trident.,* Sess. VI, cap. VII, D. B., 799.

gratia est *necessario plene gratuita* quæ est *prima in sua serie,* nempe : 1) prima gratia homini concessa; 2)altera aut tertia gratia collata post neglectas priores; 3) prima quæ homini conceditur postquam a statu gratiæ decidit et qua ad sese præparandum ad justificationem sollicitatur. — Quando autem homo jam *gratiaprczventus est,* Deum aliquo modo movere potest ad ulteriores gratias concedendas sive impetrando per orationem, sive sese disponendo, sive merendo. Quod ex dicendis melius intelligetur.

201. *Thesis :* Prima gratia ita gratuita est ut homo nullis operibus naturalibus eam mereri possit^eJad eam positive se disponere, nec eam orando impetrare valeat.

Probatur per partes.

202. *Prob.* ***i****a pars,* nempe hominem nullis operibus naturalibus primam gratiam mereri posse de condigno aut de congruo.

b*epcie est* contra *Pelagianos* et *Semi-pelagianos* ex *Arausicano* ***II*** *:* " Si quis, ad invocationem humanam, gratiam Dei dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere ut invocetur a nobis, contradicit Isaiæ prophetæ, vel Apostolo idem dicenti : Inventus sum a non quærentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant". ""Nullis meritis gratiam prævenientibus, debetur merces bonis operibus, si fiant, sed *gratia, quæ non debetur, præcedit ut fiant"*[1]. — Concilium distinctionem non instituit inter meritum *de condigno* et *de congruo;* cum Semipelagianos damnare velit, verba adhibet tam *generalia* ut *omne prorsus meritum excludant,* quando agitur de operibus naturalibus.

03. (A) *Script,* (a) Ex omnibus textibus, quibus jam supra (n. 146) probavimus hominem nec cogitare, nec velle, nec perficere^nec petere posse aliquidvsicut oportet, in ordine gd salutem, nisi gratia Dei præveniatur et juvetur; ex hoc enim logice sequitur eum non posse primam mereri gratiam.

(b) Insuper totus est Apostolus in *Ep. ad Romanos* in *demonstranda gratiæ gratuitute :* probat videlicet neque Judæos, legem mosaicam servando, neque Gentiles, naturæ

• D. B., 176, 191.

legem sequendo, primam gratiam, seu vocationem ad fidem, meruisse, et exinde colligit justificationem esse prorsus gratuitam : pauca sufficiat referre testimonia : "Quia *ex operibus legis non justificabitur* omnis caro coram \\\o ... *justificati gratis* per gratiam ipsius... arbitramur enim justificari hominem *per fidem sine operibus legis* " 1; " Si enim Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum "2; tandem diserte asserit gratiam esse gratuitam " Si autem gratia, jam non ex operibus : alioquin gratia jam non est gratia " 3 seu gratuita. Jam vero hæc omnia clare evincunt primam saltem gratiam esse prorsus gratuitam : si enim eam mereri possemus, jam non ut gratia, sed ut debitum nobis daretur, juxta illud S. Pauli : " Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum "4.

204. (B) *Tradit,* (a) Patres, etiam antiqui, hanc doctrinam *implicite* docent, statuendo gratiam esse gratuitam; quare *Pelagius* ipse declarare compulsus est in synodo *Diospolitana* (an. 415) "gratiam Dei non dari secundum merita nostra ". (b) *Explicite* autem eam tradit 0". *Augustinus* saltem ab anno 397 (nam junior eam negaverat), multoties asserens hominem non posse bonis operibus mereri gratiam, nam nonnisi cum *gratia* hæc opera facere valemus : " Eo ipso quo gratia est evangelica, operibus non debetur : alioquin gratia jam non est gratia... Incipit autem homo percipere gratiam ex quo incipit Deo credere... Unde admonemur nec ipsis operibus misericordiæ quemquam oportere gloriari et extolli, quod eis quasi suis Deum promeruerit " 5. Quod et illustrat exemplo S. Pauli : " Ut autem de cælo vocaretur (Paulus), et tam magna et efficacissima vocatione converteretur, gratia Dei erat sola ; quia merita ejus erant magna, sed mala" 6.

(c) Rem definivit non solum synodus *Arausicana II,* n. 202, sed etiam *Tridentina,* declarans primam gratiam seu vocationem adultis dari " nullis eorum meritis existentibus " 7.

II,

1 *Pom.** III, 20, 24, 28. —3 *Pom.** IV, 2. —3 *Pom.** XI, 6. —4 *Pom.** IV, 4.
5 *De div. quaslionibus adSiinfllic.** I, 2, 9, *P. L.** XL, III, 116,
6 *De gratia et libero arbitrio** V, 12, *P. L.** XL1V, S89; Journel, 1936.
7 Sess. VI, cap. 5; D. B., 797.

205. (C) *Ratione theologica* confirmatur. Omne meritum supponit aliquam esse proportionem inter actum et premium. Atqui inter opera naturalia et gratiam supernaturalem deest omnis proportio, cum supernaturale excedat omnes vires et exigentias naturæ. Ergo.

206. *Probatur simul* 2° *et pars,* scilicet *prima gratia non obtinetur precibus mere humanis, nec positiva dispositione naturali.* **J**ta communiter et certum. _

Hic non agitur de merito, sed de *oratione naturali* et de *dispositione* quæ reddat subjectum *positive* idoneum ad gratiam recipiendam. Jamvero *plures* concedunt hominem posse propriis viribus se ad primam gratiam *negative* disponere, obices quosdam removendo, ut peccata et duritiam cordis. Sed *communiter* ac *certo* tenetur eum non posse ad eam sese disponere *positive* seu *reali* aptitudine et exigentia; nec posse proprie loquendo movere Deum *supplicatione naturali* ad infundendam primam gratiam. — Id enim infertur e decretis *Arausicani II* mox citandis.

Etenim : (A) *Script,* constat : (a) nos *orare non valere* sicut oportet, i. e., in ordine ad salutem, quin gratia Spiritus Sancti preveniamur Quid oremus, *sicut oportet,* nescimus, sed Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus " [1]; ergo *prima* gratia precibus nostris obtineri nequit; (b) *initium* operis boni ideoque *dispositionem positivam* esse a Deo : "Qui ccepit in vobis opus bonum, perficiet"[2]; porro si natura *positive disponeretur* propriis viribus ad primam gratiam, initium boni operis non a Deo esset, sed a nobis.

207.(B) *Tradit,* (a) Quoad *orationem,* res propriis terminis declarari videtur a Concil. *Arausicano II* (cf. supra n. 202). <b) Quoad *dispositionem positivam,* infertur ex *Arausicano II* : " Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus... nobis misericordiam dicit conferri divinitus, non autem ut credamus, velimus, vel hæc omnia *sicut oportet* agere valeamus, per

[1] *Rom.'* VIII, 26.

[3] *Philipp.'* I, 6. — Qqo argumento usus est S. Thomas *(Quodl.,* I, a. 7) : n Ad errorem pelagianum pertinet dicere quod homo possit se ad gratiam præparare absque auxilio divinæ gratiæ : et est contra Apostolum, qui dicit : Qui cœpit in vobis opus bonum perficiet

infusionem et inspirationem S. Spiritus in nobis fieri confitetur, et aut humilitati aut obedientiæ humanæ subjungit gratiæ adjutorium, nec, ut obedientes et humiles simus, *ipsius gratiæ donum esse consentit*, resistit Apostolo dicenti : *Quid habes quod non accepisti,* et : *Gratia Dei sum id quod sum* " ».

Ex hoc enim infertur quod si homo nihil ex iis quæ Concilium recenset debito modo sine gratia operari valet, ad gratiam propriis viribus positive se præparare nequit. (C) Insuper Patres et Concilia sat communiter tradunt hominem nihil de suo habere nisi mendacium et peccatum, ideoque quidquid fit ab eo in ordine ad salutem, a gratia venire; ita *Arausic.* /Z(can. 22) : " Nemo habet de suo nisi mendacium et peccatum. Si quid autem homo habet veritatis atque justitiæ, ab illo fonte est quem debemus sitire in hac eremo, ut ex eo quasi guttis quibusdam irrorati, non deficiamus in via " 2

Attamen, posito quod Deus nos ad finem supernaturalem destinaverit, et Christum mediatorem et redemptorem instituerit, *sibi* ipsi debet ut gratias nobis largiatur; quod ex misericordia simul et sapientia præstat : qui enim vult finem, eo ipso vult media ad finem necessaria; necnon ex fidelitate erga Christum redemptorem, qui gratiam pro nobis meruit.

208. **Controvertitur** autem utrum homo possit *se negative disponere* ad justificationem solis viribus naturæ. Res autem melius intelligetur quando agemus de dispensatione gratiæ quoad infideles (n. 223-227).

§ II. DE UNIVERSALI DISTRIBUTIONE GRATIÆ ACTUALIS.

209. **Status quaestionis.** (A) Hic agitur de dispensatione gratiæ *sufficientis* ad salutem, non autem de gratia efficaci quæ nemini debetur. Insuper quæstio est de gratia *proxime* vel *remote* tantum sufficiente. *Proxime* est sufficiens quando per eam homo habet potentiam completam et expeditam opus salutare determinatum *immediate* peragendi; *remote* sufficiens, quando potentiam habet aliquid *prævium* faciendi, v. g., orationem vel aliam actionem, qua posita, tale opus salutare poterit perficere.

' D. B., 179. — 3 D. B., 195; S. Thom., 1» 2æ, q. 112, a. 2.

(B) *Profestantes* et *Janséniste* contendebant aliquando justis ipsis deesse gratiam ad adimplenda praecepta, præsertim præceptum *non concupiscendi.*

I. Quoad justos.

210. *Thesis :* Justis omnibus dantur gratiæ, saltem remote et relative sufficientes, ad omnia praecepta adimplenda.

^*Defide* est ex *Trident.*] declarante et definiente doctrinam catholicam contra Protestantes : " Nemo temeraria illa, et a Patribus... prohibita voce uti (debet) : Dei præcepta homini justificato esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet et*facere quodpossis,* et *petere quod nonpossis,* et *adjuvat ut possis".* Et (can. i8) : "Si quis dixerit Dei præcepta, homini etiam justificato et sub gratia constituto, esse ad observandum impossibilia, A. S. ". Unde sequitur omnes et singulos justos semper habere gratiam sive ad præcepta adimplenda, sive ad orandum ut gratia necessaria ad opus complendum concedatur.

211. Declaratur : (a) gratia actualis, utpote *transiens,* non datur singulis momentis, sed tempore opportuno, præsertim quando *urget præceptum* adimplendum, aut *tentatio* quæ sine gratia superari non posset; quoad cetera momenta, plus minusve frequenter datur, secundum Dei voluntatem, et dispositiones subjecti; ideoque uberius veræ Ecclesiæ membris, ut postulat nota sanctitatis quæ semper in hac Christi sponsa effulget; multo magis sanctis; (b) tunc dantur gratiæ *saltem remote sufficientes,* nam non agitur de gratiis abundantioribus quæ non omnibus nec semper conceduntur, cum Deus eas imparatis largiri non soleat; nec necessario de gratia *proxime* sufficiente, nam quandoque datur auxilium *remote* sufficiens, v. g., ad orandum, quo si justi bene utantur, accipient *proxime* sufficiens; si autem eodem non utantur, quandoque proxime sufficiens non accipient; (c) *relative sufficientes,* i. e., spectatis omnibus circumstantiis personae, temporis, loci, ita ut in his adjunctis justi perseverare possint.

212. Probatur (A) *Script. :* (a) In *Psalmis* sæpe asseritur Deum preces justorum audire, eisque auxilium præstare, v. g. : " Oculi Domini super justos et aures ejus in

preces eorum ” ⁜ (b) Juxta 5. *Paulum,* justi non tentantur supra vires : “ Fidelis... Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere”2; atqui supra vires tentarentur, si, urgente praecepto adimplendo aut tentatione superanda, non haberent gratiam vere sufficientem, unde perseverare possent, (c) Insuper multoties declaratur mandata Dei non esse gravia seu onerosa : “ Jugum enim meum suave est et onus meum leve ”3; “ Mandata ejus gravia non sunt ” 4. Atqui mandata essent nimis onerosa si, urgente præcepto, non daretur gratia saltem sufficiens ad illa adimplenda, cum impossibile esset ea adimplere; ergo.

Nec dici potest cum Jansenianis hic de solis prædestinatis agi; nam, quoad textum S. Pauli, Apostolus omnes Corinthios alloquitur, eosque solari intendit, firmam spem in eis erigendo ; atqui, si de solis prædestinatis loqueretur, finem suum assequi non potuisset, cum nullus certo noverit se esse de numero prædestinatorum; ergo. Idem dic de aliis textibus.

213.(B) *Auctoritate Patrum.* Cum adversarii ad 5. *Augustinum* præsertim provocent, pauca ex ejus verbis referemus : “ Deus per mediatorem Dei et hominum, hominem Jesum Christum, spiritualiter sanat ægrum, vel vivificat mortuum, i. e., justificat impium, et cum ad perfectam sanitatem, hoc est, ad perfectam vitam justitiamque perduxerit, *non deserit, si non deseratur, utpie semper justeque vivatur".* EX postea addit : “Non igitur Deus impossibilia jubet, sed jubendo admonet et facere quod possis, et petere quod non possis ” 5. Si igitur quædam sunt loca aliquatenus contraria (v. g., S. Doctoris interpretationes variæ verborum : “ *vult omnes salvos fieri* ”), id ex eo oritur quod, excessus Pelagianorum impugnando, ipse duriora verba adhibet quæ ex aliis locis emollienda sunt. Ceterum Patres communiter præfata Scripturæ verba clare intelligunt de sincera, vera, sufficienti omnium vocatione ad salutem ideoque ad gratiam.

214. (C) *Rat. theol.* Ex dictis in *Tr. de Deo* (n. 526) et *de Verbo Ineam,* (n. 1176), Deus sincere vult salutem omnium hominum, præsertim vero fidelium; atqui Deus eorum salutem sincere non vellet, si ipsis non concederet, tempore

⁜ *Ps.* XXXIII, 16. Integer legatur psalmus.

3 ***I*** *Cor.,* X, 13. — 3 *Matth.,* XI, 30. — 4 *1Joan.,* V, 3.

s *De Nat. et Grai.,* c. 26, 43. Cf. Deschamps, *De MerestJansen.,* 1. III, disp. 8, c. 3-5.

opportuno, gratiam saltem remote sufficientem, cum talis gratia ad salutem sit absolute necessaria : nam qui sincere vult finem, eo ipso vult media ad finem necessaria ; ergo. Hinc a *Trident.*1* merito dictum est : " Deus gratia sua semel justificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur ".

II. Quoad peccatores.

215. Peccatores duplicis sunt generis : alii sunt *communes,* qui nempe versantur in peccato mortali sed cum aliquo desiderio illud abjiciendi3;* alii *obaecati* et *indurati* qui nolunt peccatum relinquere. Inter hos *'obaecati* ii sunt qui, propter gravia et multiplicia peccata, intellectum obnubilatum habent quoad veritates fidei ; *obdurati,* qui ita malo adhærent ut difficillime gratiæ obediant. Generatim obduratio, quæ est perversio voluntatis, subsequitur obcæcationem, quæ est perversio intellectus.

216. i0 *Thesis :* 0 н nibus peccatoribus, etiam obcæcatis et induratis, dantur gratiæ salte:" re:" ote sufficientes, ut possint pænitentiam agere. Certum est quoad peccatores*commun^;* communiter admissum quoad alios.

Probatur : (PP) Script, (a) Deus enim vocat omnes peccatores ad pænitentiam sine ulla exceptione : " Convertimini *unusquisque* a via sua péssima " 3; Deus "patienter agit... *nolens aliquos perire,* sed *omnes* ad pænitentiam reverti "4; atqui illa invitatio mera irrisio esset si Deus simul non daret gratiam necessariam ad pænitendum; ergo. — Neque excluduntur obcæcati et indurati; nam Judæos qui cor suum obduraverant resistendo gratiæ Deus sic alloquitur : " Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona, post cogitationes suas. Populus qui ad iracundiam provocat me... " s Modo generali *Sapientia* ad conversionem vocat etiam obduratos 6 : " Quia vocavi et renuistis : extendi manum meam, et non fuit qui

' Sess. VI, cap. Il, D. B., 804.
* C. Antoine, *D. T. C.,* t V, verbo *Endurcissement,* 16-24.
3*Jer.,* XXXV, 15.
' *II Petr.,* III, 9. — Cf. *Ezech.,* XVIII, 23; XXXIII, 11.
s *Isa., ~LXN,* 2-3. — ' *Prou.,* I, 24-25-

aspiceret. Despexistis omne consilium meum et increpationes meas neglexistis

(b) Insuper Christus *expresse* ait : " Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent; non veni vocare justos sed peccatores ad pænitentiam " r. Se comparat bono pastori qui vadit ad ovem perditam, donec inveniat eam, et in ovile reducat2, aut patrifamilias qui prodigum benigne excipit 3; atqui hæc omnia manifeste ostendunt Deum speciali amore peccatores prosequi, eisque gratias largiri ad pænitendum.

(B) *Trad,* (a) *Patres* modo generali, cum S. *Chrysostomo,* asserunt neminem dicere debere : *non possum;* nam, si voluerint, poterunt, Deo cum eis coopérante 4, Fatemur equidem S. *Augustinum* aliquando duriora verba de obcæcatis et induratis habuisse, asserens eos a Deo deseri et non adjuvari; sed alibi hunc loquendi modum explicat et emollit scribens : 5 " Sed tamen addendum fuit, si in hac tam scelerata mentis perversitate finierit hanc vitam : quoniam de quocumque pessimo in hac vita constituto non est utique desperandum, nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur. "

(b) Thesis infertur e *Cone. Lateranensi IV :* " Si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potest semper pænitentiam reparari"6,' atqui reparari non posset nisi ipsi daretur gratia, ex dictis supra ; ergo ;-e *Tridentinoi :* " Qui, accepta justificationis gratia, per peccatum exciderunt, rursus justificari poterunt, cum, excitante Deo, per pænitentiæ sacramentum, merito Christi amissam gratiam recuperare procuraverint

(C) *Ràt. theol.* Quamdiu peccator vivit, salus ipsi possibilis est; nam Deus vult omnes homines salvos fieri, et quilibet tenetur sub gravi salutem sperare; atqui peccator non potest vere salvus fieri, nec salutem sperare, nisi habeat gratiam saltem remote sufficientem ad pænitentiam; ergo.

Attamen decet *induratos* peccatores *uberioribus* gratiis privari, tum ex justitia, ut ita puniantur, tum ex misericordia, ne gratia nimis abutantur.

‹ *In Ep. ad Hebr.** XVI, 14. Λ *L.*. LXIII, 127.
5 *Retractat.* 1. I, c. 19, n. 7, Λ Z., XXXII, 616.
6 Cap. *Firmiter*^ D. B., 430. — 7 Sess. VI, cap. 14; D. B., 807.

217. *Quærunt* insuper theologi utrum peccatores gratiam proxime sufficientem accipiant ad praecepta implenda novaque peccata præcavenda, an solum directe gratias conversionis, et indirecte gratias ad tentationes vincendas. Probabilior est prior sententia; nam, etiam quoad peccatores, verum est Deum impossibilia jubere non posse, mandata ejus gravia non esse, nemini ad culpam imputari id quod vitare non potest. Hinc S. *Thomas* ait : " Deus non est magis crudelis quam homo : sed homini imputatur ad crudelitatem si obliget aliquem per praeceptum ad id quod implere non possit; ergo hoc de Deo nullatenus est aestimandum " 1.

218. *Objici* solet in divinis Litteris nonnulla esse loca, in quibus asseritur Deum homines quosdam positive excæcare, indurare, etc. Hæc autem omnia, inspecto contextu, significant Deum permittere homines excæcari et indurari. Ita de Pharaone dicitur : "Induravitque Dominus cor Pharaonis"2; hoc de eo non pnedicatur nisi postquam pluries declaratum est Pharaonem cor suum indurasse : v. g. : " Videns autem Pharao quod data esset requies, *ingravavit cor* suum, et non audivit eos, sicut præceperat Dominus "3; ipse Pharao rem agnoscit, dicendo : "*Peccavi* etiam nunc; *Dominus justus :* ego et populus meus, impii"; hinc merito auctor *Sapientia* 3 infert Deum, Ægyptios plagis afficiendo, eorum correctionem et pænitentiam intendisse. Quod confirmat *Paulus* 6 : "An divitias bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pænitentiam te adducit? Secundum autem *duritiam tuam* et impænitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei"; ex quibus colligere licet impænitentiæ causam Deum non esse, sed voluntatem hominis perversam, qui gratia jam data male utitur, vel oblatam recusat.

219. 2° *De modo quo gratia peccatoribus datur.* Gratia actualis, peccatoribus concessa, non datur omnibus horis, sed solum *tempore opportuno,* juxta illud : " Ecce sto ad ostium et pulso "7; Deus videlicet stat ad ostium cordis, et plus minusve frequenter pulsat, per gratiam suam, prout opportunum judicaverit.

Præsertim vero Deus gratiam concedit : (a) occasione *externa pradicationis,* piæ lectionis, boni exempli, etc. Constat exemplo

*In II Sent.*y dist 28, q. I, a. 3.
' *Exod.*y IX, 12. — 3 *Exod.*y VIII, 15. — 4 *Exod.*y IX, 27.
s SaA, XI, 5-15. — 6 *Ram.*y II, 4. — ? *Ap<x.*y III, 20.

Lydiæ, piæ mulieris, quæ, dum audiret prædicationem Pauli, gratiam accepit, juxta illud : " Cujus Dominus aperuit cor, intendere his quæ dicebantur a Paulo " (b) occasione *bonæ actionis* ab ipso peccatore peractæ; v. g., de eleemosyna dicitur : "Peccata eleemosynis redime " ;* (c) occasione *tribulationis,* ut patet exemplo filii prodigi, qui fame tabescens, ad patrem redire cogitavit 3; (d) tandem *articulo mortis,* nam tunc gratia actualis est absolute necessaria peccatori ; atqui Deus nunquam in necessariis gratiam denegat : ergo.

220. **Notandum pro praxi.** Ex dictis intelligi datur quid censendum sit de assertione a sacris oratoribus sæpe repetita, certum scilicet esse peccatorum numerum quæ Deus remittere intendit, gratiarum numerum quas concedere decrevit, ultra quem nihil ab ipso exspectandum est; hoc enim, sensu absoluto intellectum, communi ac certæ doctrinæ adversatur, juxta quam omnes, quamdiu vivunt, salutem suam operari possunt, proindeque rejiciendum est. Fatendum est tamen, ex lege Dei communi, eos qui gratia abutuntur, conversionem deliberate postponendo, vel gravia peccata frequenter committendo, in maximum discrimen æternæ damnationis facile labi ; nam 1) uberioribus gratiis privantur, 2) pravi habitus in eis augentur, 3) et voluntatis vires paulatim *minuuntur*

III. Quoad infideles adultoss.

221. Infideles adulti duplicis sunt generis : alii sunt *positivi,* qui, ad fidem sufficienter propositam interiori gratia invitati, credere noluerunt, aut fidem acceptam propria culpa amiserunt, ut apostatae; alii autem sunt *negativi,* qui, de fide nihil aut non sufficienter audierunt, ut Indi in America antequam Evangelium hac in regione praedicaretur6. Priores jam gratiam acceperunt, eisque, sicut peccatoribus, novas gratias Deus concedere valet, in memoriam

1 *Act.y* XVI, 14. — 3 *Dan.,* IV, 24. — 3 *Luc.^* XV, 17.

4 Quam veritatem eloquenter exponunt Bourdaloue, Sermon pour le Lundi de la Semaine Sainte, sur le *Retardement de la Pénitence ;* H. Newman, *Discourses to mixed Congrega* disc. II. Neglect of divine calls and warnings.

5 S. Harent, *D. Γ. C.,* verbo *Infidèles^* 1726-1930; L. Capéran, *Le problème du salut des infidèles,* essai historique; essai théologique, 2 vol., Paris, 1912, cum multis auctoribus ibi allegatis.

6 De Protestantibus aliisque hæreticis *ex professo* non disputamus : veniunt enim sub nomine *Infidelium^* cum infidelitas late sumpta etiam hæreticos et apostatas complectatur; melioris tamen sunt conditionis quam Infideles, cum ii qui in bona fide versantur quasdam saltem primarias veritates vera fide explicite credant, sicque facilius gratiam accipere valeant

revocando motiva credibilitatis antea proposita, simulque voluntatem movendo ut eis assentiant. Quæstio igitur est de infidelibus *negativis*.

222. jo *Thesis :* Infidelibus adultis negativis, Deus non denegat gratias saltem remote sufficientes, ut possint ad fidem converti. *Certum est* contra Jansenianos, rigidosque Lutheranos et Caïvinistas, qui contendunt infidelibus ante fidem nullam gratiam concedi ; et insuper contra quosdam theologos asserentes Deum non dare gratiam sufficientem singulis infidelibus negativis.

Probatur : (A) *Script,* (a) Ex textibus ubi declaratur *omnes indiscriminatim homines* vocari ad gratiam et salutem : " Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi "[1] ; ex his verbis Christus satisfecit non solum pro fidelibus, sed etiam pro omnibus aliis; atqui frustra satisfecisset pro omnibus, si infidelibus denegaretur gratia per quam salvari possint, (b) Ex textibus qui *specialiter infideles* complectuntur : " Omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire "[2]; quæ quidem verba manifeste infideles includunt, cum de eis agatur qui ad agnitionem veritatis venire indigent ac proinde ad fidem converti. Pariter ex suppressa distinctione inter Judæos et Gentiles : " Non est distinctio Judæi et Græci, nam idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum "[3], seu paratus gratias impertiri omnibus invocantibus eum, etiam Gentilibus, quia omnium est salvator.

(B) *Traditione.* Alexander VIII (1690) sequentem damnavit Arnaldi propositionem : " Pagani, Judæi, hæretici nullum omnino accipiunt a Jesu Christo influxum cujus contradictoria est : " Pagani, etc. aliquem influxum (seu gratiam) accipiunt a Christo "[4].

(C) *Rat. theol.* Ex dictis in *Tr. de Deo* (n. 526) et de *Verbo Incarnato* (n. 1177), Deus sincere vult salutem omnium hominum, etiam infidelium; atqui sincere velle nequit eorum salutem nisi ipsis conferat gratias saltem remote

[1] *I Joan.*, II, 2; cf. *Sap.*, XI, 24; *Joan.*, I, 9.
[2] *I Tim.*, II, 4. — [3] *Hom.*, X, 12. — [4] D. B. f 1295.

sufficientes, cum tales gratiæ sint absolute ad salutem necessariæ ; ergo.

223.2° *Modus quo gratia confertur.* Diversæ sunt hac de re theologorum sententiæ.

(A) Nonnulli theologi docuerunt Deum modo tantum generali infidelium saluti providere, quatenus omnibus paravit media quibus vera fides, aliorum hominum ministerio, illis praedicari possit; ita tamen ut, si *per accidens* contingat veram fidem quibusdam non praedicari, nil amplius faciat ut salvari possint. — Quæ tamen opinio communissime reprobatur, quia non satis consentanea videtur esse cum sincera voluntate omnes salvandi.

(B) Nonnulli putarunt ad salutem non requiri ipsum actum fidei, sed sufficere positivam et habitualem dispositionem ad veritates credendas quas Deus forsan revelaverit et ad servanda præcepta quæ promulgaverit. — Quæ opinio conciliari nequit cum iis quæ habet *Vaticanum* [1] de necessitate et natura fidei, ubi asserit eam esse virtutem supernaturalem qua *vera esse credimus* quæ a Deo revelantur. Sed dici potest, hac existente dispositione, actum fidei jam facilem evadere; nam imprimis multi Acatholici, ut Protestantes, Judæi, Mahumetani aliique etiam pagani, aliquam revelationem admittunt, ideoque credere possunt fide supernatural! "quia Deus est et inquirentibus se remunerator sit"; præterea ii omnes qui Supremi Numinis existentiam agnoscunt, internam illuminationem accipere possunt, eique obedire : quod sane sufficiet ad actum fidei eliciendum.

224. (C) Juxta *communem* ac *veram* sententiam, Deus omnibus adultis media præbet necessaria ut ad fidem ideoque salutem perveniant. Quod colligi potest ex Ep. Encycl. *Pii IX,* 10 Aug. 1863 : "Notum nobis vobisque est eos qui invincibili circa sanctissimam nostram religionem ignorantia laborant, quique naturalem legem ejusque præcepta in omnium cordibus a Deo insculpta sedulo servantes ac Deo obedire parati, honestam rectamque vitam agunt, posse, *divines lucis etgratiæ operante virtute,* æternam consequi vitam" [2].

225. Quod tamen diverso modo explicatur.

(a) Juxta *Perrone* aliosque, prima auxilia infidelibus data sunt tantum *præternaturalia,* videlicet : i) ex dictis, infideles possunt propriis viribus faciliora legis naturalis præcepta

[*] Sess. III, cap. III; D. B., 1789. — [·] D. B., 1677.

servare; si ita faciant, Deus, non quidem ex justitia, sed *ex misericordia.* ipsis dabit auxilium *gratuitum,* seu gratiam *supernaturalem quoad modum* tantum, juxta quosdam, aut etiam vere et proprie supernaturalem. 2) Si autem per aliquod tempus legem naturalem adimpleant, Deus eis *gratiam fidei* dabit sive per *internam illuminationem,* sive per *aliquem prædicatorem,* ita ut cognoscere possint omnes veritates necessarias necessitate medii ad salutem 3) Quando autem infideles ita illuminati sunt, possunt, cum gratia Dei supernatural!, elicere actum contritionis perfectae, vel amoris Dei perfecti, et in illo actu implicite continetur votum baptismi seu baptismus desiderii, quia videlicet ea omnia suscipere volunt quae ad salutem requiruntur; et sic justificationis gratiam consequuntur. 4) Si qui autem adulti inter infideles, propter imbecillitatem ingenii *sufficientem rationis usum non attingant,* quo Deum cognoscere valeant (quod raro forsan contingit), parvulorum sortis participes erunt; nam propter rationis defectum infantibus æquiparari possunt.

Juxta hanc igitur sententiam, ita intelligi debet axioma theologicum, *"Facienti quod in se est Deus non denegat*

1) Facienti quod in se est per *vires natura,* Deus, non quidem ex justitia, neque ex positiva dispositione, sed ex *gratuito beneplacito,* auxilia concedit quibus fides obtineri potest. Opera bona mere naturalia non possunt equidem gratiam mereri, sed dispo-

[1] Hæc sunt S. Thomæ verba : " Si aliquis in sylvis nutritus, ductum rationis naturalis sequeretur in appetitu boni et fuga mali, certissime est tenendum, quod Deus ei vel per internam inspirationem revelaret necessaria, vel ad eum pnedicatorem dirigeret " *(De Verity* q. 14, a. 11, ad 1). Quod alibi etiam docet ***In II*** *lib. Sent.,* dist. 28, q. unica, a. 4, ad 4. Alias auctoritates citatas invenies apud Bucceroni, *Comment, de auxilio sufficienti infidelibus dato*, 1S90, . I1-12. —J. de Guibert, *B. Litt, ecells.,* Toulouse, oct. 1913, p. 337-355, putat S. Thomam aliquatenus suam mentem mutavisse, et in *Summa theologica* non tam certo affirmavisse specialem Dei interventum ad infideles illuminandos.

[2] Hujusmodi axioma jam quoad sensum invenitur in Patribus; ita, v. g., Isidorus Pelusiota (L a. 412) scribit : " Qui enim omnia quæ in se sita sunt adimplet, Deus ipse benigne annuit" *(Epist.,* 1. V, ep. 459); unanimi consensu acceptum est a theologis, et est rationi omnino consentaneum. Cfr. Salmant., *De Gratia,* disp. III, n. 156 sq.; Billuart, disp. III, art. 7; Suarez, 1. IV, . 12 sq.; Mazzella, n. S48; Bucceroni, *op. cit.,* p. 12; L. Capéran, *Le problème du salut des Infidèles,* Essai historique, pp. 91-93, 177-178, 235-236, etc.; Essai théologique, p. 39-51.

nunt *negative* ad gratiam, removendo obicem, scilicet peccatum». 2) Facienti quod in se est sub *influxu gratia actualis,* Deus certo uberiores *gratias actuales* concedet, ut possit ad justificationem sese praeparare ; qui enim sic agit, *de congruo* novas gratias actuales meretur, ut infra dicetur. 3) Facienti quod in se est cum *gratia actuali,* et *ultimam dispositionem* ad justificationem requisitam ponenti, Deus dat *gratiam justificantem* seu habitualem, quam agens in hoc casu *de congruo* pariter meretur, ex dicendis ubi de merito, n. 283.

226. (b) Juxta alios vero, praesertim Thomistas, v. g., *Cajetanum, Billuart, Del Prado, L. Billot,* Deus non concedit gratias mere medicinales, sed infideli bene disposito *gratiam vere supernaturalem* gratuito largitur [1]. Sensus igitur praefati axiomatis hic est : 1) facienti quod in se est *cum auxilio gratiæ supernaturalis* Deus ovas gratias actuales concedit; 2) facienti quod in se est *aim his gratiis* actualibus Deus non denegat gratiam *habitualem.*

Quæ sententia 1) conformior videtur *Traditioni* sive *antiquce,* quam contrahit *Arausicanum* ***II*** (n. 207) declaranti *sine gratia conantibus misericordiam non conferri·,* sive *recentiori:* nam ***PiusIX*** de salute infidelium ait : " *Graticeque ccelestis* dona nequaquam illis defutura sunt qui hac luce recreari sincero animo velint et postulent; posse, divinæ lucis et gratiæ operante virtute, æternam consequi vitam " [3].

2) Insuper, cum omnes adulti unicum finem habeant, nempe *supernaturalem,* verisimile est Deum eis concedere gratias vere supernaturales quæ simul sint *medicinales,* quatenus humanam infirmitatem curant, et *elevantes,* in quantum actus infidelium jam elevant ut sint praeparatio ad justificationem.

3) Ita etiam melius salvatur *gratuitas gratiæ :* si enim solis viribus naturæ fit praeparatio, etiam *negativa* ad justificationem, jam

1 Molina *(Concord, lib. arbil..* q. 14, a. 13, disp. JO) rem alio modo exponit, quasi videlicet pactum initum fuisset inter Deum et Christum, ut facienti quod in se est viribus naturæ infallibiliter gratia conferretur; sed talis expositio a multis rejicitur ut solido carens fundamento, et gratiæ gratuitati nociva.

3 Cui sententiae favet S. Thomas, ia 2æ, q. 89, a. 6, ubi ait de homine qui usum rationis attingit : ° Primum quod tunc homini cogitandum occurrit, est deliberare de seipso : et si quidem seipsum ordinaverit ad debitum finem, *per gratiam* consequetur remissionem originalis peccati ; si vero non ordinet seipsum ad debitum finem, secundum quod in illa ætate est capax discretionis, peccabit mortaliter, non faciens quod in se est". Cfr. E. Hugon, O. P., *Hors de ГEglise point de salut.* I P., ch. IV ; Et Hugueny, *Héveil du sens moral.* Rev. thomiste, 1905, p. 664-668.

3 Alloc. *Singulari quodam.* 19 dec. 1S54.

gratia non videtur omnino gratuita, cum concedatur intuitu hujus præparationis mere naturalis. Unde ait S. Thomas : " Hoc ipsum quod aliquis non ponit impedimentum gratiæ ex gratia procedit "

227. Ex alterutra tamen expositione sequitur nullum infidelem damnari nisi *propria culpa :* si enim ductum rationis et gratiæ sequatur, gradatim perveniet ad fidem et justificationem.

Fatendum est tamen gratias *minus abundanter* concedi infidelibus quam Christianis; quamvis enim Deus non sit personarum acceptor, eo sensu quod neminis jura lædit, tamen non æqualiter distribuit bona naturalia vel supernaturalia. In qualibet enim societate debet esse subordinatio inferiorum et superiorum; talis autem subordinatio requirit inæqualitatem in donis sive naturalibus sive supematuralibus.

IV. Quoad parvulos sine baptismo decedentes.

228. Status quæstionis. Nulla sane est difficultas quoad infantes qui baptizantur aut saltem baptizari possunt. Sed quæstio est quoad eos qui ante usum rationis *baptizari non possunt,* præsertim quoad eos qui in *sinu materno* moriuntur. — Animadvertimus autem infantes hujusmodi non suppliciis torqueri, sed *naturali beatitudine* frui, ut dictum est in *Tr. de Deo Creante,* n. 919, ideoque privari tantum beatitudine supernatural! ad quam nullum jus habent.

229. *i^Deus paravit parvulis etiam iis qui in sinu materno*wgrzzzzz/zzr gzz/tyzzg/zz fWz'zùrarz' /toxrzTzZ. *media ex se sufficientia ad salutem.* Ita communiter.

Ex dictis enim in 7V. zZ? *Verbo Ineam.,* n. 1178, Christus mortuus est etiam pro parvulis; atqui frustra pro eis mortuus esset, nisi sufficientia media salutis eis paravisset.

230. 2° Difficile est autem explicare *quomodo* illa media præbeantur. (A) Certum est Deum *remote* saltem omnibus illis parvulis media salutis paravisse, dum instituit medium ad originale peccatum delendum, quale est baptismus sub N. Lege : hoc enim sacramentum *de se* pro omnibus institutum est, et si de facto quibusdam non applicatur, id provenit *ex causis* sive physicis, sive liberis, quarum Deus,

l *Comment. in Hebr.t* XII, lect. 3a.

utpote provisor universalis, vim et effectum per *miraculum* impedire non tenetur nec opportunum judicat.

(B) Aliquæ aliae solutiones propositae sunt, sed parum tutae.

(a) Quidam theologi docent salutem illorum infantium esse *in manu parentum,* eo sensu quod, si parentes, ex una parte, omnes leges prudentiae servarent, sobrie viverent, etc.; et, ex altera, debite orarent, obtinere possent ut parvuli isti usque ad baptismi receptionem semper viverent. Quæ opinio nulli dogmati contradicit, sed ex altero capite nullo positivo argumento probari potest et communiter rejicitur.

(b) Pauci alii, cum *Cajetano,* addiderunt infantes salvari posse, sine baptismo, *parentum fide et precibus*[1] ; sed hæc opinio tuta non est, et jussu *Pii V,* expuncta fuit ex operibus Cajetani Romæ editis.

(c) Alii dixerunt hos infantes salvari baptismo *desiderii* seu actu caritatis elicito momento quo anima incipit a corpore separari;sed hoc esset *miraculum* quod probari nequit.

Remanet igitur ut dicamus hos infantes in *limbum* descendere, ibique aliqua beatitudine naturali frui.

Controversia de salute adultorum qiii, defectu moralis cognitionis, infantibus æquiparantur.

231. Quidam theologi et apologetæ[2],[3] existimantes multos esse infideles adultos qui careant cognitione morali necessaria ad peccandum graviter, docuerunt eos æquiparari posse infantibus et in limbum puerorum descendere ibique aliqua naturali beatitudine perfrui. Quam theoriam recenter proposuit *L. Billot*[3]. Ad peccatum mortale, inquit, necessaria est notitia Dei legislatoris; atqui hæc notitia a multis comparari nequit sine auxilio alicujus societatis humanæ quæ ignaros ac simplices doceat existentiam hujus divini legislatoris. Jamvero de facto, non solum in barbaris gen-

[1] Cfr. Bianchi, *Disputatio physico-theologica de remedio cetemce salutis pro paivulis in uteris clausis, sine baptismo decedentibus,* necnon Auctor dissertationis *de Intolerantia catholica,* Taurini, 1868.

[3] J. Trithemius, *Curiositas regia,* 1621; C. Seyssel, *De divina Providentia,* 1520 ; Bergier, Card, de La Luzerne, Duvoisin, aliique quos recenset Capéran, *op. cit., Essai hislor.,* p. 421-442; 478-492.

[3] L. Billot, *La Providence de Dieu et le nombre infini d'hommes hors de la voie normale du salut,* in *Etudes,* 20 oct. 1919; 20 janv., 5 avril, 20 août, 5-20 déc. 1920; 5 mai, 20 nov. 1921 ; 5 sept. 1922; 20 août 1923. —Cujus theoria a multis impugnata fuit, præsertim a S. Harent, in *D. T. C.,* voce *Infidèles,* 1891-1893, 1898-1912. Cf. E. Hugueny in *Rev. Thomiste,* 1905, p. 528; 1906, p. 646 sq.

tibus, sed etiam in excultis, talis societas non invenitur, ideoque innumeri sunt adulti qui hac notitia careant, et sub hoc respectu, infantibus æquiparari possint. Quapropter incapaces sunt peccatum grave committendi; non possunt pariter ad justificationem sese praeparare; ideoque post mortem cum infantibus in limbum descendunt.

Plerique tamen theologi hanc opinionem rejiciunt. Fatentur equidem *quosdam* esse adultos qui *ratione ac moribus* infantes maneant; sed negant*plerosque* adultos, etiam in barbaris gentibus, carere illa notitia morali quæ ad peccatum mortale requiritur : plerisque enim notum est discrimen inter bonum et malum, pecca-z tum leve et grave. Si igitur bonum sibi notum faciant, gratiam accipient et ad justificationem pervenire poterunt; si vero graviter contra suam conscientiam agunt, graviter peccant, et nisi pæniten-tiam egerint, damnationem merito incurrent.

Art. IV. De efficacia gratiæ actualis, seu de gratia efficaci et sufficiente.

232. Status quæstionis. Omnis gratia aliquo sensu dici potest *efficax,* quatenus nempe aliquem effectum salutarem semper in nobis operatur : hæc est, ut aiunt theologi, efficacia virtutis. Attamen, ut supra diximus, n. 143, ratione *effectus,* gratia *efficax* distinguitur a gratia mere *sufficiente :* prior ea est quæ ita connectitur cum effectu salutari ut *eum certo et infallibiliter obtentura sit;* posterior ea est quæ *completam* et *expeditam dat potentiam agendi salutariter.*

Iterum gratia sufficiens dicitur : 1) *vere* et *relative* sufficiens quando hanc expeditam confert potentiam relative ad præsentes subjecti circumstantias ; 2) *mere sufficiens* quando culpa subjecti *inutilis* redditur. — Sub alio respectu, vocatur *proxime sufficiens* ea qua homo *immediate* opus salutare determinatum peragere potest, v. g., vincere tentationem ; *remote sufficiens,* quando per eam homo non potest opus determinatum peragere nisi mediante alia actione, v. g., oratione; tunc gratia proxime sufficit ut oremus, et remote ut tentationem vincamus.

De his notionibus concordant omnes theologi ; sed quando agitur de *natura discriminis* inter gratiam sufficientem et efficacem et *de modo* conciliandi libertatem cum efficacia gratiæ, varia sunt systemata.

Ut certa ab incertis^ secernamus, i° *doctrinam catholicam* contra *Protestantium* et *Jansenistarum errores* de gratia efficaci et sufficiente *exponemus; 2°* praecipua *theologorum systemata.*

§ I. Doctrina catholica contra Protestantium et Jansenistarum errores[1].

233. Errores. (A) *Protestantes* multi, præsertim vero *Lutherani* et *Calvinistæ,* contendunt voluntatem hominis lapsi, etsi liberam a coactione in implendis *civilibus* officiis, *libertate carere in ordine ad salutem,* utpote totaliter corruptam per peccatum originale. Exinde negant ullam esse gratiam *vere* et *mere* sufficientem : cum enim voluntas nostra sit veluti res inanimis, omnis gratia, quæ non est ab intrinseco efficax, insufficiens et impotens est ad eam movendam. Insuper contendunt voluntatem, sub influxu gratife efficacis, non esse liberam, sed similem trunco vel statuæ vita carenti, quæ ab extrinseco movetur, ita ut *gratia efficax sit vere necessitans :* " Liberum arbitrium, ait *Lutherus* 2, est figmentum in rebus, et *titulus sine re,* quia nulli est in manu quidpiam cogitare boni vel mali; sed omnia... de necessitate absoluta eveniunt".

(B) *Jansenistæ* idem substantialiter docuerunt; distinguentes videlicet duplicem *delectationem,* aliam terrenam, quæ nihil aliud est nisi concupiscentia, et aliam cælestem, quæ ex gratia oritur, tenuerunt hominem lapsum delectatione victrici necessario moveri, ac proinde gratiam, quæ sufficiens vocatur, esse revera *insufficientem,* immo et *nocivam,* cum sit occasio peccandi. Attamen, post damnatas Jansenii propositiones, an. 1653, admiserunt quasdam esse gratias *sufficientes in se,* sed *non relate ad circumstantias* in quibus de facto versamur, nec præsertim relate ad prævalentem concupiscentiam 3. Duplex igitur erit propositio

[1] Cf. Suarez, *De Gratia,* l. V, c. *4;* S. Bellarminus, *De Gratia etlib. arbitrio,* l. VI, c. 9 sq. ; Perrone, *De Gratia,* n. 259 sq. ; Murray, *De Gratia,* disp. VII, n. 1-98; Mazzella, n. 553; Palmieri, th. 39-48; Van Noort, η. 54-62.

[2] *Assert.,* art. 36; cfr. Hodge *Systematic theol.,* vol. II, 687.

[3] Paquier, *op. cit.,* p. 121-181. — Hujus duplicis stadii vestigia inveniuntur apud Pascal, *Lettres provinciales :* in primis enim epistolis deridetur omnis gratia sufficiens; in ultimis vero (17-18), gratia sufficiens admittitur quidem, sed

contra illum duplicem çrrorcm : prior de gratia *sufficiente,* posterior de gratia *efficaci.*

234. *Thesis I** . Datur in præsenti statu gratia vere, relative et mere sufficiens, quæ nonnisi culpa hominis effectu SUO caret, (a) *De fide* contra Protestantes et Jansenitas e *Tridentino :* " Si quis dixerit Dei præcepta homini etiam justificato et sub gratia constituto esse ad observandum impossibilia, A. S. " Quem canonem ita declarat idem Concilium Nam Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet et facere quod possis et petere quod non possis, et adjuvat ut possis " x. Ergo Deus dat gratiam vere et relative sufficientem, (b) Insuper damnata est ut *hœretica* sequens Jansenii propositio Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus et conantibus, secundum præsentes quas habent vires, sunt impossibilia : deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant ". Ergo justis datur gratia vere sufficiens ad præcepta adimplenda, ita ut violatio horum præceptorum sit eis imputabilis. (c) Item damnata est ut *hæretica* hæc propositio : " Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur"2. Ergo absolute (sive justis sive peccatoribus) dantur gratiæ quæ redduntur inutiles culpa hominum, et exinde de se vere sed *mere* sufficientes sunt.

Dicitur : i) "vere et *relative* sufficiens", ut ex hoc evincatur talem gratiam sufficientem esse non solum in se, sed etiam relate ad personam cui datur aut circumstantias in quibus datur; 2) " *mere sufficiens",* quia ob culpam hominis suo effectu caret. Hæc est tamen vere *beneficium,* quia *veram* et *expeditam* confert potentiam agendi, quæ nonnisi culpa hominis suo caret effectu.

235. Probatur : i° *Script.* (A) Hanc veritatem illustrat *Isaias* 3 comparatione vineæ, quam Dominus exquisita sollicitudine plantavit et excoluit, et quæ tamen, loco uvarum, labruscas produxit ; dein comparationem applicans populo judaico, Deum sic loquentem inducit Quid est quod ultra debui facere vineæ meæ et non feci? An quod exspectavi ut faceret uvas et fecit labruscas?" Unde sic : hic sane

cui semper resistitur ob victricem concupiscentiam. Cfr. Petitot, *Pascal et la grâce suffisante,* in *Rev. Thomiste,* sept., oct. 1910.

* Sess. VI, cap. Il et can. 18, D. B., 804, 828. — ' D. B., 1092, 1093.

• *1 Isa.,* V, 1-7. — Cfr. *Proverb.,* I, 24-25.

agitur de gratia *mere sufficienti,* cum de facto suum non sortita fuerit effectum; atqui talis gratia exhibetur non solum ut *vere* et *relative,* sed etiam ut *abundanter* sufficiens, ut constat tum ex comparatione vineæ quam Deus omni cura et sollicitudine coluit, tum ex eo quod Deus ipsos Judaeos vel uti judices assumat ut dicant, si possint, quodnam majus auxilium iis concedere valuerit; ergo datur gratia vere et relative sufficiens, quæ est *beneficium* ex parte Dei, sed inutilis redditur ex parte hominum.

Hic textus (sicut quidam alii quos e Vet. Test, allegamus), directe agit de providentia Dei erga populum judaicum, et nonnisi indirecte de gratia cuilibet individuo concessa; sed, ut ait 5. *Hieronymus,* "cuncta quæ dicuntur de vinea possunt et ad animæ humanæ transferri statum ". Et merito, quia ratio agendi Providentiæ divinæ eadem est sive in individuis consideretur, sive in societate seu coliectivitate.

(B) Nec minus cogentia sunt ipsa Christi verba : " Jerusalem, Jerusalem... quoties *volui* congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et *noluisti" x.* Hic iterum agitur evidenter de gratia mere sufficiente, quæ suum non obtinet effectum : jamvero eadem gratia tam sufficiens exhibetur, ut comparetur auxilio certe egregio quo gallina suos·pullos protegit, et inefficacia ejusdem soli resistentiæ humanæ voluntatis tribuatur, *"et noluisti";* ergo.

236. *Solv. difficultates.* (A) *Objicitur* multos in Scriptura esse textus, ex quibus concludere licet gratiam Dei esse semper efficacem, v. g. : "Voluntati ejus quis resistit?"2; "Verbum quod egredietur de ore meo, non revertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui "3; ergo non datur gratia mere sufficiens.

Resp. : Textus allegati, aliique ejusmodi, probare forsan valent *quasdam* gratias esse efficaces, et Deum posse, si velit, corda nostra immutare; sed minime probant *omnes gratias,* quas confert, suum consequi effectum ; sed e contra Scriptura manifeste supponit nos gratiæ resistere posse, "Vocavi et renuistis... volui congregare, et noluisti". Insuper plerique textus allati non de gratia, sed de voluntate Dei aliquid absolute decernentis agunt, ut clare ex contextu evincitur.

(B) *Objicitur* iterum gratiam sufficientem esse *inutilem,* cum nunquam suum sortiatur effectum.

• *Maith.,* XXIII, 37. — ' *Rom.,* IX, 19. — 3 *ha.,* LVnn.

Resp. : (a) Gratia sufficiens non est inutilis, sed verum *beneficium,* cum det potentiam agendi : si de facto intentum effectum non producat, id perversae hominis voluntati unice tribuendum est. (b) Insuper, quamvis non producat actum salutarem a Deo intentum, excitat tamen illuminationes in intellectu et pia desideria in voluntate, quæ sunt veluti præparatio ad conversionem, nec proinde inutilia sunt.

237. *2Q Tradit.* Jam *Arausicanum II*[1] eamdem doctrinam definierat : "Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, quod accepta per Baptismum gratia, omnes baptizati, Christo auxiliante et coopérante, quæ ad salutem pertinent, possint et debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere ".

Merito itaque ab *Alexandro VIII* damnata est hæc propositio jansenistica : " Gratia sufficiens statui nostro non tam utilis quam perniciosa est, sic, ut proinde merito possimus petere : A gratia sufficienti libera nos, Domine "[2].

238. *Thesis IT :* Datur grajia vere efficax quæ tamen non est necessïtâns.

De fide. est contra *Protestantes* et *Jansenistas,* n. 233, e *Tridentino* : " Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum, et excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat ac præparet, neque posse dissentire, si velit, sed, veluti inanime quoddam, nihil omnino agere, mereque passive se habere; A. S. " Quam doctrinam fusius explicant cap. V et VI, supra, p. 9.

Probatur : (A) *Script,* (a) Juxta S. *Paulum,* Dei sumus *liberi cooperatores;* nam de *seipso* dicit[4] ; " Gratia Dei sum id quod sum, et gratia ejus in me *vacua nonfuit* (en gratia efficax), sed abundantius illis omnibus laboravi, *non ego*[5] autem, sed *gratia Dei inecum* De aliis autem scribit :

[1] D. B., 200. — [2] D. B., 1296.

[3] Sess. VI, rui. 4, D. B., 814; cfr. D. B., 797, 798,1039, 1041, 1096, 136059.

[4] *1 Cor.,* XV, 10.

[5] Hoc incisum *non ego* est hebraismus quo Paulus significat *se non solum laboravisse.* sed gratiam Dei secum, sicut alibi *{Galat.* II, 20) dicit : ""Vivo autem,*jam non ego,* vivit vero in me Christus"; quibus verbis significatur in Paulo, præter vitam propriam quæ certe exstincta non fuerat, fuisse insuper vitam Christi. Cfr. Corluy, *Spicilegium,* vol. II, p. 286.

" Unusquisque... propriam mercedem accipiet secundum suum laborem : Dei enim sumus *adjutores" l.* Hic certo agitur : i) *àc. gratia efficaci,* scilicet de gratia quæ *vacua non fuit,* sed mercedem obtinuit; 2) de gratia, cui *libere* consenserat Paulus; nam, sub influxu hujus gratiæ, libere laboraverat et quidem ceteris abundantius; item apostoli active laborare debent, nam sunt Dei adjutores, seu *activi cooperatores ;* ergo non necessitantur a gratia.

(b) *E mercede bene operantibus promissa :* dicitur de justo qui salvatur, ac proinde *gratiam efficacem* obtinuit, et tamen *liber* mansit, cum laudetur et remuneretur : " Erit illi gloria æterna, qui *potuit transgredi* et non est transgressus, facere mala et non fecit " 2; ergo constat etiam eum qui bonum facit sub influxu gratiæ efficacis, liberum fuisse.

(c) Idem constat ex *prceceptis, monitionibus, minis* quibus homines ad malum fugiendum aut opera salutaria præstanda incitantur, v. g. : " Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus "3; nam talis loquendi modus mera irrisio esset, si illi, ad quos dirigitur, *liberi non essent* opus præscriptum facere vel omittere. — Quod confirmatur iis locis ubi gratia bene uti *admonemur :* " Exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis " 4; hoc enim manifeste supponit nos gratia bene vel male uti posse, prout nobis placuerit.

239. (B) *Traditione,* (a) Ex *Patribus :* i) *Ante S. Augustinum,* Patres communiter docent in nostra potestate esse divinæ motioni obedire vel resistere, ut Calvinus ipse fatetur.

Ita, inter alios, 5. *Irenceus* scribit : " Et qui operantur illud (bonum), gloriam et honorem percipient, quoniam operati sunt bonum, cum possint non operari illud; hi autem qui illud non operantur, judicium justum excipient Dei, quoniam non sunt operati bonum, cum possint operari illud"5. Expressius etiam S. *Chrysostomus :* " Nisi enim cælesti auxilio potiaris, omnia frustra sunt. Sed est perspicuum fore ut illo auxiliante assequaris id in quo ponis studium, si tamen tu quoque curras et velis " 6.

' *I Car.,* III, 8. *p 3 Ecdi.,* XXXI, 10.
V, 14; cï.'ïsffÀ., XV111, 31ΓΛΛ'., III, 19. — * ZZ *Cor.,* VI, 1.
s *Adv. hures.,* 1. IV, c. 37, n. 5, *P. G.,* VII, 1099; Journet 2φμ
* *In ep ad Hcbr.,* XII, 13, *P. G.,* LXIII, 99; Journel, 1219.

2) S. *Augustinus* fatetur hanc quæstionem ita esse difficilem ut " quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur, quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri". Sed sæpe affirmat voluntatem *liberam manere sub influxu gratiæ,* et id explicare conatur[1] : " Deus, inquit, *velle et operari operatur in nobis,* non quia *nos non volumus,* aut nos non agimus, sed quia sine ipsius adjutorio nec volumus aliquid boni, nec agimus"[2]. Alibi exponit quomodo a Deo *trahamur* quin liberum arbitrium cogatur : " Quis trahitur si jam volebat? Et tamen *nemo venit nisi velit.* Trahitur ergo miris modis ut velit, ab illo qui novit intus in ipsis hominum cordibus operari, non ut homines, quod fieri non potest, nolenter credant, sed ut volentes ex nolentibus fiant "[3].— Praeterea integrum scripsit tractatum *De gratia et libero arbitrio,* in quo demonstrat hominem *liberum manere sub gratia,* et posse vitare peccatum, si vult, ideoque vere mereri vitam ætemam[4].— Si igitur alibi inveniuntur duriora verba quibus nimis deprimi videtur hominis libertas, ex clarioribus elucidari debent.

(b) Ex *auctoritate Ecclesia.* Jam *Arausicanum II*[5], etsi declaraverit liberum arbitrium per peccatum primi hominis fuisse attenuatum, definierat hominem liberum esse sub influxu gratiæ : " Quando autem (homines) id faciunt quod *volunt* ut divinæ serviant voluntati, quamvis *volentes* agant quod agunt, illius tamen voluntas est a quo et præparatur et jubetur quod volunt ". Hic enim agitur de gratia *efficaci* qua homines serviunt Deo, et tamen *non nécessitante,* cum vere *velint* quod agunt.

240. (C) *Rat. theol.* (a) Ex parte *Dei.* Ad sapientiam Dei pertinet entia movere in ordine sive naturali sive supernaturali, secundum uniuscujusque naturam; atqui naturæ hominis est libere agere, ex dictis in Philosophia; ergo Deus, per gratiam, ita homines movet ut liberi maneant[6].

[1] *De gratia Christi et de peccato originali,* XLVII, 52, *P. L.,* XLIV, 383; Journel, 1856.

[2] *Ibid.,* XXV, 26, 373; Journel, 1854.

[3] *Cont. duas epist. Pelag.,* l. I, XIX, 37 ; Journel, 1890.

[4] *P. L.,* XLIV, 881-912. —[5] Can. 23, D. B., 196.

[6] Quod sic egregie exponit S. Thomas (1, q. 19, a. 8) : "Cum igitur

(b) Ex parte *gratiæ*. Hæc enim naturam, nedum destruat, e contra perficit, nobisque confertur ut supernaturale præmium mereri valeamus ; atqui si gratia libertatem tolleret, naturalem hominis facultatem destrueret, merendique potestatem tolleret : quod esset contra id quod Deus intendit nos juvando per gratiam.

241. Solvuntur diffic. (A) Ex Scriptura homo per peccatum est *spiritualiter mortuus;* atqui mortuus nullo modo cooperari potest suæ resurrectioni; ergo *.

Hesp. Distinguo majorem : homo per peccatum *partialiter* est mortuus, concedo; *totaliter,* nego; nam etiam in homine peccatore remanet vita non solum materialis, sed etiam rationalis; immo in illo qui fidem non amisit, remanet initium vitæ supematuralis, scilicet fides. Jamvero fatemur quidem hominem in statu peccati nullum actum supernaturalem facere posse quin prius a *gratia excitetur,* quia vita spirituali saltem perfecta privatur; sed quando jam gratia actuali prævenitur et movetur, facultatibus naturalibus uti potest, aut virtute fidei, si in ipso maneat, ad elicienda opera præparatoria ad justificationem; gratia enim actualis, et a fortiori virtus fidei facultates naturales ita elevat ut actus supernaturales elicere possint. Ergo etiam peccator, gratia Dei præventus, propriæ resurrectioni cooperari potest.

(B) Ex Scriptura homo per gratiam vere trahitur : "Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum"a; porro qui trahitur non est liber; ergo.

Desp. Homo trahitur quidem per gratiam, quatenus movetur; sed non eo sensu quod ei necessitas infertur, nam versiculo sequenti 3 ipse Christus addit : " Omnis qui audivit a Patre, *venit* ad me ". Igitur ita trahimur per gratiam ut simul ad Deum libere veniamus. Revera trahit timor, trahit lætitia, trahit desiderium, trahunt delectationes, quin tamen necessitatem nobis inferant.

(C) *Instant :* S. Paulus ait : " Deus... operatur omnia in omnibus... operatur in vobis et velle et perficere"·»; atqui si Deus operatur omnia, etiam volitiones nostras, nullus remanet locus libertati; ergo.

voluntas Dei sit efficacissima, non solum sequitur quod fiant ea quæ Deus vult fieri, sed quod eo modo fiant quo Deus ea fieri vult. Vult autem quædam fieri necessario, quædam *contingenter,* ut sit ordo in rebus, ad complementum universi ". Totum lege articulum.

1 Ita Hodge*, *Systematic theology,* II, 691-692.

**Joan.,* VI, 44. — **Joan.,* VI, 45.

4 ***I** *Cor.,* XII, 6; *Philip...* II, 13.

Resp. Deus operatur omnia, eo sensu quod omnibus actionibus nostris *cooperatur,* non autem eo sensu quod solus eas operatur; nam S. Paulus eodem loco ait : "Cum metu et tremore vestram salutem *operamini*"', igitur duæ sunt causæ salutem nostram operantes, Deus et voluntas nostra, et *utraque causa libere simul cooperatur.* — Notamus insuper priorem textum ad rem non pertinere, cum ibi agatur de *gratiis gratis datis.*

242. Corollarium ex utraque thesi fluens. *Homo potest et debet gratiæ cooperari.* *Defide* est ex *Trident.* 2 : " Si quis dixerit sola fide impium justificari... et nulla ex parte necesse esse eum *suce voluntatis motu* præparari atque disponi, A. S. "; et ex can. jam allegato n. 238.

Revera ex *Scriptura* aperte colligitur hominem cum Deo cooperari ad omnes actus salutares; nam : (a) de Deo dicitur : "*Inclinet* corda nostra ad se, ut ambulemus in universis viis ejus " 3; et tamen de hominis cooperatione additur *Inclinavi cor meum* ad faciendas justificationes tuas in æternum"4; (h) Deus aperit quidem labia nostra ad orandum : " Domine, labia mea *aperies* " s ; sed nos eadem aperimus : " *Os meum aperui* et attraxi spiritum"6; (C) Deus nos ad se convertit : *Converte nos Deus* salutaris noster "7; sed nosmetipsos pariter ad Deum *convertimus :* " Cogitavi vias meas, et converti pedes meos in testimonia tua " 8; (d) Deus in nobis cor novum creat : " Cor mundum crea in me, Deus "9; sed illi creationi cooperari debemus : " Facite vobis cor novum et spiritum novum " I0.

Cum S. *Augustino* igitur concludere fas est : " Qui fecit te sine te, non te justificat sine te. Ergo fecit nescientem, justificat volentem "1X.

§ II. Theologorum systemata de gratia SUFFICIENTE ET EFFICACI.

243. Status quæstionis. Omnes quidem theologi admittunt aliquod esse discrimen inter gratiam sufficientem et gratiam efficacem, quatenus hæc *majus* est *beneficium*

« *Philip.,* II, 12. — ' Sess. VI, can. 9, D. B., 819. — 3 *HI Reg.,* VIII, 58.
« A. CXVIII, 112. - S A. IV, 17. — 6 A. CXVIII, 131.
i Ps. LXXXIV, 5. — 8 A. CXVIII, 59. — 9 A. L, 12.
19 Ezech., XVIII, 31.
*. *Serm. 15 de Verb. Abost.,* c. II, n. 13, *P. L.,* XXXVIII, 923.

quam illa; pariter omnes docent voluntatem manere *liberam* sub influxu gratiæ efficacis. — Quæstio vero est *undenam* oriatur gratiæ efficacia, utrum *ab intrinseco* seu ab ipsa gratia, an *ab extrinseco* seu a consensu voluntatis; et consequenter quomodo *libertas* nostra conciliari possit cum *gratiæ efficacitate* a Deo infallibiliter prævisa. Unde hujusmodi quæstio intime connectitur cum altera de divina scientia, de qua diximus in *Tr. de Deo uno,* n. 479-483.

Multa hac de re prodierunt systemata, quorum præcipua sunt *Molinismus,* cui affinis est *Congruismus,* et *Thomisntus* cui affinis est *Augustinianismus;* quibus addi potest systema veluti mixtum, nempe *Sorbonico-Alphonsianum.*

Discrimen inter utrumque praecipuum systema ex eo oritur quod *Molinistce* ante omnia humanam libertatem atque activitatem servare volunt, dum *Thomiste* supremum Dei dominium præcipue tueri intendunt. Sane, si res omnino perspicua esset, utriusque systematis conclusiones eædem forent : sed, cum quæstio sit ardua et implexa, diversos rei aspectus harmonice et perfecte conciliare humanum ingenium fere transcendit. Molinistæ videlicet, dum libertatem facilius vindicant, perfectionem divinæ scientiæ divinique dominii plus aequo forsan minuere videntur; Thomistæ autem, dum jura Dei intacta tuentur, libertatis humanæ exercitium non tam facile explicant; utraque tamen schola Dei supremum dominium et humanam libertatem admittit.

244. Prima hujus controversiae semina in Hispaniis jacta sunt anno 1581, quando *Bannez,* O. P., theses impugnavit *Prudentii de Montemajor,* S. J.; acrior evasit pugna cum Molina famosum edidit librum *De Liberi arbitrii cum gratia donis Concordia x.* Res ad S. Pontificem Clementem VIII delata fuit, qui, ad litem componendam, specialem Congregationem de Auxiliis anno 1598 instituit. Per novem annos strenue res disputata fuit coram *Consultoribus* et *Cardinalibus'12:* Clemens VIII, antequam sententiam proferret, decessit, et Paulus V, secundus ejus successor, rescriptum emisit anno 1607, in quo duo præsertim declarat : (a) se debito tempore editurum esse definitionem; (b) interea vero nulli licere alterutram partem hæreseos vel alterius censuræ nota insi-

1 De Régnon, *Banner et Molina,* Paris, 1883.

2 Brevem historiam harum Congregationum videre est apud Montagne, *De Gratia,* diss. X (Migne, *TheoL Cun.t* X, p. 370 sq.).

mulare. Sententia autem in dies dilata, S. Pontifex mortuus est. Igitur adhuc sub judice lis est, et utrumque systema potest libere propugnari.

I. Molinismus et Congruismus.

245. i° *Molinismus exponitur,* (a^. Gratia sufficiens non differt *intrinsece* a gratia efficaci, sed solum *extrinsece,* nempe ex ipso *consensu voluntatis :* eadem enim gratia est mere sufficiens, si voluntas humana ei resistit; et efficax, si voluntas eidem consentit. Igitur una eademque gratia potest esse mere sufficiens in uno et efficax in altero; immo minor gratia potest esse efficax in uno, dum major gratia remanebit mere sufficiens in altero.

(b) Attamen gratia efficax est *majus beneficium* quam gratia mere sufficiens; nam Deus a tota aeternitate, *scientice medice ope, providet* quod, si det talem gratiam *a* Petro, ille consentiet, si autem det gratiam *b,* Petrus non consentiet; quando igitur Deus dat Petro gratiam *a* quam praevidet fore efficacem, hæc gratia, licet forsan *in se* minor, est certe majus beneficium quam gratia *b* quam prævidet mere sufficientem fore. Ita *Molina, Lessius,* multi theologi Societatis Jesu, aliique x.

246. 2° *Congruismus exponitur.* Gratia sufficiens non differt intrinsece a gratia efficaci, sed tantum ratione *modi* quo nos afficit : siquidem (a) gratia *efficax,* quæ vocatur etiam *congrua,* ea est quæ ita accommodatur hominis ingenio, et circumstantiis loci et temporis in quibus versatur, ut eidem voluntas certo et tamen libere consentiat.

l Cf. Molina, *Concordia;* Lessius, *De Gratia efficaci et decretis divinis;* Mazzella, n. 658 sq.; Hurter, n. 124 sq.; Palmieri, th. 55 sq.; Tepe, n. 165 sq.; G. Schneemann, S. J., *Controversiarum de divina gratia liberique arbitrii concordia initia et progressus,* 1881; V. Frins, S. J., 5. *Thoma Aq. doctrina de cooperatione Dei cum omni natura creataprasertim libera,* Parisiis, 1893 J J· Stufler, *Divi Thoma Aq. doctrina de Deo operante,* Innsbruck, 1923; Van der Meersch, *D. T. C.,* art. *Grâce;* E. Vansteenberghe, art. *Molinisme.* in *D. T. C..* X, 2094-2197. A. d'Alès, *Providence et Libre arbitre,* Paris, 1927.

Tepe (n. 188) ita contrahit doctrinam communiter a Societate propugnatam : " Gratia efficax est : a) natura sua repudiabitis; *b)* efficax efficacia virtutis ex se ipsa ; *c)* efficax efficacia connexionis secundario ex consensu ; *d)* efficax efficacia infallibilitatis ex scientia media ; *e)* non semper entitative melior quam sufficiens^) semper tamen moraliter melior quam sufficiens ".

(b) Gratia autem mere sufficiens ea est quæ non tam perfecte accommodatur hominis ingenio et circumstantiis in quibus versatur, ita ut voluntas de facto, sed libere ei resistat. Ita *Suares, S. Bellarminus, Vasquez* multique alii theologi Societatis Jesu, qui post Congregationes de Auxiliis putarunt mitigandum esse systema Molinae «. Hodie tamen hoc systema a paucis tantum propugnatur.

247. 3° *Utrumque systema probatur.* (A) *Script. :* (a) Legitur apud *Matth.,* XI, 21 : " Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro et Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cinere et cilicio pænitentiam egissent Unde sic : Christus increpat Judæos, eo quod non egerint pænitentiam sub influxu gratiæ, quæ convertisset Tyrios, si illis concessa fuisset; atqui illud manifeste supponit *eamdem gratiam in uno esse sufficientem et in altero efficacem ;* ergo.

(b) Item S. *Paulus* hortatur Corinthios dicens 2 : " Exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis atqui hoc supponit eamdem gratiam posse esse intrinsece vacuam seu mere sufficientem, vel efficacem ; ergo.

(c) Insuper Deus apud *Isaiam* (V, 4) dicit : "'Quid est quod debui facere vineæ meæ et non feci ei?... An non exspectavi ut faceret uvas, et fecit labruscas?"; atqui talis loquendi modus ostendit Deum exspectare consensum nostrum, ac proinde gratiam non fieri efficacem nisi ex libero consensu voluntatis nostræ.

(B) *Tradit.* Ex *Trideniino* declarante voluntatem nostram posse dissentire, si velit, etiam sub influxu gratiæ efficacis *(supra,* n. 238); hoc enim supponit efficacitatem gratiæ venire a consensu.

(C) *Rat. theologica.* Illud systema admittendum est quod salvat simul libertatem humanam et gratiæ efficacitatem ; atqui systema expositum : (a) salvat humanam *libertatem :* nam ideo gratia est efficax quia præcise voluntas ei libere consentit; libertatem igitur non destruit, sed potius juvat, ut comparatione ostenditur : quando navis ad portum tendit, impellitur quidem a vento, sed determinatio motus relinquitur gubernanti, qui potest dirigere navem ad talem talem ve-portum. Item Deus gratia sua impellit voluntatem nostram ad bonum in genere, sed voluntas ipsa determinat gratiam ad faciendum hoc potiusquam aliud. Nec dicatur voluntatem nostram non esse liberam quia Deus prævidet nos esse consensu-

' Suarez, *De Gratia,* lib. V; Vasquez, *In t* 2*, disp. 189, c. 14; S. Bellarminus, *op. cil.,* I, c. 12.

2 ***II*** *Cor.,* VI, i

ros gratiæ; hæc enim prævisio seu potius visio divina non magis libertati nostræ nocet, quam visio nostra officit libertati alicujus person® in conspectu nostro agentis.

(b) Salvat *efficacitatem* gratiæ. Deus enim a tota æternitate, per scientiam mediam, prævidit Petrum tali auxilio consensurum, si ipsi daretur; insuper, ex mera misericordia, decrevit se daturum esse Petro illud præcise auxilium; ergo certo Petrus consentiet gratiæ illi datæ, ac proinde gratia, illi a Deo concessa, erit certo efficax.

II. Thomismus et Augustinianismus.

248. 1° *Thomismus* (a) Gratia sufficiens *intrinsece* differt a gratia efficaci : quod dupliciter exponitur, i) Juxta communem explicandi modum, prior dat solum *potentiam proximam* agendi; posterior *movet* et *applicat* potentiam ad actum, seu brevius prior dat *posse,* posterior dat *agere.* 2) Attamen, juxta quosdam alios, gratia sufficiens dat non tantum posse, sed etiam *motionem ad agendum,* ita tamen ut non tollat omne impedimentum, omnem resistentiam; dum gratia efficax omnem resistentiam superat aut amovet2.

(b) Ut *defacto* bonum agamus, requiritur alia gratia perfectior et validior gratia sufficiente, scilicet gratia efficax; hæc autem gratia efficax *omnibus offertur,* et *iis datur* qui nullum impedimentum gratiæ sufficienti opponunt Hæc autem gratia consistit in *motione physica* qua Deus voluntatem ad ipsum actum salutarem applicat; nam, ut voluntas transeat de potentia ad actum, non sufficit motio moralis, sed requiritur *physica;* imo dicitur *prcemotio,* quia ordine *logico* actionem nostram prævenit. Quæ requiritur non solum ad agendum in genere, sed ad *omnes* et *singulas* actiones 3.

' Cf. S. Thomas, ⁋ 2 q. 112, a. 3; 2« 2 q. 24, a. n; C. Gent, 1. Ill, c. 89; Thomas de Lemos, *Panoplia Gratia;* Alvarez, *De auxiliis divina gratia;* Salmant, *De Gratia,* disp. VTI, dub. 4; Billuart, *De Gratia,* diss. V, a. 2-6; Goudin, q. V, a. 3-4; P. F. Dummermuth, O. P., 5. *Thomas et doctrina promotionis physica,* Parisiis, 1886 ; *Defensio doctrina S. Thoma de promotione physica,* Lovanii, 1896 ; Del Prado, *De gratia et libero arbitrio, 1907;* P. Garrigou-Lagrange, *Dieu,* p. 473'4^9; 791-847» ed. 3', 1919; 5. *Thomas et le Nlomolinisme ;* E. Hugon, p. 340-358.

' Ita *J. Gonzalez de Albeda, Massouhi,* aliique quos allegat et approbat H. Guillermin, O. P-, in *tlev. thomiste,* 1902, p. 654-675.

3 Rem ita exponit T. de Lemos, *Panoplia,* L IV, tr. 3, c. 6, n. 78 : " Dent,

(c) Hæc autem præmotio physica *non destruit libertatem :* Deus siquidem nos movet ut *causa prima,* sed voluntas nostra, etiam quando movetur a Deo, sese movet ut causa *secunda,* etsi *dependenter a Deo.* Jam vero Deus movet omnes creaturas secundum uniuscujusque naturam, creaturas non liberas modo quidem irresistibili, creaturas autem liberas ita ut hae simul libere agant. — Quod illustrari potest exemplo magistri moventis manum discipuli, ut hic scribere possit : talis motio est vere physica, sed tamen libertatem discipuli non opprimit, quia discipulus *libere* motionem *accipit*, eique *libere cooperatur.*

(d) Attamen effectus a Deo intentus *infallibiliter* seu certo, etsi *non necessario,* gratia efficaci producitur. Deus igitur infallibiliter prævidere potest actiones nostras liberas in *decreto* quo statuit alicui personae, in tali casu determinato, gratiam efficacem concedere vel non, quin *scientia media* egeat *(De Deo,* n. 479) : posito enim quod ab æterno decrevit se daturum alicui gratiam efficacem, consensus ejus infallibiliter prævidetur.

Ita *Dominicani, Salmanticenses,* non pauci *Scotistæ.*

Alii tamen recentiores discipuli S. Thomæ, ut *Card. Pecci, Satolli, Card. Lépicier, L. Janssens, L. Billot,* admittunt quidem præmotionem physicam, sed solum ad bonum *in communi,* non autem ad *singulos* actus prædeterminantem *

249. 20 *Augustinianorum systema* 2. Augustiniani, sicut Thomistæ, admittunt gratiam *ab intrinseco* efficacem, saltem pro statu naturæ lapsæ; rejiciunt tamen præmotionem physicam et, ejus loco, admittunt præmotionem *moralem* quæ in quadam cælesti delectatione consistit, per quam

tribuens auxilium sufficiens, in eo offert efficax, et quia homo resistit sufficienti, privatur efficaci quod sibi offerebatur

1 Ad fusiorem hujus systematis expositionem cfr. Card. Pecci, S. Tommaso circa Γ influsso divino e la scienza mezza, 1885; Card. Lépicier, *De gratia,* p. 188 203; L. Janssens, *Summa theologica,* t. IX, p. 657-662.

2 *Cf.* Berti, *De theolog. discipl.,* l. XIV, c. 8; Noris, *Janseniani erraris calumnia sublata.* — Thomassinus (7r. *J de consensu schola de gratia)* Augustinensium systema alio modo advocat, gratiae efficaciam tribuens *multitudini* auxiliorum alicui collatorum : licet enim singula seorsim sumpta frustrari possint, universa tamen Simul sumpta obstinatos ad assensum suaviter et fortiter trahunt. — Cfr. E. Portalié, *D. T. C·,* voce *Augustinianisme.*

Deus nos ad bonum allicit. Gratia videlicet est *sufficiens,* quando nobis conceditur gradus delectationis cælestis, quo concupiscentiam vincere possumus; gratia est *efficax,* quando delectatio cælestis tanta est, ut *certo* et infallibiliter, *non tamen necessario,* concupiscentia vincatur : distinguuntur ergo a *Jansenianis,* qui dicunt hanc delectationem esse *necessitantem.*

250. 30 *Argumenta pro gratia ab intrinseco efficaci.*

(A) *Script,* (a) S. *Paulus* ita Corinthios alloquitur ' : " Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?" Unde sic : ex hoc textu homo nihil habet ex quo gloriari possit ; atqui si gratiæ efficacitas ex consensu oriretur, homo aliquid haberet ex quo gloriari posset, scilicet proprium consensum, quem non a gratia sed a seipso haberet.

(b) Illa gratia est ex se et ab intrinseco efficax, quæ facit ut faciamus, quæ facit ut velimus, quæ mutat voluntatem nostram et ejus dispositiones malas in bonas convertit; atqui talis est gratia efficax, juxta Scripturam : dicitur enim : " Dabo vobis cor novum, et auferam cor lapideum de came vestra, et dabo vobis cor carneum... et *faciam ut in prceceptis meis ambuletis "2;* iterum " Deus *operatur* in vobis *vtlle* et perficere "3, id est, volitiones seu consensum internum voluntatis nostræ, et deinde exsecutionem harum volitionum.

(c) Idem constat *comparationibus* a Scriptura adhibitis ; homo enim gratia motus comparatur luto in manu figuli ♦ quod figulus fingit sicut vult, et rivulo aquarum, qui dirigitur ab hortulano sicut vult 5; atqui illæ comparationes ostendunt efficacitatem gratiæ a voluntate Dei, non autem a voluntate nostra, pendere; ergo.

(B) *Trad,* (a) Auctoritate 5. *Augustini,* qui dicit : ''Certum est nos velle cum volumus, sed ille (Deus) facit ut velimus bonum... ille facit ut faciamus, præbendo vires efficacissimas voluntati''6; (b) auctoritate *Ecclesia,* quæ Deum orat " ut nostras etiam rebelles ad se compellat voluntates " *t*; jamvero Deus non potest compellere nostras voluntates, nisi gratia sit in se efficax ; ergo.

(C) *Ratione :* (a) Nisi admittatur gratia ab intrinseco efficax, dicendum est esse aliquod ens, scilicet consensum voluntatis nostræ, quod non immediate a Deo causetur; atqui illud repugnat

« *Eccli.,* XXXIII, 13. — s XXI, 1.
*'*De gral. et lib. arbit.,* XVI, 32, *P. L.,* XLIV, 900; Journel, 1941.
' *Alissale Rorn.,* Domin. IV. post Pentec.

supremæ Dei causalitati : *esse* enim est objectum proprium et specificum *Primi esse;* ergo omne esse, sive essentiæ, sive existentiæ, sive operationis, a Deo procedit; ergo et esse consensus nostri liberi.

(b) Deus, utpote primus motor, omnes causas movere debet sive in ordine naturali sive in ordine supernatural!; atqui voluntatem nostram in ordine supernatural! movere nequit nisi per gratiam ex se et ab intrinseco efficacem; gratia enim, quæ est efficax tantummodo ex consensu nostro, non movet vere voluntatem nostram, sed potius movetur et applicatur ad actum per voluntatem; ergo admitti debet gratia ab intrinseco efficax.

III. Systema sorbonico-alphonsianum.

251. Hoc systema, jam a quibusdam *Sorbonicis doctoribus* l inchoatum, expolitum fuit a S. *Alphonso-*. Dicitur *syncretismus,* quia coalescit e variis elementis quæ veriora judicantur in ceteris theoriis, et aliquando *augusiinianismus mitigatus,* quia præmotionem quamdam moralem admittit sicut Augustiniani. Ab his tamen dissentit, quia duplicem gratiam agnoscit, unam ad opera *difficiliora,* alteram ad *faciliora,* (a) Ad opera *difficiliora,* qualia sunt observantia mandatorum, perfecta cordis conversio, diuturna in bono perseverantia, requiritur gratia *ab intrinseco* et *absolute* efficax, ea nempe quæ *ex se,* omnia removens obstacula, et quoad omnes, infallibiliter voluntatem in bonum trahat : hæc autem non consistit tantum in delectatione cælesti, sed in aliis affectibus, v. g., spe, timore, pudore. Ejus autem efficacia non ex ejus entitate physica oritur, sed ex ejus perfecta adaptatione et *congruitate interna.* Quare Deus non indiget scientia media ad consensum prævidendum, sed eum videt in decreto dandi hanc gratiam tali vel tali homini, (b) Ad opera *faciliora,* præsertim orationem, non requiritur nisi gratia *communis* seu *sufficiens,* quæ, etsi *in se* et *ab intrinseco* efficax, non est talis *absolute* et *qtioad omnes,* sed ita voluntatem sollicitat ut hæc aliquando ei consentiat et aliquando resistat. Jamvero, ex ordinatione divina, quicumque gratia sufficiente bene usus fuerit, præsertim fidu-

' Ita, v. g., *Isambertus, Is. Habert, Toumely.*
l *Contra haereticos,* disp. IV, *De modo quo gratia operatu/ ;* Hermann, *De gratia,* p. 331-50I.

cialiter *orando,* gratiam efficacem infallibiliter recipiet quoties ea indigebit; si vero gratiæ sufficienti non consenserit (v. g., orationem negligendo), ordinarie gratias efficaces non recipiet. Exinde S. Alphonsus infert *orationem* esse medium *maxime efficax* ad salutem consequendam : qui orat salvatur, qui non orat damnatur.

In systemate *alphonsiano* optime quidem ostenditur vis et necessitas orationis ad salutem consequendam : quod sane Scripturæ et Traditioni consentaneum est. Sed, etiam in hoc systemate, non magis explicatur quam in sententia thomistarum aut augustinianorum *quomodo* sub gratia *stricte efficaci* servetur libertas humanæ voluntatis; nec pariter lucide exponitur quomodo Deus infallibiliter prævidere possit consensum vel dissensum voluntatis sub *gratia sufficiente* operantis.

252. Conclusio. In variis systematibus expositis rationes haud spernendæ in medium proferuntur, sed maximae etiam manent difficultates ad conciliandum supremum Dei dominium et gratiæ efficacitatem cum humana libertate. Nec mirum, cum hic agatur de mysterio abscondito cujus plenam intelligentiam nonnisi per visionem beatificam assequemur.

Quisque igitur libere sententiam amplectatur quam dogmati catholico magis consentaneam putat, quin tamen oppositam theologica censura inurat. Recte enim dixit *Paulus V,* dum finem imponeret Congregationibus de Auxiliis : "*Jesuita discrepant a Pelagianis,* qui initium salutis posuerunt fieri a nobis, illi vero tenent omnino contrarium... Sententia *Patrum Pradicatorum plurimum differt a Calvino;* dicunt enim Praedicatores, gratiam non destruere, sed perficere Hberum arbitrium, et eam vim habere, ut homo operetur juxta modum suum, id est, libere ",

Ad *praxim* quod attinet, quando bonum operamur, gloriari non possumus, sed gratias Deo reddere debemus, qui sive mediate sive immediate quidquid in nobis boni est sua gratia operatus est, ut aperte docet S. *Paulus;* aliunde, cum gratia efficax nihil agat in nobis sine nobis, totis viribus nostris ei cooperari tenemur, quasi totum a nobis penderet ; gratia enim hominibus bonæ voluntatis nunquam deest, iis

præsertim qui humili et fiduciali oratione gratiam petunt per Christum.

CAPUT III.

DE MERITO.

253. Gratia *habitualis,* virtutes infusæ, dona Spiritus sancti necnon gratiæ *actuales* nobis conferuntur non tantum ut ad altiorem statum evehamur, sed etiam ut, his auxiliis supernaturalibus adjuti, actus vere *supernaturales* et *meritorios* agamus, et ita vitam æternam *mereamur* mediaque ad eam conducentia. Primæ siquidem gratiæ sunt omnino et absolute gratuitæ, ut supra ostendimus n. 200, sed his cooperando, novas gratias .et æternam beatitudinem meremur. Dicendum igitur superest de *merito,* quod est veluti *fructus* ab utraque gratia, habituali scilicet et actuali, productus : i° de ejus *natura* et *conditionibus;* 2° *existentia;* 30 *objecto.*

Art. I. De natura et conditionibus meritiτ.

I. De natura meriti.

254. i° Notio. Meritum *in abstracto* est valor moralis operis, vi cujus operanti debetur aliquod præmium, seu, aliis verbis, est *jus* ad aliquod præmium, oriens ex opere bono libere facto in obsequium alterius. In *concreto* autem meritum est ipsum *opus meritorium* ex quo oritur jus ad mercedem.

Hic agitur de merito *coram Deo,* et quidem in ordine *supernaturali.* Jamvero opus meritorium supernaturale, in *concreto* spectatum, est *opus bonum et supernaturale propter Deumfactum, ex quv, posita divinajlvdinatwne, oriturjus ad' supernaturalem retributionem.*

J. S. Thomas, Æ, q, 114 ; Suarez, l. XII, c. 2 sq. ; Salmant., disp. I-II ; Ripafda, *De Ente~Supenialurdli,* disp. 71 sq. ; S. Bellarminus, *De Justificat.,* l. V, c. i sq. ; Billuart, diss. VIII, a. 1 ; Perrone, n. 620 sq. ; Murray, *De Gratia,* n. 1-5, 93 sq. ; Mazzella, n. 1119 sq. ; Pesch, n. 381 sq. ; Terrien, *ot>. cit.,* t. II, p. 15 sq. ; J. Rivière, *D. T'. C.,* art. *Attrite.*

Dicitur : (a) *Opus bonum et supernatural* ut sic distinguatur a merito naturali; debet esse supernatural tum ratione *principii,* quatenus fit sub *influxu gratia;* tum ratione *finis,* quatenus fit propter *finem supernaturalem,* ut infra declarabitur, n. 262. (b) *Propter Deum;* si enim aliquod opus propter Deum non fit, saltem *implicite,* nulla est ratio cur retributio ab ipso exspectetur. (c) Ex quo oritur *jus...;* in hoc consistit *essentia* meriti, et distinguitur tum ab *impetratione* tum a *propitiatione* et *satisfactione.* 1) Impetratio seu oratio non dat jus, sed favorem obtinet ex mera misericordia; 2) propitiatio ordinatur ad compensandam injuriam Deo illatam et remissionem peccati consequendam; 3) satisfactio autem ad remissionem pœnæ peccato debitæ tendit '.

(d) *Posita Dei ordinatione.* Deus enim *libere ordinavit* ut homines per gratiam præparentur ad gloriam, et per bona opera supematuralia gloriæ incrementum mererentur : non tenetur enim supernaturalem beatitudinem et visionem beatificam eis largiri; posita autem divina ordinatione, homo potest, Dei juvante gratia, opera efficere supematuralia quæ quamdam habeant proportionem ad supernaturalem retributionem nobis promissam.

255. 2° Species. Duplex distinguitur meritum : *de condigno* et *de congruo,* (a) Meritum *dejjondigno* illud est quod eam æqualitatem habet cum |5ræmio ut hoc debeatur ex *justitia.* Subdivididur : 1) aliud est de *rigore justitiæ,* quando *perfecte* salvatur æqualitas inter opus et praemium, ita ut operans a praemiante non accipiat ipsum principium merendi; sic Christus meruit; 2) aliud non est de rigore justitiæ, quia merens a præmiante accipit ipsum merendi principium : tale est meritum justi. Meritum de *condigno* est meritum *proprie* et *simpliciter,* quod proinde theologi intendunt quotiescumque aliud expresse non significant.

(b) Meritum de *congruo* illud est in quo deficit æqualitas inter opus et præmium, — cui proinde debetur præmium non ex justitia sed *ex quadam decentia,* attenta Dei liberalitate, ob quamdam, licet valde imperfectam, operis proportionem cum præmio.

1 In eadem actione, v. g., in oratione justi, inveniri potest quadruplex hujusmodi valor, impetratorius scilicet, meritorius, propitiatorius et satisfactorius : quatenus decentia a Deo postulat, eadem *impetrare* potest; quatenus opus supernaturale Deo acceptable perficit, gratiam *mereri* potest; quatenus vero opus difficile et laboriosum agit, ad reparandam injuriam Deo illatam pro peccatis suis *propitiationem* offert et pro poena *satisfacit.*

Ad explicandam differentiam inter utrumque quidam theologi hac utuntur comparatione : miles qui valde strenue se gessit in bello, duplex habet meritum : meretur de condigno stipendium militantibus promissum; meretur autem de congruo, praeter ordinarium stipendium, ut ad aliquam dignitatem promoveatur.

Meritum de *congruo* duplex est : 1) aliud *infallibile,* quando accedit *divina promissio,* ita ut non solum ex decentia, sed ex *fidelitate* detur retributio; 2) aliud *fallibile,* quando talis promissio non existit.

II. De conditionibus meriti.

256. Hic agimus de conditionibus ad meritum *de condigno* requisitis. Cum meritum supernaturale, ex infinita Dei liberalitate, jus nobis tribuat ad præmium opera naturalia omnino superans, praeter conditiones ad meritum naturale necessarias, aliae requiruntur, praesertim *positiva ordinatio* et *promissio* ex parte Dei, et ex parte nostri elevatio ad ordinem supernaturalem per *gratiam.* Quas omnes declarare oportet.

i° Ex parte operantis.

Duæ conditiones requiruntur : *status viæ* et *status gratiæ.*

257. (A) Status viæ : *Ad meritum requiritur ut homo*

Quæ conditio requiritur ex ipsa natura rei, juxta quosdam, vel ex *lege Dei positiva,* juxta alios.

Probatur (a) *Script.* 1) Ex iis locis ubi monemur tempus hujus vitæ dari ad salutariter agendum, et *ultra hoc tempus nil ad salutem conferre.* Ita *Christus* [1] : " Me oportet operari... donec dies est. Venit nox quando nemo potest operari". Jamvero nox hic significat mortem, ut aperte constat ex contextu. Quod ceteroquin Christus ostendit exemplo Lazari mendici, qui, statim post mortem in sinum Abrahæ defertur, et divitis qui statim in inferno sepelitur[2].

2) Ex iis locis ubi statuitur homines *statim post mortem judicari.* Ita S. Paulus dicit [3] : "Statutum est hominibus

[1] *Joa.,* IX, 4. — [2] *Luc.,* XVI, *22.* — [3] *Hebr.,* IX, *21.*

semel mori, *post hoc autem judicium".* Atqui judicium, sive particulare sive generale (cum posterius nihil aliud nisi prioris manifestatio sit) finem probationis importat, ac proinde illius temporis per quod mereri aut demereri sumus; quæ quidem interpretatio confirmatur alio loco[1] S. Pauli ubi dicitur : " Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque *propria corporis* " i. e., ea quæ in corpore seu durante vita mortali peracta sunt

(b) *Tradit.*^ scilicet : i) ex unanimi Patrum et theologorum omnium scholarum consensu, qui semper hoc docuerunt ut unam ex *primariis veritatibus :* ita, v. g., S. *Hieronymus*[23]: "Viventes possunt bona opera perpetrare, *mortui* vero nihil valent ad id adjicere quod semel secum tulere de via"; S. *Augustinus*[3] .· "Tempus autem quod inter *hominis mortem* et ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaquaeque digna est vel requie vel aerumna pro eo quod *sortita est in carne cum viveret".* Huc etiam pertinent saepe repetitae exhortationes ad bene agendum in præsenti vita, eo quod post mortem nulla est redemptio.

2) Ex *auctoritate Ecclesia,* praesertim ex declaratione subscripta a *Michaele Paleologo,* ubi declaratur, juxta doctrinam Ecclesiae, justos, qui sua peccata expiarunt, mox (i. e., statim) caelum ingredi, malos autem in infernum descendere[4]

(c) *Ratione convenientia.* Necesse est enim ut tempus probationis, per quod homo mereri vel demereri potest, finem accipiat; atqui omnino convenit ut illud tempus finem accipiat in puncto mortis : quamdiu enim anima est conjuncta corpori corruptibili, ex una parte non videtur capax visionis beatificae, excepto miraculo, et ex altera est in statu aptissimo ad merendum, quia corpore uti potest ad perfectionem acquirendam, et in miseriis hujus vitæ ampliores invenire opportunitates ad merendum ; ergo ordo meriti a Deo volitus rationi etiam omnino convenit.

258. (B) Status gratiæ sanctificantis *etiam requiritur :* (a) *Script.* Dicit enim Christus : " Sicut palmes non potest

[1] *II Cor.* V, 10. — [2] *In Eccfa.* IX» 4.
[3] *Enchiridion* 109, *P. L.*^ XL, 283; Joarnel, 1930. — [4] D. B., 464-

ferre fructum a semetipso nisi manserit in vite; sic nec vos, nisi in me manseritis" [1]; atqui nemo manet in Christo nisi per gratiam habitualem; ergo. Item S. Paulus[2] : "Si caritatem (ac proinde gratiam habitualem) non habuero, nihil mihi prodest

(b) *Tradit,* i) E *Trident.,* in quo duo declarantur : nihil eorum quæ justificationem præcedunt ipsam justificationis gratiam promereri; *hominis* autem *justificati* opera vitam æternam *vere mereri :* homo enim justificatus dicitur qui gratia habituali ornatur ; 2) et ex damnationepropositionis *Baii* negantis gratiam sanctificantem esse necessariam ad meritum [3].

(c) *Rat. theol.* 1) Ex *oppositione* inter *peccatum mortale* et *meritum.* Repugnat sane aliquem vitam æternam mereri de condigno apud Deum, quando aliundè est inimicus Dei, et dignus poena æterna; atqui peccator, nondum justificatus, est Deo odibilis et pœna æterna dignus; ergo non potest eodem tempore vitam æternam mereri. 2) E *proportione* requisita inter *opus* et *meritum.* Quædam proportio inter opus et præmium esse debet ; atqui præmium de quo agitur, est intra ordinem filiationis supernaturalis; ergo in tantum vitæ æternæ heredes esse possumus in quantum filii Dei adoptivi sumus, "si filii, et heredes"[4]; atqui nonnisi per gratiam habitualem filii Dei adoptivi sumus [5].

2° Ex parte operis.

259. (A) *Opus meritorium debet esse* liberum, *tum a coactione tum 'Ïï necessitate. T)e fide* est contra Jansenianos. Nam sequens propositio ut *hæretica* damnata est[6] : " Ad merendum vel demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione ".

Ex *Script.,* ille meretur " qui potuit transgredi et non est transgressus, facere mala et non fecit " [7].

Ratio idem suadet; nam nemo remuneratur aut punitur

'Joa., XV, 4. — · ***I*** *Cor.,* XIII, 3.
[3] D. B., 801, 809, 842, 1002, 1012, 1015. —[4] *Rom.,* VIII, 17.
[s] S. Thom., i» 2*, q. 114, a. 3. — [6] D. B., 1094. — *[1] Eccli,* XXI, 10.

nisi sit dominus actuum suorum ; atqui homo non est dominus suorum actuum nisi sit vere et intrinsece liber.

Quod tamen non impedit quin opera præcepta meritoria esse possint; nam Deus mercedem etiam illis operibus *deprcecepto* promisit; ita, v. g., dilectio inimicorum praecipitur, et est tamen opus valde meritorium, juxta illud : " Diligite inimicos vestros,... et erit merces vestra multa"[1]; immo, praeceptum, ceteris paribus, auget meritum, operi addendo meritum obedientiæ.

260. (B) *Insuper debet esse* honestum *seu naturaliter bonum, ex parte objecti, finis et circumstantiarum ;* nam *malum* opus, nedum possit remunerari, est poena dignum ; opus autem *indijferens,* si aliquod sit in individuo, ex se nihil meretur aut demeretur. Ergo solum opus bonum meretur.

Attamen opus *ex se* indifferens, bonum reddi potest per intentionem supernaturalem; immo opus materialiter malum potest, juxta communem sententiam, fieri bonum et meritorium, si sit honestum in mente agentis : Deus enim intuetur cor.

261.(C) Supernaturale : (a) Ratione *principii,* eo sensu quod fieri debeat *sub influxu gratiæ,* ut proportionem habeat ad finem supernaturalem; quod ab omnibus admittitur, et definitum est a *Tridentino*[2]

Sed *quænam gratia* requiritur? Quidam theologi[3] dixerunt ad meritum in justis *gratiam habitualem* et virtutes infusas sufficere, absque gratia actuali. *Probabilior* tamen sententia est requiri etiam *gratiam actualem,* ut colligitur ex textibus supra allatis, ex quibus constat hominem etiam justum nil facere posse in ordine supernatural! sine gratia, n. i66.— Ratio est quia gratia et virtutes infusæ nos *directe non movent ad actum,* ideoque gratia actuali indigemus ut ad actum supernaturalem moveamur.

262.(b) Ratione *finis* seu motivi, eo sensu quod fieri debet *aliquo modo* ex *motivofidePcum* relatione ad Deum finem supernaturalem aut ad vitam æternam, juxta illud : " Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut *Domino* et non hominibus, scientes quod a Domino accipietis retri-

[1] *Luc.,* VI, 35. — [2] Sess. VI, can. 32, D. B., 842.

[3] Ita D. Soto, *De nat. et grat.,* l. III, c. 4; Terrien, II, 59 62; L. Billot, *De virtutibus,* th. VII, p. 173; V. der Meersch, n. 338.

butionem"[1]; "Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum " [a]. — Idem docent *Patres,* quorum doctrinam ita contrahit Augustinus [3] : " Bonum opus *intentio* facit, intentionem *fides* dirigit Addit S. *Gregorius M.* [4] : " Spe ad supernam patriam tendat, et nequaquam se a vitiis pro mundi hujus honestate contineat".

263. Sed quæstio est *quo sensu* actus nostri ad Deum referri debeant. Juxta omnes, necesse non est ut in *singulis* operibus renovetur intentio finis supernaturalis. Pariter, juxta omnes,requiritur *saltem* ut *virtualiter implicite* referantur in Deum; quod duo importat : *illam ordinationem* hominis in Deum finem supernaturalem, quæ invenitur in omni homine *justificato;* et *operationem* actus *moraliter boni* cum intentione finis operis : hæc enim intentio in justo tendit in Deum.

Juxta *Thomistas,* requiritur insuper ut opus illud aliquo modo *sub~itfiuxu caritatis* fiat; sufficit tamen *virtualis* influxus, is nempe qui permanet vi actus caritatis prius eliciti et non retractati. Sic enim arguunt : i) ex *Scriptura* : "Si... caritatem non habuero, nihil mihi prodest "[5]; fides quidem prodest, sed quæ *per caritatem operatur*^. Actus aliarum virtutum valent utique, sed quando fiunt *propter nomen Domini,* in *Dei gloriam,* i. e., a caritate informantur [7]. 2) *Ratione :* ut actus alicujus virtutis sit vitæ æternæ meritorius, debet a gratia habituali procedere; sed a gratia habituali nullus actus procedit nisi *mediante caritate,* sola plene in Deum tendît finem ultimum supernaturalem ; ergo nullus actus vitæ æternæ meritorius esse potest quin caritate virtualiter saltem referatur in Deum finem ultimum supernaturalem. Relatio autem virtualis sufficit, quia justus tunc agit voluntate gratia et caritate informata.

Haud pauci tamen theologi, post *Suarez* et *Vasquez* [8], putant non necessarium esse ut actus meritorii virtualiter eliciantur aut

---

[1] *Colas';.,* **III,** 23. — [2] *Coloss.,* **III,** 17.
[3] *Enarr. 2 in Ps. XXXI,* n. 4. — [4] *Honiil. 13 in Evangel.,* η. I.
[5] 7 *Cor.,* **XIII,** 3. — [6] *Gal.,* V, 6. — [7] *Maith.,* XIX, 29; 7 *Cor.,* X, 31.
[8] Suarez, 1. **XII,** c. 9-10; Vasquez, *In ia 2*,* disp. 127.

imperantur a caritate, sed tantum *habitualiter;* nam, teste Scriptura, vita ætema non solum caritatis actibus, sed etiam aliis supernaturalibus promittitur operibus, videlicet obedientiæ, paupertati, mansuetudini, ceterisque bonis operibus in genere /Xliunde quodlibet opus supernaturale, in *statu gratia* peractum, sufficientem proportionem habet cum vita ætema.

Controversia est magis speculativa quam practica; nam Thomistæ tenent omnes actus ab eo elicitos qui habet caritatem, seu est in statu gratiæ, *mrtualiter* fieri sub influxu caritatis, ac esse meritorios, nisi id impediatur per aliquam inordinationem actus : " Habentibus caritatem omnis actus est meritorius vel dementorius " 2 : si enim hic actus renovatur quoties id præcipitur, eo ipso omnes actus nostri virtualiter saltem referentur in Deum finem ultimum per motivum caritatis.

Aliunde melius est, juxta omnes, *sczpe* actiones nostras et quidem ex motivo caritatis Deo offerre : sic enim valde augetur meritum.

3° Ex parte Dei.

2Ô4. *Vasques* putabat justos de condigno mereri posse de condigno *seclusa omni ordinatione* seu promissione divina; e contra *Scotus* docebat totam rationem meriti repetendam esse ex *sola promissione divina,* ita ut opera etiam naturalia vitam æternam, accedente hac promissione, mereri possent

Inter hæc duo extrema, theologi *communiter* ac *certo* docent *requiri ad meritum de condigno positivam Dei ordinationem seu promissionem.*

Probatur : 1) *Script. : S. Jacobus* ait 3 : "Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet

l *Mare.,* III, 35; *Matth.,* V. 3-6; *Hom.,* Ii, 6; / *Tim.,* VI, 17.

*_S. Thom., *De Malo,* q. II, a. 5;cfr. *De Carit.,* q. un., a. 11, ad 2 ; p *2X,* q. 114, a. 4. — Mens S. Doctoris clare exprimitur (In *II Sent.,* dist. 40, q. 1, "a. 5, ad t>) : " Non sufficit omnino liabitualis ordinatio actus in Deum... sed sufficit quod *aliquando actualiter* omnes illi fines in finem ultimum referantur, sicut fit quando aliquis *cogitat* se totum ad Dei dilectionem dirigere : tunc enim quidquid ad seipsum ordinat in Deum ordinatum erit. Et si quæratur *quando* oporteat ac*um referre in finem ultimum, hoc nihil aliud est quam quaerere quando oporteat habitum caritatis exire in actum, quia quandocumque habitus in actum exit, fit ordinatio totius hominis in finem ultimum et per consequens omnium eorum quæ in ipsum ordinantur ut bona sibi ".

I> 12.

coronam vitæ quam *repromisit* Deus diligentibus se ". Idem constat ex omnibus testimoniis mox citandis, n. 270, in quibus asseritur coronam gloriæ esse coronam *justitiæ;* non enim *jus* strictum habere possumus erga Deum, nisi accedente ejus promissione aut ordinatione.

2) *Trad. :* E *Tridentino* declarante l : " Proponenda est vita æterna (bene operantibus)... tanquam *merces* ex ipsius *Dei promissione* bonis ipsorum operibus et meritis *fideliter reddenda ".*

3) *Ratione theol.* Meritum confert bene et supernaturaliter operanti *jus* ad bonum præmiantis, ideoque in præmiante obligationem ad illud reddendum. Atqui opus hominis, etiam bonum, et supernaturale, non potest, seclusa Dei ordinatione, parere in homine jus ad bonum divinum neque in Deo obligationem ad illud conferendum : Deus enim non indiget nostris operibus, et aliunde totum id quod habemus a Deo procedit eique debetur tanquam primo principio, supremo Domino atque ultimo fini. Ergo Deus non est proprie debitor hominis, sed, posita divina ordinatione, *sibi ipsi* debet hanc ordinationem implere2.

265. **Quænam autem ordinatio requiritur?** Controvertitur. Quidam *formalem promissionem* exigere videntur 3. Communius tamen tenetur sufficere eam ordinationem divinam qua *gratia habitualis ordinatur ut medium ad vitam æternam consequendam.* Quod ita declarat 5. *Thomas* ♦ ; " Si autem loquamur de opere meritorio, secundum quod procedit *ex gratia Spiritus Sancti,* sic est meritorium vitæ ætemæ ex condigno. Sic enim valor meriti attenditur secundum virtutem Spiritus Sancti moventis nos in vitam æternam, secundum illud : *Fiet in eo fons aquee salientis in vitam æternam* s. Attenditur etiam pretium operis secundum *dignitatem gratiæ,* per quam homo consors factus divinæ gratiæ adoptatur in Filium Dei, cui debetur hæreditas ex ipso jure adoptionis ". Et addit (ad 3) : " Gratia Spiritus Sancti, quam in præsenti habemus, etsi non sit æqualis gloriæ *in actu,* est tamen æqualis *in virtute,* sicut semen arboris, in quo est virtus ad totam arborem". Vi igitur ordinationis gratiæ ad gloriam, adest quæ·

' Sess. VI, cap. 16, D. B., 809.

J g. Thom., I» 2æ, q. 114, a, r.

3 Juarez, *De gratia, Wl,.* XII, c. 30; opusc. *De divina justitia.*

« *Sum. theol.,* IJ 2æ, q. T14

s*Joan.,* IV, 14. —

dam *condignitas proportionis* operum sub influxu gratiæ peractorum ad gloriam.

Immo, cum gratia eo fine conferatur a Deo ut capaces simus ad finem s» pernaturalem tendendi, dici potest Deum quodammodo *sibi debere* (attenta ejus sapientia et æquitate, et ne sibi contradicat), ut nobis concedat supernaturale premium pro actibus supernaturaliter factis.

Quod quidem illustrari potest comparatione : si quis operarius sponte sua in agro extraneie personæ laboraverit, quin ab ea conductus fuerit, strictum jus ad mercedem non habebit; si autem hoc ex pacto fecerit, ad præmium jus strictum habebit. Ita et nos, dum in vinea Domini laboramus, jus habere nequimus ad præmium, nisi Deus prius nos miserit in vineam suam, mercedemque tali labori adnexam esse declaraverit *. Posita autem hac ordinatione, jus habetur ad præmium, cum adsit proportio inter opera sub influxu gratiæ peracta ct finem supernaturalem.

266. Corollarium. Ex dictis intelligere est quænam *circumstantia meritum augeant"] :* i° ex parte *operis :* (a) major *excellentia* ipsius actus, quæ desumitur tum ex *objecto :* v. g., actus caritatis objective melior est actu humilitatis; tum ex *quantitate* operis, v. g., in casu eleemosynæ; tum ex ejus *difficultate :* sic magis meritorium est gravi quam levi tentationi resistere; (b) *longa duratio,* nam, ceteris paribus, magis meretur quis precando per horam quam per quadrantem. — Quæ tamen consideratio operis *objective sumpti* non influit in meritum *formale,* nisi quatenus intentio operantis hoc opus amplectatur. Unde præcipua consideratio ex parte *operantis* desumitur.

20 Ex parte *operantis :* (a) perfectior *habitualis* dispositio, nempe : 1) *major gradus gratia* sanctificantis, saltem probabilius; nam amicorum opera eo magis placent quo gratiores sunt amici; 2) *major conjunctio cum Christo·,* nam qui se intimius cum eo unitum servat, ab illo majorem virtutem merendi derivat, cum ipse sit *omnium meritorum* fons et origo : " Qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum "3; (b) perfectior *actualis* dispositio, nempe : 1) *intensitas* seu fervor; 2) *jinis* operantis nobilior : sic magis meretur qui ex motivo caritatis quam qui ex motivo spei aut timoris agit.

» Hinc merito S. Augustinus *(Serm. CL VIII,* n. 2, *P. L* 863) : " Debitor enim factus est, non aliquid a nobis accipiendo, sed quod ei placuit promittendo ".

» Quod fusius exponimus in nostro *Précis de Théologie ascétique,* η. 236-24.8.

3 *Joan.,* XV, 5.

267. Conditiones ad meritum de congruo. Ad merendum *de congruo,* eædem conditiones requiruntur, si excipias statum gratiæ habitualis et promissionem divinam : hæc tamen promissio requiritur pro merito de *congruo infallibili.*

Art. IL De existentia meriti[1].

208. Errores. Existentiam meriti *proprie dicti* negant Protestantes. *Lutherus* docere non erubuit opera justi non solum non esse meritoria, sed etiam totidem esse peccata, saltem venialia : "'Opus bonum optime factum est veniale peccatum... non natura sua, sed misericordia Dei... Omne opus justi damnabile est et peccatum mortale, si judicio Dei judicaretur" [2]. Attamen, jam a tempore Melanchtonis, multi Protestantes concesserunt bona opera aliquod præmium naturale mereri, non autem vitam ætemam. Nam, aiebant, opus meritorium esse nequit nisi sit *indebitum, proprium,* omnino *perfectum,* præmio *cequale,* ita ut merces ex *justitia,* non ex mera promissione debeatur. Hodie vero plerique Protestantes admittunt necessitatem bonorum operum ad salutem, immo docent bona opera justi a Deo remunerari, sed nihilominus declarant opera illa non esse meritoria, quia salus nostra est omnino gratuita, et Christi meritis tribuenda [3].

269. *Thesis :* Justi bona opera, debitis vestita conditionibus, vere merentur augmentum gratiæ et vitam æternam. *De fide est ex Trident.* [4] : "Si quis dixerit hominis justificati bona opera ita esse *dona Dei,* ut non sint etiam *bona ipsius justificati merita,* aut ipsum justificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam et J. Christi meritum, cujus vivum membrum est, fiunt, non *vere mereri* augmentum gratiæ, vitam æternam, et ipsius vitæ æternæ, si tamen in gratia Dei decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum, A. S."

Ex qua definitione evincitur bona opera justificati hominis, etsi sunt dona Dei, utpote per Dei gratiam et Jesu Christi meritum effecta, esse merita *vera* seu *de condi-*

1 Cfr. S. Th., ia2æ, q. 114, a. 3-10 ; Ripalda, disp. 85 sq. ; S. Bellarminus, *op. cit.,* l. V, c. 2 sq. ; Murray, L c., n. 11 sq. ; Mazzella, n. 1131 sq. ; Van Noort, n. 189-197; L. Labauche, p. 329-334.

2 Lutherus, *Ass. omn. artic.~'Opè)f,*\. il, ГВГ 235.

3 Hodge*, *op. cit.,* p. 244.

4 Sess. VI, can. 32, D.-B., 842; cf. 809, 836.

gno «, nedum sint peccata *de se* mortalia, Dei misericordia venialia, ut voluit Lutherus.

270. 1° *Prob.Script.* (A) S. Paulus, loquens de mercede, sibi aliisque sanctis reservata in cælo, hæc habeta : "*Bonum certamen* certavi, cursum consummavi, fidem servavi : in reliquo reposita est mihi *corona justitia,* quam reddet mihi Dominus in illa die*justusjudex,* non solum autem mihi, sed et iis qui diligunt adventum ejus"; atqui vita æterna hic exhibetur uti corona*justitia,* seu debita eodem titulo ac corona vincenti in ludis debebatur, et tribuitur &*justojudice,* non igitur ex mera misericordia, sed tanquam *prcemium* quo judicamur digni propter opera supernaturalia : " bonum certamen certavi " etc.

(B) Insuper, in multis locis, vita aeterna exhibetur ut *merces, remuneratio, retributio,* quia propter bona opera datur : " Gaudete et exsultate, quoniam *merces* vestra copiosa est in cælis " 3; " Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet *remunerationem"4;* "Scientes quod a Domino accipietis *retributionem* hereditatis "5; atqui merces, remuneratio et retributio supponunt verum meritum : non potest enim dari merces sine opere mercede digno, seu meritorio, eo magis quia græca vox μισθὸ significat quidquid pro opera paciscitur6; ergo.

(C) Confirmatur comparatione quæ fit inter *poenam damnatis* irrogatam et *mercedem justis* concessam. Sicut enim reprobis dicetur : " Discedite a me, maledicti... esurivi enim, et non dedistis mihi manducare", ita pariter bonis : " Venite benedicti... esurivi enim, et dedistis mihi manducare "7. Unde sic : eodem modo se habent opera bona ad vitam æternam ac opera mala relate ad damnationem ; atqui hæc vere merentur æternam damnationem, secus Deus justus non esset; ergo illa vitam æternam vere merentur.

1 Concilium noluit adhibere vocem *de. condigno.* ne anathemate attingeret opiniones aliquot veterum theologorum ; sed mens Concilii ex contextu clare colligitur, et ex historia.

3 *Matt.*. V, 12; cfr. *Afoe.*. XXII, 12. — 4 *Htbr.*. X, 35. — s *Coloss.*. III, 24.
0 Vide, inter alios, Schleusner, *Lexicon.* in h. verb.
7 *Matt.*. XXV, 34 sq. ; cf. *Rom.*. II, 6 sq.

(D) Immo ex parabolis mnarum 1 et talentorum 2, merces labori seu merito proportionatur.

Quod minime negatur in parabola operariorum 3, quibus singulis unum denarium æque retribuitur : ibi enim significatur mercedem esse simul fructum laboris et donum gratiæ, et ab hoc dono neminem excludi, neque peccatores neque gentiles qui undecima hora tantum vocantur.

271. 2° *Tradit.* Patres sæpius Christianos ad opera bona hortantur quibus æterna præmia acquiruntur : S. *Augustinus* docet merita nostra, etsi *dona Dei,* quia ex *gratia,* esse tamen *nostra,* quia ex libero arbitrio etiam procedunto Quod ex *Arausicano II* infertur; negando enim *mercedem deberi* operibus ante justificationem factis, supponit eam deberi operibus justi : " Nullis meritis gratiam praevenientibus debetur merces bonis operibus, si fiant; sed gratia quæ non debetur, præcedit ut fiant " 5.

272. 3° *Ratione.* In ordine naturali, attentis Dei sapientia, bonitate et justitia, aliquod præmium homini debetur pro bonis operibus. Atqui ordo supematuralis, nedum ordinem naturalem destruat, eum potius perficit. Ergo in ordine supernaturali omnino decet opera nostra supernaturalia aliquam mercedem ejusdem ordinis mereri.

Nec dicatur, cum Protestantibus, nullam proportionem esse inter opera nostra et vitam æternam ; hoc enim verum est quidem si opera nostra *in seipsis* spectantur; sed si considerantur prout procedunt ex *gratia* Spiritus Sancti, nos elevantis et moventis in vitam ætemam, ex hoc capite ad æternum præmium proportionem habent, juxta illud : " Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam"6; nam per gratiam divinæ efficimur consortes naturæ, in filios adoptamur, nobisque debetur hereditas æterna ex ipso jure adoptionis : "Si filii, et heredes"7.

273. *Solvuntur difficultates.* Prænotamus has Protestantium difficultates falso inniti supposito : (a) quod meritum dat *jus strictum, absque divina promissione;* (b) quod innititur divina justitia, *exclusa liberalitate* et misericordia. Ad solvendas igitur

1 *Luc.,* XIX, 12. — 2 *Matth.,* XXV, 14-23. — 3 *Matth.,* XX, 1-16.
4 *De gratia et libero arbitrio,* 15, *P. L.,* XLIV, 890-891 ; *Epist.,* CXCIV, *P. L.,* XXXIII, 876.
3 Can. 18, D. B., 191. —6 *Joan.,* IV, 14.

has difficultates, præ mente haberi debet quod diximus de *notione* et *conditionibus* meriti.

(A) Vita æterna sæpe sæpius in Scriptura vocatur *hereditas;* atqui hereditas non datur ex merito, sed ex solo jure filiationis. Ergo.

Jies/. Vira æterna vocatur quidem hereditas, sed vocatur etiam *merces,* ut supra ostendimus; dicitur *hereditas,* quia non datur nisi filiis Dei saltem adoptivis; sed vocatur etiam *merces,* quia Deus nos adoptando in filios, expresse exigit ut hereditatem illam bonis operibus mereamur : "Heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, n tamen compatimur ut et conglorificemur"1.

(B) Vita æterna datur *ex misericordia ;* " Qui coronat te in misericordia"* Ergo non ex merito.

Res/. Nego conseq.; nam vita æterna datur simul ex misericordia, et ex justitia : ex *misericordia,* quatenus Deus ex mera bonitate concedit nobis gratiam qua mereri possumus, et insuper ex bonitate promittit remunerationem ætemam pro opere momentaneo; sed etiam ex*justitia,* quatenus Deus, posita promissione sua, sibi ipsi debet fidelitatis opera ncstra supernaturalia remunerare.

(C) Qui *servus inutilis* est, non potest mereri. Atqui justus, etiam quando præcepta adimplet, servus est inutilis, juxta illud : " Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite : servi inutiles sumus " 3.

Resp. Justus est servus inutilis, eo sensu quod Deus bonis operibus nostris non indigeat, cum ex se nihil utilitatis Deo afferre possint, sed non est inutilis sub omni respectu : nam, adimplendo præcepta, *Ωά gloriam externam,* juvante gratia, promovet, et sic consequi meretur mercedem libere promissam fidelibus servis, juxta illud Christi ipsius : " Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam " «.

(D) Si justus posset vitam æternam mereri, illud *detraheret de meritis Christi,* quæ tunc insufficientia esse viderentur. Atqui talis affirmatio impia est. Ergo.

Resp. Merita justorum nullo modo detrimentum afferunt meritis Christi, sed potius in ejus laudem redundant; nam mereri nequimus nisi per Christum et in Christo : ipse est vitis, nos palmites, et sicut nihil detrahitur de gloria vitis, si palmites ejus multum fructum afferant, ita nihil detrahitur de gloria Christi, si ejus discipuli, per gratiam ejus, et sub influxu caritatis ab ipso inspiratæ, bona opera faciant; imrao illa opera meritoria in honorem Christi redundant, cum sint effectus gratiæ ejus, et ostendant efficacitatem et abundantiam ejus redemptionis.

• Aw,.. VIH. 17. — CII, 4· — ’£*<·., XVII, 10. — 4 Λ/a/rA., XXV, 23

Art. III. De objecto meriti.

Cum duplex sit meriti species, de utroque seorsim dicemus : i° de objecto meriti *de condigno;* 2° de objecto meriti *de congruo.*

§ I. Objectum meriti de condigno.

274. Praenotamus justum *non posse mereri de condigno pro aliis.* Nam meritum *ex se* est quid *personale,* cum sit retributio data personae merenti intuitu ejus laboris, et supponat statum gratiæ qui est omnino personalis. Homo igitur non potest pro aliis mereri de condigno nisi ordinatio positiva Dei intercesserit; atqui talis ordinatio non existit pro justis in genere, sed solum pro Christo qui, utpote caput corporis cujus membra sumus, pro nobis de condigno mereri potuit *{De Verbo Incarnato,* n. 1182).

Declarabimus proinde i° quid *pro nobis de condigno* mereri *valeamus;* 2° quid mereri *non possimus.*

1. Quid de condigno pro nobis mereri valeamus.

275. i° Quoad gratiam habitualem. *De fide* est justum mereri posse augmentum gratiæ habitualis, e *Tridentino* jam citato, n. 269, et ex can. 24 : " Si quis dixerit justitiam acceptam non conservari atque etiam *augeri* coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo et signa esse justificationis adeptæ, non autem ipsius augendæ *causam, K.* S. " [1].

Probatur : 1. *Scriptura* quæ fideles hortatur ut crescant " in *gratia* et in cognitione Domini nostri", ut *crescant in Christo,* quod idem est ac crescere in gratia, ut "qui justus est justificetur adhuc, et sanctus sanctificetur adhuc"2; hæc enim omnia esse nequeunt nisi justus *mereri* valeat augmentum gratiæ : cum enim non possit esse causa efficiens principalis, remanet ut sit causa meritoria hujus augmenti.

2. *Rat. theol.* quam ita exponit S. Thomas 3 : " Illud cadit sub merito condigni ad quod motio gratiæ se extendit.

1 Sess. VI, can. 24, D. B., 834.
2 *II Ptlr.y* III, iS; *Ephes,** IV, 15 *Apoc.,* XXII, n.
3 *Sum. theol.** ia 2æ, q. 114, a. S.

Motio autem alicujus moventis non solum se extendit ad ultimum terminum motus (gloriam), sed etiam ad totum progressum in motu. Terminus autem motus gratiæ est vita æterna. Progressus autem in hoc motu est secundum augmentum caritatis vel gratiæ... Sic igitur augmentum gratiæ cadit sub merito condigni

276. *Controvertitur* autem *quandonam* detur hoc gratiæ augmentum.

Juxta *Suarez* [1] aliosque, datur *statim* post omnem actum meritorium, etiam *remissum* seu sine fervore peractum.

Seotus[3] putat augmentum non dari nisi *primo instanti ingressus in gloriam,*

S. Thomas [2] quem *communiter* sequuntur theologi, docet hoc augmentum non dari nisi quando fiunt actus *ferventiores* quam habitus gratiæ jam in anima existens. Nam gratia non augetur nisi quando quis sufficienter est dispositus ad tale augmerttum. Atqui non est dispositus per actum remissum, sed tantum per actum ferventiorem quam habitus gratiæ et caritatis prævie in eo existens; ita enim fit quoad habitus acquisitos, ideoque etiam quoad habitus infusos.

277.[20] Quoad gratias actuales, *communiter asseritur hominem justum posse mereri de condigno gratias actuales sufficientes;* etenim, ex dictis in thesi, [11.] 269, justus de condigno potest mereri vitam aeternam; ergo eodem modo mereri potest media necessaria ad illam, ac proinde gratias actuales sufficientes, quæ sunt *medium absolute necessarium* ad salutem.

Ex quibus sequitur gratias actuales ita concatenari, ut, si cum prima cooperamur, secundam saltem de congruo mereamur, et sic de ceteris; quod certe nos impellere debet ut gratia bene utamur.

278.[30] Quoad gloriam.[11] (A) *De fide est hominem justum vere mereri posse gloriam,* saltem *augmentum* gloriæ. Id enim probant textus Scripturae citati ubi de existentia meriti, et aperte declaratur a *Trident.* [4] : " Si quis dixerit ipsum justificatum non vere mereri... vitam æternam, et

[1] *De gratia,* l. IX, c. 3 ; I. XII, c. 25.
[2] In 4, dist 21, q. 1.
[3] *Sum. theol.,* ia 2æ, q. 114, a. 8, ad 3; 2a 2«, q. 24, a. 6.
[4] Sess. VI, can. 32; D. B., 842. 834.

ipsius vitæ æternæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum... A. S." Id est, vere *meremur* vitam æternam *eo tempore quo versamur in gratia,* et dummodo in hoc statu perseveremus usque ad mortem; hoc autem magnum perseverantiæ donum de condigno mereri nequimus, ex dictis n. 169.

279. (B) *Controvertitur* autem inter theologos num *prima fioria* seu primus gradus gloriæ, possit cadere sub merito de condigno. (a) Quidam negant, ut *Lugo* 1 et *Ripalda* quia primus gloriæ gradus primæ gratiæ habituali respondet, quæ, ex dictis, non potest mereri de condigno, sed solum de congruo, (b) Communiter post S. Thomam affirmatur cum Suarez, Vasquez et thomistis. Etenim actus, quo primam gratiam habitualem accipimus, est meritorius de condigno. Jamvero ille actus non potest quidem mereri primam gratiam habitualem, quæ, jam habita, est principium prærequisitum ad meritum; sed nihil prohibet quin mereri possit primum gloriæ gradum : " talis operatio est quidem mentoria, sed non gratiæ quæ jam habetur, sed gloriæ quæ nondum habetur " 3. Præterea S. Scriptura, Patres et concilia simpliciter declarant gloriam adultis propter merita tribui : quod etiam de prima gloria intelligendum videtur.

II. Quid de condigno mereri non possimus.

280. i° Quoad gratiam habitualem. (A) *Peccator non potest, etiam sub influxu gratiæ actualis, mereri primam gratiam habitualem seu justificationem.* Nam dicit Apostolus de justificatione : "Justificati *gratis* per *gratiam* ipsius " 5. Quæ verba explicans *Tridentinum*^ ait : " Gratis justificari dicimur, quia nihil eorum quæ *justificationemprcecedunt,* sive fides, sive opera, ipsam *justificationis gratiam promeretur* ",

Insuper ad meritum de condigno requiritur gratia habitualis; atqui talis gratia non existit ante justificationem. Ergo.

(B) *justus non potest de condigno sibi mei eri reparationem post lapsum.* Certum est. Dicitur enim : " Si autem aver-

1 *De incarnai.*^ disp. VI, sect. 3. — 3 *De ente sufiern.,* disp. 89.
3 S. Thom., ia 2æ, q. 112, a. 2, ad 1.
4 /ûwz., Ill, 24. — 5 Sess. VI, cap. 8, D. B., Soi.

terit se justus a justitia sua et fecerit iniquitatem... omnes justitiæ ejus quas fecerat, non recordabuntur" [1]. Immo, juxta *Thomistas,* hoc mereri nequit de congruo, licet *Scotistæ* non pauci aliique, ut *Suares,* contradicant. Sic arguit S. *Thomas*[2]: 1) Homo non potest sibi mereri hanc gratiam *de condigno;* nam ratio meriti dependet ex motione divinæ gratiæ; atqui hæc motio interrumpitur per peccatum mortale; ergo. 2) Meritum etiam *de congruo* impeditur ne consequatur effectum, propter impedimentum peccati quod est in eo *qui* meretur et in eo *cui* meretur, cum utrumque in unam et eamdem personam concurrat in casu de quo agitur.

(C) *Justus non potest sibi mereri de condigno perseverantiam finalem.* Etenim nulla promissio hac de re invenitur in Scriptura aut Traditione; sed e contra dicitur [3]: "Qui se existimat stare, videat ne cadat", Constat pariter ex eo quod perseverantia finalis est *speciale donum,* ex dictis n. 169. Ratio est quia si homo posset sibi mereri hanc perseverantiam, jam non esset proprie in statu probationis, cum jam de sua salute omnino securus esset [4].

281. [20] Jam supra probatum est, n. 201, hominem non posse mereri *primam gratiam actualem,* quæ est essentialiter gratuita.

Insuper *certum est hominem etiam justificatum non posse mereri pro se de condigno gratiam efficacem præcise qua talem,* etsi mereri possit gratiam quæ de *facto* erit efficax: talis enim gratia nullibi promittitur-in Scriptura tanquam infallibiliter danda; quare *Tridentinum,* recensens ea quæ mereri possumus n. 275, nec gratias efficaçes, nec perseverantiam finalem commemorat. — Id etiam sequitur ex eo quod probatio nostra usque ad finem vitæ perdurat: quod sane non esset si pro futuro gratia efficax *de condigno* mereretur.

282. [30] *Certum est pariter justum non posse sibi de condigno mereri gratias gratis datas,* de quibus supra, n. 120.

[1] *Ezech.,* XVIII, 24.

[2] *Sum. theol.,* 1« 2æ, q. 114, a. 7.

[3] *I Cor.,* X, 12; *Rom.,* XI, 20.

[4] Aliam rationem affert S. *Thomas* (I 2æ, q. 114, a. 9), quia nempe perseverantia dependet solum ex motione divina, quæ est principium omnis meriti. Atqui Deus gratis perseverantia bonum largitur cuicumque illud largitur.

Nam 5. *Paulus,* post enumerata ejusmodi charismata, addit [1]: "Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis *prout vult*". Si enim Deus *prout vult* ea largitur, ea mereri non valemus.

§ II. Objectum meriti de congruo.

Dicemus : i° de merito *peccatoris;* 20 de merito *justi.*

I. Quid sibi mereri possit peccator.

283. i° *Peccator, sub influxu gratiæ actualis agens, potest de congruo sibi mereri gratias actuales adjustificationem proxime disponentes.* Certum est e *consensu omnium theologorum.* Omnes enim conditiones ad meritum de congruo recensitae, n. 257 sq., inveniri possunt in hoc casu. — Et sane omnino *decet* ut qui bene utitur gratia sibi data uberiores gratias a Deo accipiat; nam actus fidei, spei, timoris aliique ad justificationem divinitus ordinantur, n. 50; ergo *congruum* est ut, propter eos, Deus largiatur gratias amoris et contritionis proxime ad justificationem disponentes.

2° *Peccator contritus de congruo meretur justificationem.* Certum ex unanimi theologorum consensu. Nam actus contritionis perfectæ est *ultima* dispositio ad justificationem, cum importet simul perfectam peccati detestationem perfectamque ad Deum conversionem. Atqui omnino *congruum* est ut Deus, infinite misericors, suam restituat amicitiam ei qui jam toto corde Ipsum diligit. Ergo.

II. Quid justus mereri possit de congruo.

Justus potest aliquid mereri de congruo *pro se* et pro *aliis.*

i° Pro se. (A) Juxta Suarez[2] aliosque, qui in hoc a S. Thoma differunt, n. 280, probabiliter justus potest sibi mereri reparationem post lapsum, non quidem universaliter, sed quando praecedentia merita *insignia* fuerunt : tunc enim decet divinam justitiam late sumptam ut, non obstante superveniente peccato gravi, recordetur praecedentium meritorum et, illorum intuitu, peccatorem excitet ut a peccato resurgat. — Quidquid sit, pium et opportunum est ut justus

[1] *I Cor.,* XII, n. [2] *De eralia,* l. XII, c. 38, n. 6-7.

ovet ut in peccatum grave non cadat, et, si cadat, mox convertatur et resurgat.

(B) *Justus potest probabiliter de congruo fallibili sibi mereri perseverantiam finalem* juxta illud S. *Augustini*[1] : " Supplicibus precibus emereri potest". Recte tamen animadvertit *Suaves* finalem perseverantiam non unica oratione, sed sæpe repetitis precibus obtineri.

(C) *Justus potest sibi mereri de congruo bona temporalia,* dummodo non sint saluti contraria. Constat ex his Christi verbis[2] Quaerite primum regnum Dei... et hæc omnia adjicientur vobis". Et sane congruit ut Deus, intuitu bonorum operum justi, quem ut filium et amicum diligit, ei concedat bona etiam temporalia.

284. 2° Pro aliis. *Justus potest mereri de congruo pro aliis omnes gratias, etiam primam gratiam actualem.* Certum est. *S. Jacobus* dicit[3] : " Orate pro invicem ut salvemini ". Quæ verba communiter intelliguntur non solum de vi impetratoria orationis, sed etiam de ejus vi meritoria. Revera pie creditur S. Stephanum Pauli conversionem, S. Monicam Augustini conversionem, de congruo meruisse. Et merito; nam, ut ait S. *Thomas*[4] "quia homo in gratia constitutus implet Dei voluntatem, *congruum est,* secundum amicitiæ proportionem, ut Deus impleat hominis voluntatem in salvatione alterius, licet quandoque possit habere impedimentum ex parte illius cujus aliquis sanctus justificationem desiderat".

Etsi justus non possit *sibi* mereri primam gratiam, hanc mereri potest alteri, quia, ut ait S. *Thomas* [5] "non est ibi impedimentum, saltem ex parte merentis, quod invenitur dum aliquis post meritum gratiæ a justitia recedit".

Conclusio totius Tractatus[6].

285. 1° Vita gratiæ est igitur *vera vita, vitee naturali inserta eamque maxime perficiens.*

[1] *De donopersever.,* cap. 5, n. 10, *P. L.,* XLV, 999.
[2] *Maith.,* VI, 33.
[3] *Jaeob.,* V, 16. — [4] *Sum. theol.,* I* 2æ, q. 114, a. 6. — [5] *Ibid.,* a. 7, ad 2.
[6] *De huit. Ckristi,* l. III, c. 55; Card. Lépicier, p. 451; L. Janssens, p. 663.

(a) In sua *origine,* ab ipso Deo uno et trino procedit per Christum : Unigenitus, qui est in sinu Patris, ideo factus est homo ut nos divinitatis suæ tribueret esse participes : " Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant " ». Revera " vidimus gloriam ejus... plenum gratiæ et veritatis... Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus et gratiam pro gratia''2. Hujus vitæ *causa efficiens* est Deus ipse, causa autem *meritoria* Christus.

(b) In sua *natura* est *participatio formalis* naturæ et vitæ divinæ, vi cujus jam Deo similes seu deiformes efficimur, et velutf *V\7ÏÏ9t!f!Mf9^sessio,* per fidem et caritatem, trium divinarum personarum quæ in anima justi inhabitant sicut in templo eamque adornant gratia habituali, virtutibus ac donis.

(e) In suo *exercitio* est *progressiva,* quatenus sub *motione divina,* quæ actiones nostras praevenit, comitatur ac subsequitur, cum ipso Deo cooperamur et augmentum hujus vitæ *meremur* per actus supernaturales : " non ego autem, sed gratia Dei mecum 3... Dei enim sumus adjutores ''4.

(d) In *suo fine,* est veluti *semen glorice,* quatenus cuique gratiæ habitualis gradui respondet gradus gloriæ; et "*fons aquce salientis in vitam cetemum* " 5 : cum enim ab ipso Deo procedat, vim habet nos trahendi ad Patrem nostrum cælestem.

286. 2° Hanc igitur vitam totis viribus, Deo auxiliante, *excolere debemus* quotidie, imo quolibet instanti, cum singuli actus boni, in statu gratiæ peracti, sint meritorii. Et quia meritum augetur intima unione cum Christo, pura intentione caritate informata, et ferventi conatu, per Christum et cum Christo et in Christo strenue ac constanter omnia et singula opera agamus ad majorem Dei gloriam.

Si quis autem tentatione victus infeliciter peccaverit, de sua salute non desperet, sed Joannem audiat dicentem 6 : " Et si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi". Ita cito resurget, et intercedente B. Maria Virgine, gratiæ mediatrice, usque in finem perseverabit.

Ad hanc perseverantiam finalem maxime conferent ferventes orationes ac frequens *sacramentorum* receptio.

* *1 Cor.,* III, 9. — s/iw;., IV, 14. — 6 */Joan.,* II, j.

DE SACRAMENTIS

IN COMMUNI SEU IN GENERE

Historicus profectus doctrinae theologicae de Sacramentis breviter delineatur.

Quatuor stadia in profectu doctrinæ de Sacramentis distingui possunt : —

i° Ante S. Augustinum, Patres de Sacramentis *in communi* non scripserunt, sed sive obiter sive in specialibus tractatibus, de singulis successive sermonem habebant, prout se dabat opportunitas.

Sac. I exeunte, auctor anonymus *Doctrina duodecim Apostolorum (Didache)* de Baptismo, Eucharistia et Ordine agit.

Sec. II, S. Justinus Baptismum et Eucharistiam commemorat; Hermas et S. Irenæus, præter hæc duo, Pænitentiam recensent.

Sac. III, Tertullianus jam specialem tractatum de Baptismo instituit, et, præter Eucharistiam et Pænitentiam, Confirmationem et Matrimonium commemorat; de iisdem sacramentis agit S. Cyprianus.

Sac. IV, Patres explicite in suis *Catechesibus* doctrinam exponunt de tribus sacramentis initiationis, nempe Baptismo, Confirmatione et Eucharistia : ita S. Cyrillus Hjerosol., S. Gregorius Nyss., S. Ambrosius. — Eodem tempore jam inveniuntur opera liturgica in quibus preces et ritus ordinationum, baptismi, missæ, etc., describuntur : ita *Canones S. Hippolyti, Canones Apostolorum, Constitutiones Apostolica, Testamentum D. N. Jesu Christi.*

2° A S. Augustino ad XIIuni : S. Augustinus jam *ex professo* de sacramentis disserit, de eorum natura, efficacia independenter a fide et dispositionibus ministri, necnon de charactere a tribus sacramentis impresso.

Pauca de eodem objecto tradunt Pseudo-Dionysius, *De ecclesiastica hierarchia;* S. Isidorus, *Etymologia, De ecclesiasticis officiis;* Rab. Maurus, *De clericorum institutione;* S. Petrus Damianus, *De sacramentis per impios administratis.*

Eadem ætate eduntur *Sacramentaria, Leoninum, Gelasianum* et *Gregorianum,* in quibus inveniuntur preces et ritus pro missa et ordinationibus.

3° A sæculo XIIIo ad XVIIIum, fit *synthesis theologica :* natura sacramenti recte exposita, eorum numerum, divinam institutionem, efficaciam et causalitatem describunt : *sac. XII,* Hugo a S. Victore, *4e Sacramentis,* ubi non tantum de sacramentis proprie dictis, sed de mysteriis christianæ fidei agit; P. Lombardus, *Lib. IV Sententiarum.'*

Sac. XIII9, S. Thomas Aq., O. P., *Sum. theol.,* 3 p., q. 60 sq.; *Contra Gent.,* lib. IV, c. 56 sq.; S. Bonaventura, O. Min., *Comment, in IV lib. Sentent.;* Gulielmus Parisiensis, *De Sacramentis.*

Sac. XIV9, J. D. Scotus, O. Min., *In lib. IV Sentent.*

Sac. XV9 et XVI9 J. Capreolus, O. P., *Comment, in lib. IV Sentent.,* et Commentatores S. Thomæ, præsertim Cajetanus et Silvester Ferrariensis.

4° Post exortum Protestantismum, Theologi non solum synthetice eamdem doctrinam exponunt, sed etiam plerumque Scriptura et Traditione contra Novatores demonstrant, et insuper modum quo sacramenta a Christo instituta sunt, explicare satagunt.

Sac. XVI9, J. Fisher, *Assertio septem Sacrament. ; Defensio* ejusdem assertionis; J. Maldonatus, S. J., *Disputat, ac Controv. circa septem Sacramenta ;* Sebastianus Perez, *De Sacramentis in genere.*

Sac. XVII9, Gregorius de Valentia, S. J., *In 3part. S. Thom.;* F. Suarez, S. J., *De Sacramentis;* Vasquez, S. J., *In 3 part. S. Thom.;* R. Bellarminus, S. J., *Controv.,* de Sacramentis in genere; J. de Lugo, S. J., *De Sacramentis in genere;* M. Becanus, *Summa* et *Manuale Controversiarum;* Joannes a S. Thoma, O. P., *Theologia,* de Sacramentis; Martinez de Prado, O. P., *De Sacramentis in genere;* J. B. Gonet, O. P., *Clypeus theol. thomistica,* De Sacramentis jn communi; Salmanticenses, *De Sacramentis in communi;* Petrus de Cabrera, O. S. Hier., *Comment, et disp, in 3p. S. Thom.,* de Sacramentis; Joa. de Carthagena, *De Sacram, in genere;* M. A. Vibaldus, *Candelabrum aureum Ecclesia s. Dei,* in quo de 7 sacram, etc. ; Mauritius Centinus, O. Min., *Disput. theolog. de Sacramentis;* Sylvius, *In 3 part. S. Thoma;* Joannes Bosco, O. Min., *Theologia sacramentalis ad mentem Scoti;* Arcudius, *De Concordia Ecclesia Occident, et Orient, in y Sacrament, administrations.*

Sac. XVIII9, Juenin, *De Sacramentis,* Commentarius historicus et dogmaticus; Raphael Jacobatus, O. P., *Doctrina dogmatica de Sacramentis ;* Billuart, O. P., *Summa,* de Sacramentis; Gotti, O. P., *Theologia scholastico-dogmatica,* de Sacramentis; Drouin, O. P., *Tr. de re sacramentaria;* Wirceburgenses, S. J., *De Sacramentis;* C. Merlin, S. J., *Traité historique et dogmatique sur les paroles ou les formes des Sacrements de l'Eglise (Aligne,* Theol. Curs., XXI); Chardon, *Histoire des Sacrements (Aligne,* op. cit.,

9i

XX); Tournely, *Prcelectiones,* de Sacramentis; d'Argentré, *Explication des Sacrements;* M. Gerdert, *Principia theologia sacramentalis.*

Sac. XIX et *XX* Lieber mann, *Institut, theol.*, de Sacramentis ; Perrone, S. J., *Prcelectiones,* de Sacramentis; Franzelin, S. J., *De Sacramentis;* DE AUGUSTINUS, S. J., *De Ee Sacramentaria ;* L. Billot, S. J., *De Ecclesia Sacramentis;* Pesch, S. J., *Pralectiones,* t. VI; J. B. Sasse, S. J., *Instit. theolog. de Sacramentis Ecclesia,* Friburgi, 1896-98; J. H. Oswald, *Die dogmatische Lehre von den heiligen Sakramenten der Katholischen Kirche,* 1893 ; P. Schanz, *Die Lehre von den heiligen Sakramenten der Katholischen Kirche,* 1893; G. LahoUSSE, *Tr. de Sacramentis in genere...,* 1900; N. G1HR, *Die h. Sakramenten d. Kath. Kirche* 1903, gallice redditum a *P. Mazoyer,* Les Sacrements de l'Eglise catholique; P. Pourrat, *La Thlologie sacramentaire* 1908; G. Van Noort, *De Sacramentis* 1927; Morgott, *Der Spender der heiligen Sacramenten ;* Card. I.Épicier, *De Sacramentis in genere,* Paris, 1921 ; Braun, *Sakramente u. Sakramentalien,* 1922; Pohle, *Lehrbuch der Dogmatik, Sakramentenlehre,* 1922; Al. de Smet, *Tr. dogmatico-moralis de Sacramentis in genere,* Brugis, 1925; ViLlien, *Les Sacrements, Histoire et Liturgie,* Paris, 1931.

Inter Protestantes : Calvinus, *De re sacramentaria ;* Bingham, *Origines ecclesiastica,* seu Antiquities of the Christian Church, 170822; Baumgarten, *De Sacramentis,* 1753; Wersndorf, *De natura et indole Sacramentorum,* 1755; Glœckler, *Die Sakramente der Christi. Kirche theoretisch dargestellt,* 1832; R. Halley, *An Inquiry into the nature of the Symbolic Institutions of the Christian .Religion, usually called the Sacraments,* 1854; J. Blunt, *The Sacraments,* London, 1868; Morgan Dix, *The Sacramental system,* New-York, 1893; Lichtenderger, *Encyclop. des Sciences Kelig.,* t. XI, Paris, 1881, voce *Sacrements;* Stanley, *Christian Institutions,* New-York, 1881 ; Maltzew *Die Sakramente der orthodox Katholischen Kirche des Morgenlandes,* 1898; Zeigler, *Die Sakramente der evangelische Kirche,* Heilbronn, 1908.

Decreta et Canones de Sacramentis in genere

I Decretum pro Armenis in Bulla Eugenii IV "Exsultate Deo"[1] (1439).

Quinto, ecclesiasticorum sactamentorum veritatem pro ipsorum Armenorum tara præsentium quam futurorum facilior, doctrina, sub hac brevissima redigimus formula.

[1] Hoc decretum in Cone. *Florentino* confectum fuit, et septem constat partibus : hic solam instructionem de sacramentis exscribimus, quæ fere ad litteram

Novæ legis septem sunt sacramenta : videlicet, Baptismus. Confirmàtio^'Ëucharistia, Pænitentia, Extrema Unctio, Ordo, et Matri—rnorfiiifn. Quæ inultum a sacramentis differunt aiîtïquæ" LeglST· —Illa erum"non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant; hæc vero nostra et continent gratiam, et ipsam digne suscipientibus conferunt. Horum quinque prima ad spiritualem uniuscujusque hominis in seipso perfectionem; duo ultima ad totius Ecclesiæ regimen multiplicationemque ordinata sunt. Per Baptismum enim spiritualiter renascimur; per Confirmationem augemur in gratia, et roboramur in fide; renati autem et roborati, nutrimur divina Eucharistiae alimonia. Quod si per peccatum ægritudinem incurrimus animæ, per Pænitentiam spiritualiter sanamur, spiritualiter etiam et corporaliter, prout animæ expedit, per Extremam Unctionem; per Ordinem vero Ecclesia gubernatur et multiplicatur spiritualiter; per Matrimonium corporaliter augetur.

Hæc omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia; quorum si aliquod desit, non perficitur sacramentum. Inter hæc sacramenta tria sunt : Baptismus, Confirmatio et Ordo, quæ characterem, id est, spirituale quoddam signum a ceteris distinctivum, imprimunt in anima indelebile. Unde in eadem persona non reiterantur. Reliqua vero quatuor characterem non imprimunt, et reiterationem admittunt.

II. Canones C. Tridentini de sacramentis in genere. (Sess. VII, 1547).*

Can. i. Si quis dixerit, sacramenta novæ legis non fuisse omnia a Jesu Christo Domino nostro instituta; aut esse plura, vel pauciora, quam septem, videlicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pænitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, et Matrimonium; aut etiam aliquod horum septem non esse vere et proprie sacramentum; A. S._>

desumpta est ex 5. *Thoma* opusculo *de fidei articulis et septem sacramentis.* De valore hujus decreti duplex est opinio : i) prior ita exprimitur a *Denzinger* · " De hac instructione præmittendum est cam non esse definitionem de ministro, materia et forma sacramentorum, ut multi putabant, sed *instructionem* tantummodo *praeticam* quæ tamen ut talis *plenam habet auctoritatem* " (D. B., 695). Quam opinionem amplectuntur Card. Gasparri, *De ordinatione,* t. II, n. 1007; Card· d'Annibale, *Summula theol. mor9,* t. III, n. 231 ; Card. Van Rossum, *De essentia sacr. Ordinis,* p. 155. 2) Altera autem opinio, quam docuerunt Suarez etVasquez et hodie docet L. Billot, tenet hoc decretura esse veram *definitionem dogmaticam.* Cfr. *Ami du Clergi, 12* mars 1925, p. 173.

1 D. B., 844-856.

2. Si quis dixerit, ea ipsa novæ legis sacramenta a sacramentis antiquæ legis non differre, nisi quia cæremoniæ sunt aliæ, et alii ritus extemi; A. S.

3.Si quis dixerit, hæc septem sacramenta ita esse inter se paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius; A. S.

4.Si quis dixerit, sacramenta novæ legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua; et sine eis, aut eorum voto per solam fidem homines a Deo gratiam justificationis adipisci; licet omnia singulis necessaria non sint; A. S.

5.Si quis dixerit, hæc sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse; A. S.

6. Si quis dixerit, sacramenta novæ legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, quasi signa tantum extema sint acceptæ per fidem gratiæ vel justitiæ, et notæ quædam christianæ professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus; A. S.

7. Si quis dixerit, non dari gratiam per hujusmodi sacramenta semper, et omnibus, quantum est ex parte Dei, etiamsi rite ea suscipiant, sed aliquando, et aliquibus; A. S.

8. Si quis dixerit, per ipsa novæ legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem divinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere; A. S.

9. Si quis dixerit, in tribus sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, et Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est, signum quoddam spiritale et indelebile, unde ea iterari non possunt; A. S.

10. Si quis dixerit, Christianos omnes in verbo et omnibus sacramentis administrandis habere potestatem; A. S.

i r. Si quis dixerit, in ministris, dum sacramenta conficiunt et conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia; A. S.

12. Si quis dixerit, ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere sacramentum; A. S.

13. Si quis dixerit, receptos et approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in sollemni sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a ministris pro libitu omitti, aut in novos alios per quemcumque ecclesiarum pastorem mutari posse; A. S.

III. Ex decreto S. Officii " Lamentabili " 3 Jul. 1907

Sequentes *Modernistarum* errores reprobati sunt :

39. Opiniones de *origine* et *efficacia* sacramentorum, quibus Patres Tridentini imbuti erant, quæque in eorum canones dogmaticos procul dubio influxum habuerunt, longe distant ab iis quæ nunc penes historicos rei christianæ indagatores merito obtinent.

40. Sacramenta ortum habuerunt ex eo quod Apostoli eorumque successores ideam aliquam et intentionem Christi, suadentibus et moventibus circumstantiis et eventibus interpretati sunt.

41. Sacramenta eo tantum spectant ut in mentem homini revocent præsentiam Creatoris semper beneficam.

IV. E Codice juris Canonici (1917)[2].

Can. 73 r, § 1. Cum omnia sacramenta novæ Legis, a Christo Domino nostro instituta, sint præcipua sanctificationis et salutis media, summa in iis opportune riteque administrandis ac suscipiendis diligentia et reverentia adhibenda est.

§ 2. Vetitum est sacramenta Ecclesiæ ministrare haereticis aut schismaticis, etiam bona fide errantibus eaque petentibus, nisi prius, erroribus rejectis, Ecclesiæ reconciliati fuerint.

Can. 732, § 1. Sacramenta baptismi, confirmationis et ordinis, quæ characterem imprimunt, iterari nequeunt.

§ 2. Si vero prudens dubium· existât num revera vel num valide collata fuerint, sub conditione iterum conferantur.

Can. 733, § i. In sacramentis conficiendis, administrandis ac suscipiendis accurate serventur ritus et cæremoniæ quæ in libris ritualibus ab Ecclesia probatis præcipiuntur.

§ 2. Unusquisque autem ritum suum sequatur, salvo præscripto can. 851, § 2, 866.

Can. 734' § 1. Sacra olea quæ quibusdam sacramentis administrandis inserviunt, debent esse ab Episcopo benedicta feria V in coena Domini proxime superiore; neque adhibeantur vetera, nisi necessitas urgeat.

§ 2. Mox deficienti oleo benedicto aliud oleum de olivis non benedictum adjiciatur, etiam iterato, minore tamen copia.

Can. 735- Parochus olea sacra a suo Ordinario petere debet et in ecclesia in tuta ac decenti custodia sub clavi diligenter asser-

[1] D.-B., 2039-2041.

[2] Canones *Codicis* non definiunt quidem doctrinam catholicam, sed eam proponunt quæ est in Ecclesia recepta, et legem stabiliunt quoad praxim.

vare; nec ea domi retineat, nisi propter necessitatem aliamve rationabilem causam, accedente Ordinarii licentia.

Can. 736. Pro administratione sacramentorum minister nihil quavis de causa vel occasione sive directe sive indirecte exigat aut petat, præter oblationes de quibus in can. 1507, § 1.

Objectum, præstantia, utilitas et divisio Tractatus'.

In hoc Tractatu partem *dogmaticam* simul cum *morali* tradimus, propter intimam utriusque connexionem.

287. Objectum. Gratia, quam Christus nobis promeruit, per *signa sensibilia* humanæ naturæ accommodata, quæ *sacramenta* dicuntur, in animas nostras *fircecipue* effunditur 2 Nunc igitur de *sacramentis* agendum est, et primum quidem *de sacramentis in communi* seu *in genere,* deinde de singulis *sacramentis in specie.*

Præstantia hujus tractatus desumitur ex *dignitate objecti.* Nam, ut ait *Rituale Rom.* 3 " nihil sanctius aut utilius, nihilque excellentius aut magis divinum habeatur quam Sacramenta ad humani generis salutem a Christo Domino instituta ". Sunt enim :

(a) *Ex parte Christi :* 1) Dominicae *Incarnationis reliquiæ* et *vasa pretiosa* in quibus Christi sanguis et merita continentur ; 2) *operationes Christi perennes :* mediantibus enim sacramentis quæ Ipse instituit, et quæ ministrorum ope confert, propriam vitam ac virtutes in animas diffundit.

(b) *Ex partefidelium,* sunt : 1)*fontes aquæ vivæ,* ex aperto Christi latere fluentes, in quibus haurimus aquas gratiæ, juxta illud *Isaiæ* prophetæ4 : " Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris"; 2) *medicamenta* sauciatæ animæ,

' Sacramenta considerari possunt tripliciter : *dogmatice. moraliterzX. liturgice :* hanc ultimam considerationem, quæ ad institutiones liturgicas spectat, nonnisi obiter attingemus.

2 Dicitur *pracipue :* sunt enim alia media quibus gratia obtinetur, nempe *oratio,* de qua in *Synopsi Theol, moralis› meritum* de quo supra egimus, aliacfue e divino beneplacito dependentia^.

3 *Rit. Rom.>* tit. I, cap. unie., n. 3.

4 /m., XII, 3.

quibus bonus Samaritanus, nempe Christus Dominus, vulnera nostra efficaciter curat.

(C) *Relate ad Ecclesiam,* sunt *vincula* quibus fideles *in unum corpus* coalescunt, eadem sacramenta recipiendo.

Utilitas tractatus duplex est : (a)*Intrinseca ex utilitate,* imo et *necessitate* sacramentorum. Sane fideles, et a fortiori sacerdotes, instrui debent de mediis ad salutem necessariis aut valde utilibus; atqui sacramenta alia sunt necessaria ad salutem, alia autem valde utilia; nam, ut ait *Trid. l,* per ea "vera justitia vel incipit vel coepta augetur vel amissa reparatur", (b) *Apologetica* ad errores confutandos : *Protestantes* plerique duo tantum sacramenta admittunt, et insuper circa eorum naturam et modum operandi multipliciter errant; *Rationalistæ* nostra sacramenta irrident, tanquam superstitioni faventia; *Liberales* et *Modernistes* naturam sacramentorum eorumque divinam originem omnino pervertunt. Istos errores confutare absque momento non erit.

288. Divisio. Ad complectendam doctrinam dogmaticam simul et moralem, septem erunt capita :

De natura sacramentorum.

IL De horum existentia.

III. De eorum causa seu institutore.

IV. De elementis constitutivis (materia et forma).

De eorum efficacia.

VI. De ministro.

VII. De subjecto.

Appendix sequetur de sacramentalibus.

M

* Sess. VII, Prooemium.

Caput I. Natura. — Notio. Convenientia.

Caput II. Existentia. — Thesis generalis. De ordine sacramentorum.

Caput III. Institutor. — De Deo. De Christo. — Institutio sacram, novæ Legis. I Quo sensu?

Caput IV. Elementa seu materia et forma. — Notio et existentia.
Regulæ morales de — mutationibus vitandis. unione inter materiam et formam iteratione materiæ et formae.

Caput V. Efficacia. — Gratia. — Modus quo producitur. Qualitas gratiæ productæ. Quantitas. Reviviscentia.
Character. — Existentia. Natura. Dotes.

Caput VI. Minister. — Ejus dispositiones. Ejus obligationes.

Caput VII. Subjectum. — (E^us disPositiones obligationes

Appendix de Sacramentalibus.

CAPUT I.

DE NATURA SACRAMENTORUM.

Duo exponemus : i° *notionem sacramentorum ;* 2° eorum *convenientiam.*

I. Notio sacramentorum.

289. i° Quoad nomen. Vox sacramentum, a *sacro* (græce μυστήριον) derivata, aliquid *sacri* designat, et varios sensus accepit

(a) Apud *profanos auctores* duo præcipue designat : i) *juramentum in genere* quia per aliquid sacrum enuntiatur; præsertim vero juramentum a militibus coram tribunis praestitum ; 2) *pecuniam* a litigantibus apud pontificem depositam ea lege ut victus suam partem relinqueret in *sacros* usus impendendam.

(b) In *Scriptura* tria præsertim significat : 1) *secretum :* "Sacramentum regis abscondere bonum est"1; 2) *mysterium* fidei nostræ : " Magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne " 2, quibus verbis designatur Incarnationis mysterium; 3) *signum* sensibile *alicujus rei sacræ et arcanæ;* ita matrimonium christianum a S. *Paulo* dicitur " *sacramentum magnum in Christo et Ecclesia* ", i. e., signum unionis mysticæ inter Christum et Ecclesiam.

Idem est sensus græcæ vocis μυστήριον.

(C) Apud *scriptores ecclesiasticos* usque ad sæc. XII, designabat *quoslibet ritus sacros sanctificantes,* v. g., consecrationem ecclesiarum, sacramentalia et sacramenta proprie dicta 3.

290. 20 Quoad rem. (A) Sacramentum generice sumptum, quatenus sacramenta *Antiquæ* et *Novæ* Legis designat, definitur 4 : *Signum sensibile a Deo stabiliter institutum ad significandam gratiam et aliquam sanctitatem conferendam.*

, XII, 7. — 2 *I Tim.,* III, 16. — 3 De Ghellinck, *Pour l'histoire du mot Sacramentum I. Les antécédents patristiques,* 1924.

4 Brevius a S. Thoma, 3, q. 60, a. 2 : "Signum rei sacne in quantum eSt sanctificans homines".

(a) *Signum* seu id quod ex cognitione alicujus rei ad cognitionem alterius rei nos ducit, sicut e*fumo* esse *ignem* cognoscimus.

(b) *Sensibile* seu sensibus obvium sive *immediate,* ut ablutio aquæ in baptismo; sive *mediate,* ut contritio *interna,* uæ ex se invisibilis manifestatur per confessionem dolorosam 'et humilem.

institutum : Deus enim solus potest instituere visibilia signa quibus fideles Deo consecrentur et a ceteris hominibus secernantur, et praesertim sanctitatem alicui signo adnectere.

(d) *Stabiliter,* i. e., tamdiu duraturum quamdiu religio, pro qua institutum est, permanere debebat.

(Θ) *Ad gratiam significandam,* nempe gratiam *sanctificantem,* quæ jam sacramentis antiquæ legis significabatur, minus tamen perfecte quam sacramentis novae legis quæ eam vere continent ac proddcunt.

(f) *Ad sanctitatem conferendam* sive *internam* sive *externam* : priorem Novae Legis sacramenta producunt, nempe gratiam sanctificantem; sacramenta autem Veteris Legis directe sanctitatem *externam* seu *legalem* conferebant, vi cujus qui immundi erant *ex statuto legis,* rursum jus consequebantur participandi caeremoniis aliisque privilegiis populi judaici.

291.(B) Sacramentum antiquæ legis definiri potest : *Signum sensibile a Deo institutum modo stabili ad significandam gratiam per Christum dandam, et conferendam legalem sanctitatem.*

Quæ definitio satis intelligitur ex dictis de notione sacramenti in genere. Animadvertimus tamen antiquam legem per novam fuisse abrogatam, ideoque sacramenta vetera amplius non existere.

292. (C) Sacramentum N. Legis, prout ex Ecclesiae documentis colligitur, definitur : *Signum sensibile, a Christo permanenter institutum, ad gratiam sanctificantem significandam et conferendam.* Tria igitur ad sacramenta Novae Legis requiruntur : *signum sensibile; gratice productivum; a Christo permanenter institutum.*

(a) *Signum sensibile,* id est, sensus aliquo modo afficiens, et *significans* præcipue *gratiam interius* productam ; ita ablutio aquæ in baptismo internam animæ emundationem exprimitx. Signum hujusmodi est partim *naturale* et partim ex positiva institutione.

(b) *Gratiæ productivum ;* hic designatur præcipuus sacramenti effectus, nempe *collatio gratiæ;* sacramentum enim N. Legis non est signum *mere speculativum,* sed *practicum,* quo vere confertur gratia sanctificansa, et quidem *ex opere operato,* ut infra declarabitur, ubi de *efificacia* sacramentorum.

(c) *A Christo permanenter institutum :* Christus siquidem ut *Deus,* est causa *principalis* sacramentorum, cum solus Deus gratiam signo sensibili alligare valeat; ut *homo,* est causa *instrumentalis* eorumdem sensu infra exponendo. Additur : *permanenter,* eo sensu quod perseverare debent quamdiu perseverat Ecclesia Christi pro qua instituta sunt, proinde usque ad consummationem sæculi. Non autem *proprie* vocantur sacramenta nisi ea quæ sunt veluti instrumentum hujus ministerii sanctificationis quo Ecclesia fungi debet usque ad finem mundi.

293. (D) Discrimen inter sacramenta Antiquæ et Novæ Legis.

Hujusmodi discrimen eruitur ex eo quod vetus testamentum erat velut *umbra* et*figura* novi, ut ex supra dictis jam intelligi potest

(a) Ratione *institutionis,* sacramenta vetera a Deo; sacramenta nova a *Christo, Deo-homine,* instituta sunt.

1 Sacramenta N. Legis tria simul significant; sunt *rememorativa passionis* Christi, vi cujus gratia nobis confertur; *demonstrativa* ipsius *gratia* quæ nobis datur, et *prognostica* seu praenuntiativa futuræ gloriæ, ad quam gratia jus conceditur. Quod quidem maxime apparet in sacramento Eucharistiae, in quo, ut Ecclesia canit, " recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia, et futuræ gloriæ nobis pignus datur

3 Triplicis generis signa distinguuntur : *naturalia*^ quæ *ex se* aliquid aliud significant, sicut fumus ex se ignem indicat; *arbitraria*^ quæ nonnisi *ex conventione* aliquid determinatum significant, sicut olivæ ramus est pacis symbolum; *mixta*y quæ partim ex se, partim ex positiva institutione aliquid designant. Jamvcro sacramenta sunt signa *mixta:* v. g., ablutio in baptismo *ex se* internæ ablutionis similitudinem gerit, sed nonnisi ex *divina institutione* signum est efficax internæ mundationis.

(b) Ratione *significationis,* sacramenta veteris Legis erant *demonstrativa* sanctitatis legalis et *firanuntiativa* gratiæ per Christum conferendæ; dum sacramenta novæ Legis sunt *rememorativa* passionis Christi, *demonstrativa* gratiæ *ceùXüœ., prognostica* gloriæ.

(c) Ratione *efficacies,* antiqua sacramenta non causabant gratiam sanctificantem, sed tantum sanctitatem legalem; dum sacramenta novæ Legis gratiam internam dignis conferunt : et hoc est præcipuum discrimen. Legimus enim in *Decreto ad Armenos*[1] Illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant; hæc vero nostra et continent gratiam, et ipsam digne suscipientibus conferunt

II. Sacramentorum convenientia[2].

294. Errores. Protestantes *liberales* et *Rationalistes* contendunt minime decere gratiam et salutem pendere a ritibus externis et materialibus ideoque a sacramentis, præsertim cum, teste Christo, veri adoratores Deum colere debeant in spiritu et veritate. Contra quos :

295. Sacramentoru ll institutio omnino convenit ex parte Dei et Christi, ex parte Ecclesiæ et hominis.

i° *Ex parte Dei et Christi,* (a) *Dei* enim *attributa* in sacramentorum institutione elucent : 1) *sapientia,* quæ hominibus, ad *sensibilia* pronis, *sensibilia* remedia præbet; 2) *bonitas* quæ vitam divinam largitur per media tam *simplicia* et *efficacia;* 3) *omnipotentia,* quæ gratiam alligare potuit egenis et infirmis elementis.

(b) Nec minus decet ex parte *Christi :* sicut enim Verbum in infirmitate carnis visum est ut nos divinitatis suæ faceret participes, ita decebat ut media, quibus nos deificat, similitudinem ejus gererent et visibilibus ac infirmis elementis vitam deiformem conferrent, ita memoriam Christi redemptoris vividius commemorando.

1 D. B., 695.

3 S. Thom., 3, q. 61, a. i; *Catech. C. Trident.*^ P. II, c. i, n. 13; Abbé de Broglie, *Conférences sur la vie surnaturelle*^ Paris, 1902, t. III, p. 3.56; L. Billot, th. III.

2° Ex parte *Ecclesias.* Convenit siquidem ut Ecclesiæ membra visibilibus signis inter se coadunentur. Atqui id optime præstant sacramenta, quae fideles ab infidelibus distinguunt, et eos stricto nexu inter se coadunant; dum enim eadem participant sacramenta, unius et ejusdem corporis membra se agnoscunt. Hinc S. *Augustinus* ait[1] : "In nullum nomen religionis, seu verum seu falsum, coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum vel sacramentorum visibilium consortio colligentur".

296. Confirmatur ex *universalifacto religionum.* Omnes fere religiones, antiquæ vel hodiernæ, ritus *externos* adhibent tanquam signa purificationis et sanctificationis, haud paucis tamen *vitiis deturpatos :* eis siquidem tribuunt vim *mechanicam,* quæ suos effectus producit absque dispositionibus moralibus, necnon vim *magicam* independentem ab ipsa divinitate. Decebat igitur ritus externos institui qui legitimis *aspirationibus hominis* satisfacerent, *nec istis abusibus* ansam præberent. Jamvero Tes ita se habet in sacramentis christianis. (a) Ritus enim externus non est causa principalis gratiæ, sed signum externum quo *Deus ipse* utitur ad nos sanctificandos ; nec sufficit materialis receptio ritus, sed requiruntur in adultis *dispositiones* morales ad fructum sacramenti suscipiendum, ut infra exponetur, (b) Minime igitur *vis magica* ritui externo tribuitur, cum ejus efficacia tum a Deo tum a suscipientis dispositionibus pendeat. Quapropter fideles ad Deum suaviter et efficaciter trahuntur, cum omnia in ritu externo Dei sapientiam et bonitatem necnon Christi amorem in memoriam revocent.

297. 30 *Convenit ex parte hominis, inspecta ejus natura :* (A) *Generatiin inspecta.* Ea enim est natura hominis ut *ad spiritualia per sensibilia* perducatur; ita, v. g., per corporalia, hominis intellectus velut manuducitur in intelligibilium cognitionem. Atqui convenit divinam Providentiam in gratiarum dispensatione, naturæ cujuslibet entis sese accommodare, per sensibilia media homini gratiam dispensare; ita enim : (a) *certiores reddimur de gratia* nobis collata, cum hæc visibilibus signis et dispositionibus moralibus clare determinatis veluti alligetur, quin tamen omnino tollatur obscuritas præsenti statui competens; (b) *perfectius* etiam *Deum colimus :* licet enim sacramenta directe in utilitatem hominis instituantur, *cultum divinum* etiam maxime pro-

[1] *Cant. Paust.,* l. XIX, c. ii, *P. L.,* XLII, 355; Journel, 1601.

movent, nos excitando et adjuvando ad Deum adorandum, Eique gratias agendum, et intime cum Eo conversandum.

(B) *Specialius considerata, ex parte virtutum quibus homo indiget.* Id sane convenit quod ad *virtutes* hominem promovet, eumque a *vitiis* avertit. Atqui per sacramenta (a) *virtutes* maxime necessariæ foventur : i) *fides,* dum credimus, propter verbum Dei, gratiam signis sensibilibus alligari; aut etiam dum sacramenta publice recipientes in hominum conspectu fidem no tram *profitemur ; 2) spes* erigitur, cum sacramenta sint pignora divinæ erga nos bonitatis, viam salutis faciliorem efficientia; 3) *caritas erga Deum* augetur, dum videmus Eum nobis praebuisse tam multa sanctificationis media nostrae infirmitati optime accommodata; *caritas* autem *fraterna* inflammatur, cum ex sacramentorum receptione recordamur nos arctissimo vinculo colligatos et unius corporis membra effectos esse, (b) *Vitia domantur* praesertim *superbia,* omnium vitiorum radix, dum necessitas nobis incumbit ad signa sensibilia, per sacerdotes confecta, recurrendi, ad nostram sanctificationem obtinendam. Per sacramenta igitur Deum quidem colimus in spiritu et veritate, sed modo humanae naturæ consentaneo.

CAPUT II.

DE EXISTENTIA SACRAMENTORUM.

Declarata Sacramentorum natura, jam demonstrare debemus eorum existentiam sive *ante* sive *post Christum.*

Art. I. De Sacramentis ante Christum \

298. Triplex status humanæ naturæ ante Christum distinguitur : i° *status innocentis* ante Adami lapsum; 2° *status legis naturæ,* ab Adami peccato ad Moysen; 30 *status legis scripts a Moyse ad Christum.*

' S. Thomas, 3 p.,q. 61, a. 2-3; Suarez, disp. III-V; SalmanL, disp. III, dub. 1-4; Drouin, q. II; Billuart, diss. II, a. 1-3; de Augustinis, th. 1-4; Pesch, n. 37 sq.; Lahousse, *De sacram, in genere,* p. 17 ; Van Noort, ed. 4“, n. 145-151·

299. i° De statu innocentiae. Communiter docent theologi nullum fuisse sacramentum in *hoc statu.* Nullum enim in Scriptura et Traditione recensetur. Aliunde hic status *brevissimo tempore* duravit, ideoque instituere sacramenta tam cito abolenda conveniens non erat.

300.[20] De statu legis naturæ. Hic status ab Adamo usque ad legem scriptam per Moysen datam effluxit pro Judæis, et pro Gentibus usque ad legis evangelicæ promulgationem perduravit vocatur status *legis natura,* non quia legem supernaturalem excludebat,sed ut distinguatur a statu *legis scripta.* Ut certa ab incertis secernamus, tria inquiremus : 1) num in hoc statu exstiterit *remedium pro peccato originali;* 2) num tale remedium *sacramentum* fuerit; 3) num *alta* exstiterint *sacramenta.*

301.(A) *Certum est fuisse aliquod remedium pro parvulis contra peccatum originale.* Dicitur "*pro parvulis*", quia adulti justificari poterant per supernaturales actus fidei in Deum remuneratorem et perfectæ caritatis.

Probatur : (a) *Auctoritate* Patrum, qui expresse id docent, ita ut sine temeritate negari non possit. Ait siquidem S. *Augustinus*[2] : " Nec credendum est, et ante datam circumcisionem famulos Dei, quandoquidem eis inerat Mediatoris fides in carne venturi, nullo sacramento ejus opitulatos fuisse parvulis suis, quamvis quid illud esset aliqua necessaria causa Scriptura latere voluerit ". Confirmatur consensu theologorum omnium scholarum [3].

(b) *Ratione theol.* Ex dictis in *Tract, de Deo* et de *Incarnatione,* Deus sincere vult salutem omnium hominum etiam post originale peccatum; atqui voluntas illa sincera non esset, nisi Deus instituisset pro omnibus temporibus, et etiam pro tempore legis naturæ, remedium contra originale peccatum ; nam, sine tali remedio, impossibile erat hos parvulos salvari, ex dictis ubi de originali peccato.

302.(B) De *hujus remedii natura* tacet Scriptura. Ab omnibus tamen admittitur : (a) illud remedium non fuisse positum in actione propria, cujus parvuli incapaces erant,

[1] Lex enim mosaics solos Judæos ligabat, ut animadvertit S. Thomas ia 2®, q. 98, a. 5 : " Quantum ad illa quæ lex vetus superaddebat, non tenebantur aliqui ad observantiam veteris legis, nisi solus populus Judæorum".

Contra Julian., l. V, c. Ii, n, 45, *P. L.,* XLIV, S09.·— [3] D. B., 410.

sed in *aliqua actione parentum*. qua videlicet natos suos *Deo offerebant* et populo Dei aggregabant; (b) insuper illam actionem fuisse aliquam protestationem fidei, *explicitant* in Deum misericordem, et *implicitam* saltem in futurum Redemptorem, juxta illud : " Nec aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri "

Contravertitur utrum necne fuerit *sacramentum.* (a) Juxta S. *Bonaventuram* [1] paucosque alios, illa protestatio fidei poterat esse *interna* tantum, sine ulla exteriori ceremonia, ac proinde *non erat sacramentum.* quia sacramentum est signum sensibile.

(b) E contra, juxta *D. Thomam, Scotum. Suarez* [2] aliosque, illa fidei protestatio extrinsecus *manifestari debebat,* proindeque verum erat sacramentum: nam omnes conditiones habebat ad sacramentum requisitas; erat siquidem signum *sensibile,* nam per illud infans non solum Deo consecrabatur, sed etiam Ecclesiæ Dei visibili coadunabatur : quod sine sensibili signo fieri nequit ; signum *gratia productivum,* nam tollebat originale peccatum, quod sine gratiæ effusione fieri nequit ; a *Deo institutum,* quia solus Deus gratiam signo sensibili adnectere potest; *permanenter,* quia illud signum toto legis naturæ tempore perdurare debebat; ergo.

303. (C) Num vero *alia fuerint sacramenta, incertum* est; in Scriptura mentio fit quidem sacrificiorum Abel, Noe et Melchisedech : sed de sacramentis nil dicitur.

Nonnulli tamen theologi, cum 5. *Thoma,* docent adfuisse aliquod sacramentum ad actualis peccati deletionem licet de illius natura nil certum dici possit [3]. Revera, cum difficile sit homini lapso pænitentiam peccatorum agere, valde decebat ut aliquo sacramento ad conversionem juvaretur. Suarez vero, Vasquez et de Lugo negant

304. 3° Sub lege mosaica. (A) *Certum est adfuisse quadam sacramenta sub lege mosaica.* Probatur ex S. *Paulo,* qui de purificationibus legalibus ait [5] : " Sanguis hircorum et taurorum, et cinis vitulæ aspersus inquinatos *sanctificat* ad emundationem carnis " : quibus verbis ostenditur ritus, de quibus agitur, sanctitatem legalem produxisse, atque proinde sacramenta fuisse. Insuper *Florentinum* et *Triden-*

1 *Aci.,* IV, 12. — 2 S. Bonavent., /;/ *IV Sent.,* dist. I, a. 2, q. 1 et 2.

3 S. Thom., 3, q. 70, a. 4, ad 2; Scotus, *In 4. Sent.,* dist. 1, q. 3 et 7; Suarez, disp. IV, sect. 3 4.

4 S. Thom., *In 4 Sent.,* disl. 1, q. I, a.' 2, quæsliunc. 3; *Sum. theol.,* 3, q. 86, a. 6.

5 *Hebr.,* IX, 13.

tinum de antiquæ legis sacramentis manifeste loquuntur, eorumque existentiam supponunt.

(B) Praecipua autem sacramenta ad quatuor genera reducuntur : (a) Ea quibus judæi et proselytæ Deo consecrabantur, nempe *circumcisio* et *remedium naturæ* pro puellis, aut pueris ante octavam diem morientibus : quæ figura erant christiani Baptismi, homines ad cultum divinum deputabant, et insuper ab originali peccato mundabant[1] ; (b) Ea quæ Deo intimius uniebant, scilicet : *esus agni paschalis,* Eucharistiæ sacramento respondens; item *propositionis panes* qui a ministris edebantur; (c) *Expiationes* multæ quæ sacramentum Pænitentiæ figurabant; (d) summi Pontificis *consecratio,* quæ sacramentum Ordinis adumbrabat[2].

Sacramentum autem Confirmationis nullomodo existebat in Antiqua lege, quia gratiæ plenitudinem confert, quæ nondum advenerat; nec Extr. Unctio, quæ immediate ad introitum gloriæ præparat, quia talis introitus usque ad Christi mortem differebatur; tandem Matrimonium, licet religiosus contractus, non erat sacramentum, quia, propter polygamiam et divortium, quæ tunc temporis vigebant, unionem Christi cum Ecclesia perfecte significare nequibat.

De modo quo sacramenta Veteris Legis suum producebant effectum.

305. i° Quoad adultos. (A) *Sacramenta V. Legis gratiam ex opere operato non producebant.* Certum est.

Prob. (a) *Scriptura.* Sacr. V. Legis vocantur " infirma et egena elementa " [3]; munera et hostiæ antiquæ legis dicuntur non potuisse "juxta conscientiam perfectum facere servien-

[1] Circumcisio ante Moysen instituta fuerat XVII, 10-14) ut signum foederis inter Deum et Abrahæ semen, immo inter ipsos Ægyptios vigebat. Communiter tenetur masculos infantes hujusmodi ceremonia ab originali peccato fuisse mundatos; quod deducitur ex his verbis : " Masculus, cujus præputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit" *(Gen.,* XVII, 14); quibus verbis significatur parvulum hebraicum non circumcisum ab æterna vita exclusum iri, juxta plerosque interpretes. Feminæ autem alio modo justificabantur, probabiliter ope medii jam sub Lege naturæ instituti. Cf. S. Th., q. 70, a. 4; de Augustinis, th. 3.

[2] Controvertitur utrum necne inferiores sacerdotes consecrarentur. Cfr. Van Noort, n. 148.

[3] *Galat^* IV, 9.

tem”[1]; et lex antiqua reprobatur "propter infirmitatem ejus et inutilitatem atqui quod est infirmum et vacuum, quod conscientiam mundare nequit, et inutile seu insufficiens vocatur, gratiam ex opere operato non producit.

(b) *Traditione,* i) *Patrum* doctrinam sic contrahit *Augustinus*[3]: “ Sacramenta N. Testamenti dant salutem, sacramenta V. Testamenti promiserunt ”, 2) *In Decreto ad Armenos* legitur : “ Antiquæ legis sacramenta *gratiam non causabant,* sed eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant

(c) *Ratione convenientia.* Sub V. Lege, gratiæ pretium per Christum solutum nondum fuerat; atqui, pretio nondum soluto, non decebat sacramenta, quæ virtutem ex Christi passione habent, ex se gratiam conferre, eo fere modo quo chirographum, exhibens solummodo futurorum laborum promissionem, *ex* read obtinendam mercedem et pecuniam non sufficit.

306. (B) *Sacramenta V. Legs* 1) *producebant directe sanctitatem externam seu legalem,* 2) *concurrebant ad productionem sanctitatis interna seu gratia tum indirecte, excitando fidem, caritatem, contritionem; tum per modum conditionis, qua posita, Deus immediate gratiam infundebat.*

(a) Sacramenta V. Legis *legalem sanctitatem directe* producebant. Jubetur enim princeps, qui peccaverit, offerre pro peccato arietem, et additur[4] : “ Rogabitque pro eo sacerdos, et pro peccato ejus et dimittetur ei Hic agitur de remissione *peccati legalis,* per quod legalis immunditia incurrebatur, non autem de *remissione culpa* coram Deo; nam, per expiationes legales, de quibus agitur, *unum* tantum peccatum remittebatur, et variæ pro variis peccatis expiationes praecipiebantur, ut ex eodem loco constat; atqui si peccatum remissum fuisset *quoad culpam,* omnia alia peccata fuissent remissa, cum unum peccatum mortale coram Deo remitti non possit, quin alia remittantur.

(b) Sacramenta V. Legis concurrebant ad productionem gratiæ : 1) *Indirecte :* Erant enim sacramenta Christi venturi, ejusque Redemptionis præfigurativa, juxta illud S. Pauli[5] : “ Umbram habens lex futurorum bonorum”; atqui signa Redemptionis præfigurativa omnino apta erant ad producendum fidem, spem, et caritatem in suscipientibus et, harum dispositionum ope, gratiam; ergo, ait S. *Thomas*[6], Judæi ex fide Christi justificabantur. 2) *Per modum conditionis,* qua posita, producebatur gratia a Deo. "Vetera sacramenta in quantum erant signa protestativa fidei

[1] *Hebr.*. IX, 9. — [2] *Hebr.,* VII, 18. — [3] In Ij. 73, n. 2, A Z., XXXVI, 930; Journel, 1475. — [4] *Levity* IV, 26. — [5] *Htbr.*. X, i.
[6] *Sum. theol.* i® 2®, q. 103, x 2.

et spei in Redemptorem desideratum, quamdam habebant continuationem cum futuris Christi meritis, quorum intuitu conferebatur a Deo" gratia [1].

307. 20 Quoad parvulos. *Circumcisio,* vel remedium *natura* a Deo institutum pro originalis peccati remissione, gratiam parvulis vere conferebat, et quidem sine ullo eorum actu, sed *ex fide Ecclesiæ in Mediatorem :* de hoc omnes concordant theologi.

Circa modum rem explicandi differunt. Alii dicunt hoc remedium *ex opere operato passive* gratiam contulisse; alii *ex opere operato per accidens;* alii *prceter opus operantis.*

Juxta S. Thomam [2], hoc sacramentum, ut supra dictum est, erat signum *protestativum fidei* in Christum venturum ex parte *Ecclesiæ,* et mediante hac protestatione, gratia producebatur intuitu meritorum Christi, sicut ad exhibitionem schedulæ (quæ dicitur *chèque')* datur summa pecuniæ, non vi ipsius schedulæ, sed vi valoris per eam significati. Positio hujus sacramenti non erat causa efficax gratiæ, sed tantum collationis gratiæ conditio necessaria.

Art. II. De existentia septem sacramentorum in Nova Lege.

Duo sunt declaranda : 1° *septenarius* sacramentorum *numerus;* 2° *ordo* inter sacramenta habendus.

§ I. De SEPTENARIO SACRAMENTORUM NUMERO.

308. Status quaestionis. (A) *Errores.* Si excipiuntur *Cathari* et *Waldenses,* qui, sub prætextu *spiritualem* religionem fovendi, ritus externos sacramentorum plus minusve despiciebant, nullus est qui, ante Protestantes, existentiam septem sacramentorum negaverit.

(a) *Lufherus* primum tria retinebat sacramenta, nempe Baptismum, Pænitentiam et Panem seu Ccenam [3], postea vero duo tantum, Pænitentiam rejecta [4]. Ejus discipuli modo tria, modo quatuor admiserunt, sed communiter nonnisi duo, Baptismum et Ccenam Domini. Contendebant quidem numerum septenarium in Scriptura non inveniri; sed ratio fundamentalis istorum erroris ex eo desumitur quod sacramenta, juxta Protestantes, non sunt vere gratiæ productiva, sed solum *media ad fidem excitandam,* et *pignora* quibus de peccatorum remissione *certiores reddimur.* Hinc Matrimonium et Ordo non sunt sacramenta, quia nullum peccatum remittunt; Confirmatio et Extrema Unctio meræ sunt ceremoniæ,

1 L. Billot, th. IX, § 3. — 2 S. Thom., 3, q. 70, a. 4.
3 *De captivitate babylonica,* sub initio, inter Lutheri opera, t. II, p. 275.
4 *De adoratione sacramenti.* — Cfr. Calvinus, *Instit. christ..,* IV, T93.

&

quia prior est renovatio promissorum in baptismo, posterior autem oratio pro infirmis facta; Pænitentia autem non fuit a Christo instituta ut medium ad gratiam aut fidém excitandam; remanent igitur duo tantum sacramenta.

(b) Attamen quidam Anglicani, *Rituali'ste* dicti, septem esse sacramenta docent, nempe duo *majora** Baptismum et Cœnam, et quinque *minora,* quæ, etsi utilia, ad salutem non sunt necessaria *.

(c) *Moderniste* rejiciunt et notionem et numerum septenarium sacramentorum N. Legis, quæ in Ecclesia, post longam evolutionem, præsertim sæc. XII, introducta fuerunt. — Isti errores a *Pio X* damnati sunt'.

309.(B) *Doctrina catholica.* Contra Protestantes, *Tridentinum* definivit septem et septem tantum esse sacramenta 3; "Si quis dixerit sacramenta N. legis non fuisse omnia a Jesu Christo D. N. instituta; aut esse plura vel pauciora quam septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pænitentiam, Ex. Unctionem, Ordinem et Matrimonium; aut etiam aliquod horum septem non esse vere et proprie sacramentum, A. S."

310. *Thesis :* Septem sunt Sacramenta N. Legis, nec plura, nec pauciora. De fide est ex *Tridentino* jam allegato —;

Demonstratio thesis specialem præbet difficultatem. Etsi enim *singula sacramenta* in Scriptura et Patribus recenseantur, doctrina *synthetica de sacramentis in genere* nonnisi sæculo XII integre expolita fuit. Quare demonstratio *vere scientifica* septenarii numeri sacramentorum dari nequit nisi de *singulis sacramentis* agendo 4. Interea vero thesim generalem demonstrabimus argumento *theologico* ab admittendo qui infallibilitatem Ecclesiæ profitentur; 2°argumento *praescriptionis* seu *historico* quod valet etiam pro ii; qui auctoritatem Ecclesiæ.non admittunt; 30 thesim sua debimus *argumentis convenientia.*

' Dix Morgan *, *Sacramental system,* p. 83-84.

' Decret. *Lamentabili* 3 jul. 1907; Encycl. *Pascendi* 8 sept 1907; Motu proprio *Sacrorum Antistitum* 1 sept. 1910. — 3 Sess. VII, can. 1, D. B., 844.

4 Merito itaque L. Billot, th. XX, p. 208 : "Nec in Scripturis sacris, nec in scriptis veterum Patrum, sacramenta omnia in globo, sub uno numero, unoque catalogo comprehensa reperiuntur. Quare directa demonstratio... exspectanda est ex synthesi tractatuum in speciali

I. Thesis directe argumento theologico probatur.

311. i° *Scriptura,* etsi nullibi asserat *septem et septem tantum esse sacramenta,* septem commemorat ritus sacros gratiæ productivos[1], quos merito Traditio catholica sacramenta appellavit : Christus enim septem ritus sacramentales instituit vere : 1) *Baptismum,* ejus necessitatem declarando et apostolis officium baptizandi omnes gentes imponendòοφ 2) *Confirmationem,* Spiritum Sanctum promittendo, quem apostoli baptizatis contulerunt per impositionem manuum Φ, **O)** *Eucharistiam,* consecrando panem et vinum et potestatem idem faciendi apostolis relinquendo $(4) *Pœnitentiam,* potestatem clavium et facultatem remittendi peccata eisdem tradendoQ(5) *Extremam Unctionem,* discipulis committendo curam ægrotos ungendi unctione quæ, teste S. Jacobo, spiritualiter etiam alleviat infirmos$; 6) *Matrimonium,* hunc contractum ad pristinam dignitatem revocando et ita evehendo, ut gratia ad ejus officia rite implenda videatur necessaria!^ 7) *Ordinem,* inter discipulos quosdam eligendo quos et apostolos nominavit, quibusque potestatem non solum docendi et regendi, sed et sacramenta ministrandi ritu quodam externo contulitiâ

Quæ quidem omnia suo loco fusius exponentur.

312. 2° *Traditione.* (A) Quoad *Patres,* lateii^un etiam nullum *explicite* docuisse *septem* et *septem tantum* esse sacramenta, (a) Sed nullum est sacramentum quod a Patribus non fuerit recensitum. ....t | ll

1) Patres *apostolici* baptismum et eucharistiam commemorant, quia frequentioris sunt usus.

2) Tertio sæculo, *Tertullianus,* præter hæc duo, *confirmationem* et *pœnitentiam* recenset, priorem qua baptisma completur, posteriorem qua delentur peccata post baptismum

' Quod fusius demonstrabitur ubi de singulis sacramentis.

'*Joan.,* Ill, 5'.*Maith.,* XXVIII, x q .

5 *Maith.,* XVI, *icpJTan.,* XX, 22-23..

M/αZ/Λ., X, 5-8; *Luc.,* IX, I-2;/gr., V,

7 Præter textus jam allegatos, cfr. Z *Ttm.,* IV, 14; ***II** Tini.,* I, 6.

8 *Marc.,* X, 2-13 ; *Ephes., N,* 25-32.

commissa; immo et implicite *ordinationem*, qua conferuntur sacerdotalia munera quæ laici exercere nequeunt, et de qua S. *Cyprianus* magis explicite loquitur. *Matrimonium* autem jam S. *Ignatius* et *Tertullianus* coram episcopo celebrandum esse declarant, ideoque aliquid *sacri* præ se ferre.

3) *Quarto et quinto* sæculis, jam fit quædam *synthetica expositio* trium sacramentorum quibus constituitur ritus *christiana initiationis,* nempe baptismi, confirmationis et eucharistiæ. Cetera autem sacramenta recensentur, quin tamen sub eodem *nomine* colligantur. Ita 5. *Augustinus* omnia enumerat sacramenta, excepta *Extrema Unctione,* quam aliunde *Innocentius I* describit in *ep. ad Decentium,* et quam eodem tempore commemorant *Euchologium Serapionis, S. Cyrillus Alex,* et S. *Casarius Arelat.* tanquam ritum sacrum jam a S. Jacobo promulgatum. Certum est igitur septem sacramenta fuisse *in usu* prioribus sæculis;' nec proinde hanc doctrinam fuisse sæculo XII° inventam.

313. (b) Si vero quæratur *cur,* ante sæc. XII, nullus auctor *explicite* docuerit septem et septem tantum esse sacramenta, res ita explicari potest[1]. (1) Prioribus sæculis, *synthetica notio* sacramenti non fuerat *explicite* et *integre* elucidata. Primi christiani baptismum, confirmationem, eucharistiam aliaque sacramenta suscipiebant, quin *elementum variis hujusmodi ritibus commune clare* perciperent. Nec mirum ·: licet enim omnia sacramenta aliquid commune habeant, *inter se valde differunt,* et ab Antiquis in duplicem classem distributa fuerant : alia *consecrantia* seu *perficientia* vocabantur, *Baptismus* nempe, *Chrisma* seu Confirmatio, *Eucharistia* et *Ordinatio ;* alia vero *medicinalia* dicebantur, *Pcenitentia, Ex. Unctio* et *Matrimonium ;* insuper tria priora dicebantur sacramenta *initiationis.* Hinc intelligitur cur Patres *tria* vel *quatuor* priora frequentius connumerent, quia, ex scopo quem sibi præfixerant, nonnisi sacramenta *initiationis* vel *consecrantia* enumerare intendebant.

Ç 2) Itaque doctrina de sacramentis *in genere* nonnisi post

[1] Hic non insistimus in *arcani disciplina,* quæ sæculo VF amplius non vigebat, quæque proinde non sufficit ad rem penitus explicandam. Cfr. Batiffol, *Eludes d'histoire et de théologie,* 1re série, p. I-41.

multa sæcula integre per analysim et synthesim expolita fuit; ita, v. g., quoad baptismum, primum *analyst* expendere necesse erat quot elementa essentialia in eo invenirentur, videlicet signum interioris regenerationis, productivum gratiæ» a Domino institutum ; postea idem de singulis sacramentis investigandum erat; tandem, *synthesis* ope, determinandum erat quot signis sacris competerent cuncta *specifica* elementa ita per analysim determinata. Quod quidem longum requirebat tempus, præsertim cum aliæ quæstiones gravioris momenti de mysterio Incarnationis et de gratia urgerent quarum solutioni prius incumbere necesse erat.

3) Revera notio *generalis* et *specifica* sacramenti, quatenus est signum *gratiæ productivum,* non fuit *explicite* prioribus sæculis tradita. Ante S. *Augustinum,* sacramenta vocabantur quæcumque *signa* seu *symbola* sacra. Juxta nonnullos Patres, præsertim S. *Ambrosium'l,* quædam ex his signis, v. g., baptismus, gratiam conferebant ex *præsentia Spiritus Sancti,* sed numerus horum signorum non determinabatur. — S. *Augustinus* jam conceptum generalem sacramenti tradit, quod duplici elemento constat, *visibili* gratiam significante et *invisibili* eam conferente per Spiritum, vi meritorum Christi 23 sed non asserit septem esse signa gratiæ productiva.— Itaque nomine sacramentorum seu mysteriorum, Patres subsequioris ævi omnia complectebantur quæ aliquid *sacri* et *sanctificantis* præ se ferebant, non distinguendo *differentia specifica* sacramenta a sacramentalibus aut a sacris ritibus.

Ita, 5. *Petrus Damianus* (t 1072) duodecim sacramenta enumerat, inter quæ regis inunctionem, ecclesiæ dedicationem, monachorum et sanctimonialium benedictionem, etc. 5. *Bernardus* 3 (t 1153) pariter dicit multa esse sacramenta, et inter hæc ponit baptismum, eucharistiam et *pedum ablutionem,* quæ fit in Ccena Domini; nec mirum, nam sacramentum definit ‘‘sacrum signum,

1 ° Si qua ergo in aqua gratia, non ex natura aquæ, sed *ex praesentia* est *Spiritus Sancti* ” (De Spiritu S., I, 88; *De mysteriis*^ 8, n, 20; cfr. Tixeront, t. II, p. 307).

3 M Dominus (sanctificat) *invisibili gratia* per Spiritum S., ubi est totus fructus etiam visibilium sacramentorum” *(Quast.* in *Heptat.*^ 1. III, c. 84, *P. L.,* XXXIV, 712).

’ *Sermo in Cana Damini*, n. 1-4.

sive sacrum secretum". Sæc. XII, *Hugo a S. Victore* (f 1141) tractatum de *sacramentis* scripsit, in quo de *omnibus fidei mysteriis sacris ritibus,* etc. disserit, quasi totidem sacramenta essent; idem auctor inter *majora* et *minora* sacramenta distinguit, et inter minora aquæ aspersionem, susceptionem cineris, benedictionem ramonim, signaculum crucis, etc. recenset [1].

314. (B) Sed, mediante sæc. XII, jam septem sacramenta enumerari incipiunt ab auctore *Sententiarum divinitatis* (1148), a Petro Lombardo in Libro *Sententiarum* (1159), imo eodem tempore ab *Herbordo* in instructione pro fidelibus; mox in documentis ecclesiasticis, v. g., *Constitutionibus synod.* Odonis, episcopi Parisiensis (1197), *Cone. Londinensi* coram Legato apostolico (1237), Cone. oecum. *Lugdunensi II* (1274), etc.

Ratio est quia eodem tempore *P, Lombardus* definitionem tradidit sacramenti proprie dicti tanquam *signi productivi gratiæ :* " Sacramentum enim *proprie* dicitur quod ita *signum* est gratiæ Dei et invisibilis gratiæ forma ut ipsius imaginem gerat et *causa existât*".

J.amvero statim ac hæc distinctio data est inter sacramenta *proprie dicta gratiæ productiva* et alios ritus, omnes ore unanimi agnoverunt septem et septem tantum esse sacramenta a Christo instituta. *Res ipsa* igitur vere in Ecclesia existebat, nempe septem sacramenta, sed vocabulum commune, quo hi septem sacri ritus *gratiæ productivi exclusive* designarentur, nonnisi sæculo XII° receptum est[a].

315. Ex quo infertur argumentum *theologicum,* ab omnibus admittendum qui Ecclesiæ *infallibilitatem* admittunt. Nam unanimis consensus omnium theologorum, pastorum et fidelium, immo totius Ecclesiæ in synodis coadunatæ, per plura sæcula, de re simul dogmatica et morali, ad praxim quotidianam pertinente, est infallibile critérium veritatis propter infallibilitatem Ecclesiæ. Atqui, a sæc. XII exeunte, omnes theologi omnium scholarum docuerunt

[1] *De sacram.,* I, II, p. IX, c. I.

[3] Ita, v. g., in *Capitulariis* Caroli Magni (769-813) singula recensentur sacramenta, quin tamen eorum catalogus texatur. Cfr, J\ Misson in *Recherches de Se. relig.,* t. III (1912), P- 245-254.

septem et septem tantum esse sacramenta gratiæ productiva non tanquam opinionem, sed tanquam *veritatem certam,* imo ut *dogma fidei Christiana.* Ergo septenarius sacramentorum numerus est vere dogma ad fidem catholicam pertinens.

II. Thesis probatur argumento prescriptionis.

Vim ac methodum hujus argumenti exposuimus in *Tr. de Fide,* n. 366.

316. Argumentum ita contrahi potest : *Historice constat,* diu ante Protestantium errores, numerum septenarium sacramentorum ab universali Ecclesia fuisse propositum tanquam fidei dogma. Atqui impossibile est talem consensum explicare nisi hæc veritas a Christo et Apostolis fuerit tradita. Ergo.

317. i° Facta exponuntur. Tempore quo Novatores prodierunt, sæculo XVI°, septenarius sacramentorum numerus certo admissus fuerat in universa Ecclesia sive Romana sive Orientali, et quidem per plura sæcula.

(A) Quoad Ecclesiam *Romanam,* id sane constat :

(a) Ex *Decreto ad Armenos* (sæc. XV), in quo septem numerantur sacramenta; (b) ex Cone. Œcum. *Lugdunensi II* (1274), in quo Michael Palæologus Gregorio X fidei confessionem obtulit, ubi legebatur [1] : " Tenet etiam et docet eadem S. Romana Ecclesia septem esse ecclesiastica sacramenta, etc. (c) *ex professione fidei* quæ, anno 1210, *Waldensibus* ad Ecclesiam reducibus ab Onnocentio ÏÏ1 præscnpta tuit, iri qua septem singillatim sacra-"menta commemorantur [8]; (d) ex *unanimi consensit theologorum,* qui~ jam a sæculo XII°, etsi de multis ad sacramenta pertinentibus dissentientes, firmiter docuerunt tanquam dogma ad fidem spectans, septem et septem tantum esse sacramenta [3], nullis pastoribus aut

[1] D. B., 465. — [2] [illegible] 424.

[3] Ita, inter alios, P. Lombardus (+ 1164), *Sentent.,* l. IV, dist. 2*; Magister Rolandus, postea *Alexander III,* in *Sententiis* quas circa an. 1150 edidit; Gregorius, episcopus Bergamensis (1133-1146), in opere *De veritate corp. Christi* contra Berengarium ; S. Otto. ep. Bambergensis, circa an. 1139, in *Sermone ad Fomeranos, P. L.,* CLXXIII, 1360; aut saltem Herbordus (+ 1168), qui vitam S. Ottonis scripsit. — Allegatur etiam auctor anonymus libri, an. 1098, Billemi in Alvernia scripti, qui de septem sacramentis disserere promittit, sed in decursu libri *Confirmationem* omittit. *{Hist, littir. de la France,* t. VIII, p. 474-476).

fidelibus usque ad Reformationis tempus reclamantibus, si excipiuntur *Waldenses* qui propterea e sinu Ecclesiæ ejecti sunt.

318. (B) Quoad *Ecclesiam gracam,* idem constat[1] :

Ex consensu *Ecclesia graca* tempore Reformationis, ut patet : 1) ex declaratione *Jeremia,* schismatici pâtriarchæ Constan-' tinop., qui, a Protestantibus Germaniæ interrogatus, respondit (an. 1576) : ‘‘Nihil nostrum afferentes, sed ex *sanctis septem acumenicis synodis* et ex *sententia ss. doctorum* interpretumque divinitus inspiratae Scriptune, quos catholica Christi ecclesia unanimi consensu recipit., dicimus *septem divina esse mysteria (sacramenta), baptismum* scilicet...”; hic septem recenset sacramenta nostra. 2) Ex *condemnatione Cyrilli Lucaris,* Jeremiæ successoris, qui, calvinianis erroribus in Germania et Lithuania imbutus, duo tantum sacramenta admittenda esse docuerat : jamvero hæc assertio ut *karetica* damnata fuit in duobus conciliis Constantinop. (1638 et 1642), et Hierosolymitano (1672), necnon in *confessione orthodoxa fidei* quam confecit *Petrus Moghila,* metropolitanus kiovensis ’.

Ex conciliis *LugdunensiII* (1274) et *Florentino* (1439), quibus Græci schismatici interfuerunt quin unquam contra septenum sacramentorum numerum protestaverint.

Ex eorum *Euchologiis* (Ritualibus) ubi ritus inveniuntur pro septem sacramentis; et ex consensu unanimi eorum theologorum[3].

(C) Idem probatur quoad *Orientales* sectas, nempe *Nestorianos* et *Monophysitas*[4] jam a sæc. V extra Ecclesiam rejectos, tum ex Episcoporum illarum nationum declarationibus statim ac Protestantium hæresis eis innotuit, tum ex eorum libris liturgicis, aut testimoniis viatorum qui per has regiones iter fecerunt[4].

[1] *Perpétuité de la foi sur les sacrements^* L V, 1. I-VI ; Schelstrate, *Acta orient. eccles..* 151, 154, 202, etc.

’ Schelstrate, *op. cit.* 504.

[3] Arcudius, *De concordia eccl. occid. et orient.,* 1. I, c. 2 ; Schelstrate, *op. cit.y* 125, 139, 262, etc.; E. Renaudot, *Liturgie orientales.* — Quem consensum iterum affirmavit Yanycher, rector academiæ Petroburgensis (in Russia), quando, an. 1874, cum Protestantibns et Vetero-Catholicis Bonnæ convenit; tunc enim, nomine Orientalium, postulavit ut omnes fidem suam profiterentur *septem sacramenta,* quæ absque dubio agnoscuntur, inquiebat, in veteri utriusque Ecclesiæ praxi liturgica et scriptis patrum a Conciliis approbatorum. (Ap. Einig, *De sacramentis.* I, p. 44).

[4] Assemani, *Biblioth. orient..* t. II, p. 5; t III, p. 240 sq.; *Perpétuité de la Foi.* t III, 1. S, c. 18 sq,; t» V, L I, c. 9. — *Armenia* qui Monophysitarum erroribus adhaerent, Extremam Unctionem non amplius ministrant (forsan quia difficile est invenire *septem* sacerdotes qui ad ejus collationem requiruntur), sed

Fatemur equidem quosdam scriptores orientales errasse in determinatione singulorum sacramentorum, sed nihilominus septem enumerant; proindeque cum Ecclesia catholica consentiunt circa substantiam dogmatis, et particulares errores, in quos inciderunt, facile explicantur si præ oculis habeatur Orientales ecclesias, a centro unitatis divulsas et tyrannide oppressas, ignorantia obvolutas fuisse Unde doctrina Orientalium ex libris eorum liturgicis potius quam ex libris privatorum scriptorum discenda est.

Conclusio : certo igitur constat, pluribus saeculis ante Reformationem, omnes ecclesias Christianas tanquam fidei dogma admisisse septem esse sacramenta a Christo instituta, nec plura, nec pauciora.

319. 20 *Ex hisfactis eruitur* argumentum historicum. Fides enim utriusque Ecclesiæ et omnium sectarum Orientalium etiam *historice explicari nequit,* nisi a Christo et Apostolis oriatur. Etenim Græci sæc. IX, sectæ Orientales sæc. V, ab Ecclesia Romana jam secesserant ; jamvero, si ante schisma nonnisi duo vel tria sacramenta admisissent, certe alia *nunquam a Latinis suscepissent,* præsertim cum Latinis semper *infensos* sese præbuerint, et suarum *traditionum tenacissimos.*

Quoties enim de unione cum Latinis actum est, toties infinitæ prope disputationes habitæ sunt de additione *"Filioque",* de modo baptismum ministrandi, de pane azymo, de jejuniis, de cantico *Alleluia* ceterisque hujusmodi : nec tamen ulla fuit controversia de septenario numero sacramentorum, licet hæc materia in professionibus fidei inclusa fuerit : nonne hoc est invictum argumentum fidem de septem sacramentis tam antiquam esse ut ante separationem sive Græcorum sive Orientalium, nempe ante quintum sæculum, jam exstiterit, et quidem in universa Ecclesia?

Jamvero talis consensus omnium ecclesiarum in re dogmatica, ad praxim quotidianam pertinente, quinto sæculo ubique vigens, *non potuit per innovationem induci,* sed ab Apostolis ipsis originem ducit; nam per quatuor priora sæcula, notum est episcopos veritatis custodes pervigiles et novitatum impatientes fuisse, et fideles fuisse apostolicarum

in eorum Ritualibus præsertim antiquis ritus ad hoc sacramentum ministrandum certo invenitur; cetera vero sacramenta etiam hodie conferunt Cfn L. Petit,

* Cfr. Franzelin, th. XX; Pesch, n. 92.

traditionum tenacissimos, ita ut statim ac novus error, vel aliquid inauditi prodiit, statim reclamaverint.

Ita, quando *Eonatista* validitatem Baptismi ab haereticis collati impugnarunt, *Encratita* eucharistiæ materiam, *Montanistce* et *Novatiani* potestatem omnia peccata remittendi, *Aeriani* ordinum distinctionem, *Jfanichai* matrimonii honestatem, vel dubia orta sunt circa ministrum et subjectum extremæ unctionis, Patres indubitanter strenueque catholicam fidem de his omnibus propugnarunt; quanto magis si nova sacramenta ab aliquo impostore inventa fuissent? Atqui nulla inveniuntur vestigia controversiarum de sacramentorum numero' in prioribus sæculis, nullæ reclamationes sive episcoporum, sive fidelium.

Ergo recte cum *Tertulliano*[1] concludimus : "Ecquid verisimile est ut tot ac tantæ Ecclesiæ in unam fidem erraverint?... Ceterum quod apud multos unum invenitur, *non est erratum* sed *traditum* et cum S. *Augustino*[2]*3:* "Quod universa tenet Ecclesia nec conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi auctoritate apostolica traditum rectissime creditur".

320. Conclusio totius demonstrationis : *Septem igitur sunt sacramenta, nec pauciora, nec plura,* (a) *Non pauciora,* cum septem connumerentur in Scriptura et Traditione. Si igitur pauciora a Patribus quandoque recensentur, id procedit ex eo quod ea sola commemorant quæ ad *scopum a se intentum* spectant, supra n. 313.

(b) *Nec plura :* nam in Scriptura et Traditione non dantur plura quam septem *proprie dicta* sacramenta. Patres aliquando plura quam septem numerant, quia, ut ex contextu apparet, vocem sacramenti sumunt *latiori sensu,* supra n. 313.

Ita quoad *lotionem pedum* a quibusdam inter sacramenta recensitam. Nam Traditio communis Ecclesiæ, quæ est norma primaria ad Scripturam recte inteliigendam, declarat hunc ritum non fuisse a Christo institutum ad gratiam conferendam, sed ad *officia humilitatis et dilectionis proximo* exhibenda : "Si ergo .ego lavi pedes vestros, dominus et magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes"[3]. Quare non paucæ liturgiæ antiquæ, præsertim romana liturgia, nullam lotionem pedum habent; Mediolani et in

[1] *De prescript.,* c. 28, *P. T..,* II, 40.
[2] *De Baptismo,* 4, 24, 31, *P. L..* XLIII, 174; Journel, 1631.
[3] *Joan.,* XIII, 14.

Gallia adhibebatur ut ce
postea usus invaluit eam celebrandi in Coena Domini, non ut sacramentum proprie dictum, sed ut praeberetur humilitatis et caritatis exemplum. — Si igitur a quibusdam Patribus inter sacramenta memoratur, agitur de sacramentis *lato, non stricto sensu.*

III. Thesis suadetur argumento convenientiæ.

Demonstrata septem sacramentorum existentia, hujus septenarii numeri *convenientiam* merito exquisierunt theologi.

321. Quidam, ut *Albertus Magnus* r, putarunt ea instituta fuisse ut septem *vitiis capitalibus* remedia præberent. — Alii, duce S. *Bonaventura,* docuerunt ea respondere septem *virtutibus :* tribus theologicis et quatuor cardinalibus 1.3

322. Utramque convenientiam exponit S. *Thomas*3, sed aliam addit profundiorem e *conformitate vitee spiritualis cum naturali :* " Vita enim spiritualis, inquit conformitatem habet ad vitam corporalem... In vita autem corporali dupliciter aliquis perficitur : uno modo quantum ad personam propriam, alio modo per respectum ad totam communitatem... Respectu autem suipsius perficitur homo in vita corporali dupliciter : uno modo *per se,* acquirendo scilicet aliquam vitæ perfectionem; alio modo *per accidens,* scilicet removendo impedimenta vitæ, puta ægritudines "... Quæ principia vitæ spirituali applicat. Nam in vita supernaturali, quinque necessaria sunt ad perfectionem *individui,* duo ad *societatis* perfectionem.

(A) Ad perfectionem *individui* requiritur *perse,* nempe ad vitam spiritualem : (a) ut *nascatur^xwX* spiritualiter fit per baptismum ; (b) ut *crescat* et roboretur, quod fit spiritualiter per confirmationem; (c) ut *nutriatur,* quod in vita spirituali per eucharistiam ŏbtinetur *Ter accidens* autem, nempe supposito peccato; (d) ut sanetur ab infirmitatibus, quod spiritualiter fit per pænitentiamj (e) ut, post morbum, recuperet pristinam valetudinem, quod in vita spirituali producitur per extremam unctionem, quæ peccati reliquias abstergit.

1 In ***IV*** *Sent.y* dist. 2, a. I.

3 *Breviloquium,* VI, 3; cfr. Card. Lépicier, p. 288.

3 *Sum. theol.f* 3, q. 65, a. 1. Cfr. *Contra Gent.y* L IV, c. 58; *Catech. Rom.9* de Sacram, in genere, n. 19 sq.

(B) Ad perfectionem *societatis* requiritur : (a) potestas regendi multitudinem, cui respondet ordo; (b) propagatio generis humani, quæ in ordine spirituali per matrimonium sanctificatur[x].

§ II. De ordine inter septem sacramenta[3].

Ex jam dictis, n. 313, non omnia sacramenta sunt paria, sed differunt ratione *natura, perfectionis* et *necessitatis.*

323. i° Ratione *natura* seu conformitatis cum vita naturali. Nam, ut ait S. *Thomas*[3], (a) "sicut unum est prius quam multitudo, ita sacramenta quæ ordinantur ad perfectionem unius personæ, naturaliter præcedunt ea quæ ordinantur ad perfectionem multitudinis. Et ideo *ultimo* inter sacramenta ponuntur *ordo* et *matrimonium,* quæ ordinantur ad multitudinis perfectionem; matrimonium tamen post ordinem, eo quod minus participat de ratione vitæ spiritualis, ad quam ordinantur sacramenta".

(b) Inter sacramenta quæ perfectionem singulorum respiciunt, ea quæ *per se* requiruntur primum locum obtinent, baptismus, confirmatio et eucharistia; deinde vero quæ *per accidens,* pænitentia et extrema unctio, n. 322.

(c) Inter ea quæ *per se* singulorum perfectionem spectant, veniunt : 1) baptismus quo *spiritualiter nascimur;* 2) confirmatio qua vita spiritualis *perficitur;* 3) eucharistia, qua *alitur.*— Quod et *historice* confirmatur, cum hæc tria sacramenta antiquitus uno tractu generatim ministrarentur.

324.[20] Ratione *dignitatis,* definivit *Tridentinum*[4] sacramenta non esse inter se paria, sed aliud esse alio dignius.

Juxta S. *Thornam*[1] quem communiter sequuntur theologi, Eucharistia aliis sacramentis præcellit, et quidem tripliciter :

[x] Protestantes ipsi hanc analogiam non potuerunt non mirari ; eamdem stylo poetico descripsit Goethe, *Œuvres,* t. 18, p. 262; anglice *Auto-Biography,* Bohn's translate, I, p. 245-248. Quod et admittit A. Harnack, *Dogmengesch.,* **IIP**, pp. 485, 487.

[3] S. Thom., 3, q. 65, a. 2-4; L. Billot, th. XXI-XXII; Card. Lépicier, p. 291-304; Van Noor-t, n. 25-27; Hervé, n. 415-417.

[1] *Sum. theol.*, 3, q. 65, a. 2.

[4] Sess. VII, can. 3, D. B., 846. — * *Sum. theol.,* 3, q. 65, a. 3.

i) Christus enim *substantialiter* ibi continetur, dum in aliis sacramentis continetur virtus quaedam instrumentalis *participata;* 2) alia sacramenta ad hoc sacramentum ordinantur : *ordo* ad ejus consecrationem; *baptismus* ad ejus receptionem ; *confirmatio,* ut fidelis non vereatur se subtrahere ab ejus receptione;*pœnitentia* et *extrema unctio* tanquam præquatenus repræsentat unionem Christi cum Ecclesia, cujus unitas per eucharistiam figuratur; 3) fere omnia sacramenta in eucharistia consummantur, v. g., adulti baptizati et ordinati communionem accipiunt.

Quoad cetera sacramenta, communiter cum S. Thoma ejusque commentatoribus, admittitur hic ordo perfectionis : 1) sacramentum *ordinis,* quod ad bonum spirituale communitatis refertur; 2) *confirmatio,* quæ perficit vitam spiritualem; 3) *baptismus* quo spiritualiter renascimur;4) sacramenta quibus peccata et eorum reliquiæ tolluntur; attamen *extrema unctio* perfectior est quam *pœnitentia,* cujus complet effectum reliquias peccati tollendo; 5) *matrimonium,* quod ad bonum societatis temporalis ordinatur.

325. [30] Ratione *necessitatis,* declarat *Tridentinum* [1], contra Protestantes, sacramenta esse ad salutem necessaria aut valde utilia : " Si quis dixerit sacramenta N. Legis non esse ad salutem necessaria sed superflua, et sine eis aut eorum voto [2], per solam fidem homines a Deo gratiam justificationis adipisci, licet omnia singulis necessaria non sint, A. S. " Unde, posita sacramentorum institutione, *nullum horum est superfluum* seu inutile, sed omnia sunt aliquo sensu ad salutem necessaria, non tamen eodem modo, sed ita tamen ut nemo per solam fidem salvetur absque omni sacramento saltem in voto suscepto.

Ita *ordo* et *matrimonium* non pro singulis hominibus, sed pro societate spirituali et temporali necessaria sunt. — Inter alia sacramenta, 1) duo sunt *simpliciter* necessaria, saltem

[1] Sess. 7, can. 4, D. B., 847.

[2] In tr. *de Baptismo* explicabimus quid sit votum baptismi et aliorum sacramentorum, nempe actus caritatis includens implicitum desiderium omnium quæ ad salutem requiruntur

in voto : *baptismus,* omnibus absolute*poenitentia* autem iis qui, post baptismum, mortaliter peccaverunt; 2) alia vero sunt necessaria *secundum quid,* nempe *confirmatio, eucharistia, extrema unctio,* cum salus sine his, licet difficilius, obtineri valeat.

Quod quidem magis patebit ubi de singulis sacramentis.

CAPUT

DE AUCTORE SEU INSTITUTORE SACRAMENTORUM.

326. Prænotanda. Quo melius intelliganrur quæ de auctore sacramentorum dicenda sunt, pauca de *causa efficiente* praenotare oportet.

Causa efficiens ea est quæ *per suam actionem* aliquid vere operatur ad effectum producendum.

(a) H em causa *tsX^pr.iucipans* vel *instrumentalis :* prio\€a est quæ *virtute sibi propria VA~lfffectui proportionata* effectum producit) posterioirea est quæ ad effectum concurrit non virtute propria, sed *virtute a causa principali accepta,* àicut calamus est causa instrumentales scripturae quatenus movetur a scribente qui est causa principalis.

Causa *instrumentons,* quando est creatura rationalis, dicitur *ministerialis;* nam, ut ait S. *Thomas* \ minister est quasi *instrumentum animatum* seu *intelligens.*

(b) Utraque causa est *physica* vel *moralis :* 1) prior effectum producit *actione reali* et *physica :* ita pictor est causa *principalis physica* imaginis quam pingit, penicillus est causa *instrumentalis physica* ejusdem imaginis. 2) Altera seu *moralis* ad effectum concurrit motione *morali,* v. g., suasione vel imperio aut aliquo contractu : ita dominus *mandans* servo ut talem virum occidat, est causa *moralis principalis* homicidii; si quis autem ad regem scribit ad obtinendam veniam alicujus rei, epistola est causa *moralis instrumentons* veniæ a rege concessæ.

' *C. Geni.,* l. III, c. 79; *Sum. theol.,* i, q. 112, a. I.

327. Status quæstionis. Quibus positis, quaeritur quænam sit *causa efficiens principalis* sacramentorum, quaenam causa *ministerialis*.

(a) Jam vero *Deus solus* est *causa efficiens principalis* sacramentorum ; nomine autem Dei venit tota Trinitas, Pater, Filius et Spiritus Sanctus, ideoque Christus quatenus Deus.

(b) Christus autem est causa *efficiens ministerialis primaria,* quatenus relate ad sacramenta potestatem habet *excellentia.*

Sub Christo et dependenter ab eo, Ecclesia est sacramentorum causa *efficiens ministerialis secundaria,* et cum ea ministri ab ea deputati. — De ministro secundario infra agemus, in capite sexto.

Hic igitur dicendum est : i° de *Deo* sacramentorum *principali* auctore ; et 2° de *Christo homine* quatenus est causa *ministerialis primaria.*

Art. I. De Deo principali sacramentorum auctore [1].

328. *Thesis* : Solus Deus est auctor principalis sacramentorum N. Legis. *Certum est.*

Ille enim solus est sacramentorum auctor principalis qui virtute propria producere potest essentiales effectus sacramentorum. Atqui solus Deus illos effectus producere potest, nempe *gratiam* et *characterem,* (a) *Gratiam :* hæc est enim participatio vitæ divinæ; atqui solus Deus potest propriam vitam aliis communicare; ergo, (b) *Characterem :* hic enim est participatio sacerdotii Christi, ut infra demonstrabitur; atqui solus Deus potest hoc sacerdotium communicare, cum sacerdotium Christi supponat unionem hypostaticam, ut dictum est in *Tr. de Verbo Incarn.,* n. 1199; ergo character communicari non potest nisi ab eo cui subest unio hypostatica, nempe a Deo.

(c) Insuper uterque effectus produci nequit nisi ab eo qui intime præsens est animæ, ubi est gratia et character; atqui

[1] S. Thomas, 3, q. 64, a. i-j; L. Billot, th. XIV; Card. Lépicier, p. 181 sq.; E." Hugon, p7 Fi^sq.

solus Deus Hiabitur animæ, solusque intime in anima praesens est; ergo solus Deus potest principaliter gratiam et characterem in anima producere.

Art. II. De Christo sacramentorum auctore [1].

329. Status quæstionis. (A) Cum Christus sit Deus et homo, ut *Deus* sacramenta instituit tanquam auctor *principalis* seu potestate *auctoritatis;* ut *homo,za.* instituit potestate *ministerial! primaria* seu *excellentiæ.*

Hæc autem potestas excellentiæ, juxta S. Thomam, in quatuor consistit, (a) Sacramenta *vim suam habent a passione Christi;* nam gratia, quæ per ipsa confertur, est veluti fructus meritorum ejus, (b) Administrantur *ejus nomine,* seu virtute : " Baptizetur unusquisque vestrum in *nomine* Jesu Christi [2] (c) Et quia ex ejus institutione sacramenta virtutem obtinent, ipse potuit ea instituere et de facto instituit determinando gratiam cuique propriam ejusque elementa constitutiva, (d) Tandem potest, absque ritu sacramentali, producere gratiam sacramentis propriam/ut constat exemplis paralytici et Magdalenæ, quorum peccata sine ullo sacramento remisit[3].

330. (B) Christys autem potuit sacramenta instituere : (a) *mediate* dando. Apostolis aut Ecclesiæ potestatem instituendi signa sensibilia quibus Deus, ob Christi merita, gratiam adnecteret ; (b) *immediate* seu per se ipsum, dum adhuc in terris viveret, determinando pro unoquoque sacramento gratiam propriam et signum sensibile cui adnectitur.

(C) Hanc vero determinationem signi sacramentalis Christus facere potuit dupliciter : (a) *in genere,* præcipiendo adhibendum esse aliquod signum ad *talem* gratiam significandam et producendam *aptum,* sed Ecclesiæ relinquendo potestatem hoc eligendi signum *in concreto;* (b) *in specie etiam infima,* determinando *ipsum signum,* i. e., *talem* materiam et *talem* formam, imposita lege eo semper utendi.

Thom., 3, q. 64, a. 1-4; **Saknant,** disp. **VI; P. Pourrat,** *op. cit.,* ch. V-VI ; EL **RogOn,**"^l T±y- f36 et *La Causalité instrumentale en théol.,* ch. **Ill** ; **Van Noort,** 0. 92-101 ; **A. De Smet,** n. 90-101 ; **Hervé,** n. 418-427.

II!l **II**

2 *Act.x* **II,** <8. — 3 *Matth.* **IX,** 2; *Luc.,* **VII,** 48.

Ita, v. g., *in genere* tantum instituit sacramentum ordinis, si, determinata gratia propria hujus sacramenti, Apostolis praeceperit adhibere *quodlibet* signum ex se idoneum ad auctoritatis et gratiæ huic annexæ collationem significandam ; *e* contra idem sacramentum *in specie* instituit, si præceperit *manuum impositionem* semper adhibendam esse, simulque verba huic impositioni adnexa.

Quibus expositis, duo expendemus : i° *factum* institutionis; 20 *modum* institutionis.

I. Christus instituit omnia sacramenta N. Legis.

331. i° **Errores.** (a) Inter *veteres scholasticos,* quidam putaverunt tria sacramenta, nempe *Extremam Unctionem, Panitentiam* et *Confrmationepn,* al? Apostolis aut ab Ecclesia instituta fuisse : ita *Htifo tâcfûririùs* et *P. Lombardus* quoad Ex. Unctionem; *Alexander Alensis*^ quoad Tænitentiam ;' idem auctor docebat *Confirmationem* in conc. Meldensi, an. 845, Spiritus Sancti instinctu, institutam fuisse x. — Sed illi auctores, nomine institutionis, significare videntur determinationem materiæ et formæ.

(b) Protestantes *liberales*'2 contendunt Christum non instituisse sacramenta, sed solum religionem in spiritu et veritate; *Modernistcp3* autem docent sacramenta ortum habuisse ex eo quod ostoli eommque successores ideam aliquam et intentionem risti, suadentibus circumstantiis, interpretati sunt. — Contra os sit sequens propositio.

332. 20 *Thesis :* **Christus vere instituit omnia et singula N. Legis sacramenta. De *Fi D<***

De fide est e *Tridentino* definiente 4 : " Si quis dixerit 4jA sacramenta N. Legis non fuisse omnia a Jesu Christo '■ Domino nostro instituta, A. S." Quibus verbis de fide est omnia sacramenta vere fuisse a Christo instituta, *saltem*^ *mediate*^ quatenus nempe Dominus Apostolis et Ecclesiæ dedit potestatem septem sacramenta instituendi.

Quod aliunde constat ex *Scriptura,* ex dictis n. 311, et ex

1 S. Bonaventura, in 4 Sent., dist. 7, scholion, idem docuerat; sed nuperrimi editores ejus operum (Quarracchi) animadvertunt S. Coctorem id correxisse in *Breviloquio,* VI, 4. — Aliam explicationem mentis S. Bonaventuræ tradit Bittremieux, *L!institution des Sacrements d'après S. Bonaventure,* Paris, 1924.

2 A. Sabatier *Esquisse d'une philosophie de la religion,* l. II, c. II, § 5, β. III, § 3-

3 A. Loisy ;* *Autour d'un petit livre,* p. 224-226.

4 Sess. VII, can. 1 de Sacramentis in genere, D. B., 844.

dicendis ubi de singulis sacramentis; necnon ex *Traditione* cum nullum sit sacramentum quod a Patribus non recenseatur, n. 312; id insuper fusius demonstrabitur ubi de unoquoque sacramento.

Merito itaque reprobata est propos. 40a Modernistarum : " Sacramenta ortum habuerunt ex eo quod Apostoli eorumque successores ideam aliquam et intentionem Christi, suadentibus et moventibus circumstantiis et eventibus, interpretati sunt ". *Ad minus* ergo dicendum est Christum vere voluisse septem esse sacramenta, quorum *gratiam propriam* determinavit, dando Apostolis potestatem delegatam *signa eligendi sensibilia* quibus hæc gratia adnecteretur.

333. *Rat. theologica* confirmatur, (a) Ille enim solus potest vere sacramenta instituere qui gratiam sanctificantem alicui signo sensibili adnectere potest. Atqui neque Apostoli neque Ecclesia possunt propria auctoritate id præstare, sed solus Christus, qui, utpote Deus et homo, gratiam alligare potest signis sensibilibus. Ergo.

(b) Insuper, cum Christus sit totius Ecclesiæ caput, omnis auctoritas in sacramenta ab eo derivare debet.

II. De modo institutionis.

334. Duo expendi debent : i° utrum Christus *mediate* an *immediate* sacramenta instituerit ; 2° utrum *in genere* an *in specie.*

Hic agitur de quæstione *facti,* non *juris :* omnes enim fatentur Christum *potuisse,* si voluisset, Ecclesiæ potestatem delegare determinandi signa quibus Ipse gratiam adnecteret

335. i° *Thesis* . Christus immediate instituit septem sacramenta N. Legis. *Çgtum est.*

(A) Infertur e *Tridentino* n. 332 citato; (a) etsi enim Concilium non adhibuerit vocem *immediate,* ne condemnaret quosdam veteres scholasticos, ex verbis adhibitis mens ejus satis clare intelligitur, nam quæ *mediate* solum instituuntur, non dicuntur institui simpliciter; sic, quæ Ecclesia instituit,

vi potestatis sibi a Christo collatæ, ut jejunium Quatuor Temporum, non dicuntur ab ipso Christo instituta sed ab Ecclesia; ergo pariter si sacramenta fuissent solum mediate a Domino instituta, non ab eo simpliciter instituta dici possent.

(b) Confirmatur ex canone circa *Extremam Unctionem* », ubi definitur hoc sacramentum, de quo præsertim dubitabatur, fuisse *a Christo institutum, a S. Jacobo promulgâtum ;* atqui, in hoc casu, certe vox " *institutum* ", cum opponatur voci *"promulgatum",* nonnisi directam institutionem designare potest, et significat Apostolos promulgavisse quidem, sed nullo modo instituisse sacramentum Extremæ Unctionis.

(c) Tandem declaratur a *Tridentino* Ecclesiam nil posse circa *sacramentorum substantiam* ;[1] atqui, si Ecclesia accepisset a Christo potestatem sacramenta instituendi, posset utique mutare eorum substantiam; nam qui potest plus, potest et minus; ergo.

336. (B) *Innuitur* ex *Scriptura :* (a) Apostoli sese *profitentur* ut *dispensatores* mysteriorum Dei non ut institutores : "Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei "(^p(b) Christus certo immediate instituit *Baptismum* et *Eucharistiam;* ergo, et *analogia,* idem probabiliter dici potest de ceteris sacramentis, ut melius intelligetur ubi de unoquoque sacramento; (c) Probabiliter etiam infertur ex eo quod Christus per quadraginta dies post Resurrectionem cum discipulis locutus est de *regno De(^)*\. e, de Ecclesia et sacramentis[5].

337. (C) *Rat. convenientia suadetur.* Conveniebat Christum ipsum sacramenta immediate instituere : (a) ut melius

1 Sess. XIV, can. i, D. B., 926.

2 *Trident.* enim docet (sess. XXI, cap. 2) " hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in sacramerttorum dispensatione, *salva illorum substantia,* ea statueret vel mutaret, quæ suscipientium utilitati... magis expedire judicaret

'I Cor., IV, i

‹ *Act.,* I, 3.

Mta enimhæc verba intelliguntur a nonnullis Patribus, v. g., a S. Leone, *Serm. I de Ascensione :* " Magna in eis (diebus) confirmata sacramenta, magna revelata sunt mysteria ".

appareret solum Christum Redemptorem nostrum esse, et sacramenta totam virtutem suam ex ejus meritis desumere; (b) ne homines spem in homine ponerent, in eo scilicet qui illa sacramenta instituisset, et ne schismata orirentur, sicut olim exorta sunt inter Corinthios, qui dicebant : " Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Christi"[1]. (e) Apostoli sunt vicarii Dei et Christi; unde sicut non licet eis aliam constituere Ecclesiam, ita non licet alia instituere sacramenta.

338. Conclusio, (a) Christus ut *Deus,* vi et auctoritate propria,est causa principalis omnium sacramentorum, simul cum Patre et Spiritu Sancto.

(b) Ut *homo,* Christus instituit sacramenta duplici sensu : 1) ut causa *meritoria,* quatenus suis actibus gratiam meruit quæ per sacramenta distribuitur : nulla enim gratia, in statu saltem naturæ lapsæ, confertur nisi vi meritorum et satisfactionum Christi, ut probatum est in *Tr. De Verbo Incarnato,* n. 1182. Ouare *Tridentinum* docet causam meritoriam gratiæ per baptismum collatæ esse Jesum Christum '.

2) Ut causa *instrumentons,* quatenus ejus humanitas *instrumentum* fuit quo Deus usus est ad sacramenta instituenda. Ex quo sequitur, juxta Thomistas[3], Christi humanitatem esse causam *instrumentaient physicam* qua Verbum utitur ad producendam gratiam in sacramentis; nam humanitas Christi est instrumentum conjunctum Verbo hypostatice, quo utitur ad omnes effectus supernaturales producendos.

20 Determinatio materiae et formæ in genere an in specie?

339. (A) *Status quœstionis.* Christus, ex dictis, immediate instituit omnia sacramenta, (a) Hoc autem duplici modo praestare potuit *in genere* aut *in specie,* seu *in individuo,* ut supra dictum est, n. 330.

[1] *I Cor.,* I, 12 ; cf. S. Thom., > q. 64. a. 4, ad 1.
[2] Sess. VI, cap. 7 ; D. B., 799.
[3] E. Hugon, p. 128, et *La causalité instrumentale,* ch. III.

(b) *Certum* est Christum determinavisse non solum in genere, sed etiam in specie materiam et formam baptismi et eucharistiae; hoc enim sufficienter constat tum ex Scriptura, tum ex Traditione omnium ecclesiarum, ut infra probabitur quando de his sacramentis disputabimus. Sed *controvertitur* num idem dicendum sit de ceteris sacramentis, præsertim de confirmatione, extrema unctione et ordine.

340.(B) **Prior sententia.** Juxta *Suareziutn, S. Ligorium, Card. Lépicier,* aliosque x, omnium sacramentorum materia et forma *in specie aut in individuo* determinatae sunt a Christo.

(a) *Trid.* declarat Ecclesiam nil posse circa sacramentorum substantiam, ideoque circa materiam et formam quæ ad substantiam pertinent; atqui si Ecclesia a Christo recepisset potestatem *eligendi in specie* materiam et formam sacramentorum, easdem mutare posset, (b) Si Christus reliquisset Ecclesiæ potestatem in specie determinandi materiam et formam sacramentorum, aliquot vestigia hujus potestatis in Scriptura aut Traditione invenirentur; atqui nullum apparet vestigium quod Ecclesia hac potestate usa fuerit.

341.(C) **Posterior sententia.** Juxta *Lugo, Sahnanticenses, L. Billot,* aliosque a, Christus non determinavit *in individuo* materiam et formam quorumdam sacramentorum, sed Ecclesiæ permisit ut seligeret individuam determinationem idoneam ad salvandam essentiam signi sensibilis, i. e., materiae et formæ quam ipse in genere instituerat.

(a) Nullibi legitur in Scriptura et Traditione Christum ipsum *in specie* determinavisse materiam aut formam confirmationis, extremæ unctionis vel ordinis; imo *Innocentius* ***IV*** (in cap. *Presbyter,* de sacr. iterandis) contrarium manifeste supponit : " Unde credimus quod nisi essent formæ postea inventæ, sufficeret ordinatori dicere : sis sacerdos, vel alia æquipollentia verba,

' Suarez, disp. II, sect. 3; S. Alphonsus, n. 12; de Augustinis, th. 13; Tepe, n. 23 sq. ; Card. Lépicier, p. 195-202.

2 Salmantic., *Cursus theol. mor.,* de Sacram, in genere, c. IV, n. 48; Lugo, *De Sacrament, in gen.,* disp. IV, sect. 5, n. 86 sq. ; Hurter, *De Ordine,* n. 712 ; L. Billot, t. I, pp. 35, 171 ; t. II, p. 297; Egger, n. 648; Van Noortt η. ιοί; A. De Smet, n. 99; A. d'Alès, *De Bagtismo,* pp. 33, 42-48.

sed subsequentibus temporibus formas, quæ servantur, Ecclesia ordinavit

(b) Historice constat mutationes occurrisse in *mpteriis* et *formis* quorumdam sacramentorum, et quidem circa res quæ *hodie* ut *essentiales* a plerisque theologis habentur. 1) Sic, v. g., theologi communiter docent verba " signo te signo crucis et confirmo te... in nomine Patris..." necessaria esse ad validam administrationem Confirmationis in Ecclesia Latina; jamvero certum est quædam ex his verbis per multa sæcula non fuisse in usu, nec etiam nunc a Græcis adhiberi [*] Iterum, in sacramento Pænitentiæ, forma *deprecative* in usu erat in nonnullis Occidentalibus ecclesiis, et etiam nunc apud Orientales adhibetur, dum *sola* forma *indicative* a multis dicitur esse valida in Ecclesia Romana. E contra communiter docetur in extrema unctione *solam* formam *deprecativam* validam esse, et nihilominus certum est in multis antiquis Ritualibus formam *absolutam* inveniri, et in aliis formam prorsus diversam ab ea quæ nunc adhibetur, occurrere Et sic de aliis.

2) Mutationes nonnullæ pariter in *materiis* occurrunt. Quoad confirmationem, Apostolos *manuum impositione* usos fuisse Scriptura tradit; huic postea addita fuit *chrismatis unctio,* et hodie, in Græcorum euchologiis, ne minimum quidem verbum de impositione manuum reperitur; quoad ordinem, sola manuum impositio tanquam ritus essentialis in Scriptura describitur, et etiam hodie apud Orientales adhibetur, dum e contra *Decretum ad Armenos* aperte declarat : " Sextum sacramentum est ordinis, cujus materia est illud per cujus traditionem confertur ordo, sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino et patenæ cum pane porrectionem ". Hinc acriter theologi disputant quænam sit materia essentialis hujus sacramenti.

Ex his factis duplex educitur argumentum : (a) mutationes in rebus, quæ *essentiales hodie considerantur,* factæ sunt quoad materias et formas quorumdam sacramentorum; atqui si Christus materiam et formam omnium sacramentorum in specie deter-

[*] Olim hæc tantum verba dicebat (Pontifex) : " In nomine Patris et Filii, et Spiritus S·, pax tibi", ut videre est apud Amalarium... Graeci hanc formam adbihent : "Signaculum doni Spiritus S. "... Ad eam formam multum accedit ea quæ exstat in ordine Gelasiano, et in antiquioribus sacramentorum libris : "Signum Christi in vitam æternam. Amen ". (Martène, *De Antiquis Eccl. Ritibus,* lib. I, cap. II, art. 3). Alias formulas vide apud Chardon, *op. cit.,* Histoire du Sacr. de Confirmation, cap. I. Quicumque hæc duo opera attente perlegerit, candide fateri cogetur multas formas olim adhibitas fuisse, quæ hodie communiter a theologis ut invalidæ haberentur.

[*] Cf. Martène, *op. cit.,* lib. I, cap. 7, a. 3.

minasset, hujusmodi mutationes occurrere non potuissent, cum Ecclesia essentialium rituum fidelis custos exstiterit, ut pro Baptismo et Eucharistia constat; ergo, (b) Insuper, nisi admittatur Christum Ecclesiæ quorumdam sacramentorum materias et formas facultatem in specie determinandi reliquisse, dicendum est per multa sæcula nonnulla sacramenta invalida fuisse, et etiam nunc apud Graecos modo invalido administrari; quod quidem a nemine admitti potest ; ergo.

(c) Nec obstat *Trident,* declarans Ecclesiam mutare non posse sacramentorum substantiam; nam, in materiis et formis, illa sola substantialia sunt quæ *Christus ipse instituit;* jamvero si, ut contendit posterior opinio, nonnisi modo generic© quasdam materias et formas determinaverit, substantia earumdem non mutatur per specificam determinationem ab Ecclesia factam, dummodo generica significatio a Christo determinata retineatur.

342. Conclusio. Ex hac controversia inferri potest : Christum, si non determinavit *in specie* materiam et formam sacramentorum, *soli Ecclesiæ* hanc potestatem delegatam reliquisse. Quapropter sedulo standum est regulis ab ea præfixis, ne forte periculum nullitatis in sacramentorum administratione incurratur.

H

CAPUT IV.

DE ELEMENTIS CONSTITUTIVIS SEU MATERIA ET FORMA SACRAMENTORUM[1].

343. Probata sacramentorum institutione, jam de eorum elementis *essentialibus* seu *constitutivis* (non vero de ritibus *accessoriis)* dicendum est. Jamvero sacramentum est *signum sensibile* quod duplici constituitur elemento, *rebus* nempe et *verbis* seu materia et forma. Dicemus : i° De *notione* et *existentia* materiæ et formæ in sacramentis; 2° De *regulis moralibus* circa *usum materie? etfomnes.*

Art. I. Notio et existentia.

344. 1° Notio. Signum sacramentale duplici constat elemento, scilicet *rebus* et *verbis. Res* autem hic adhibetur *lato sensu* et designat sive *substantiam materialem,* ut aquam, oleum, panem ; sive *actionem sensibilem,* ut ablutionem, unctionem. Pariter nomine *verbi* intelligitur non solum verbum *ore* prolatum, sed etiam *gestus* verbo æquivalens quoad mentis manifestationem, v. g., motio capitis consensum manifestans. Quod duplex elementum a Scholasticis vocatum est *materia etforma, ex* quadam analogia cum corporibus physicis quæ ex materia et forma constituuntur. Primus qui hoc loquendi modo usus fuerit, probabilius est *Gulielmus Antissiodorensis* initio sæculi XIII.

(A) *Materia,* in sacramentis, est elementum signi sacramentalis cujus significatio aliqua determinatione indiget quæ per formam inducitur. Tales sunt res et actiones sensibiles quæ *ex se* plura significare valent; sic aqua, quæ in Baptismo adhibetur, ex se ad plura ordinari potest, v. g., ad refrigerandum, ad abluendum.

Iterum sacramenti materia potest esse : (a) *remota* vel *proxima;* prior est res ipsa sensibilis in se considerata, ut aqua in Baptismo;

[1] S. Th., 3 p., q. 60, a. 5-8 ; Suarez, disp. II; Salmant, disp. II ; Drouin, q. I, § 4; Billuart, diss. I, a. 4; de Augustinis, th. XI; L. Billot, th. I.

posterior est rei usus seu applicatio, v. g., ablutio in baptismo, (b) *Essentialis* vel *integrans;* prior ad sacramenti essentiam pertinet, ut contritio, vel etiam satisfactio in voto pro Pænitentiæ sacramento; posterior ad sacramenti integritatem pertinet, ut satisfactio in re.

(B) *Forma* est elementum signi sacramentalis cujus significatio materiam ad rationem sacramenti *determinat,* ita ut jam habeat vim sanctificandi; v. g., in baptismo verba : " Ego te baptizo "... efficiunt ut aqua, quæ *ex se* plura significat, tanquam lôtio et lotio sacra habeatur. Generatim forma in *verbis* consistit ; in matrimonio tamen, hocque solo, signa seu *nutus* possunt verborum locum tenere.

345. 11° *Thesis :* Omnia N. Legis Sacra н enta, in suo sensibili elemento spectata, essentialiter constant rebus et verbis, quæ convenientepter dicuntur materia et fori н a sacramentorum. ^ Certum est

Probatur ia *pars,* nempe *sacramenta constant rebus et verbis.*

(A) *Scriptura* docet quædam sacramentalia signa illo duplici elemento constitui; nam de Baptismo dicitur(£^: " Nisi quis renatus fuerit ex *aqua* ". ,.et ita indicatur *res;* et insuper : " Docete omnes gentes, baptizantes eos *in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti* ", et ita *verba* designantur. De aliis sacramentis aliquid simile invenitur, ut exponetur ubi de singulis.

(B) *Tradit. Patres* jam animadverterant in signo sensibili quorumdam sacramentorum duplex elementum inveniri, — sed præsertim^*Augustinus* 2, qui clare distinguit *elementum* et *verbum :* " Et in aqua verbum mundat; detrahe verbum, et quid est aqua nisi aqua? *Accedit verbum ad elementum, etfit sacramentum* ",

Rat. convenientice, quam ita exponit S. *Thomas* 3 .· (a) Ex parte *Christi :* sacramenta suum auctorem repræsentare decet ; atqui Christus, sacramentorum auctor, est *Verbum sensibili carni* unitum ; ergo sacramenta decebat verbis confici quæ rebus sensibilibus uniantur ; (b) ex parte *horni-*

' *Jean,,* III, 5.— 3 *In Joan.,* tract. 80, n. 3, *P. L.,* XXXV, 1840.
3 *Suifd7ieoL* 3, q. 60, a. 6.

nis, qui, cum *anima* et *corpore* constituatur, convenienter sanctificatur per medium constans duplici elemento, verbo quod ab anima creditur et re sensibili corpus attingente ; (C) ex parte *significationis :* per verba enim magis distincte exprimitur quod mente concipitur, proindeque sacramentorum N. Legis significatio perfectior per aliqua verba determinari debebat.

346. *Probatur 2ª pars,* nempe *res et verba convenienter materia etforma sacramentorum dicuntur.*

(a) *Auctoritate,* i) *Scholastici,* ab initio sæc. XIII, unanimiter docuerunt sacramenta duplici constare elemento, *materia* et*forma,* aliquando tamen utendo quadam restrictione *(quasi-materia),* ut ita ostenderent hæc verba nonnisi *analogice* sacramentis applicari, præsertim vero Pænitentiæ et Matrimonio. 2) Rem aperte declaravit *Decretum ad Armenos :* " Hæc omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet *rebus tanquam materia,* et *verbis tanquamforma,* et persona ministri sacramentum conferentis cum intentione faciendi quod Ecclesia facit ; quorum si aliquod desit, sacramentum non perficitur". *Tridentinum* 1 statuit etiam sacramentum Pænitentiæ a Baptismo differre, inter alia " *materia etforma quibus sacramenti* essentia perficitur ".

(b) *Rat. convenientia.* Sacramenta constant *rebus* et *verbis.* Atqui convenienter *res* assimilantur *materia* et *verba forma ;* nam, in compositis naturalibus, materia est elementum *determinabile* et forma elementum *determinans,* et ex utroque exsurgit aliquid *unum ;* jamvero, in sacramentis, *res* determinatione indigent, ideoque merito *materia* dicuntur; *verba* autem hanc determinationem præbent, ideoque convenienter *forma* vocantur; insuper ex unione rerum et verborum fit *unum.*sacramentale signum. Ita, in baptismo, aqua, quæ significare potest ablutionem et refrigerium, per verba *"ego te baptizo"* determinatur ad significandam ablutionem et quidem spiritualem.

Notetur tamen, in re sacramentaria, materiam et formam ita vocari *modo analogico* cum materia et forma in rebus physicis ; et insuper hanc analogiam perfectiorem esse in

quibusdam sacramentis quam in aliis, v. g., in baptismo quam in matrimonio.

Art. IL Regulae morales de usu materiæ et formæ \

347. Cum materia et forma sacramentorum a *Christo* institutæ sint, et, ad summum, sub ejus auctoritate, ab *Ecclesia* in quibusdam sacramentis modo accuratiori determinatæ sint, sedulo vitandæ sunt *mutationes* in usu materiæ et formæ ; insuper, *unio* esse debet inter materiam et formam ut unum sacramentum constituatur; tandem *reiterare* sacramenta absque rationabili causa esset abusus rei sacræ seu sacrilegium. Quæ tria distincte exponemus.

§ I. De MUTATIONE VITANDA IN MATERLt ET FORMA.

Tria declarabimus : i° quænam mutatio sacramentum *invalidet;* 2° quale *peccatum* sit mutatio; 30 quandonam *materia dubia* uti liceat.

I. Quænam mutatio sacramentum invalidet.

348. *Principium :* Omnis mutatio substantialis materiæ vel formæ sacramentum invaTidunT facit. Certium est.

Nam mutatio *substantialis* ea est quæ destruit *essentiam* sacramenti qualis a Christo instituta fuit.

Unde exponendum manet *quandonam* mutatio sit *substantialis.*

349. i° *Quoad materiam,* mutatio est *substantialis,* quando, secundum *communem usum* et prudentium æstimationem, materia adhibita non est *ejusdem speciei* et *nominis* ac materia a Christo instituta et ab Ecclesia determinata.

Diximus : *"secundum communem usum",* quia Dominus, sacramentorum materiam determinando, communem usum et æstima-

' S. Alphonsus, l. VI, n. 8 sq.; Lehmkuhl, n. 17-28; Ballerini-Palmieri, n. 4 sq.; Génicot-Salsmans, n. 108-110; Vermeersch, t. III, n. 175-177; Priimmer, t. III, n. 10-21.

tionem potiusquam physicam et chimicam artem respexit : hinc adest mutatio substantialis, si loco aquæ, vanum in Baptismo adhibeatur; item glacies et nix non solutæ, quamvis chimice sint ejusdem naturæ ac aqua, sunt materia dubia, quia, juxta communem sensum, non reputantur aqua. E contra, aqua non benedicta vel aqua calida est materia valida, quia, juxta communem loquendi modum, ut vera aqua existimatur. — Quod fusius exponetur ubi de singulis sacramentis.

350. 2° *QuoadJonnamjn* utatio *zsf substantialis* quando, ex *communi hominum judicio,* verba adhibita *eunidem sensum* ac verba a Christo aut Ecclesia determinata non habent; hac de re sex dantur regulæ practicæ, his versibus contentæ :

Nil formæ demas, nil addas, nil variabis,
Trapsmutare cave, corrumpere verba, morari.

(a) Λ7Z *formez demas,* i. e., nullam essentialem vocem omittas; v. g., in baptismi forma, omissio vocis " *te* " aut unius e SS. Trinitatis personis est substantialis; e contra si pronomen "*ego* " omittitur, sacramentum erit validum.

(b) *Nil addas* quod^egitimæ^ïormæ *sensum substantialem* desruere possit, ut si diceretur : " Ego te baptizo in nomine Patris *majoris,* et Filii *minoris".* Si vero mutatio est *accidentalis,* v. g., in nomine Patris et Filii *unigeniti,* non invalidatur. Si additur vox *aqurvoca,* tunc valor sacramenti ab intentione ministri pendet; v. g., si quis baptismi formulae adderet : " et B. M. Virginis ", putans baptismum vim suam ex B. M. invocatione repetere, baptismus nullus esset; si quis autem adderet : ‘‘et B. Virgo te adjuvet ", baptismus illicitus quidem, sed validus tamen foret.

(c) Λ7Z *variabis,* i. ei, nulla adhibeatur vox, *diversum* habens *sensum* ac vox a Christo determinata; v. g., si quis dicit, ‘‘ego remitto tibi peccatum originale in nomine Patris... " etc., baptismus est invalidus; si autem dicitur ‘‘ego te abluo in nomine Patris", baptismus validus erit, quia in posteriori casu servatur, in priori mutatur sensus vocis " baptizo ".

(d) *Transmutare cave,* i. e., noli, per verborum transpositionem, formæ sensum tollere, v. g., ‘‘in Te, baptizo nomine Patris", baptismum invalidât aut dubium reddit; e contra valida est forma : ‘‘Te ego baptizo"... quia sensus non mutatur.

(e) *Corrumpere verba,* i. e., vitanda est essentialium vocum corruptio. Hic notandum est facilius induci substantialem corruptionem per mutationem in principio verborum quam in fine; ita ‘‘in nomine *Matris* ", loco Patris, Baptismum invalidât, dum " in

nomine Patria et Filia... etc.", non invalidât, si per ignorantiam aut distractjone

(f) j/^ranT'interftiptio bilis inter diversa formæ verba, præsertim inter diversas ejusdem verbi syllabas (v. g., si quis post verba : " *Ego te baptizo* " sa um *Miserere* recitaret), sacramentum invalidât;e contra *Tussi* omentanea non invalidât; attamen, si paulo longior fuerit, tutius est in praxi integram formam ab initio repetere.

Formæ autem sacramentorum *distincte,* modo *audibili.* sine verborum repetitione et reverenter pronuntientur.

II. Quale peccatum sit mutatio?

351. (A) *Mutatio substantialis* est peccatum mortale ex *toto genere-suo,* i. e., materiae parvitatem non admittit; potest tamen fieri veniale ex advertentiæ vel consensus defectu. Ratio est quia tunc sacramentum est invalidum; atqui invalidum reddere sacramentum est semper peccatum grave contra *religionem,* et *sacrilegium,* cum sit rei sacrae abusus; insuper peccatum contra *caritatem* erga proximum, qui sacramenti effectu privatur; immo et contra *justitiam,* quando minister est proprius parochus, qui ex justitia sacramenta ministrare tenetur subditis legitime petentibus.

352. (B) *Mutatio accidentalis deliberata* est peccatum cujus gravitas a mutationis gravitate pendet. Si mutatio, prudentium judicio, gravis censeatur, peccatum erit grave; secus, si levis; v. g., omittere in consecratione calicis : "qui pro vobis effundetur^)censetur grave; omittere in baptismo <(ego ", leve censetur, *j* Omnis enim mutatio, etiam levis, si voluntaria, est profaqatio alicujus rei sacrae, et violatio saltem priËcëpti~êccïesiayici

III. Quandonam dubia materia uti liceat?

353. *Dubia* materia ea est quæ sacramenti *valorem dubium* relinquit. His positis :

(a) *Nunquam licet dubiam materiam adhibere quoties certa*

' Ita ex responso *Zacharia* Papæ ad Boniiacium, ap. Mansi, XII, 339. Pariter 5. *Officium* declaravit, 3 Aug. 1889, validum esse baptisma a Tonkinensi catechista sub hac forma ministratum : " Ego te baptizo in nomine Patri Firii et Firitui Sancti ". *{Collect. S. C. de Prop. Fide,* Romæ, 1893, n. 531).

materia datur Nam sequens propositio ab *Innocentio X* damnata fuit : " Non est illicitum in sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de sacramenti valore, tutiori relicta''». Ratio est, quia in hoc casu libere et sine ratione sacramentum nullitati exponitur : quod sane est gravis irreverentia; ergo est peccatum, et quidem grave.

354. (b) *Materia dubia uti licet, quando materia certa deficit*^ v. g.,~cieficiente oleo infirmorum, Extrema Unctio ministrari potest cum chrismate, quod *probabiliter* est materia valida. Cum enim sacramenta propter homines instituantur, melius est exponere sacramentum nullitati, quam unum hominem in perditionis statu relinquere.

(C) *Materia 'dubia uti oportet* quando, deficiente certa, adest *gravis necessitas.* Hæc autem existit, quando de sacramento "ad" salutem necessario agitur, scilicet de Baptismo pro infante morituro, Pænitentia pro peccatore, aut etiam Extrema Unctione, quando Pænitentia ministrari nequit 2.

§ II. De unione materiæ et formæ.

355. Principium generale. Sacramenta, ex dictis, duplici constant elemento; ut valide ministrentur, necesse est igitur ut i° adsit quæda Item *unio* inter materiam et formam, 2° ut generatim ab *eodem ministro* adhibeantur materia et forma.

i° De ipsa unione. Hæc unio consistit in conjunctione verborum cum rebus. (A) Cum autem sacramenta sint *compositum morale,* ea *unio requiritur et sufficit, quce, juxta prudentium aestimationem, totum morale efformat.* "Tunc habetur uniosufficiens materiam inter et formam, quando, *attenta uniuscujusque sacramenti natura, forma veritas salvatur.* Ratio est quia, dummodo formæ verba verificentur, nihil deest ut verba plenam habeant significationem et signum sacramentale integre constituatur.

356.(B) Regulæ practicæ pro validitate : In *genere* requiritur et sufficit ea unio qua substantialiter servatur signum sacrum a Christo institutum.

1 D. B.t 1151. — 7 Quod de *materia* dubia diximus valet etiam, a pari, de*forma* dubia.

In specie *diversa* sunt regulæ pro diversis sacramentis.

(a) *In eucharistia,* requiritur *unio physica* inter materiam et formam seu, aliis verbis, materia debet esse physice præsens, quando sacerdos pronuntiat formam : " Hoc est corpus meum ", nam pronomen *"hoc"* verificari non posset, si materia tunc realiter præsens non esset Cf. n. 867.

(b) In *baptismo, confirmatione, extrema-unctione* et *ordine, theoretice* loquendo, sufficit ad validitatem *unio moralis,* quæ existit quando materia applicatur immediate antequam forma pronuntietur, vel immediate postquam prolata est. *In praxi* tamen, cum agatur tutius est^odfigi tempore pronuntiare verba eT materiam applicare; attamen de valore sacramenti dubitari nequit, si forma inchoatur priusquam materiae applicatio absolvatur, vel vice versa. Mora unius *Pater* inter applicationem materiæ et formæ prolationem, a nonnullis ut sacramentum invalidans consideratur.

(c) In *pœnitentia,* mora temporis longior validitati non obstat, v. g., inter confessionem et absolutionem una hora intercedere potest; nam Pœnitentia naturam judicii sequitur. Attamen confessio absolutionem præcedere debet.

(d) *In matrimonio,* sufficit ut unius consensus ponatur dum alterius consensus perseverat, nam matrimonium est contractus, et contractus regulas sequitur.

357. (C) Regulæ ad liceitatem.

(a) Ad liceitatem talis unio materiam inter et formam servanda est, *qualis ab Ecclesia prcescribitur;* ritus enim ab Ecclesia præscripti hac de re sub poena peccati servandi sunt, (b) Quoad peccati *gravitatem,* eadem principia sequi oportet ac pro mutatione materïaTet format

358.[20] De unitate ministri. *Generatim* materia et forma applicari debent ab uno eoden^ue ministro : ita, in baptismo, una eademque persona debet aquam fundere et verba pronuntiare; secus validitas sacramenti esset valde dubia, ut declaravit S. *Cong. de disciplina sacramentorum* [x], 17 nov. 1916. Nam verba formæ *"ego te baptizo"* indicant aquam fundi et verba proferri ab eodem ministro.

Dixi : *generatim;* nam, cum omnia sacramenta paria non sint, adsunt exceptiones, v. g., pro Pœnitentia^ ubi pœnitens materiam jjræbet et sacerdos formam. Quod in singulis sacramentis explicabitur.

[1] *A. A. S.* L VIII, p. 478 sq.

§ III. De SACRAMENTORUM ITERATIONE.

Nunc quaeritur utrum et quomodo fieri potest repetitio sacramentorum N. Legis?l

359. i° Quandonam iterari possunt aut debent?

Regula '. *Iteratio materies aut formes ſer se graviter illicita est, si non adest prudens dubiumds eorum validitate.*

(A) Sacramenta *iterari non possunt* sine gravi peccato, quandpTfiTeorum collatione aut valore prudens dubium non adest, quia sacramentum iterare, sine ulla ratione aut ob inane dubium^-gravis erga sacramentum est irreverentia,

ijgwdens autem dubium.' existit, quando *post diligens examen* perseverat, Hinc si quis, sine sufficienti ratione, integram formam repetit, aut unum verbum ter quaterque, *per se* graviter peccat -,*per accidens* tamen excusantur scrupulosi, ob perplexitatem. Venialiter autem peccat qui unum verbum in formae prolatione sine ratione repetit.

360. (B) *Iterari possunt sub conditione,* quoties *prudens*^ adest *dubium* de eorum valore? Nam tunc dubium est num subjectum fructum sacramenti perceperit; atqui timor prudens tanti incommodi (qui facilius existimabitur in sacramentis magis necessariis) est ratio sufficiens iterandi sacramentum sub conditione, vi axiomatis : *sacramenta propter homines,*

361. (C) Sacramenta *iterari debent sub conditione,* quoties, posito prudenti dubio de eorum validitate, id *postulant caritas, justitia* vel *religio;* quod quidem præsertim evenit, quando agitur de sacramento necessario, v. g., de baptismo, aut de ordine. Idem dici potest, licet minori gradu, de aliis sacramentis, v. g., de confirmatione, quæ semel tantum conferri potest, et quæ, etsi non necessaria, valde tamen utilis est ad salutem ; quoad sacramentum pænitentiæ, iteranda est absolutio, si pænitens mortalia peccata accusa-

Ex *Codice.* can. 732, § 1 : " Sacramenta baptismi, confirmationis et ordinis, quæ characterem imprimunt, iterari nequeunt. — § 2.-S1 vero prudens dubium existât num revera vel num valide collata fuerint, b conditione iterum con-

verit; talis autem obligatio non adest, si venialia tantum accusata fuerint.

362. 20 Quomodo iterari possunt? (a) Quando, post diligens examen, sacramentum est *certo invalidum,* modo *absoluto* iterari debet, (b) Quando sacramentum *dubie confectum* iteratur, conditio saltem *mentaliter* est apponenda; sic enim salvatur reverentia erga sacramentum, si forte validum fuerit; nec aliunde impeditur bonum suscipientis per conditionis appositionem, ut infra dicetur, (e) Insuper, quando *Baptismus* dubius *publice* iteratur, conditio *verbis* "exprimi debet : v. g., si non es baptizatus, ego te baptizo. Hoc enim a *Rituali* præscribitur, ne astantes putent Baptismum absolute ministrari.

CAPUT V.

DE SACRAMENTORUM EFFICACIA.

Exposita intima constitutione signi sacramentalis, ejus *efficaciam* declarabimus sive quoad *gratiam* ab ôrnnibus sacramentis productam, sive quoad *characterem* a tribus impressum.

Art. L De gratia per sacramenta collata.

De hujusmodi gratia quatuor inquiruntur : i° *utrum* et *quomodo* producatur; 2° ejus *qualitas;* 30 *quantitas;* 40 *reviviscentia.*

§ I. Utrum et quomodo sacramenta suum producunt effectum

363. Status quæstionis. i° *Errores.* Protestantes, soli fidei justificationem tribuentes, signi sacramentalis efficaciam plus minusve aperte rejiciunt.

1 S. Thom., 3 p., q. 62; Suarez, disp. VII, sect. I; Salmant, disp. IV, dub. 1; 5. Bellarminus, I. II, c. 1, 13; Drouin, q. IV, c. 1; Franzelin, th. 6-11; de Augustinis, th. 6; Sasse, th. 6-9; L. Billot, th. 5; E. Hugon, p. 58-100; Van Noort, n. 37-61 ; Hervé, n. 441-481.

(a) *Lutherus,* post nonnullas tergiversationes, docuit sacramentis produci gratiam eo sensu quod verba in eorum usu adhibita sunt simul *concionatoria,* in quantum fidem in cordibus excitant, et *promissoria* quatenus divinas promissiones continent et in memoriam revocant, (b) Juxta *Calvinum,* sacramenta sunt *sigilla promissionum Dei,* quibus fiducia nostra excitatur efficacius quam solis verbis; simulque *symbola* quibus pietatem nostram externe manifestamus. (c) *Zwingliani, Sociniani,* et *Unitarii* contendunt sacramenta esse signa seu ceremonias quibus fideles se Christo obligant ejusque militiæ nomen dant, et ita distinguuntur a Judæis et Gentendunt sacramenta nihil aliud præstare nisi in mentem renovare praesentiam Creatoris semper beneficam x.

364. 2° *Doctrina catholica.* Contra Novatores, *Tridentinum* definivit sacramenta Novae Legis i) *continere* gratiam quam significant; 2) gratiam ipsam *conferre non ponentibus obicem;* 3) eam producere ex *opere operato* 2 1) Gratiam *continent,* et ita non sunt tantum signa *extern#professionis Christian#* vel *justitiæ jam acquisii#;* 2) gratiam *conferunt non ponentibus obicem;* obex de quo agitur est dispositio animæ repugnans infusioni gratiæ, nempe voluntas *habitualiter* vel *aCtualiter* peccato mortali adhærens (cf. n. 386). 3) Gratiam producunt *ex opere operato.* Quæ vcri?"üpponitur voci *ex opere operantis;* jamvero *opus operantis* est opus prout bonum et meritorium est ex parte *subjecti recipientis* vel *ministri;* dum *opus operatum* est ipsum *sacramentale signum,* quod gratiam causât instrumentaliter, ex ipsa institutione Christi, independenter a dispositionibus subjecti vel ministri, dummodo tamen non sit obex. Proinde, juxta mentem *Tr:dentini,* gratia causatur per *ipsum signum sacramentale valide ministratum secundum institutionem Christi,* seu ex virtute quæ *signo sacramentali inest ex divina institutione.*

Sacramenta non sunt causæ principales gratiæ, sed solum

l Decret. *lamentabili,* prop. 41, D. B., 2041.

' D. B., 849, 851. — Protestantes contendunt vocabalur. hujusmodi novum esse ac proinde rejiciendum; novum est quidem, si soni ratio habeatur, nam nonnisi sæc. XTI usurpari coepit a Petro Pictaviensi (f 1205), deinde ab Innocentio **III,** S. Bonaventura, S. Thoma, etc.; sed novum non est quoad sensum, ut ex thesi patebit. Jamvero Ecclesia jus habet novis utendi verbis ut clarius dogma catholicum exponatur, sicut revera vocabula *Trinitatis, Incarnationis, consubstantialitatis* adhibuit ad hæreses dilucidius confutandas.

instrumentales; nam solus Deus gratiam primario conferre potest; pariter solus Christus est principalis causa *ministerialis* et *meritoria* omnis gratiæ quam in præsenti ordine accipimus; igitur sacramenta gratiam non propria virtute, sed *virtute a Deo recepta,* conferunt; sicut penna non scribit propria virtute, sed virtute ab ipso scriptore recepta.

Igitur, quidquid Protestantes calumniantur, juxta catholicam doctrinam, requiruntur *internæ dispositiones* ad *fructuosam* sacramenti *receptionem;* hæ autem dispositiones non sunt causa efficiens gratiæ, sed tantum *conditiones sine quibus non* producitur gratia, simulque in quantitatem gratiæ per sacramenta collatæ *vere influentes,* ut infra declarabitur : gratia enim Baptismi confertur " secundum propriam cujusque dispositionem et cooperationem " x.

Controvertitur tamen inter theologos utrum sacramenta producant gratiam *physice* an *moraliter.* — Quapropter exponemus : i° *doctrinam catholicam;* 2° *controversiam* de causalitate sacramentorum.

I. Doctrina catholica.

365. *Thesis :* Sacramenta Novæ Legis gratiam sanctificantem conferunt ex opere operato omnibus obicem non ponentibus, *seu, aliis verbis,* sunt causæ instrumentales gratiæ.

De fide est ex Tridentino 2 : " Si quis dixerit sacramenta N. Legis non continere gratiam quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, quasi signa tantum externa sint acceptæ per fidem gratiæ vel justitiæ, et notæ quædam christianæ professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus, A. S." " Si quis dixerit per ipsa N. Legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem divinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere, A. S. "

366. *Prob.* i° *Scriptura.* Hic satis est ostendere *quadam* sacramenta gratiam conferre *ex opere operato ;* probatio postea complebitur ubi de singulis sacramentis.

' *Trident.*^ sess. VI, cap. 7, D. B., 799.
1 Sess. VII, de sacram, in gencre, can. 6, 8, D. B., 849, 851.

Jamvero de *baptismo* dicitur : " Nisi quis renatus fuerit^ aqua et Spiritu Sancto non potest introire in regnum Dei "(i " Salvos nos ecitjer lavacrum regenerationis '\3? De *confirmatione :* Imponebant manus super illos et accipiebant Spiritum Sanctum. Cum vidisset autem Simon quia *per* impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus... De *ordinatione :* " Admoneo te ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te *per* impositionem manuum mearum

Ex quibus textibus deducere licet sacramenta gratiam producere *ex opere operato.* Ibi enim declaratur gratiam conferri *per* sacramenta et *ex* sacramentis; atqui particulæ *"Per* et *ex"*, cum contextu sumptæ, significant gratiam a *sacramentis ipsis* produci seu *ex opere operato.* Ex se quidem tria significare possunt, causam *principalem,* causam *instrumentaient,* vel causam *dispositivam;* atqui hic certe non designant rincipalem gratiæ, quæ solus Deus est (ut fatentur ipsi Protestantes, itaTintelligentes' *ex Spiritu Sancto}·,* nec pariter causam dispositivam, cum nec aqua, nec manuum impositio dispositiones esse possint; ergo causam instrumentalem *ex opere operato* manifestant.

Aliunde dispositiones in *adultis* requiruntur ad justificationem etiam *per sacramenta*® ut jam diximus in tr. *de Gratia,* n. 50, et infra exponetur ubi de singulis sacramentis; ergo sacramenta gratiam conferunt iis tantum qui non ponunt *obicem.*

367. *Objiciunt* quidem Protestantes in multis Scripturæ locis justificationem seu gratiæ colladpnem, fidei tribui : " Arbitramur justificari hominem per fidem 'Q) 1) Hæc autem potius nostram thesim confirmant; nam, si Protestantes ex præfatis et similibus verbis deducunt fidem esse causam instrumentalem justificationis, nonne pari jure concludere possumus ex verbis supra allatis : " per lavacrum regenerationis " (Baptismum), " per manuum impositionem " (Confirmationem et Ordinem), sacramenta esse vere causas instrumentales gratiæ? 2) Neque ex hoc inferre licet fidem esse justificationis causam instrumentaient : nam fides sese habere potest per modum dispositionis, ideoque ex contextu determinandum est utrum fides sit *dispositior causa instrumentons,* ut jam in *Tr. de Gratia* investigatum est. Optime igitur cum Scriptura

Tit., III, i — 3 *Act.,* VIII, 17-18.
Act. II, 38; VIII, 36-37· III, 28

concordat doctrina catholica, juxta quam tum sacramenta, tum fides ad producendam gratiam concurrunt : sacramenta, ut causæ instrumentales, fides, ut una ex causis dispositivis.

368. 2° *Tradit.*[1]* (A) *Per quatuor priora sæcula, doc-*trina de sacramentorum efficacia asseritur variisque rationibus et comparationibus illustratur.

(a) *Patres secundi* sæculi, ut *Hermas* et *Pseudo-Barnabas*[2] docent per aquam baptismatis homines a peccatis mundari vitamque novam suscipere. — 5. *Irenceus* asserit carne Christi carnem nostram vivificari et semen resurrectionis accipere

(b) *Tertio* sæculo, *Tertullianus* hanc efficaciam explicat influxu Spiritus Sancti qui aquam baptismatis sanctificat : " Supervenit enim statim Spiritus de cælis et aquis superest sanctificans eas de semetipso, et ita sanctificatæ vim sanctificandi combibunt "[3].— Idem tradit *Origenes,* declarans sanctificationem per baptismum collatam tribuendam esse invocationi SS. Trinitatis[6].*

Quæ doctrina authentice confirmata est auctoritate *S. Stephani Papce,* qui, Romanæ traditioni innixus, rebaptizari prohibuit eos qui ab hæreticis baptizati erant, ita ostendens efficaciam sacramenti a fide ministri minime pendere.

(c) *Quarto* sæculo, Patres comparant baptismalem aquam *utero materno,* quia virtutem habet supernaturalem vitam producendi : "Quod est matrix embryoni, hoc est aqua (baptismi) fideli : in aqua enim fingitur et .formatur "[7]— Alii comparant operationem Spiritus Sancti super baptismalem aquam, *operationi Spiritus aquas fecundantis;* ergo, sicut aquæ, sub Spiritus influxu, pisces ac reptilia produxerunt, ita baptismalis aqua vim habet divinitus infusam christianos efficiendi, supernaturalem vitam eis largiendo[8].

369. (B) Contra Donatistas, qui contendebant ministrum haereticum vel indignum non posse valide baptismum aut ordines conferre, S. *Augustinus* magis explicite hanc cau-

1 P. Pourrat, *op. cit.,* p. 84-166.

2 *Simii.,* IX, 16', 36'*. — 3 *Barnab.,* XI-XII.

4 *Adv. hares.,* l. IV, 18, n. 5; V, 3, n. 2; *P. G.,* VII, 1027, 1124; Journel, 234, 249.

5 *De baptismo,* c. 4, *P. L.,* I, 1204; Journel, 303.

6 *In /oan.,* VI, 17, *P. G.,* XIV, 257.

7 S. Chrysostomus, *In Joan.,* homil. 26, n. 1, *P. G.,* LIX, 153; cfr. S. Gregor. Nyss., *Orat, in bapt. Christi, P. G.,* XLVI, 588.

8 Sic iterum S. Chrysostomus (l. cit.) : " Primum dicebatur : producant aquæ reptile animæ viventis *(Gen.,* I, 20); ex quo autem Jordanis fluenta ingressus est Dominus, non amplius reptilia animarum viventium, sed animas rationales Spiritum Sanctum ferentes aqua producit".

salitatem affirmat, asserens non ex meritis ministrantis vel suscipientis, sed *virtute a Christo accepta,* homines sanctificari Non eorum meritis a quibus ministratur, nec eorum quibus ministratur, sed propria sanctitate atque veritate propter eum a quo institutus est, male utentibus ad perniciem, bene utentibus ad salutem ”

370. (C) *Ex praxi Ecclesiæ.* In Ecclesia etiam primitiva, baptizati *swat injantes* et *amentes,* ut probatur in *Tr. de Baptismo;* immo pleræque Protestantium sectæ etiam hodie infantes baptizant. Atqui hæc praxis thesim nostram probat; nam, si sacramenta gratiam *ex opère"ôpérato* non conferuntTsed sglum fidem excitant, ut fingunt Protestantes^ talis baptismus omnino invalidus est ac inutilis, cum neque infantes, neque amentes fidei actus sint capaces (cf. *CodexJ. C., c.* 731).

Vim bujus argumenti Protestantes senserunt, et ita respondent : (a) juxta *Lutherum,* parvuli *miraculose credunt* cum baptizantur, Deo illos juvante. — Sed contra, tantum miraculum sine probatione admitti nequit, et Lutherus nullam probationem tanti portenti affert, (b) Juxta *Calvinum* et *Hodge*[3] baptismus infantibus prodest, quando rationis usum attingunt, et recordantur se baptizatos fuisse; tunc enim eorum fides excitatur.—Sed 1) multi usum rationis non attingunt et tamen sacramenti gratiam recipiunt ; 2) insuper quomodo illi qui supervivunt, rem quam nullo modo percepe-runt, recordari possunt? 3) tandem Baptismus suos effectus tempore quo confertur, non postea, regulariter producere debet, (c) Juxta alios, Baptismus parvulis in fide Ecclesiæ confertur, sed hæc est, in eorum theoria, mera æquivocatio; nam fides justificans, juxta ipsos, non est fides communis Ecclesiæ, sed fides personalis, et unicuique propria.

37I· *Corollarium :* Verba formæ non sunt, prout contendunt *Protestantes, concionatoria* vel *promissoria,* sed ad gratiam producendam conferunt.

De fide est, ex *Trid.* “Si quis dixerit hæc sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse, A. S.” Etenim : (a) in duobus sacramentis quæ a Protestantibus admittuntur, Baptismo et Eucharistia, verba quæ tanquam forma adhibentur nullam exhortationem, nullam promissionem præ se ferunt, sed simplex

[1] *Contra Cresconium,* l. IV, c. 16, n. 19, *P. L.,* XLIII, 559, cf. *De Baptis-tuo,* l. VI, c. 7; *Coni. Parmen.,* l. II. c. XIII, 2S. — [3] Hodge*, *Systematic Theol.,* vol. III, p. 590. — [3] Se^s. VII, de sacram, in genere, can. 5, D. B., 848.

et nudum iactum enuntiant : " Ego te baptizo"; " hoc est corpus meum ", Ergo hujusmodi verba tanquam concionatoria aut promissoria haberi nequeunt, (b) Insuper si sacramenta per modum concionis vel promissionis operentur, ad eorum fructum percipiendum necesse non est eadem recipere, sed sufficit eorum administrationis testes esse, cum astantes verba audire possint æque ac ipsi recipientes; quod quidem nemo admittere potest; ergo.

II. Controversia de causalitate sacramentorum

372. Status quæstionis. (A) Ad intelligentiam systematum, in memoriam revocanda sunt quæ diximus de causa efficiente *principali* et *instrumentait, physica* et *morali;* et insuper pauca addere necesse est de causa *perficiente* et *disponente.* i) Prior ea est quæ ipsum effectum directe attingit : ita pictor est causa *principalis perficiens* picturæ quam efficit, et penicillus quo utitur, est causa *instrumentalis perficiens* ejusdem picturæ. 2) Posterior seu *disponens* non ipsum effectum producit directe, sed tantum *dispositionem,* quæ, quantum in se est, exigit productionem effectus : ita verba quibus lex promulgatur sunt causa *instrumentalis disponens,* quia virtus eorum non attingit ipsum effectum, sed *obligationem* inducit *operandi secundum* legem ; seu, ut aiunt, verba legis producunt opera legis *instrumentaliter* et *dispositive.*

(B) Quibus positis, — omnes quidem theologi admittunt sacramenta N. Legis *vere gratiam conferre,* et quidem non per modum causæ principalis, sed per modum *causæ instrumentalis.*

Sed de *modo quo virtus hujus causæ instrumentalis operatur,* tria sunt præsertim systemata : nam virtus illa potest tripliciter operari : — i) *Deum movere* valet ad gratiam largiendam per sacramenta, et tunc causalitas est *moralis ;* 2) vel transire potest per ipsum signum sacramentale, et, sub motione divina, *physice ipsam gratiam producere instrumentaliter,* et hæc est causalitas *physica;* 3) aut producere in anima *dispositionem* quæ *gratiam*

1 Præter auctores infra allegatos, cfr. Bucceroni, *Comment, de sacrament, causalilate^* 1889; G. Reinhold, *Die Streitfrage Uber die physische o1er moralische Wirksamkeit der Sakramente.* 1S99.

exigat, et tunc habetur causalitas *dispositiva* et quidem *intentionalis*

373. i° De causalitate morali. Hæc diverso modo exposita fuit, ab *antiquis* et a *modernis :* priores causalitatem *improprie dictam* admittebant, moderni *veram causalitatem* moralem propugnant.

374. (A) *Causalitas improprie dicta seu occasionalis.* Medio Ævo, 5. *Bonaventura* 3, *Scotos* 3, posteaque *Durandus, Biel,* etc., putarunt *Deum solum* gratiam producere *posito ritu sacramentali,* ideoque sacramentum esse tantum *causam occasionalem* gratiæ et veluti *schedulam chartaceam nullius valoris interni,* ad cujus exhibitionem Deus, vi promissionis antiquitus factæ, gratiam confert. — Hodie vero omnes hanc theoriam rejiciunt ut minus consonam *Tridenti*›10 declaranti sacramenta *continere* et *conferre* gratiam quam significant. Scotistæ, eam relinquentes, causalitatem *moralem* tuentur.

375. (B) *Causalitas moralis proprie dicta.* Multi, duce *'de Lugo* docent sacramenta vere cooperari ad gratiæ infusionem, sed per modum *causæ instrumentalis moralis tantum,* quatenus directe agunt *in Deum,* quem suo *intrinseco* efficaciter, licet moraliter, movent ut gratiam conferat, enim a Christo *instituta* et ejus nomine dispensata eript, moraliter sunt *actiones Christi,* ideoque inæstimabilis rétii, ita ut *non* sint *mere conditio sine qua non,* sed vera causa moralis, et comparari possint *nummo aureo* qui, suo intrinseco valore, vendentem movet ad mercem tradendam.

ic autem arguunt : (a) nihil amplius deduci potest ex textibus pturæ et Traditionis quam moralis causalitas; (b) aliunde difficile concipitur quomodo signum mere sensibile possit physice continere et transmittere spiritualem gratiam ; (c) insuper modus operandi sequitur esse; jamvero sacramenta sunt morale composi-*um ; ergo moraliter operantur.

Quæ sententia probabilis est, sed non videtur veram causalitatem sacramentorum salvare. Nam actiones sacramentales perficiuntur ab homine ministro, non a Verbo incarnato; ideoque non

' *Intentionalis* dicitur, quia Dei *intentionem* seu *ideam* exterius manifestat, simulque *ordinationem* ejus *practicam* imponit, efficaciter conferendo animæ jus reale seu *titulum exigitivum gratia.* Cf. L. Billot, th. VII, 59.

' *In IVSent.,* dist. I, p. I, q. 4, conclus. — 3 *In IVSent.,* dist. I, q. 5.

4 *De Sacramentis,* disp. IV, sect. 4; ita etiam *Toumely, Franzelin, Pesch, Hurter, Sasse. Lahousse, etc.*

gaudent infinita dignitate, nec *intrinsece* Deum movere possunt ad gratiam producendam.

376. 20 Causalitas physica. Juxta *Thomistas, Suarez,* aliosque £, sacramenta sunt causa non moralis, sed *physica* gratiæ, in quantum ex motu aut influxu Dei instrumenta-
”irter gratiam ipsam immediate conferunt, ac proinde sunt
‘‘vetûtî^ânâTês’pëFq'üos’physice et realiter gratia in animam nostram transit. Verba enim *Scrtpturæ,* nempe particulae
~^*ex~t£per,* et *Patrum* comparationes, n. 368, de causalitate physica melius intelliguntur; insuper, juxta *Tridentinum,* sacramenta sunt *instrumentalis* causa gratiæ et *continent* gratiam; atqui, admissa morali causalitate, non videntur esse causa instrumentalis gratiæ *sensu proprio,* nec eam continere, sed tantum a Deo obtinere. — Aliunde sacramenta, licet sensibilia, possunt esse vehicula gratiæ, sicut voces sensibiles possunt esse vehicula cogitationis.

(a) *Objicitur* quidem sacramentum esse ens *transiens* quod amplius non existit eo praecise instanti quo gratia confertur; ergo physice operari nequit. — Sed ad physicam causalitatem minime requiritur ut sacramentum totum simul existât; sufficit aliquid signi sensibilis remanere tempore quo gratia producitur : quod fit in sacramentis; nam in ultimo instanti prolationis verborum effectus statim producitur.

(b) *Instant* adversarii : de ratione instrumenti physici est ut vere et realiter tangat subjectum in quod agit; atqui sacramentum animam tangere nequit. — *Resp. :* sacramentum animam attingit non quidem ratione sui, sed ratione *virtutis* ipsi supernaturaliter insitæ, sicut sol corpora nostra tangit non substantia sua, sed contactu virtutis et caloris.

(c) *Instant* iterum : repugnat virtutem spiritualem inesse enti corporeo, quale est sacramentum. — *Resp. :* repugnat quidem virtutem spiritualem inesse enti corporeo *ex se et permanenter,* sed “ nihil prohibet in corpore esse virtutem spiritualem instrumentaliter, in quantum scilicet corpus potest moveri ab aliqua substantia spirituali ad aliquem effectum spiritualem inducendum, sicut et in ipsa voce sensibili est quædam vis spiritualis ad excitandum intellectum hominis, in quantum procedit a conceptione mentis”2.

1 S. Thomas, 3, q. 62, a. 4; Suarez, disp. IX; Salmant, disp. IV, dub/3-4; Situait, diss. 111, à. 2;Pègues, *Revue thomistet* Jan. et Jul. 1904; E. Hugon, *La causalité instrumentale en théologie** Paris, 1907, p. 118-171.

a *Sum. theol.*, 3, q. 62, a. 4, ad I.

(d) Sacramenta ficte suscepta, remoto obice, gratiam causare possunt; atqui non physice eam producunt, cum amplius non existant; ergo. *Aesp.* .-Etiamsi in huc casu moraliter agerent, non exinde sequeretur ea in omni casu moraliter tantum operari. Aliunde sacramenta, quæ reviviscunt, generatim characterem imprimunt, et mediante charactere, physice gratiam producere valent, etiamsi non amplius subsistant.

377. 3° Causalitas dispositiva intentionalis. *L. Billot,* putans causalitatem instrumentaient *moralem* non esse veram causalitatem ad mentem Conciliorum, causalitatem autem proprie *physicam* non esse possibilem, cum repugnet x'irtutem spiritualem rei corporali inesse, novam proposuit explicationem. Juxta ipsum, causalitas sacramentorum est quidem vera et *instrumentalis,* sed *dispositiva* et *intentionalis*[1]. Videlicet sacramenta ut *vera instrumenta* aliquid producunt in anima suscipientis; id non est *directe* ipsa gratia, sed *dispositio* seu *titulus appellans gratiam,* non quidem per modum meriti, sed titulus *ex opere operato* productus et exigens, quantum in se est, gratiæ infusionem. Hic autem titulus, secundum se et in quantum a ritu externo efficienter causatur, *non* est qualitas *physica,* sed aliquid *morale* aut *intentionale,* quo *intellectus ordinatio* theoretice manifestatur et practice imponitur. Unde sacramentum est causa gratiæ sicuti sunt causa jurisdictionis episcopalis verba a Summo Pontifice in consistorio prolata. Quæ verba : (a) non tantum *referuntur* ad rem significatam, (b) nec tantum *notificant* rem significatam (sub quo secundo respectu jam sunt causa, quatenus intellectum excitant ad cognoscendum), (c) sed insuper sunt *causa ipsius rei* significatæ, cum inserviant non solum ad manifestandam propriam conceptionem, sed ad imponendam *ordinationem* intellectus Pontificis. Ita sacramentum, vi institutionis Christi, notificat decretum divinum sanctificandi hoc subjectum, simulque per modum imperii et exigentiæ causât gratiam, non directe, sed *mediate* et instrumentaliter, *causalitate non perfectiva,* sed tantum *dispositiva ;* seu, non producit *directe* gratiam, sed *mediate, dispositionem exigitivam gratiæ.* Ita edictum per

[1] *Intentio,* apud scholasticos directe non actum voluntatis, sed actum intellectus seu *idtam* significat (cf. p. 264, not 1).

legem promulgans actione propria notificat ordinationem legislatoris, et simul, ut instrumentum auctoritatis legislative subditis imponit obligationem legem servandi; pariter sacramentum actione propria *significat* Deum *velle* ut Titius gratiam accipiat, et simul, tanquam instrumentum Dei, Titio largitur titulum exigitivum gratiæ. Cum enim sacramenta sint *signa,* eorum actio est ordinis *intentionalis,* ideoque primario significant gratiam; et, cum sint signa *practica,* eamdem producunt causando dispositionem exigitivam gratiæ.

Hæc theoria probabilitate non caret; nam conformis est naturæ signi sacramentalis, veram ejus causalitatem instrumentaient! servat, et reviviscentiam sacramentorum sat feliciter explicat.

Tres igitur opiniones expositæ, salvo dogmate catholico, admitti possunt; *thomistica* tamen, etsi difficilis intellectu, conformior'nobis videtur verbis Patrum et Conciliorum.

§11. De qualitate gratiæ per SACRAMENTA collatæ

Gratia a sacramentis producta, duplex est : gratia *sanctificans* seu *communis* quæ etiam extra sacramenta datur, et gratia *sacramentalis,* quæ tantum per sacramenta confertur.

378. i° De Gratia sanctificante. Gratia sanctificans, quam omnia sacramenta conferunt, n. 365, dicitur, ex parte *subjecti,* prima vel secunda : *prima* ea est quæ non habenti datur, quando hic de statu peccati in statum gratiæ transit; *secunda* ea est quæ jam *habenti primam* confertur, ideoque est primæ gratiæ augmentum.

Quibus positis, quærendum est quænam gratia a sacramentis producatur *per se,* vel *per accidens.*

379. (A) Per se, id est, ex *primaria* et *directa* institutione Christi, (a) Duo sacramenta, *Baptismus* et *Poenitentia, primam gratiam per se,* seu *ex primaria institutione conferunt,* ideoque vocantur sacramenta *mortuorum* quia spiritualiter mortuos vivificant. Hæc enim directe ad remittendum originale vel actuale peccatum mortale instituta sunt, ut infra probabitur; atqui illa peccata non remittuntur nisi per sanctificantis gratiæ infusionem, ac proinde per gratiam primam ; ergo.

XV. -TC.·
■Λ·· _? = ≻ ; ·
■yj£-$7yAvt

(b) *Quinque alia sacramenta* per se *secundam gratiam conferunt,* et vocantur sacramenta *vivorum;* ii enim soli qui spirituali vita jam fruuntur ad ea accedere possunt, quia vitam supernaturalem jam animæ inesse supponunt et eam adaugent : ita *Confirmatio* corroborat justum in fide et gratia; *Eucharistia* eum nutrit; *Extr. Unctio* eumdem robo-rat pro ultimo certamine; *Ordo* speciales gratias Ecclesiæ ministris tribuit; *Matrimonium* sanctificat conjuges Chris-tianos.

380. (B) Per accidens, id est, ex secundaria et indi-recta institutione Christi, (a) *Sacramenta mortuorum ali-quando* gratiam secundam *per accidens producunt,* quando scilicet suscipiens primam gratiam jam possidet.

Certum est; nam sacramenta omnibus non ponentibus obicem gratiam conferunt, ex dictis; porrô qui jam gra-tiam possidet in recipiendo Baptismum et Pænitentiam, certo non ponit obicem; ergo gratiam, non primam qui-dem, qua jam ornatus est, sed secundam accipit. Quod quidem certum evasit ex praxi, ab Ecclesia approbata, con-fitendi *levia* peccata, quando nullum grave peccatum com-missum est.

(b) *Sacramenta vivorum possunt etiam* per accidens *gra-tiam primam producere,* scilicet quando peccator *bona fide* se esse justificatum credit, et *attritus* recipit unum ex vivo-rum sacramentis ; quod evenire potest, quia non recordatur de peccato commisso, aut putat illud per contritionem per-fectam esse remissum, aut inscius invalide absolutus fuit a sacerdote. ,

Quæ sententia non est quidem certa, sed *probabilior* et *communior* inter Theologos ». Etenim sacramenta gratiam conferunt omnibus non ponentibus obicem ; atqui subjectum, in casu allato, non ponit actu obicem sacramento, cum sit in bona fide; aliunde peccatum, antea commissum et non-dum remissum, sed *sincere retractatum,* non est obex gratiæ; ergo sacramenta in casu allato *per accidens* gratiam, et qui-dem primam, causant.

' Cfr. S. Thom., 3 p., q. 79, a. 3; S. Alphonsus, n. 6, culm auctoribus ibi citatis.

(c) Immo, ex infra dicendis, *Extrema Unctio* non solum *per accidens,* sed etiam ex *secundario fine* institutionis a Christo, mortalia remittit, quando impossibile est Pæniten- tiam accipere; ententia ut certa habetur

381. *AP* De Gratia sacramental! (A) *Existentia. Sin- gula i egts sacramenta producunt gratiam propriam, quæ sacramentalis vocatur.*

Certum est. (a) Etenim sacramenta producunt id quod gnificant; atqui unumquodque significat specialem effec- um spiritualem pro speciali fine obtinendo institutum. am, ex *Decreto ad Armenos,* singula sacramenta speciales omnino fines habent : " Horum quinque prima ad spiritua- lem uniuscujusque hominis in seipso perfectionem, duo ultima ad totius Ecclesiæ regimen multiplicationemque ordinata sunt. Per Baptismum enim spiritualiter renasci- mur: per Confirmationem augemur in gratia et roboramur in fide; renati autem et roborati, nutrimur divinæ Eucha- ristiæ alimonia, etc."; ergo singula sacramenta diversum gratiæ effectum producunt, qui gratia sacramentalis vocatur, (b) Revera *Scriptura* et *Patres* priorum sæculorum *directe* hanc *specialem* gratiam describunt, potiusquam genericam gratiam omnibus sacramentis communem, ut exponemus ubi de singulis sacramentis.

382. (B) *Natura.* Gratia sacramentalis, (a) juxta com- muræm ac veram sententiam, non est habitus *realiter* djs- tinctus a gratia sanctificante, *sed ipsamet gratia habitualis.* Ratio est quiâgratia habitualis, ex una parte, sufficienter animam sanctificat, et ex altera, cum virtutibus et donis, diversum sacramentorum finem, sine alio distincto habitu, attingere potest.

(b) Certum est riter gratiam sacramentalem gratiæ communi addere/fajJR/ *speciales gratias_s\xc›* tempore haben- das 'EηΓ proprib^Singulorum sacramentorum respondentes; secus gratia communis idem omnino esset ac gratia sacra- mentalis. Ita quando occurrit specialis obligatio adim- plendi officia in sacramentorum receptione imposita, confe-

1 Abbé de Bellevue, *La grâce sacramentelle,* 1900; *Sunt, theol.,* 3 p., q. 62, a. 2; q. 72, a. 7, ad 3.

runtur a Deo, vi ipsius sacramenti, *gratia actuales speciales,* ut illa officia suaviter et facile adimpleantur, et quidem abundantiores et intensiores quam secus darentur. — Immo animadvertere licet in quibusdam sacramentis *potiorem* esse collationem *gratia habitualis,* ut in Eucharistia et Pæniten-tia ; in aliis autem, v. g., Ordine et Matrimonio, potius esse *jus ad actuales gratias* toto decursu vitæ consequendas.

jcj^Probabilius, præter jus ad gratias actuales, gratia sacramentalis gratiæ communi addit *principium* aliquod *intrinsecum* et *permanens* quod est fundamentum juris ad gratias actuales et consistit in *speciali vigore* ad proprium finem sacramenti obtinendum x.

Res autem pro singulis sacramentis sic explicari potest. 1) Gra-tia sacramentalis Baptismi dat specialem vigorem ad novam vitam instituendam, et Baptismi vota adimplenda; 2) Confirmatio ordi-natur ad fidem alacriter et fortiter propugnandam; 3) Eucharistia, ad nutriendam animam, eamque per caritatem Deo uniendam; 4) Pænitentia ad praeterita peccata expianda et nova vitanda; 5) Extrema Unctio ad peccati tollendas reliquias, ultimasque ten-tationes superandas; 6) Ordo ad recte sancteque regimen spirituale animarum exercendum; 7) Matrimonium ad fidelitatem mutuo servandam, caste vivendum, et prolem pie educandam.

§ III. De quantitate gratiæ PER SACRAMENTA C0LLATÆ2.

383. i° Sacramenta specie diversa ex se inaequa-lem gratiam conferunt. Probabilius.

De fide est enim, ex *Tridentino* 3, sacramenta non esse paria, sed alia aliis digniora : " Si quis dixerit hæc septem sacramenta ita esse inter se paria ut nulla ratione aliud alio sit dignius, A. S. " Atqui causa nobilior ex se nobiliorem effectum producit. Ergo.

* Non pauci theologi putant gratiam sacramentalem non addere hunc specia-lem vigorem, sed solum conferre jus ad gratias actuales tempore opportuno con-ferendas. (Cf. de Augustinis, th. 19). — Sed alii, cum S. Thoma, *Quast, dis/.,* de Veritate, q. 27, a. 5, ad 12, et L. Billot, t. I, p. 91-93, putant gra-tiam sacramentalem addere gratiæ communi dispositiones quasdam habitua-les plus minusve imminutivas concupiscentiae in variis ejus ramificationibus.

' Cf. S. Thom., 3 p_, q. 69, a. 8; Suarez, disp. VII, sect. 5; Salmant, disp. IV, dub. 8; de Augustinis, th. 21.

Sed quonam gradu sacramenta specie diversa differant quoad gratiam, incertum est : hoc enim pendet a libera Dei voluntate, quæ nullibi revelatur. Juxta *S. Thomam* 1 et alios theologos communiter, Eucharistia, ob suam excellentiam et quia continet ipsum gratiæ auctorem, majorem confert gratiam.

384. 2° *Thesis :* Sacramenta ejusdem speciei per se conferunt æqualem gratiam æqualiter dispositis ; inaT

Dicitur /ter *se,* quia ex Dei voluntat^>^^uHargitur singulis prout vult, n. 68, vel ex ministri fervore, cramenta possunt majorem gratiæ gradum'm uno quam in alfero producere; sed tunc ille effectus non confertur *ex opere operato,* seu vi ipsius sacramenti, sed potius ejus occasione.

(A) *Ex Tridentino*2, Deus justitiam seu gratiam confert, secundum propriam uniuscujusque dispositionem et cooperationem : "justitiam in nobis recipientes unusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis prout vult, et secundum propriam cujusque dispositionem et cooperationem "; atqui, æqualiter dispositi æqualem cooperationem afferunt; ergo æqualem gratiam recipiunt; e contra, inæqualiter dispositi inæqualem dispositionem afferunt ; ergo. £4

(B) *Rat. conv.* (a) Sacramenta agunt *veluti causæ naturales ;* atqui causæ naturales, sive morales, sive physicæ, in eisdem circumstantiis eosdem producunt effectus; dum e contra inæquales effectus producunt in subjectis inæqualiter dispositis; ita idem ignis inæqualem calorem producit in ligno arido et in ligno humido; ergo.

(b) Ad suavem Dei providentiam pertinet ut homines excitentur ad recipienda sacramenta cum maxima devotione et reverentia; atqui ita erit si majorem gratiam in iis qui me-

1 Juxta S. Thomam (3, q. 65, a. 3), quem communiter sequuntur theologi, ratione *dignitatis* primo loco venit Eucharistia, quæ non solum gratiam sed gratiæ auctorem continet, deinde Ordo, qui ad Eucharistiæ consecrationem spectat, tertio Confirmatio, quarto Baptismus, quinto Matrimonium, sexto Ex. Unctio, ultimo Pænitentia. — Aliunde probabiliter supponi potest sacramenta *magis necessaria,* et quæ *semel* tantum conferuntur, qualia sunt Baptismus, Confirmatio, Ordo, majorem dare gratiam.

a Sess. VI, cap. 7, D. B., 799.

liussunt dispositi sacramenta producant; tunc enim, propter spem majoris fructus, melius ad sacramenta se disponent.

385. Dispositio quæ gratiam augere potest, duplex est : (a) imprimis *virtualis fervor* et præsertim *actualis,* in ipsa sacramenti receptione; et ille *fervor eo* major est quo major caritas vel contritio existit in anima, (b) Insuper, juxta plures, *quantitas gratice habitualis* jam existens in anima; nam cum caritatis virtus sanctificantis gratiæ quantitati proportionetur, quo major est hæc gratia, eo major est caritas, ac proinde eo ferventiores esse possunt caritatis actus in susceptione sacramenti. Exinde apparet quanti momenti sit præparatio ad sacramentorum receptionem, sive remota, sive proxima.

§ IV. DE REVIVISCENTIA GRATIÆ PER OBICExM IMPEDITÆ x.

386. Hucusque diximus de gratia iis collata qui obicem non ponunt. Sed aliquando evenit sacramentum valide confectum esse, licet nulla gratia a suscipiente jrecipiatur, propter obicem. (Obex^Ut ja(n dictum est, ή. 364) consistit in adhaesione voluntatis alicui peccato gravi, e ita obstaT infusioni gratiæ etiam quando sacramentum valideconfer" tur... Duplex esse potest : (a) *positivus,* quando quis, licet propriæ indispositionis conscius, ad sacramentum accedit : tunc voluntarius est et culpabilis; (b) *negativus,* si dispositionis defectus non sit voluntarius, propter ignorantiam invincibilem seu bonam fidem, et ideo non est culpabilis.

In utroque casu, defectus dispositionis vocatur *fictio;* et sacramentum ita susceptum dicitur *ficte susceptum,* quia suscipiens aliquo modo fingit se esse dispositum, dum revera non est; aut *informe* quia caret gratiæ effectu.

Quæstio est igitur num sacramenta *valide.* quidem suscepta, sed *absque gratia* propter obicem positivum aut negativum, possint, remoto obice, gratiam conferre et ita aliquo modo reviviscere ’.

tj V Cf. S. Tfa*nm*·,*j*r *t^Sent.,* dist. 4, q. 3, a. 2 quæstiunc. 5; *Sum. theol.* 3 p., q.'éç, a. 10; Suarez de Augustinis, th. 22 Génicot-Salsm isp. VIII, sect. III; Salmant, disp. IV, dub. 6 S. Alphonsus, I. VI, n. 87; Lehmk., n. 15-16 129; Priimmer, n. 41-43.

’ Vox *reviviscentia* etymologice loquendo non est accurata ; reviviscere enim proprie dicitur id quod fuit *vivum,* dein *mortuum* ac postea *redivivum ;* atqui sacramentum cum obice susceptum non est proprie vivum, nec proinde vere reviviscit. Difficile autem est melius verbum invenire.

I. Existentia illius revlviscentiæ.

Ad rem melius intelligendam, theologi docent tria requiri, ex *parte sacramenti,* ut reviviscat :(^ut *valide* ministratum acjeceptum fuerit ;(2) ut signum sacramentale non amplius existât^j^ut aliquid sacramenti in subjecto maneat.

387. i° *Baptismus quoad gratiam reviviscere potest.* Certum est. ~

Etenim, juxta *Trident.*', nullum mortale peccatum remittitur in N. Lege nisi per aliquod sacramentum (scii. Baptismum vel Pænitentiam) in re vel in voto susceptum. Unde sic : juxta omnes, existere debet etiam pro eo qui Baptismum ficte recepit, medium obtinendi remissionem originalis peccati; atqui, nisi Baptismus reviviscat quoad gratiam, \ŷ nullum erit medium; scilicet non novum Baptisma, aut votum illud suscipiendi, cum hoc valide susceptum renovari 7ÇZ nequeat; nec Pænitentiæ sacramentum, quod tollit tantum peccata post Baptismum commissa; ergo unicum remanet medium, scilicet reviviscentia gratiæ per obicem impeditæ.

o.K.
o.K.

(B) Idem constat ex auctoritate Patrum, præsertim 5. *Augustini* qui, frequenter contra Donatistas, de Baptismo apud hæreticos vel schismaticos collato disserens, declarat illum non produxisse gratiam quando ministrabatur, et addit : " In illo qui fictus accesserat, fit, ut non denuo baptizetur, sed ipsa pia correctione et veraci confessione purgetur, quod non posset sine baptismo, ut, quod ante datum est, *tunc valere incifiiat ad salutem,* cum illa fictio veraci confessione recesserit " 2. Hæc est communissima theologorum sententia, contra paucos tantum.

388. 2° *Ordo et Confirmatio reviviscere possunt quoad gratiam.* Ita communiter contra Vasquez paucosque alios.

Hæc enim sacramenta *characterem* imprimunt^ horni- (J) — nemque constituunt in statu a quo recedere nequit, et in

ı Sess. VI, cap. 14; sess. XIV, cap. 4, D. B., 807, 89S.
' *De Ba/>t.t* lib. i, c. 12, *P. L.,* XLIII, 19; cf. l. 3, c. 13.

quo *speciali indiget gratia* ad obligationes suas adimplendas; atqui, si hæc sacramenta non reviviscant, homo semper privabitur illa speciali gratia sibi moraliter necessaria; quod quidem divinæ bonitati minus consentaneum videtur; ergpi'

389. 3° *Probabilius* idem dicitur de *Matrimonio,* quod ex una parte hominem constituit in statu in quo valde indi-
♦A^^get speciali gratia, et ex altera iterari nequit, vivente con-
► ^Juge; et de *Extrema Unctione,* quæ moribundo gratias
v*\ confert valde utiles, nec in eodem mortis periculo jterari

PPæSl. C*i zvx *u.*

390. 40 Quoad *Pcemtentiam, controvertitur.* (A) Multi putant
/ noc sacramentum non reviviscere : 1) cum enim tres actus pæm-, tentis suSTjuxta comnjunem sententiam, materia proxima sacra-< menti, vix concim potest quomodo hocsacramerituni bg/zd/zw esse *un.* vero valide et non licite recideretur, minus probabile est illud reviviscere, cum gratia per novam j absolutionem recuperari possit.

(B) Alii vero l admittunt sacramentum Pænitentiæ posse esse validum et informe, quoties pænitens habet attritionem veram quidem et sinceram, sed non appretiative summam. Juxta ipsos, dantur peccatores qui ita sunt attriti ut doleant de omnibus praeteritis, sed non gradu *appretiative* summo, quin tamen sint conscii talis defectus; jamvero ille actus attritionis, utpote sincerus ac bona fide elicitus, sufficit quidem ut *pars integratis* sacramenti, quamvis non sufficiat ut *dispositio* ad consequendam absolutionem a peccato : ergo sacramentum est *validum* quidem, cum in eo omnia essentialia inveniantur, sed *informe,* quia, propter defectum plenæ dispositionis, non producitur gratia ; remoto autem obice per attritionem appretiative summam, jam gratia per reviviscendam sacramenti producetur. Illa opinio probabilitate non caret, tum propter auctoritatem theologorum qui eam propugnant, tum quia innititur generali principio sacramenta gratiam conferre, sive sta-£im, sive recedente obice, iis omnibus qui *voluntarium* non ponunt obicem; attamen probabilitatis limites non transgreditur, quia incertum manet utrum hæc attritio, sincera sed non appretiative ,summa, sufficiat ut pars integralis signi sacramentalis.

50 *Eucharistia*^-juxta communem sententiam, non reviviscit; nam.ʌ (a) vel removetur obex antequam species corrumpantur, et

* Cajetanus, *Opusc. de confessione,* q. ıó, § I, cum aliis auctoribus ibidem allegatis. Nonnulli hoc se & S. Thomas scribit *Sufflem.,* q. *g,* a. i. J* ¡

tunc sacramentum ipsum, utpote perdurans, suum producit effectum, sed non reviviscit; vel removetur obex jam corruptis speciebus : tunc nil in subjecto manet quod gratiam appellare aut producere valeat, (b) Insuper indecorum omnino videtur, ut qui sacrilege communionem suscepit, postea fructum communionis recipiat, et quidem eo uberiorem quo sæpius sacrilegia commiserit.

II. Conditiones illius revïviscentiæ ex parte subjecti.

391. TO *Pro obice negativo.* Quando obex fuit *negativus* seu *involuntarius,* et nullum aliud mortale peccatum postea fuit commissum, requiritur et *gittritio supernaturalis.* Hoc communiter asseritur pro sacramentis mortuorum, et probabiliter etiam pro vivorum sacramentis; cum enim obex negativus nihil aliud sit nisi absentia dispositionis requisitæ, removebitur statim ac illa dispositio aderit; atqui attritio supernaturalis est dispositio sufficiens ad sacramenta mortuorum; immo probabilius ad sacramenta vivorum, *per accidens,* quando scilicet quis bona fide putat se esse in statu gratiæ; ergo.

2° *Pro obice positivo.* Quando obex fuit *positivus* seu *voluntarius,* aut aliquod mortale peccatum fuit postea commissum, requiritur absolutio cum attritione, vel contritio perfecta cum voto sacramenti : nam peccatum mortale norinisi per sacramentum Pænitentiæ âut perfectam contritionem tolli potest, nec in casu remitti potest sacramento aut antecedenter aut concomitanter, sed *sacrilege* recepto.

30 *Controversia.* Controvertitur inter Theologos num gratia reviviscens, obice remoto, detur omnibus æqualis, an secundum gradum dispositionis, qua removetur obex. Nil certum hac de re dici potest. Probabilior nobis videtur sententia asserens gratiam tunc dari secundum subjecti dispositiones, vi generalis princinii supra enuntiati, n. 384.

Art. II. De Charactere Sacramentali [1].

392. i° Status quæstîonis. Hucusque diximus de primario sacramentorum effectu, scilicet de gratia ; sed, præter

1 S. Thomas, 3 p,, g. 63; Suarez,disp. XI; Salmantic., disp. V; S. Bellarminus, l. II, c. 18-22; Billuart, diss. IV; Drouin, q. V, c. 2; Franzelin, th. 12-13; de Augustinis, th. 23; L. Billot, th. X-XIII; E. Hugon, p. 105-123.

gratiam, tria sacramenta *characterem* in anima producunt; de quo dicendum superest.

2° Notio. Character (a græca voce χαραχτηρ, quæ idem significat ac figura, signaculum, nota) definitur : *Signum seu signaculum spirituale et indelebile, animæ impressum, quo homiïtKTffiï divina deputantur et ab aliis distinguuntur.*

z
C)

Dicitur : (a) *Signum spirituale,* non autem sensibile, quia est veluti *nota interna,* qua fideles, qui hoc signum susceperunt, ad divina deputantur, et ab aliis, coram Deo, angelis et beatis, distinguuntur.

(b) *Indelebiliter anima* impressum; quibus verbis designatur characteris *subjectum* ejusque præcipua qualitas, scilicet *perpetuitas.*

(c) *Quo homines ad divina deputantur,* etc.; dat enim praecipue potestatem aliquid *sacri agendi* vel *recipiendi,* ideoque nos facit aliquo modo sacerdotii Christi participes; et ita nos distinguit ab aliis non ita signatis.

Tria exponemus : 1° *existentiam* characteris; 2° ejus *naturam;* 30 ejus *dotes.*

I. De ejus existentia.

Existentiam characteris sacramentalis negaverunt tum *Wicleffus,* tum *Protestantes,* eo quod Scriptura et Patres altum silentium servant de tali charactere, cujus primus excogitator fuit *Innocentius III,* initio saeculi XIII[1]; aliunde in quo consistat illud signum explicari nequit; ideoque tamquam mediævum inventum rejiciendum est

393. *Thesis :* Tria sacramenta et tria tantum characterem spiritualem imprimunt in anima, scilicet Baptismus, Confirmatio et Ordo.

De Ude ect iitnnt-A definitum a *Trident.* * .·“ Si quis dixerit in tribus sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione et Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale et indelebile, unde ea iterari non possunt, A. S.” Huic definitioni jam præiverat *Florent,* seu Decretum ad Armenos, ubi hæc insuper leguntur : “ Reli-

[1] Innocentius ab Archiepiscopo Arelatensi interrogatus num dormientibus e amentibus *baptismatis character* imprimatur, respondit illum qui non absoluti invitus est, recipere hujusmodi characterem; uterque igitur supponit doctrinan de charactere extra controversiam esse, et nemo nisi malæ fidei tenere potes Innocentiam hujus doctrine inventorem fuisse,

[2] Sess. VII, can. 9, de Sacram, in genere, D. B., 852; cf. 695.

qua vero quatuor characterem non imprimunt, et reiterationem admittunt ".

394. 1° *Scriptura* is non probatur, sed solum insinuatur in locis in quibus agitur de quodam *sigillo* animæ impresso : " Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, et qui unxit nos Deus : qui et *signavit* nos, et dedit *pignus* Spiritus in cordibus nostris " 1; "In quo et credentes *signati* estis " a. Ibi enim, præter unctionem gratiæ et habitationeTn Spiritus, commemoratur alius effectus, nempe sigilli impressio (hic est enim sensus græcæ vocis σφραγιζάμενο), et, licet stricte intelligi possit de gratiæ sigillo, *melius* tamen *intelligitur* de *charactere* per quædam sacramenta impresso, præsertim si *Patrum auctoritas* simul invocatur, qui præfata verba de sigillo indelebili interpretantur 3.

395. 2° *Tradit,* probatur, (a) Patres *quatuor* priorum sæculorum *implicite* characterem sacramentalem esse docent, dum dicunt *Baptismum* esse *sigillum impressum, sigillum infragile, signaculum in Christo* muniens contra tentationes, *sigillum* datum a Domino suis fidelibus cui *opponitur character bestiæ* dandus ad Antichristq<4> aut vocant *Confirmationem " sigillum* doni Spiritus '(5^et *sacerdotalem consecrationem* comparant consecrationi altarium6; aut asserunt sacramenta Baptismi, Confirmationis et Ordinis valide collata *iterari* non posse/ Atqui hæc omnia nonnisi de *signo spirituali* simul et *indelebili* prædicari possunt, non autem de gratia *sola,* licet eadem voce σφραγι aliquando utantur ad significandum *simul* characterem et gratiam.

(b) Jam a *quinto* sæculo, S. *Augustinus* magis explicite de charactere loquitur, eum a gratia *expresse* distinguit, afifir-

' *II Cor.,* I, 21

J -t^phcs., i;13

Ita ST Ambrosius, *De Spiritu,* l. I, c. 6, n. 77, *P. L.,* XVI, 723; S. Chrysostomus, *Homil. 2a in ep. ad Ephes.,* n. i; *P. G.,* LXII, iS.

4 Pseudo-Clemens, *ZZ Cor.,* VIII, 6; Clemens Alex., *Quis dives salvetur,* 42; Tertullianus, *De 'spectandis,* XXlVj 4; S. Basilius, *Homil. in Baptisma,* n. 5; S. Cyrillus Hierosolymit, *Catech.,* I, 3; XXI, 7. — Hæc et alia testimonia collegit P. Pourrat, *op. cit.,* p. 196-205.

5 S. Cyrillus Hierosol., *Catech.,* XVIII, 33; *Euchol. Serapionis,* XXV, 2, ap. Journel, 1240.

6 Gregor. Nyss., *In baptismum Christi, P. G.,* XLVI, 581.

mando characterem etiam in malis remanere, et similem esse signaculo militibus imposito vel signo ovibus impresso.

Contra *Donatistas* arguens, qui contendebant sacramenta baptismi et ordinationis extra Ecclesiam suscepta esse invalida ideoque iteranda, S. Doctor ostendit hujusmodi sacramenta, etsi sine fructu gratiæ collata, esse tamen valida nec proinde iteranda. Distinguit enim duplicem effectum in baptismo, nempe vitæ sanctificationem seu *gratiam,* et sacramenti perceptionem seu *characterem :* hic adesse potest dum ille abest : ••Quemadmodum ôpimum Sanctum sicut habent filii dilecti, non habent filii maligni, et tamen baptismum habent, sic et Ecclesiam sicut habent catholici, non habent hæretici, et tamen baptismum habent... Induunt homines Christum aliquando usque ad *sacramenti perceptionem,* aliquando et usque ad *viter, sanctificationem,* atque illud primum et bonis et malis potest esse commune, hoc autem alterum proprium est bonorum et piorum " '. Pariter asserit gratiam ordinationis amitti posse quin character amittatur: ‘‘Quemadmodum si fiat ordinatio cleri ad plebem congregandam, etiamsi plebis congregatio non subsequatur, manet tamen in illis ordinatis sacramentum ordinationis, et, si aliqua culpa quisquam ab officio removeatur, sacramento Domini semel imposito non carebit, quamvis ad judicium permanente "

396. (c) Idem constat ex *praxi Ecclesiæ*^ Jam enim primis temporibus mos viguit *non iterandi* tria sacramenta Baptismi, Confirmationis et Ordinis, quando valide ministrata fuerant. Id minime negabant ipsi *Rebaptizantes* aut Donatistæ, sed solum putabant ea ab haereticis valide conferri non posse. Atqui ratio a Patribus assignata cur iterari nequeant, est quia his sacramentis, praeter gratiam, aliquid confertur *permanens* et *indelebile,* impressum in anima tanquam *sigillum,* nempe *character* qui adhaeret christiano sicut militaris character militi etiam desertori : " Baptismus ille tanquam character infixus est : ornabat militem, convincit desertorem " 3. — Merito itaque in *Codice* legitur, can. 732 : " Sacramenta baptismi, confirmationis et ordinis, quæ characterem imprimunt, iterari nequeunt ".

(d) Argumento *prcescrjptianis* confirmatur; cum enim primus qui explicite characterem negaverit, sit *Wicleffus* (sæc. XIV°), exinde colligitur per multa sæcula traditam

1 *De baptismo*^ 1. V, c. 23» n. 33, *P. L.y* XLIII, 193.
' *De bono conjugali*XXIV, 32» *P. L·** XL» 394 ; Journel, 1642.
3 S. Augustinus» *In psalm.* XXXIX» n. 1, *P. L·^* XXXVI, 433.

fuisse in Ecclesia doctrinam de existentia characteris sacramentalis, absque contradictione, ideoque hanc esse doctrinam catholicam a Patribus et Apostolis dimanantem, ex dictis n. 315.

397. 30 *Rat. convenientia* *, Quicumque ad aliquod munus deputatuq et specialem accipit potestatem, quodam charactere debet consignari, ut ab aliis distinguatur, sicut, v. g., milites speciali veste induuntur; atqui, per tria præfata sacramenta, fideles deputantur ad spirituale munus, specia-Jemque accipiunt potestatem; videlicet, per Baptismum, homo fit membrum familiae Christi, seu *civis Ecclesia,* et accipit potestatem passivam recipiendi alia sacramenta; per Confirmationem, fit *miles Christi,* et accipit potestatem agendi ea quæ spiritualem militiam spectant; per Ordinem, *jit minister Christi,* seu dux exercitus ejus, et accipit potestatem activam sacramenta alia ministrandi; ergo.

398. Diximus in thesi : *Tria tantum* sacramenta characterem imprimere, (a) Id enim *explicite* declaratur in *Decreto ad Armenos :* " Reliqua vero quatuor characterem non imprimunt *implicite* autem in *Tridentino* et in *Codice J. C.,* quæ tria tantum sacramenta tanquam characterem imprimentia recensent.

(b) Constat insuper ex *praxi Ecclesia,* quæ tria præfata sacramenta non iterat, quando valide collata sunt, dum cetera quatuor iterat. Atqui, ex dictis, ideo non iterantur sacramenta quia characterem imprimunt. Ergo.

/c) Ratio intrinseca hujus facti est *positiva voluntas* Christi. Huic autem ratio *convenientia* consonat. Illa enim sacramenta characterem imprimunt quibus deputamur ad statum stabilem in ordine ad cultum divinum. Atqui tribus sacramentis ad talem statum deputamur : nempe *baptismo* ad statum *civis* christiani, *confirmatione* ad statum *militis* Christi, *ordine* ad statum *ministri* Christi, — et quidem ad aliquid accipiendum vel faciendum quoad cultum divinum. Per alia autem quatuor talem deputationem non accipimus : per initentiam et Extremam Unctionem liberamur a peccatis et iri
conjuges^ ordinantur directe ad officium *'naturale* moclô cfiristîâho implendum fper Eucharistiam vita nostra spiritualis *nutritur,* sea in novo statu non constituimur. Ergo.

' S. Thom., 3, q. 63, a. 3.

II. De ejus natura.

Patres hac de re nonnisi pauca tradiderunt; Scholastici autem in varias abierunt sententias; quid sit probabilius, breviter exponemus.

399. i° Quid non sit. Communiter admittitur; (a) contra *Durandum*[1] (+ 1333) characterem *non esse meram relationem* rationis quam mente concipimus ex susceptione sacramenti. Etenim tum Patres tum concilia *Florent,* et *Trident.* docent characterem esse *signaculum animæ inipressumjQo^ inhærens*\ atqui simplex relatio rationis non" potest dici *animæ impressa* et inhaerens; relatio enim rationis nihil in anima imprimit, (b) Nec dici potest characterem esse relationem *realem;* nam relatio realis supponit *realefundamentum.* Atqui nullum assignari potest hujus relationis fundamentum : *non gratia* ipsa, nam character sine gratia imprimitur, eaque amissa, permanet; non *actio sacramentalis,* quæ transit, dum character manet; ergo character non est mera relatio, sed aliquid *reale* et *animæ intrinsece* inhærens.

400. 2° Quid sit. (A) *Communiter* tenent theologi characterem esse ^e genere *qualitatis*x sed disputatur utrum sit *habitus* an *potentia.* Probabilius admittitur, cum S. *Thoma* contra *Suarez,* characterem esse aliquam *potentiam spiritualem et supernaturalem,* non autem habitum; nam habitus non potest esse indifferens, sed determinatur ad bonum, si sit bonus, vel ad malum, si malus sit; atqui character est ex se quid indifferens ad bonum vel ad malum; nam quidam bene, alii autem male eo utuntur, ut experientia constat ; ergo character non est habitus, sed *potentia* seu facultas *ministerialis aliquid sacrum accipiendi vel agendi*'2.

Controvertitur insuper utrum character ille sit potentia *physica* an *moralis;* quæ quæstio affinis est controversiæ de

[1] Durandus *(In IV Sent.* 4,q. 1, n. n) tenebat characterem esse meram relationem *rationis;* alii pauci theologi docebant hunc esse relationem *realtm** quæ opinio Scoto tribuitur, sed immerito. Cfr. Pesch., n. 191.

* S. Thom., l. c., L. Billot, th. XI. —Quam doctrinam ita contrahit *Catech. C. Trïdenlîni^TL·* 31 : " Jamvero character hoc præstat, tum ut apti ad aliquid sacri suscipiendum vel peragendum efficiamur, tum ut aliqua nota alter ab altero internoscatur

causalitate physica vel morali sacramentorum : juxta *Thoinistas* est potentia *physica,* et juxta alios, potentia *moralis.*

401.(B) Character, in suis *effectibus* spectatus : (a) nos *configurat Christo sacerdoti,* sicut nota militaris militem suo duci configurat, — non secundum similitudinem *naturæ* (quod fit per gratiam sanctificantem), — sed per similitudinem *muneris,* quatenus est *quœdam participatio sacerdotii Christi,* eo sensu quod nos *cultui divino* consecrat, nobisque tradit quamdam *potestatem* circa res sacras; attamen baptismi et confirmationis character nos non facit sacerdotes, nisi *lato sensu,* quatenus nobis potestatem tradit *passive* tantum sacramenta recipiendi ; solus sacerdotalis character homines efficit proprie loquendo participes sacerdotii Christi, quatenus ipsis dat facultatem *active* sacramenta ministrandi.

(b) Ex hac autem configuratione, qui recipiunt tria praefata sacrimenta distinguuntur ab aliis qui hanc notam non acceperunt.

402. 3° Character *specialem habet connexionem cum gratia, etsi ab ea distinguatur,* (a) *Ex se* est *gratiæ exigitivus :* Deus enim vult eos qui charactere signantur tanquam divino cultui addicti, esse sanctos, et quidem eo sanctiores quo perfectius Christo configurantur. (b) Attamen character, ratione *dispositionis,* confertur etiam *indignis,* quia cum sit potentia, nullam dispositionem requirit; dum gratia, utpote status amicitiæ cum Deo, nonnisi *bene dispositis* datur, (c) Ratione *dignitatis,* gratia est *potior,* utpote ad salutem æternam ordinata; sed ratione *causalitatis,* prior est character, cum gratia detur ad potentiam exercendam, (d) Ratione *temporis,* gratia et character *per se* simul infunduntur, sed *per accidens,* quando nempe sacramentum suscipitur cum obice qui postea removetur, *characterpræcedit gratiam.*

III. De ejus dotibus.

403. i° Indivisibilitas. *Character sacramentajis est indivisibilis, seu neffiugeffi nec, minui potest.* Certum est. Si enim augeri vel minui posset, esset vefprôpter inæqualem subjecti dispositionem, vel propter sacramenti iterationem, vel propter ejusdem variabilem efficacitatem; atqui nullum

ex his dici potest ; non primum, quia character nullam dispositionem exigit, nec proinde propter intensiorem dispositionem subjecti augeri potest; non secundum, quia character semel tantum imprimitur ; non tertium, quia, ex dictis, sacramenta, sicut causæ naturales, in iisdem circumstantiis eosdem effectus producunt. Ergo.

Difficultas tamen adesse videtur pro ordine qui veluti *per partes* suscipitur. Hæc autem evanescit, dicendo characterem esse indivisibilem in eodem ordine, sed per superioris ordinis susceptionem augeri posse; v. g., character in diaconatu receptus est quidem ejusdem gradus in omnibus diaconis; si autem diaconus recipit sacerdotium, tunc augetur character et fit sacerdotalis; character vero sacerdotalis in omnibus sacerdotibus est æqualis.

404. 2° Perpetuitas., *De fide est characterem esse perpetuum in hac vita,* ut constat ex thesi, n. 393.

Insuper *communiter admittitur characterem esse perpetuum etiam in altera vita;* nam verba conc. *Trid.* sunt absoluta, nec ullam indicant restrictionem. Aliunde valde convenit characterem in beatis remanere ad eorum gloriam, et in damnatis ad illorum ignominiam, sicut militaris character rminilitibus post proelium manet victoribus ad gloriam, victis ad confusionem1. Hinc, ut aiunt theologi, si sacerv^dos e mortuis resurgeret, missam valide celebraret quin de ^j>novo ordinaretur.

û 30 Indelebilitas. Hæc in eo consistit ut character *destrui* ^^*nequeat* : 1) nec ex parte *subjecti,* nam anima cui inhæret est .J-'immortalis; 2) nec ex parte *Dei,* qui, de potentia *ordinata,* non s *y/* potest destruere id quod tamquam signum perpetuum ipse « mstituit.

Scholion de distinctione inter sacramentum tantum, rem tantum, rem et sacramentum.

Ex dictis de natura et efficacia sacramentorum intelligi potest celebris hæc distinctio, quæ jam a sæculo XII adhibita fuit a theologisa. (a) Sensum hujus formulae, qualis a S. Thoma traditur, breviter exponimus.

i) *Sacramentum Jantum id quod significat sed non significatur,* nempe *ritus externus* ex materia et forma constans.

2) *Res tantum* est *id quod signijicatur et non significatj* nempe"ipsa *gratia,* quæ significatur a ritu exteriore et non significat ulteriorem effectum.

Res autem et sacramentum est id *quod significatur* et *ulterius aliquid significat :* talis est *character* qui est *res significata* per ritum externum (v. g., character baptismi est res significata per ablutionem et verba concomitantia), et insuper significat aliquid, nempe gratiam, quia characteri adnectitur gratia ad characteris pium exercitium.

J_n sacramentis autem quæ characterem non imprimunt, invenitur aliquid analogum. Ita, in *eucharistia,* invenitur *corpus Domini* quatenus significatur per species sacramentales, et quatenus significat gratiam spiritualis nutritionis. In *poenitentia,* habetur *interior poenitentia* quæ per ritum externum significatur et aliunde significat ulteriorem animæ purificationem. In *matrimonio, mutua conjugum unio* per ritum externum significatur et gratiam significat, quia symbolum est unionis Christi et Ecclesiæ quæ sanctitatem producit.

(b) In theoria causalitatis *inlentionalis, res et sacramentum* est effectus ille immediatus ritus externi, saltem ordine causalitatis gratiam præcedens eamque appellans. Dicitur *res,* quia jam est aliquis effectus per ritum externum significatus; dicitur *sacramentum,* quia aliquo modo significat ultimum gratiæ effectum '.

In sacramentis characterem imprimentibus *res et sacramentum* est *character;* in aliis invenitur aliquid analogum : v. g., in eucharistia corpus Christi præsens, quando sumitur, *ex se* gratiam appellat; pariter in pænitentia jus ulterioris purificationis; in extrema unctione jus quoddam alleviationis, in matrimonio vinculum conjugale, unionem Christi et Ecclesiæ repræsentans, *ex se* gratiam appellant.

l Van Noort. n. 62.

CAPUT VI.

DE MINISTRO SACRAMENTORUM.

405. Praenotanda. *Minister* sacramenti ille est qui conficit aut conficere potest sacramentum.

1° *Principalis* sacramentorum minister est *Christus-liomo,* qui eadem instituit (n. 329), et cujus nomine et auctoritate a ministris secundariis conferuntur.

2° Christus autem *potestatem supremam* ministrandi sacramenta *Ecclesiæ* tradidit, cujus est invigilare ut secundum mentem Christi ministrentur, eaque statuere quæ, pro diversis locis et temporibus necessaria aut opportuna fuerint. Exinde sequitur *ministros inferiores* ab Ecclesia dependere quoa *ditatem* et quoad *legitimitcitem* administrationis : *quoad validitatem* quatenus Ecclesia regulas statuere potest de *intentione* habenda vel aliis conditionibus (v. g., de forma solemni matrimonii); quoad *legitimitatem,* quia Christus solis apostolis eorumque successoribus potestatem commisit baptizandi, eucharistiam consecrandi, etc.

3° Minister *secundarius* vel *immediatus* is est qui materiam et formam seu sacramentalem ritum perficit, v. g., qui baptizat vel consecrat. Duplex est : *ordinarius,* qui ad sacramenta ministranda *ex officio* specialiter consecratus ve! deputatus est; *extraordinarius* qui ob necessitatem vel peculiare privilegium eadem ministrat.

Quisnam sit minister ordinarius vel extraordinarius uniuscujusque sacramenti infra declarabitur.

Hic de ministro *immediato* seu *secundario* agitur, nempe de *requisitis* in eo et de ejus *obligationibus.*

Art. I. De requisitis in ministro.

Prcemittimus : 1) *Solos homines viatores,* ratione præditos, esse, de Providentia Dei ordinaria, sacramentorum ministros (excludendo angelos et beatos); 2) non autem omnes esse ministros *omnium* sacramentorum, e *Tridentino* [1] *:* " Si quis

[1] Sess. VIIr can. io, De sacr. in genere. D. B., 853.

dixerit christianos omnes in verbo et *omnibus* sacramentis administrandis habere potestatem, A. S. ” Hæc autem melius intelligentur ubi de unoquoque sacramento.

In ministro tria præsertim considerari possunt : i° *fides* et *status gratiæ,* 2° *intentio,* 30 *attentio.*

I. De fide et statu gratiæ in ministro requisitis'.

406. i° *Errores. (A)* Jam ineunte sæculo 111°, occasione hæresis Montanistarum, *Agrippinus,* Carthaginensis episcopus, decreverat omnes hæreticos ad Ecclesiam redeuntes esse rebaptizandos, putans videlicet Baptismum sine fide collatum esse invalidum; ejusque agendi ratio a *Tertulliano, Clemente Alex,* et *Hippolyto* approbata fuit, necnon a provinciali concilio *Carthaginensi* (218 vel 222?). Insuper in Asia Minori eodem modo agebant episcopi Ciliciae, Cappadociae et Galatiae, et hæc praxis sancita est in conciliis *Iconiensi* et *Synnadensi* (230, 236?)

(B) Agrippini successor, 5. *Cyprianus* (sæc. III), praxim praedecessoris in tribus particularibus conciliis confirmavit; eumdem morem defendit in Asia *Firmilianus,* Caesariensis Episcopus, cum quibusdam aliis. Argumenta praecipua a Cypriano allata, tria erant : (a) Extra Ecclesiam nulla datur salus, nec proinde gratia; atqui haeretici sunt extra Ecclesiam ; ergo nulla gratia ipsis datur, (b) Nemo dat quod non habet; atqui haeretici nec fidem nec Spiritum Sanctum habent; ergo, (c) Vera fides est conditio necessaria ad sacramentorum receptionem; atqui baptizati in haeresi veram fidem non habent; ergo.

5. *Stephanus I* hunc damnavit errorem, quin tamen, propter prudentiae motivum et S. Dionysii Alex, interventum, Rebaptizantes excommunicaverit; S. Cyprianus diu restitit, putans se non teneri hac in re Pontifici obedire; dubitatur num ante mortem suum errorem positive retractaverit; hoc ut probabile tenet S. Augustinus; quidquid est, vitam martyrio coronavit, et ut sanctus ab Ecclesia colitur. Ceteri vero Africæ episcopi gradatim illum errorem deseruerunt, teste S. Hieronymo a.

‘S. Thom., 3 p., q. 64, a. 5-6 ; Suarez, disp. XIII, sect. 4; Salmantic., disp. VT^dubT^TDrouin,'q'. VII, cap. 2; Franzelin, th. 15; de Augustinis, th. 16; L. Billot, th. XVII; Van Noort, η. 126-129.

’ De hac controversia lege S. Cypriani *Epistolas* 70-86; S. August., *De Baptismate,* l. VI-VII ; Schwane, *Controversia de valore Baptismi...,* Munster, i860; Hefele-Leclercq, *Histoire des Condies,* vol. I, p. 172-191; A. d’Alès, *Im question baptismale au temps de S. Cyprien,* in *Rev. des Q. histor.,* april. 1907, et *Did. Apologit.,* I, 390-418; F. Mourret, *Hist. gin. de l'Eglise,* I, P· 356-363; J. B. Bord, *L'autorité de S. Cyprien dans la controverse baptis-*

(C) Attamen idem error renovatus est a *Donatistis* (sæc. IV), necnon a *ll'aldens/bus* et *Albigensibus* (sæc. XIII) et *Wïcleffo* (sæc. XIV), qui insuper tenuerunt probitatem esse necessariam ad validam sacramentorum administrationem. Quidam inter *Protestantes* initio idem docuerant, ut Anabaptiste, sed hodie plerique hac de re catholicam doctrinam tenent.

407.2° *Doctrina Ecclesiæ* thesibus sequentibus contrahitur, quarum, in priore, asseritur nec fidem nec statum gratiæ ad *validam* sacramentorum administrationem requiri; in altera autem, *statum gratiæ* ad *licitam* administrationem requiri.

408. *Thesis P :* Nec fides, nec sanctitas (seu status gratiæ) requiruntur ad validam sacramentorum administrationem.

Hæc duo simul complectimur, quia argumenta quæ probant *non requiri fidem,* a fortiori demonstrant *non requiri statum gratiæ,* cum hæresis sit peccatam gravissimum quo amittitur non solum status gratiæ, sed etiam virtus fidei.

~De fide est sanctitatem non requiri ad validitatem sacramentorum m généré; ait enim *TridA :* "Si quis dixerit, ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quæ ad sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere aut conferre sacramentum, A. S."

De fide est pariter *fidem* non requiri ad validam *baptismi* administrationem, ut constat ex *Trid. 2 :* " Si quis dixerit baptismum qui etiam datur ab hæreticis, in nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum baptismum, A. S."

Certum est et *fidei proximum* tandem fidem non esse necessariam ad validam *aliorum* sacramentorum administrationem. Pænitentia autem *valide non ministratur ab hæretico,* non propter fidei defectum sed *propter jurisdictionis defectum;* jurisdictio tamen suppletur in casu *extremæ necessitatis.*

male jugée d'après S. Augustin, in */lev. d'hist. ecclésiastique de Louvain,* t. XVIII, p. 445-468.

Scriptura (a) *negativum* argumentum hac de re præbet ; siquidem nullibi legitur fidem aut statum gratiæ requiri ad validam sacramentorum administrationem ; (b) *indirecte* thesim *innuit* docendo sacramenta esse principaliter *actiones Dei*x, et apostolos esse tantum ministros Christi 2§ principalis sacramentorum auctoris ; ex quo infertur horum efficaciam a ministri sanctitate non pendere.

409. Thesis autem probatur : i° *Traditione :* (A) Ex doctrina *Patrum* in qua tria stadia distinguuntur : —

(a) In *primo,* ante Agrippinum, vigebat in Ecclesia praxis non rebaptizandi eos qui ab haereticis debito modo baptizati fuerant. Constat : i) ex *testimonio S. Stephani,* qui suam decisioqem universali firmat consuetudine : "Nihil innovetur, ait, nisi quod traditum est, ut manus illis imponatur in pænitentiam " 3 ; 2) ex testimonio S. *Vincentii Lirin,* dicentis 4 : " Agrippinus, Carthaginiensis episcopus, primus omnium mortalium, contra divinum canonem, contra universalis Ecclesiæ regulam, contra sensum omnium consacerdotum, contra morem ac instituta majorum, rebaptizandum esse censebat..." 3) ex ipsa S. *Cypriani* confessione, qui non negat hanc consuetudinem, sed putans eam legitima ratione minime fundari respondet : " non est de consuetudine præscribendum, sed ratione vincendum "5; 4) ex tractatu *De rebaptismate,* quem scripsit auctor ignotus, S. Cypriano coævus, ubi praxim rebaptizandi condemnat utpote " contra priscam et memorabilem cunctorum emeritorum sanctorum et fidelium sollemnissimam observationem"6; 5) item ex *Firmiliani* confessione, qui pariter agnoscit illam consuetudinem existere, saltem in quibusdam ecclesiis, quamvis addat consuetudini veritatem esse præferendam 7.

(b) In *secundo stadio,* veritas *obscurari coepit* tum propter auctoritatem *Tertulliani,* tum propter rationes verisimiles quas proponebat S. *Cyprianus* ejus discipulus (supra, n.406) : tunc in Africa et Asia minori praxis invaluit hæreticos

1 Z *Cor-ι* **ΠΙ,** 7. — a Z *Cor.y*
3 Apud S. Cypr., *Ep.* 74, D. B., 46.
4 *Coinmonitor.'* c. 6.
5 *Epist.* 71, n. 3. — 6 *De Rtbapt.)* c. 1, *P.* **III,** 185.
7 Inter epist. S. Cypriani, ep. 75, n. 19-

rebaptizandi; sed alibi, præsertim in ecclesiis Romæ et Alexandriæ, antiqua praxis servata est, quam ut apostolicam Romani Pontifices defenderunt Paulatim hæc praxis communior facta est, præsertim quoad hæreticos qui circa SS. Trinitatem non errabant, dum rebaptizabantur qui Trinitatem negabant, quia censebantur baptismi formam corrupisse. Ita *Arelatense I* (an. 314) statuit non rebaptizandos esse hæreticos qui in Patre et Filio et Spiritu baptizati erant;* conc. *Nicænùm* (an. 325) decrevit ne Cathari (Novatiani) conversi iterum baptizarentur, contrarium vero statuit quoad Paulianistas2 : priores enim baptizabant invocata SS. Trinitate, posteriores autem absque hac invocatione.

(e) In *tertio stadio,* doctrina catholica *explicite traditur.* Patres, præsertim vero S. *Augustinus* \ invictus dogmatis catholici defensor contra Donatistas, eam non solum asserunt, sed etiam variis comparationibus illustrant; sicut, inquiunt, *semen* sordidis manibus satum, nihilominus fructificat, et *aqua* per canales lapideos, ferreos aliosve æqualiter irrigat, *sigillumque* regium, sive sit ferreum, sive aureum, regis imaginem imprimit, et sicut *medicus,* etiam ægrotans, alios curare potest; ita pariter sacramenta valide gratiam causare possunt, etiam si a malo ministro ministrantur.

(B) *Ex Ecclesiæ praxi* non rebaptizandi eos qui ab hæreticis baptizati erant ; hæc enim erat *moraliter unanimis* consuetudo, paucis exceptis ecclesiis particularibus, ut recte notat S. *Stephaniis* et ipse S. Cyprianus admittit, n. 409 ; atqui praxis moraliter unanimis est in *re fidei* inconcussum veritatis argumentum. — Hæc praxis concordat cum variis Ecclesiæ documentis : D. B., 53, 55, 56, 88, 97, 696, 860.

« D. B., 53. — » D. B., 55-56. Cfr. 97.

3 Sic enim contrahi potest S. Augustini argumentum : Quid tibi facit malus minister, ubi bonus est Dominus ? Non contaminatur donum Christi, quia per illum purus fluvius transit, et venit ad fertilem terram. Per lapideum canalem transit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generans; sed tamen hortis plurimum fructum affert *(Tract. s ,n Joan.,* 15). Et alibi *(Contr. Crescon.,* lib. 3) : Nihil refert an lotis manibus semen jactatur, ut fructum ferat : nihil refert, quod lumen solis per coenosa diffundatur, ut splendeat. — Item Gregor. Naz. *(Orat. 40 de Baft.,* n. 26) : Nihil refert utrum sigillum sit ferreum an aureum, ut in cera figuram imprimat; ita nihilo magis refert quod Deus per bonum vel malum ministrum dona suæ gratiae largiatur.

410. 2° *Rat. theol.* Res utique pendet a voluntate Christi, quæ, ex dictis, nec fidem nec sanctitatem requirit Thesis autem rationi consentanea est.

(a) Fides enim aut sanctitas non requiritur in ministro *ex natura rei.* Nam minister est solum causa *instrumentalis* gratiæ; atqui causa instrumentalis non agit propria virtute, sed virtute causæ principalis, et effectum producit, *ex opere operato,* independenter a suis qualitatibus, dummodo moveatur a causa principali.

Nec repugnat Deum uti peccatore ad gratiam conferendam, nam potestas aliis conferendi gratiam est veluti gratia gratis data, quæ etiam in peccatoribus existere potest.

(b) Immo *omnino convenit* doctrina proposita : i) maximi enim momenti est ut *vitentur dubia arca validitatem* sacramentorum; atqui si fides vera, et præsertim status gratiæ requirerentur ad validam sacramentorum administrationem, perpetua dubia et anxietates essent circa validitatem sacramentorum, cum nemo certo scire possit utrum minister sit in statu gratiæ an non; ergo.

2) Omnino refert ne *fiducia* suscipientium sacramenta ponatur in *ministris :* id enim esset fons divisionum et litium inter fideles, ut constat exemplo Corinthiorum, quos redarguit S. Paulus ». Atqui si sacramentorum validitas a sanctitate ministrorum penderet, multi nimiam fiduciam in ipsis ministris ponerent. Ergo.

411. *Thesis* ***IT*** *:* Ad licitam sacramentorum administrationem ex offlcio requiritursub gravi status gratiæ. *Certum est*[2].

Dico *ex officio;* quod duo importat : ministrum *ad conficienda sacramenta ordinatum, — sollemniter ea conficientem.*

Etenim : (A) *Rituale Rom.* (Tit. I, 4) hæc habet : " Etsi sacramenta ab impuris coinquinari non possint... impure tamen et indigne ea ministrantes æternæ mortis reatum

' Z *Cor.,* i, 12-17.

* Cf. S. Thom., 3, q. 64, a. 6; S. Alphons., l. VI, n. 30 sq.; Lehmk., n. 41 sq.; Priimmer, n. 56-60; Génicot-Sals., n. 114-115 ; Vermeersch, n. 186. — Requiritur etiam immunitas a censura et irregularitate; de quo in *Tr. de Censuris* agitur.

incurrunt''; quæ quidem clare indicant ministros, in statu peccati sacramenta ministrantes, mortaliter peccare.

(B) Revera qui ministrat sacramenta in statu peccati mortalis gravem injuriam committit erga *Deum;* nam, dum ipse est inimicus Dei per peccatum, divinam legationem ex officio agit; erga *Christum,* nam Christi personam pariter indigne gerit; tandem erga *sacramenta,* quæ contaminat, quantum in se est, res sacras et gratiæ productivas indignis manibus profanando.

412. *Régulez practices :* (A) *Quoad ministrum necessitatis.* Diximus eum qui *ex officio* conficit sacramenta in mortali, graviter peccare; sed controvertitur num graviter peccet, laicus vel sacerdos qui *non ex officio,* sed *ex necessitate* sacramentum confert, v. g., qui, in casu necessitatis, baptizat sine ceremoniis.

(a) 5. *Thomas, Suarez* aliique *probabilius negant,* quia in hoc casu sacerdos vel laicus non agit ut minister *consecratus ad hoc* et Christum repræsentans, sed ut minister succurrens speciali necessitati suscipientis. Unde laicus non peccaret baptizando in statu peccati mortalis, nec sacerdos baptizando *non solemniter.*

(b) *S. Ligorius* aliique probabiliter affirmant, quia obligatio ministrandi in statu gratiæ non derivatur solum a consecratione ministri, sed a sanctitate sacramentorum. Unde sacerdos et laicus prædicti peccarent graviter, si actum contritionis perfectæ elicere non conarentur.

Utraque opinio solide probabilis est, ac proinde in praxi erit peccatum grave vel non, prout minister agendo crediderit se peccare graviter vel non. Juxta omnes tamen, excusatur per accidens qui, in tali casu, vel non cogitat de eliciendo actu contritionis, vel, de eo cogitans, putat sibi tempus deesse.

413.(B) *Quoad Eucharisties consecrationem, dispensationem et contactum.*

(a) Certum est eum qui *consecrat* Eucharistiam in mortali, peccare graviter.

(b) Controvertitur num graviter peccet qui sacram communionem *dispensat* seu distribuit.

Negant *probabiliter Lugo, Vasquez, Lehmkuhl, Noldin* [1], quia in

[1] Lehmk., n. 43; Noldin, n. 32; Génicot, n. 115.

hac actione minister non agit stricto sensu nomine Christi, neque instrumentaliter active gratiam causât, sed solum passive, faciendo quod instrumentum inanimatum praestare posset. Affirmant autem *probabilius S. Thomas, Suarez, S. Ligorius,* quorum sententiæ favet *Catech. Romanus*[1], quia sacerdos vel diaconus ministrans Eucharistiam est minister *ex officio,* et proxime concurrit ad sanctificationem communicantis.

Unde, juxta 5. *Ligorium,* sacerdos Missam celebrans in mortali, *quatuor* mortalia peccata committit, scilicet indigne consecrando, indigne aliis ministrando communionem, indigne suscipiendo communionem, et indigne sibi indigno ministrando. Si vero communionem aliis dispensat, *probabilius* non committit tot peccata quot sunt personæ communicantes, quia in hoc casu adest una actio moralis, unum convivium.

Sed, juxta priorem sententiam, *probabiliter duo* tantum peccata mortalia committuntur in Missa sacrilega, unum consecrando, alterum communicando, quia mera ministratio Eucharistiæ non est peccatum grave, cum non sit confectio sacramenti[2].

(c) *Tangere* Eucharistiam *ex officio* in mortali, est semper peccatum grave, juxta quosdam; juxta alios, leve; et, juxta tertiam sententiam, est grave, si Eucharistia immediate tangitur; leve, si mediante velo aut pyxide. — Pariter dubium est num diaconus vel subdiaconus, ordinem suum exercentes in mortali, graviter peccent.

Quæ opiniones sunt *vere probabiles,* ac proinde in praxi inquirendum est quomodo pænitens suam efformaverit conscientiam.

414. (C) *Quoad Pœnitentiam.* Qui confessiones excipit in mortali, sed non absolvit, *probabilius* peccat tantum *venialiter;* qui vero absolvit, *probabilius* tot peccata committit quot personas absolvit, quia una quælibet absolutio efformat speciale judicium; nonnulli tamen, post *Salmanticenses*[3], *probabiliter* putant toties solummodo peccata numero distingui, quoties confessarius diversis vicibus pro tribunali sederit.

415. *Corollaria,* (a) Juxta S. *Ligorium* et plerosque theologos, omnes sacerdotes curam animarum habentes, tenentur esse habitualiter in statu gratiæ; cum enim sæpe saepius sacramenta ministrare debeant, sese exponunt periculo administrandi indigne, et multoties quidem, nisi sint in statu gratiæ.

(b) Si quis, existens in mortali, sacramenta ministrare debeat, prius tenetur ad eliciendum actum perfectae contri-

1 P. II, c. i, n. 17. — 3 Ita, inter alios, Lugo, Lehmkuhl, n. 46.
3 *De Censuris*, c. I, n. 182.

tionis, et quando agitur de Missae celebratione, tenetur confiteri, ut dicitur in *Tr. de Eucharistia,* immo in omni casu tutius est confiteri, si adsit copia confessariiI.

II. De intentione in ministro requisita a.

416. Praenotanda. i° *Notio, [nientio)* in genere est actus *voluntatis* tendentis in aliquem finem; distinguitur ab

20 *Species.* Intentio autem multiplex esse potest : (A *}Ratione finis,* intentio est jocosa, externa, vel intema : (a) *Jocosa* seu *mimica,* ea est qua minister, tum externe tum interne simulat sacramenti administrationem, ut histriones facere solent. *i^^Externa,* ea est qua minister ritum sacramentalem ut *mere externum^Sku*

minister ntum sacramentalem *ut sacrum* vult peragere seu intendit facere..4UQd_Ia^.Ecde^I^~ad quod non requiritur ut minister intendat directe ac explicite conficere sacramentum, sed sufficit ut velit ritum sacrum seu religiosum facere; nec requiritur ut velit facere quod facit Ecclesia Romana, sed quod facit *Ecclesia vera,* quæcumque sit, aut etiam modo generali Religio, quæ talem ritum adhibet, vel quod Christus, hujus ritus institutor, intendebat; nec necesse est ut credat in effectum sacramenti 3. Unde etiam haereticus vel paganus talem internam intentionem habere potest.

(B) *Ratione modi,* intentio est actualis, virtualis, habitualis, interpretativa : (a) *actualis,* quando quis, conficiendo sacramentum, *actu* vult illud ministrare; (b) *virtualis,* quando intentio jam habita perseverat et in actum influit, quamvis de ea actu non cogitetur; (c) e., prius habita, et non retractata, tamen neque actu, neque virtute perseverans, v. g., quia minister jam non est sui compos, ut si ebrius est vel hypnotizatus ; (d) *interpretativa,* ea est

1 "Sacerdos ergo, si sit peccati mortalis sibi conscius (quod absit), ad sacramentorum administrationem ne audeat accedere, nisi prius coide pæniteat : sed si habeat copiam confessarii, et temporis locique ratio ferat, convenit confiteri *(Rituale,* tit I, n. 4). — *Ctx._Cod.,* can. 807, 856.

3eSxTlhom., 3 p., q. 64. a. 8-10; Suarez, disp. XIII, sect 2-3; Salmantic., disp. VII, dub. 2; Drouln, q. VII, c. 3; Billuart, disp. V, a. 7; Franzelin, th. 16-17; de Augustinis, th. 17; Lehmk., n. 31-39; Génicot-Sals., n. 111-112; Priimmer, n. 62-69; Marc-Gestermann, n. 1412 sq.

3 5. *Officium,* 18 dec. 1872, interrogatum " utrum baptismus ab illis haereticis administratus sit dubius propter defectum intentionis faciendi quod voluit Christus, si expresse declaratum fuerit a ministro, antequam baptizet, baptismum nullum habere effectum in anima", respondit " *negative,* quia non obstante errore quoad effectus baptismi, non excluditur intentio faciendi quod facit Ecclesia *(Collectanea S.' C. de Prop. Fide,* Romæ, 1893, n. 539).

quam quis de facto nunquam habuit, sed habiturus esset, si de actione peragenda cogitasset; est præsumptio intentionis potius- quam intentio proprie dicta.

(C) *Ratione effectus valiti,* intentio est : (a) *absoluta,* quando sacramenti collatio nulli conditioni subordinatur; (b) *conditionala,* quando alicui conditioni subordinatur.

(D) *Ratione objecti,* intentio est : (a) *determinata,* quando voluntas fertur circa certam et definitam personam aut materiam; (b) *indeterminata,* quando fertur circa materiam aut personas insufficienter determinatas, v. g., absolvo quatuor ex personis præsentibus.

Quibus praenotatis, inquiremus, in sequentibus thesibus, *qualis* intentio ad sacramentorum validitatem requiratur.

417. Status quaestionis. *(pi) Errores. C) Protestantes,* putantes sacramenta nonnisi ad excitandam vel augendam fidem valere, docent ad eorum valorem non requiri intentionem in ministro, sed sufficere *ritum externum.*

2) *Catharinus* docuit *positionem materialem* ritus externi, *libere* et *serio* factam, omni semoto joco, ad valorem sacramenti sufficere, etiam si minister contrariam *intus* haberet intentionem. — Quam opinionem amplexi sunt quidam *doctores Sorbonici,* addentes tamen ritum externum non sufficere nisi *ex circumstantiis* videatur esse sacramentum.

(b) *Doctrina catholica* ad valorem sacramenti requirit intentionem faciendi quod facit Ecclesia, e *Tridentino* [1] contra Protestantes definiente : " Si quis dixerit in ministris, dum sacramenta conficiunt et conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia, A. S. "

Communiter tenetur, contra *Catharinum,* non sufficere intentionem externam, sed requiri internam intentionem faciendi ritum saltem religiosum, qualis a Christianis adhibetur.

418. *Thesis Ia :* Ad validitatem sacramentorum requiritur intentio vere interna faciendi quod facit Ecclesia.

Ad hanc intentionem habendam necesse non est ut minister ipse pro sacro et gratiæ productivo habeat ritum

[1] Sess. VII, can. II, de Sacr. in genere, D. B., 854.

quem perficit, sed sufficit ut intendat illum ritum perficere quem *Christus* instituit, aut facere quod *christiani* agunt dum hunc ritum perficiunt. Unde hæc intentio haberi potest ab haeretico vel infideli, dummodo intendat id quod intendunt qui hunc ritum recte ministrant».

Peffide.est contra· Lutherum et plerosque Protestantes, *jocosam* intentionem non sufficere, ex *Trident.* supra citato n. 417; *communiter* admittitur contra *Catharinum, Drouin, et* quosdam alios Theologos, *externam intentionem non sufficere.*

419. *Prima pars* probatur. (A) Ex *Script.,* sacramentorum administratores sunt ministri Christi et dispensatores mysteriorum Dei[1][2]; nec sunt mera instrumenta passiva, sed libero arbitrio prædita; unde *ad libitum* possunt agere independenter a Christo et nomine proprio, *aut* ut Christi legati et ministri. Jamvero, si habent intentionem *jocandi* aut *ritum mere materialem* agendi, non agunt nomine Christi, sed nihil faciunt nisi actionem ludicram aut profanam.

(B) *Tradit,* (a) Ex *Trid.* supra citato, ad sacramenti valorem requiritur intentio faciendi quod facit Ecclesia; atquMEcclesia certe non intendit jocari; ergo, (b) Insuper ex *Iridentino,* invalida est absolutio data a sacerdote qui animum non habet serio agendi et vere absolvendi[3].

Nec objici potest S. Genesii factum, qui mimice baptizatus est, vel pueri a S. Athanasio in ludo baptizati, quia, si quod narratur verum est, baptismus in utroque casu validus habitus fuit praecise quia baptizandi sincera intentio, etiam in ludendo, non defuerat.

(C) *Rat. theol.* (a) Ex *parte ritus.* Ritus sacramentalis *per se* ad varios fines adhiberi potest, v. g., ad sacras ceremonias alios edocendos, ad mimicam repræsentationem, etc. Necesse est igitur ut ad *esse sacramentale et* ad conferendam gratiam determinetur; atqui determinatur ad hunc finem per voluntatem ministri implicite saltem intendentis peragere quod Christus aut Ecclesia vult facere.

1 Cfr. Suarez, *De sacram* disp. XIII, sect. 2; Lehmk., n. 34; J. B. Bord, *Dintention defaire "ce que ГEglisefail\ N.* /C. *T.y* nov. 1922, p. 453 468; déc. 1922, p. 533-541.

3 I Cor.,

3 Sess. XIV, cap. 6, D. B., 902.

(b) Ex parte *ministri :* hic enim non est instrumentum *passivum,* sed intellectu et voluntate prædítum, ideoque velle debet facere id quod vult minister principalis cujus vices gerit ; ergo intendere debet id quod vult Christus aut Ecclesia.

420. *Secunda pars* probatur. Theologi, quos impugnamus, sic arguunt :

(a) Sacerdotes in sacramentorum administratione nihil aliud sunt nisi Christi ministri vel legati, nec vere producunt gratiam, sed solum actionem ponunt, ex qua, positis ponendis, gratia necessario sequitur; atqui minister et legatus, dummodo *serio externum actum* ponant, valide agunt, quidquid de eorum intentione dici potest; et quemadmodum qui stuppæ ignem admoveret, licet intra se diceret : " nolo igne comburi stuppam ", non impedire posset quin ignis suum produceret effectum, quemadmodum etiam judex, qui serio sententiam externe pronuntiavit, ejus effectum impedire nequit, dicendo intra se : " nolo judicium ferre ", ita pariter qui materiam et formam sacramenti serio ponit, licet interius dicat : " nolo gratiam conferre ", impedire nequit quominus gratia de facto conferatur; ergo, (b) Insuper Christus, sacramenta instituendo, fidelium tranquillitati et paci consulere voluit; atqui si valor eorumdem ab interna ministri intentione penderet, nunquam aut raro securi esse possent ; ergo T.

421. His non obstantibus, communiter docetur non sufficere externam intentionem. Nam : (a) ab *Alexan-'SroVIII* damnata fuit propositio : " Valet baptismus collatus a ministro, qui omnem ritum externum formamque baptizandi observat, intus vero in corde suo resolvit : non intendo quod facit Ecôlesia ", Nec probabile est hac damnatione proscriptum fuisse tantummodo Lutheri errorem, jam satis a *Trident,* damnatum, sed, ut *Benedictus XIV* censet 1, ipsissimæ adversariorum opinioni grave vulnus inflictum fuit.

(b) Nec valet primum argumentum supra allatum ; nam, sacerdotes sunt ministri *animati et liberi* sacramentorum, et cum, juxta *Florentinum,* requiratur, præter materiam et formam, *intentio*

1 Cfr. Drouin, q. VII, c. 3, sect. 2, § 2.

' *De synod.,* l. VII, c. 4, n. 8. — Revera hæc propositio desumpta est ex scriptis*Farvacques* qui Catharini sententiam propugnabat. Cf. X. Le Bachelet, in *D. T. C.,* I, 761. Cf. *Afissale Roui,,* De defectibus in celebratione Missæ.

ministri, sacramenti confectio a libera ejus voluntate pendet. Non valet igitur comparatio cum causis naturalibus, quæ, cum in seipsis virtutem agendi contineant, independenter a qualibet intentione, suum producunt effectum statim ac applicantur.

(c) Neque valet secundum: nam pauci admodum inveniuntur ministri qui adeo perversi sunt ut, dum serio exterius agunt, suam intentionem interius cohibeant [*]; si autem aliquando res acciderit, Deus fidelium saluti aliter providebit, sive per alia sacramenta, sive gratiam perfectæ contritionis concedendo.

In praxi igitur, si de defectu intentionis internae constat, sacramenta, urgente necessitate, meliori quo fieri potest modo, iterum sub conditione sunt perficienda; si vero res moram patitur, Sedis Apostolicae oraculum exquiratur.

422. *Thesis IV :* Ad validitatem sacramenti requiritur in ministro intentio saltem virtualis, nec sufficit interpretativa vel habitualis.

(A) *Non requiritur actualis* intentio; hæc enim est sæpe nimis ardua propter mentis divagationes, quæ aliquando etiam piis viris accidunt; et Christus verisimiliter noluit validitatem sacramenti pendere a re nimis ardua.

(B) *Non sufficit habitualis vel interpretativa;* nam intentio interpretativa nunquam exstitit nec proinde influere potest in sacramentum ; habitualis vero exstitit quidem, sed non perseverat, nec proinde influere potest in sacramentum ; sic, v. g., nemo dicet habitualem intentionem, quæ existit in ebrio vel dormiente, sufficere ad actum humanum.

N B. Juxta quosdam, intentio habitualis, sufficit, sed hi, nomine intentionis habitualis, intelligunt eam quam virtualem vocavimus.

(C) *Requiritur* et *sufficit intentio saltem virtualis,* i. e., prius habita, perseverans et influens in actum, quamvis de ea actu non cogitetur. Ita sacerdos, qui intentionem habuit consecrandi hostias in ciborio contentas, eas vere consecrat, etsi consecrationis tempore de eis amplius non cogitet Intentio enim prius habita et non retractata vere influit in actum proprie humanum et sufficit in contractibus humanis.

[*] Merito itaque Leo XIII, Bulla *Apostolicce cura,* 13 Sept. 1896 :" Cum quis ad sacramentum conficiendum et conferendum materiam formamque serio ac rite adhibuit, eo ipso *censetur* id nimirum facere intendisse quod facit Ecclesia

423. *Thesis IIT :* Requiritur ut intentio, si sit conditionata, absolutæ æquivaleat. *Certuig^r–*

Intentip est *absoluta* quando non suspendit effectum sacramenti. Hæc autem requiritur ut effectus *ex opere operato* producatur eo instanti quo forma materiæ applicatur. — Itaque intentio debet esse saltem *absolutæ æquivalens;* alioquin significatio formæ non verificaretur.

Jamvero intentio conditionata æquivalet absolutæ, generatim saltem, quando est de *præterito* vel *præsenti,* v. g., si ~tu non es baptizatus, ego te baptizo : non enimincertum relinquit effectum sacramenti; si enim vera est, hic et nunc verificatur formæ significatio, et effectus sacramenti producitur. — Attamen *dubia* esset forma " si tu es prædestinatus, ego te baptizo ", quia prædestinatio non cadit sub humana cognitione, et incertum reddit sacramenti effectum.

Quando autem conditio est *de futuro* (v. g., si restitueris intra mensem, ego te absolvo), non æquivalet absolutæ, quia impedit ne forma sacramentalis effectum producat *in præsenti;* conditione autem postea verificata, jam forma prætenita nihil valet : quia non poterat effectum causare nisi tempore quo fuit enunciata.

Excipitur matrimonium quod, utpote contractus, sequitur leges contractus, et valet statim ac conditio suspensiva adimpletur.

Ad *liceitatem* vero quod spectat, conditionem apponere non licet sine gravi causa, ut exponetur ubi de singulis sacramentis.

424. *Thesis I V' :* Intentio debet esse determinata ad certam personam, vel ad certam materiam. *Certum est.*

Etenim volitiones et actiones non feruntur in res abstractas, sed in concretas et singulares : sane impossibile est baptizare personam in genere, consecrare hostiam in genere. Sufficit autem ut intentio dirigatur ad personam præsentem, quæcumque sit. Unde valida est absolutio sic data : " Ego absolvo omnes hic stantes ", sed invalida est hæc : " ego absolvo tres ex hic stantibus ".

Corollarium : Si minister duas intentiones habeat sibi invicem contrarias, ea attendenda est quæ, omnibus spectatis circumstan-

tiis, *principalis* est vere *prédominons;* v. g., si quis diceret : " volo quidem baptizare, sed nolo facere quod Ecclesia Romana facit ", supponi potest baptizandi intentionem esse prævalentem, proindeque baptismum esse validum; secus vero, si intentio non faciendi quod facit Ecclesia Romana certo praevaleret.

III. De attentione.

425. In intellectu ministri requiritur *attentio,* i. e., applicatio mentis ad sacramenti confectionem. — Hæc est *externa* quando excludit actionem externam cum confectione sacramenti incompossibilem ; *interna,* si mens vere cogitat de confectione sacramenti. Attentioni opponitur distractio voluntaria aut involuntaria. — Ad *validitatem* sacramenti non requiritur attentio interna, sed *externa* quæ necessaria est ut materia et forma debite ponantur; hæc enim sufficit ad actum vere humanum.

Requiritur tamen ad *liceitatem* attentio quæ voluntariam distractionem excludit : unde omnis distractio, voluntaria *in se* aut *in causa,* in confectione sacramenti, est peccatum veniale, et quidem majus quam distractio in simplici oratione.

Insuper, juxta omnes, si distractio voluntaria tanta esset ut exponeret ministrum periculo graviter errandi in applicatione materiæ et formæ, peccatum esset mortale. Immo, in ipsa consecratione *Eucharistia,plene voluntaria* distractio est *probabilius* peccatum mortale propter specialem reverentiam tanto sacramento debitam.

Art. II. De obligationibus ministri.

Quæ obligationes respiciunt : i° *subjectum* sacramentorum ; 2° *ceremonias.*

Obligationes quoad subjectum duæ sunt : obligatio *dignis* ministrandi et *indignis* denegandi.

I. De obligatione sacramenta dignis ministrandi[1].

426. i° Principium generale : *Pastores animarum tenentur ex caritate etjustitia subditis rationabiliter peten-*

[1] S. Alphonsus, l. VI, n. 5S ; Lehmkuhl, n. 48; Génicot, 119-120; Prümmer, η. 72-74; Marc-Gest, η. 1422 sq.

tibus sacramenta ministrare (per se, velper alium idoneum ministrum) et hæc obligatio est per se gravis.

(A) Dicitur : i) *Pastores animarum,* i. e., qui curam habent animarum *ex officio,* ut episcopus, parochus ejusque vicarii.

2) *Ex caritate etjustitia :* hæc enim obligatio non solum ex caritate oritur, sed ex justitia, quia pastores oves suas *ex officio* pascere tenentur.

3) *Subditis,* quia erga alios nonnisi ex caritate tenentur.

Cetera verba in explicatione regularum declarabuntur.

(B) Probatur : (a) ex *Thdentino*[1] : " *Præcepto divino* mandatum est omnibus quibus animarum cura commissa est, oves suas... sacramentorum administratione pascere ".

(b) *Prceceptum divinum* infertur e verbis Christi[2]: " Euntes ergo, docete... *baptizantes* eos in nomine Patris... Pasce agnos meos... Pasce oves meas ", — Praeceptum *ecclesiasticum* invenitur in *Cod.* can. 467, 468, 682, 892.

(c) Pastores tenentur, ex *quasi-contractu,* salutem et bonum spirituale procurare illorum a quibus sustentationem accipiunt : quod fit speciatim per sacramenta.

Quæ quidem obligatio perseverat etiamsi fideles pastorem suum ex negligentia non sustentent; nam, præter contractum cum fidelibus, adest *contractus cum Ecclesia,* vi cujus sacerdos curam animarum accipiens ad hujus officii munera adimplenda sese obligat. Si fideles suo officio desint, sacerdos a suis obligationibus non eo ipso liberatur, sed debet ad episcopum recurrere, qui quasi-contractum pro prudentia sua solvet vel non [3].

427. 2° Regulæ practicæ. *Ex se* obligatio ministrandi sacramenta subditis est gravis, tum propter *prceceptum* divi-

[1] Sess. XXIII, cap. I, de Reformat.

[2] *Malth.,* XXVIII, 19 ; *loan.,* XXI, 15, 17,

[3] "Fama fert (quæ utinam inanis mendaxque sit!) nonnullis in locis inveniri sacerdotes qui, ubi gravis culpa non apparet, sacramentalis absolutionis beneficium denegant fidelibus qui nolint collectis stipem dare, ad quam sub peccato gravi teneri non constet ; immo etiam (quod longe detestabilius est) ægrotantibus ac morti proximis adsislere ac sacramenta præbere recusant. Vix animum inducere possumus, ut quidpiam tam *atrox* et *indignum* de ecclesiarum nostrarum ministris suspicemur " *{Cone. Balt.* III, η. 292).

num et ecclesiasticum, tum quia sacramenta ad *salutem* sunt necessaria vel saltem valde utilia.

Ut autem de gravitate hujus obligationis judicetur, sequentes traduntur regulae.

(A) In casu quando scilicet aliquis versatur in periculo proximo damnationis nisi sacramenta suscipiat, pastores aliique ex officio ministri tenentur sub gravi, etiam *aim propria vitæ periculo,* sacramenta necessaria ministrare, v. g., baptismum. Ut talis obligatio existât, necesse est ut spes affulgeat mora'.iter certa moribundum attingendi eique sacramentum ministrandi, antequam moriatur. Ratio est quia "bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis " x. Hinc, *tempore pestis,* non licet pastori gregem suum deserere, etiamsi alium sacerdotem idoneum substituat, ut declaratum est a S. *Congreg. Concilii, i$/62.*

(B) In casu *gravis necessitatis,* quando scilicet proximus, absque sacramento, nonnisi difficile effugere valet periculum damnationis, ministri *ex officio* tenentur, etiam cum *gravi incommodo* et *periculo probabili vita* sacramenta ministrare, v. g., quando fideles^ gravi morbo laborant, quando obligantur ad recipienda sacramenta, aut versantur in gravi tentatione, quæ difficile sine sacramenti susceptione vinci potest.

(C) Tandem iidem ministri tenentur sacramenta ministrare subditis, non tamen cum gravi incommodo, in *communi eorum necessitate,* seu quando adest *vera utilitas;* v. *g.,* quando occurrit festum sollemne, aut indulgentia plenaria lucranda, aut, uno verbo, quotiescumque fideles *rationabiliter* petunt 3.

Hinc graviter peccant ministri *ex officio* si declarant se nolle audire confessiones nisi paucis diebus intra mensem determinatis; aut qui *sape* se difficiles et morosos præbent in administratione sacramentorum; sic enim fideles deterrentur a sacramentorum susceptione, ac proinde idem est in praxi ac si sacramenta denegarentur. Attamen venialiter tantum peccarent qui semel aut iterum sacramenta denegarent, extra casum necessitatis, quia damnum quod infertur facile reparatur.

' Ap. Bened. XIV, *De Synodo,* lib. XIII, c. 19, n. 2.

3 " Parochi aliique quibus cura animarum vi muneris est demandata, gravi justitiae obligatione tenentur audiendi sive per se sive per alium confessiones fidelium sibi commissorum, quoties ii audiri rationabiliter petant *[Cod,* can. 892, § i).

Notandum. Si quæstio est de sacerdotibus qui non habent curam animarum, obligantur quidem, deficientibus ex officio ministris, ad sacramenta necessaria ministranda in casu extremae necessitatis, et quidem etiam cum vitæ periculo, sed solum ex motive *caritatis* [1], ut alibi dicitur in *Tr. de Caritate (Syn. Theol. Moralis,* t. II, n. 786).

II. De obligatione sacramenta indignis denegandi[a].

428. !.. Principium generale : *Indignis deneganda sunt sacramenta, nisi adsit causa proportionate gravis ea non denegandi.*

(A) *Deneganda sunt sacramenta :* (a) vi *præcepti divini :* " Nolite dareffisanctum *canibus n;* quæ verba, juxta Patres, figurative indignos designant; (b) vi præcepti *ecclesiastici* statuentis ut *suspendatur* ad tempus minister qui sacramenta indignis ministrare ausus fuerit [4]. (c) Revera virtus *fidelitatis* exigit ut ministri sacramentorum *prudenter* ea conferant ideoque regulariter dignis tantum ; virtus *religionis* exigit ne sacra profanationi exponantur; et virtus *caritatis* postulat ne minister cooperetur indignæ susceptioni sacramenti et scandalo exinde fidelibus dato.

(B) *Nisi adsit ratio proportionate gravis...* Nam, secundum principia exposita de *voluntario indirecto,* permitti potest profanatio sacramenti quoties adest ratio proportionate gravis. In casu autem hæc ratio *gravissima* esse debet, quia sacramenti profanatio est gravissimum peccatum. In praxi, causa non denegandi debet esse bonum spirituale publicum vel fama proximi servanda.

429. II. Applicationes. Quo melius intelligantur, quædam distinctiones præmittendæ sunt : (A) Peccatores, qui sunt sacramentorum receptione indigni, possunt esse publici vel occulti. *Publici,* qui etiam *notorii* dicuntur, sunt duplicis

1 " Urgente necessitate, omnes confessarii obligatione tenentur ex caritate confessiones fidelium audiendi, et in mortis periculo omnes sacerdotes " *(Cod.,* c. 892, § 2).

3 Cf. S. Alphonsus, l. VI, n. 43 sq. ; Lehmk., n. 54 sq. ; Prummer, n. 75-80.

generis : (a) notorii *notorietatejuris,* ii sunt quorum crimina *judicialiter manifestantur* sive per confessionem eorum juridicam, sive per testium depositionem aut judicis sententiam; (b) notorii *notorietate facti,* ii sunt quorum crimen nulla tergiversatione celari potest, v. g., quando commissum fuit coram notabili parte communitatis.

Occulti ii sunt quorum indignitas paucis nota est, ita ut communitatis notitiæ subduci possit.

(B) Insuper peccatores possunt sacramenta petere vel *publice,* coram populo, vel *occulte,* coram solo ministro aut paucis aliis, quorum nulla ratio habeatur, ut sunt pueruli.

430. i° Quoad peccatores publicos. (A) *Peccatori* publico, *sivefacblice sive occulte petenti, sacramenta regulariter sunt denegandef nisi sufficientia conversionis signa dederit et scandalum removerit.*

Inter peccatores publicos, *Rituale* recenset excommunicates, interdictos, manifestoque infames, uno verbo omnes qui~grave praebuerunt scandalum communitati '. — Isti autem publici peccatores remanent tales quamdiu *signa conversionis* non dederint. Hæc autem *signa* sunt diversa pro diversis circumstantiis; si adsit occasio peccati proxima notoria, prius deserenda est; item, si sit aliqua restitutio facienda ; secus, ad reparandum scandalum, sufficit generatim confessio in ecclesia publica facta, pluribus personis circum astantibus : tunc enim res cito plerisque nota fiet.

(B) *Explicatur,* (a) Dixi *regulariter,* nam imprimis sacramentum *panitentice* debet omnibus concedi, etiam notoriis peccatoribus, si vere sunt contriti, et ad debitam reparationem dispositi, præsertim ad reparandum scandalum, quia hoc sacramentum pro peccatoribus institutum est. Idem dici potest et debet de *extrema unctione* quando moribundus non potest confiteri peccata sua, quia supponi potest contritus. Quoad *matrimonium,* ex *Codice,* c. 1066, requiritur ut publicus peccator prius ad sacrafnentalem confessionem accedat; si recusaverit, ‘‘parochus ejus matrimonio ne assistat, nisi gravis urgeat causa, de qua, si fieri possit, consulat Ordinarium ”.

’Tit. IV, c. i, η. 8. ‘‘Arcendi sunt (ab Eucharistia) publice indigni, quales sunt excommunicari, interdicti manifestoque infames» nisi de eorum pænitentia et emendatione constet et publico scandalo prius satisfecerint Can. 855.

(b) Si crimen sit notum *multis ex* præsentibus, quin tamen notorium sit, sacramenta non sunt deneganda. Idem dici potest si crimen sit notorium in loco aliquo, sed non ubi peccator petit, nisi tamen prævideatur indignitatis notitiam brevi in hunc locum perventuram. Ratio est quia in hoc duplici casu non constat de notorietate criminis; in dubio autem, odiosa sunt restringenda, ac fama proximi servanda.

(c) Si autem crimen sit notorium, et dubia pænitentia, generatim sacra communio differenda est, ne scandalum præbeatur.

(d) Tandem, quando sacramenta publice denegantur, maxima prudentia utendum est, nec publice aperienda est ratio denegationis, ne peccator sese injuste diffamatum consideret, ac ministrum coram civili tribunali prosequatur.

431. 20 Quoad peccatores occultos. (A) *Peccatori* occulto occulte *petenti regiclariter deneganda sunt sacramenta.* Hæc est enim regula a *Rituali* statuta : " Occultos vero peccatores, si occulte petant, et eos non emendatos noverit, repellat ". Ita etiam *Cod.,* c. 855, § 2. -Ratio est quia, ex dictis, non possunt conferri sacramenta indignis, nisi accedat gravissima ratio; atqui in hoc casu non adest ratio, cum peccator occulte petat^nec proinde ex^dgpega,- tione diffamari possit;. .ergo. Excipitur casus^uo.indignitas petentis cognosceretur per confessionem sacramenta-.

(B) *Peccatori* occulto publice *petenti, regulariter denegari non debent sacramenta.* Constat ex *praxi Ecclesice,* in Rituali consignata : " Occultos vero peccatores, si occulte petant 'communionem), et eos non emendatos agnoverit, minister repellat; non autem si publice petant, et sine scandalo ipsos præterire nequeat"1. Id enim tolerandum est quod publicum .bonum exigit ne occulti peccatores diffamentur et ne pii viri a sacramentis arceantur; porro nonnulli accedere timerent,si scirent sibi.ob inanes rumores falsaque testimonia, aut sacerdotis malitiam,aliquando sacramenta denegari posse.

Excipitur tamen sacramentum *ordinis,* a quo, ob publicum bonum, indignus, etiam occultus, sine dubio repellendus est, ut docet 5. *Alphonsus* (n. 52) post S. *Thornam.**

* *Rit.,* tit. IV, c. i, n. 9. — Idem statuitur in can. 855, § 2.
* *Supplem..,* q. 36, a. 4, ad 3.

432. *CoroÎ/arû/m.* Si quis peccator mortem minatur sacerdoti juste sacramenta deneganti, *communius* docetur cum 5. *Alphonso* (n. 49) non licere sacramentum conferre ad mortem vitandam; nam ratio propter quam sacramentum occulto peccatori ministrari potest, nempe bonum publicum promovendum, vel scandalum vitandum, hic non existit, ideoque non licet huic profanationi cooperari.

Pauci tamen theologi contrarium tenent, dummodo sacramentum non petatur in odium fidei vel religionis contemptum, quia tunc administrare sacramentum indigno non est intrinsece malum '.

Scholion de simulatione et dissimulatione sacramentorum.

Cum denegatione sacramentorum connectitur quæstio de eorum *simulatione* et *dissimulatione.*

433. (a) *Simulatur* sacramentum quando in ejus administratione aut confectione scienter omittitur pars ritus essentialis, vel interna intentio deest, ita ut sacramentum invalidum reddatur. Jamvero nunquam licet sacramentum simulare sive *formaliter,* cum intentione decipiendi, sive *materialiter,* ob metum aliudve motivum, v. g., ne sacramentum indigno conferatur. Nam damnata est ab *Innocent™ XI* hæc propositio1 : "Urgens metus gravis est causa justa sacramentorum administrationem simulandi ". Talis enim simulatio est *mendacium sacrilegum,* graviter *proximo nocivum,* si suscipiens indignus non sit, et, quando de eucharistia agitur, fideles *idololatrice* periculo exponit

Hinc qui consecrationem simulat gravius peccat quam qui indigne consecrat; peccat pariter qui hostiam non consecratam pro consecrata porrigit, quippe qui fideles idololatriæ periculo exponat Non peccaret tamen qui, gravi de causa, sacram particulam indigno non porrigeret, sed in ciborium reponeret, licet rarissime id fieri expediat.

434. (b) *Dissimulatur* sacramentum, quando aliqua actio peragitur ad *dissimulandam sacramenti denegationem, v.* g., quando preces super pænitentem recitantur ne dene-

1 Ballerini-Palmieri, IV, n. 689. De qua sententia ait Lehmk., n. 59; "At hæc ratio, utut externam habet probabilitatem, tamen probabilitatem internam satis firmam ei sententiæ conciliare non videtur".

• D. B., 1179.

gatio absolutionis aliis manifesta fiat. Hæc dissimulatio licet, modo fiat citra contemptum et scandalum, et cum gravi causa.

Hinc non peccat qui, gravi metu perturbatus, externam matrimonii celebrationem perficit, licet internum consensum non praebeat; deficiente enim consensu, nec materia nec forma adest, ac consequenter simulatur contractus, sed non sacramentum.

III. De ceremoniis sacramentorum.

Doctrinam catholicam de ceremoniis quæ sacramenta comitantur ita *àefaû^Tridentinum* : "Si quis dixerit receptos et approbatos Ecclesiæ catholicæ ritus, in sollemni sacramentorum administratione adhiberi consuetos aut contemni, aut sine peccato a ministris pro libitu omitti, aut in novos alios per quemcumque ecclesiarum pastorem mutari posse, A. S." x. Quatuor hic declarantur aut supponuntur : —

435. i° *Potestas Ecclesiæ competens ceremonias instituendi.* Hanc obiter *innuit S. Paulus* cum, post quædam de dispensatione Eucharistiæ statuta, subjungit : " Cetera autem, cum venero, disponam " 1.*

Revera Patres, v. g., *S. Justinus, Tertullianus, S. Ambrosius,* necnon *Canones S. Hippolyti, Canones Apostolorum,* etc., haud paucos ritus ab Apostolis aut Ecclesia institutos commemorant 3. Merito itaque declaravit *Tridentinum* " hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse ut, in sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret vel mutaret quæ suscipientium utilitati seu ipsorum sacramentorum venerationi... expedire judicaret "4 5

436. 2° *Utilitas ceremoniarum.* "Cum natura hominum ea sit ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustolli'^, ceremoniæ valde utiles sunt : (a) ut sancta sancte tractentur, majorem reverentiam sacramentor H in ministro, suscipiente et adstantibus excitando; (b) ut vivide declaretur ac veluti ante oculos ponatur, per visibilia symbola, mirabilis sacramen

1 Sess. VII, can. 13, D. B., 856. — *21 Cor.,* XI, 34.

3 Quæ testimonia collegerunt F. Cabrol et H. Leclercq, *Monumenta Eme·sia liturgica,* Parisiis, 1900-1902.

4 Sess. XXI, cap. 2, D. B., 931.

5 *Trident.,* Sess. XXII, cap. 5, D. B., 943.

torum efficacia; (C) ut membra Ecclesiæ distinguantur ab haereticis quTIias ceremonias non observant.

437.3° *Obligatio ceremonias servandi.* Cum præfati ritus ab *Ecclesia* præscripti fuerint, absque ratione sine peccato omitti nequeunt; quod *grave* aut *leve* erit, prout pars sine ratione omissa majoris vel minoris momenti erit;quænam vero sit materia gravis aut levis, infra exponetur ubi de singulis sacramentis.

Ex *Codice,* c. 733, § 1, " in sacramentis conficiendis, administrandis ac suscipiendis, accurate serventur ritus et ceremoniæ quæ in libris ritualibus ab Ecclesia probatis præcipiuntur. § 2. Unusquisque autem *ritum suum* sequatur". Attamen licet fidelibus, devotionis causa, SS. Eucharistiam quolibet ritu confectam suscipere.

438. 40 *Obligatio eas non mutandi.* Hos ritus mutare aut abolere non potest nisi *auctoritas ecclesiastica competens,* nempe S. Pontifex aut Concilium universale : cum enim hodie ceremoniæ *universali lege* toti Ecclesiæ præscribantur, saltem in Occidente, singuli episcopi eas mutare nequeunt propria auctoritate; et ita potestas olim eis competens jam sublata est. Episcopis tamen competit jus ut lacunas juris communis suppleant».

CAPUT VIL

DE SUBJECTO SACRAMENTORUM.

Duo expenduntur : i° *conditiones* requisitæ ad sacramenta suscipienda; 2°*petitio* sacramentorum ab *indignis* ministris.

Art. I. Conditiones requisitæ ad sacramenta suscipienda 1.

439. i° Ad validam sacramentorum receptionem duo requiruntur : i° *capacitas; 2° intentio in adultis.*

1 F. X. Wernz, *Jus decretal.,* t III, η. 329.

* S. Alphons., l. VI, n. 78 sq. ; Billuart, diss. VI, a. 1 ; Lehmk., n. 64 sq. › Ballerini-Palmieri, n. 67 ; Prümmer, n. 87-88; Marc-Gest, 1432 sq.

(A) Capacitas, (a) Subjectum capax suscipiendi valide sacramenta est *solus homo viator.*

Etenim, in quantum sacramenta sunt signa *sensibilia,* ministrari non possunt animis separatis; quatenus autem *gratiam conferunt,* applicari nequeunt mortuis qui jam sunt *in termino.*

(b) Subjectum capax *baptismi* est *omnis homo viator,* quia necessarius est necessitate medii ad salutem.

(c) *Confirmationis* et *eucharistia* capax est omnis baptizatus, etiam rationis usu destitutus.

(d) *Ordinis* capax est omnis *baptizatus,* dummodo sit *masculus* [1].

(e) *Pcenitentice* capax est omnis baptizatus qui post baptismum peccavit. Quoad *extremam unctionem,* requiritur ut baptizatus sit *graviter agrotans.* Quoad *matrimonium,* requiritur ut nullo impedimento sit inhabilis.

(B) Intentio. *validam receptionem sacramenti, excepta tamen Eucharistia, requiritur in adultis intentio vera illud recipiendjjiLzem sacram* [2]. Nec sufficit, juxta theologos, intentio veluti neutralis, qua quis neque consentit neque dissentit, sed requiritur vera et determinata intentio. *Probatur;*

(a) *Innocentius III* positive declarat *veram* atque *internam* intentionem requiri [3] : " Qui nunquam consentit sed penitus contradicit, nec rem (i. e. gratiam) nec characterem suscipit sacramenti ". Quod thesim demonstrat directe pro baptismo, analogice pro aliis sacramentis, cum eadem sit ratio pro omnibus.

(b) Ratio cur res ita se habeat est quidem voluntas Christi; quæ sane omnino sapiens apparet; etenim non convenit adultum obligationes aut gratiam suscipere absque proprio consensu.

Dicitur : " *Excepta Eucharistia* ", quia hoc sacramentum consistit in re permanenti, ac proinde materialiter suscipitur independenter a qualibet intentione : solummodo quaeritur utrum receptio

[1] Valida est quidem ordinatio pueri aut amentis» sed ita ordinati non tenentur ad divinum officium et vitam ccelibem; quando decimum sextum ætatis annum attingunt, datur eis optio, et si voluerint castitatem servare, ad exercitium ordinis admittuntur; si noluerint, possunt et debent laico more vivere. (Bened. XIV, *Eo quamvis,* 4 maii 1745).

[3] S. Many, *De Ordinatione,* p. 592-598. — [3] Caput *Majores,* de Baptismo.

Eucharistiae sine consensu, v. g,, ab amente baptizato, sit fructuosa an non; sententia affirmativa probabilis est, quando suscipiens est in statu gratiæ, quia tunc nil impedit quin augmentum gratiæ suscipiatur.

440. (C) *Intentio requisita est diversa pro diversis sacramentis.* (a) Ad *baptismum* requiritur intentio *saltem habitualis;* quæ *certo* sufficit si *explicita* est, seu positive formata et non retractata, v. g., in catechumeno, qui expresse optavit suscipere baptismum et nunc jacet sensibus destitutus;*probabiliter* autem si *implicita* est, qualis invenitur in infideli sensibus destituto, qui antea habuit voluntatem peragendi omnia ad salutem necessaria.

(b) Ad *confirmationem, viaticum,* et *extremam unctionem* sufficit intentio *habitualis implicita,* quæ a nonnullis vocatur etiam *interpretativa;* hæc existit, v. g., in moribundo sensibus destituto, qui christiane vivebat; quicumque enim christiane vivit, eo ipso vult implicite suscipere confirmationem, quæ est complementum baptismi, et duo alia sacramenta, quæ in articulo mortis sunt de præcepto.

(c) Ad *poenitentiam* et *matrimonium* requiritur *virtualis* saltem intentio; pro matrimonio certum est, quia consensus contrahentium est ipsa materia et forma sacramenti; probabilius est pro pœnitentia, cum, juxta probabiliorem opinionem, tres actus pœnitentis sint materia sacramenti.

(d) Ad *ordinem* requiritur saltem intentio *habitualis expressa,* quia nullus adultus potest, sine explicita voluntate, contrahere graves sacerdotii obligationes.

441.(D) Nullo modo autem requiritur *attentio* ad validam susceptionem sacramenti, quia, ex dictis, ad actum vere humanum sufficit intentio nec requiritur attentio. Unde valide absolvuntur qui distractiones patiuntur ipso instanti quo ipsis absolutio datur.

442. 2° Ad liceitatem. (A) Ad licitam et fructuosam receptionem sacramenti *mortuorum,* requiritur in adultis saltem *attritio supernaturalis,* quæ ipsa præsupponit actus *fidei, spei,* et *pœnitentiæ.* Hæc enim sacramenta ad justificationem producendam ordinantur, quæ supponit actus fidei, spei et pœnitentiæ, ut in *Tr. de Gratia* probatum est.

(B) Ad licitam et fructuosam receptionem sacramentorum *vivorum,* requiritur ex se *status gratiæ : hæc* enim ordinantur ad augendam gratiam, ideoque eam prius exigunt.

(C) *Grave sacrilegium* committit qui voluntarie caret dispositionibus debitis, et ita obicem ponit effectui praecipuo sacramenti ; est enim gravis irreverentia erga sacramentum, gravisque gratiæ abusus.

Art. II. De susceptione sacramentorum ab indignis [1].

443. 1° Quinam sint indigni ministri? Ii sunt qui, propter sua crimina, non possunt administrare sacramenta quin graviter peccent. Tales sunt, ordine indignitatis : i) excommunicat! vitandi, can. 2258; 2) excommunicari per sententiam condemnatoriam aut declaratoriam (can. *2261,* § 3); 3) alii excommunicat!; 4) suspensi a divinis; 5) tandem alii indigni censura non ligati.

Nullus minister*præsumi*debet indignus; ut talis habeatur, oportet ut ejus indignitas sit certo cognita; in dubio, præsumi debet bonus.

444. 2° Principium generale. Fideles non debent petere nec recipere sacramenta ab indignis ministris, nisi justa de causa proportionata, et secluso scandalo.

(A) *Non debent.* Etenim : (a) *caritas* vetat ne præbeamus proximo occasionem peccandi, neque actioni malæ cooperemur; (b)*prudentia* suadet ne, per communicationem cum istis ministris, periculum perversionis propriæ incurratur.

(B) *Nisijusta de causa proportionata.* Fieri enim potest ut *melius* sit recipere sacramenta, etiam ab indignis ministris, quam non recipere; nam sacramenta instituta sunt propter homines ad gratiam regulariter habendam.

(C) *Et secluso scandalo.* Semper enim scandalum vitandum est; unde si sacramenta non possent recipi sine scandalo, tunc ad gratiam recuperandam actus contritionis perfects eliciendus est.

445. 3° *Quoadpraxim.* (A)“ *Ab excommunicatis vitandis* necnon ab aliis *excommunicatis*, postquam intercessit sententia condemnatoria aut declaratoria fideles *in solo mortis*

[1] S. Alphona., l. VI, 88-89; Lehmk., n. 71-73; Génicot, n. 130; Priimmsr, n. 88; Marc-Gest., n. 1439.

periculo possunt petere tum absolutionem sacramentalem, tum etiam si alii desint ministri, cetera sacramenta et sacramenta!ia (Can. 2261, § 3). In articulo enim mortis, media tutiora ad salutem sunt adhibenda.

(B) Ab aliis ministris indignis, etiam excommunicatis, salvo præscripto præcedenti, fideles possunt et qualibet justa causa sacramenta et sacramentalia petere, maxime si alii desint ministri. Igitur, in omnibus casibus, si habeant justam causam, fideles possunt ad ministros indignos recurrere. Melius est ut recurrant ad ministros dignos, si adsint, sed non tenentur, dummodo ' vitetur scandalum. Tunc " excommunicatus requisitus potest eadem ministrare neque ulla tenetur obligatione causam a requirente percontandi". (Can. 2261, § 2).

Justa causa aestimatur, in casu, spiritûalis necessitas vel utilitas, sicut confessio mortalium facienda ad communionem recipiendam, ad indulgentiam jubilaei lucrandam.

446. Corollarium pietatis. Cum sacramenta, ex dictis, sint *causa efficaxgratiæ,* suosque effectus producant secundum cujusque *cooperationem et dispositionem,* maximi interest ad eorum fructuosam receptionem sese præparare fervore *habituali* et *actuali,* ut opportunius exponemus ubi de singulis sacramentis.

Appendix de sacramentalibus [1]

447. i° Notio. Sacramentalia aliquando designant, præcipue apud antiquos theologos, ritus quos Ecclesia observat in administratione sacramentorum. Attamen, usu hodierno, sacramentalia sunt *signa qucedam sensibilia et sacra ab Ecclesia instituta vel recognita, ad quosdam effectus temporales etprcesertim spirituales producendos destinata* 3. Vocantur sacramentalia ex quadam cum sacramentis analogia; differunt tamen ab ipsis : (a) ratione *institutionis,* cum ab Ecclesia, non a Christo, instituta fuerint; (b) ratione

: Cum hanc quæstionem nonnisi breviter attingere valeamus, adiri possunt auctores qui fusiori stylo de ea disputarunt : Suarez, *De sacram. in genere,* disp. XV, sect. 4; Scavini, *Theologia moralis,* tr. IX, disp. I, Scholium; Migne, *TheoL Curs.,* vol. XXVII, p. 425 sq. ; Pçobst, *Sahramente und Sahramenlalien,* 1872; Pesch, n. 328 sq. ; F. Schmid, *Die Sahramenlalien der Kath. Kirche,* 1896; G. Arendt, S. J., *De Sacramentalibus,* Romæ, 1900; Card. Lépicier, *De Sacramentis,* Appendix, p. 305; *Codex,* c. 1144-1153.

2 Cf. notionem in *Codice,* c. 1144·

effectuum, cum gratiam non producant ex opere operato, sed ex opere operantis. Ab antiquis theologis vocantur sacramenta minora, aut sacramenta minus principalia : " Origo nominis ex eo est quod, sacramentis virtute ac meritis longe inferiora cum sint, ea tamen effectibus quodammodo imitentur "

448. 2° Sex species numerantur, hoc versu comprehensæ :

Orans, Tinctus, Edens, Confessus, Dans, Benedicens.

Orans : oratio dominica, vel omnis oratio ab Ecclesia præscripta aut in ecclesia consecrata recitata.

Tinctus : usus aquæ benedictae.

Edens : panes, vel fructus benedicti.

Confessus : confessio generalis quæ fit initio Missæ, vel ante communionem aut in horis canonicis.

Dans : eleemosyna spiritualis vel corporalis, ea saltem quæ fit nomine Ecclesiæ.

Benedicens : omnes benedictiones ab Ecclesia institutæ, ut benedictio ab episcopo data, aut a sacerdote in fine Missæ, prima tonsura, etc. Item omnes substantiæ sensibiles precibus Ecclesiæ consecratæ, ut rosaria, agni cerei, etc.; tandem exorcismi.

Recentiores quidam theologi[2] sacramentalia reducunt ad *exorcismos* et *benedictiones.* Hæ sunt *constitutiva* vel *invocativa :* priores applicantur hominibus ut Dei servitio specialiter mancipentur (v. g., tonsura, benedictio abbatis aut virginis), necnon rebus ut eas Deo consecrent (consecratio calicis) aut eas efficiant media benedictionis communicandæ (aqua benedicta); — benedictiones *invocativa* applicantur hominibus ut aliquod beneficium a Deo consequantur (benedictio mulieris post partum), aut rebus ut earum usus nobis prosit ad salutem corporis et animæ (benedictio mensæ).

449. 3° Effectus. (A) Sacramentalia conferunt *gratias actuales* non quidem ex opere operato, sed *partim ex precibus Ecclesia* et *partim ex suscipientis dispositionibus.* Ita *communiter* contra paucos, qui putant gratias quasdam actuales per sacramentalia *ex opere operato* conferri posse. Siquidem Ecclesiæ preces, quæ funduntur dum sacramentalia conficiuntur, plurimum valent apud Deum et obtinent, per modum impetrationis, non tamen infallibiliter, gratias actuales quibus suscipiens ad eliciendos actus fidei, et spei, et amoris excitatur; aliunde subjecti dispositiones animam præparant ad abundantiorem gratiarum effusionem, ut dictum est in *Tr. de Gratia.* Revera solus Deus gratiam adnectere potest signo sensibili; atqui sacramentalia non fuerunt a Christo

[*] *Cone. Plen. Balt.* ***II,*** n. 341. — [2] Van Noort, n. 155.

instituta, sed ab Ecclesia; et nihil probat Christum Ecclesiœ contulisse potestatem adnectendi gratias etiam actuales alicui signo sensibili. *Oratio dominica* a Christo quidem fuit instituta, sed tanquam *oratio,* non ut causa instrumentalis gratiæ.

(B) Producunt insuper *remissionem peccatorum venialium* eodem modo, quatenus scilicet motus contritionis aut caritatis excitant, quibus remissio venialium obtinetur; ita, in benedictione novæ crucis, postulatur ut " largior, et cordis compunctio et admissorum indulgentia concedatur

(C) Iterum quædam sacramentalia, v. g., Rosaria, *remissionem poena temporalis* peccato debitœ producere possunt, quando scilicet S. Pontifex eis adnectit vim satisfactoriam ex thesauro Ecclesiœ depromptam; ille effectus tunc producitur ex opere operato per modum indulgentiæ.

(D) Quædam sacramentalia *dæmones expellettdi* vim habent, v. g., aqua benedicta, exorcismi, etc.; hoc enim apparet ex ipsis precibus Ecclesiæ, quæ ad abigendos dæmones funduntur; nec mirum, cum Ecclesia a Christo acceperit potestatem dæmones fugandi.

(E) Tandem sacramentalia possunt etiam conferre *beneficia ordinis temporalis,* v. g., sanitatem, præsertim quando sunt ad salutem utilia.

Ex quibus patet sacramentalia valde utilia esse tanquam *media* ad fidem, spem et devotionem excitandam ; cavendum est tamen ne fideles eis nimiam virtutem tribuant et paulatim in quamdam superstitionem incidant

' " Curent imprimis concionatores et animarum rectores, ut harum rerum naturam, significationem, rectumque usum fidelibus exponant, ac sæpius inculcent Iis qui sapientiæ et ingenio suo nimis innituntur, persuadeant hæc, levia licet minutaque videantur, non esse contemnenda, cum ad pie vivendum et salutem consequendam non parum proficiant Rudiorem vero plebeculam, quæ contrario errore abripitur, etiam atque etiam moneant, ne rebus ipsis nimiam efficaciam tribuat, neque eas caeca quadam et immodica fiducia servet, et superstitiosa veneratione prosequatur, quasi ipsae per sese, sine pia mentis dispositione, plurimum possent Illos vero acerrime reprehendant, qui hujusmodi res sacras, ut ethnici moris erat, amuletorum quasi loco habent, quæ ipsos etiam foedissimo vitiorum cœno involutos ab ira Dei et ultione præstent immunes " *(C. Pl. Balt.* ZZ, n. 350).

TRACTATUS DE BAPTISMO

Auctores consulendi.

Præter auctores allegatos ubi *dc Sacramerttis in genere :*

Inter **Patres** : *Sae. primo exeunte : Didache* seu *Doctrina duodecim Apostolorum,* cap. 7; — *Sac. II* S. Justinus, *Apol.* I 61.

Sac. III, Tertullianus, *Liber de Baptismo;* S. Cyprianus, *Ep. ad Donatum,* ubi effectus baptismi eloquenter describuntur; Dionysius Alex., *Epist.* 1-5; *Didascalia duodecim Apostolorum.*

Sac. IV, S. Cyrillus Hierosol., *Catech.* XIX-XX; *Peregrinatio Sylvia;* S. Basilius, *Homilia in s. Baptisma;* S. Gregorius Nyss., *Oratio catechetica magna,* c. 33-36; *Contra differentes Baptismum;* S. Gregorius Naz., *Oratio in s. Baptisma;*^. Chrysostomus, *Ad illuminandos;* Pacianus, *Sermo de Baptismo;* S. Ambrosius, *De Mysteriis.*

Sac. V, S. Augustinus, *Libri VII de Baptismo, Liber de unico Baptismo, De catechizandis rudibus;* S. Leo Magnus, *Epist.* 16, 151, 166, 167, 168; Maximus Taurinensis, *Sermones de Tempore, serrn. ij de Baptismi gratia.*

Sac. VI, Fulgentius Rusp., *Ep. ad Ferrandum, de salute Æthiopis moribundi; — Sac. VII,* S. Ildefonsus Toletanus, *Liber de Cognitione Baptismi; — Sac. IX,* Amalarius, *Ep. ad Carolum M. de Ceremoniis Baptismi.*

Inter **theologos** : P. Lombardus, *Sentent.,* l. IV, dist. 1-6, ejusque commentatores; Alex. Halensis, *Sum. theol.,* p. 4, q. 1-8; S. Bonaventura, *In 4 d.,* 1-6; S. Thomas, *Sum. theol.,* 3, q. 66-71, ejusque commentatores.

lS. Bellarminus, *Controversia,* De Baptismo; Cassander (f 1566), *De Baptismo infantium;* J. Vicecomes (Visconti), *Observationes ecclesiastica de antiquis Baptismi ritibus,* 1615; J. Busæus, *De Baptismi necessitate,* 1689; J. Hardouin, *De Baptismo quastio triplex,* 1687; Aug. Fr. Orsi, O. P., *De baptismo in nomine Christi, iTyy,* Hyac. Campion, *De Baptismo non natis abortivis et projectis conferendo,* 1761; Ignat. Lud. Blanchi, O. Theat., *De remedio aterna salutis pro parvulis in utero clausis,* 1768; J. C. Trombelli, *Tr. de Baptismo,* 1769; J. Kleiner, S. J., *Orthodoxa de necessitate baptismi parvulorum doctrina,* 1765.

Kenrick, J *treatise on .Baptism,* 1843; Corblet, *Histoire du Sacrement de Baptême,* Paris, 1881.

Pesch, *Pralectiones* \ vol. VI, 1914; L- Billot, *De Sacramentis,* t. I6, th. XXIII-XXX; Card.^Lépicier, *Tr. de Baptismo et Confirmat.,* 1923; A. de Smet, *De Sacrarii. in genere, De baptismo,* 1925; *D. T. C.,* II, voce *Baptême,* 107-378; P. de Puniet, *Baptême* in *Diet. d'Archiol. chrêt.,* II, 251-346; A. d'Alès, *Initiation chrétienne* in *D. A.,* t. II, 789-823; Idem, *De Baptismo et Confirmatione,* 1927; *Baptême,* in *Diet. Bible* (Supplément, col. 852-924) JL_Xabaüche, *Leç. de Thiol.,* t. III, 1918._ „„

Quoad partem ‡raraZw F. M. Cappello[1] *Tr. can. moralis de Sacramentis,* vol. X 1921 ; aliique Moraliste infra allegati.

Inter Protestantes : Vossius, *De baptismo* disputationes XX, 1648; Mathies, *Baptismi expositio biblica, historica, dogmatica,* 1831; C. P. Caspari, *Alte u. nette Quelien sur Geschichte d. Taufsymbols und der Glaubensregel,* Christiania, 1849; θ· D. Armstrong, *The doctrine of Baptism,* New-York, 1857; Smith and Cheetham, *Diet, of Christ. Antiq.,* voce *Baptism;* Lichtenberger, *Encyclop.,* t. II, 1877, p. 53 sq.; Heitmüller, *Taufe und Abendmahi bei Paulus,* 1904; *Taufe und Abendmahl im Urchristentum,* 1911.

Excerpta ex Decreto ad Armenos'. ℱ𝒩

Primum omnium sacramentorum locum tenet sanctum Baptisma, quod vitæ spiritualis janua est : per ipsum enim membra Christi, ac de corpore efficimur Ecclesiæ. Et cum per primum hominem mors introierit in universos, nisi ex aqua et Spiritu renascimur, non possumus, ut inquit Veritas, in regnum cælorum introire. Materia hujus sacramenti est aqua vera et naturalis : nec refert frigida sit, an calida. Forma autem est : *Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.* Non tamen negamus quin per verba illa : *baptizatur talis seruus Christi in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti;* vel : *baptizatur manibus meis talis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti,* verum perficiatur Baptisma : quoniam, cum principalis causa, ex qua Baptismus virtutem habet, sit S. Trinitas; instrumentalis autem sit minister qui tradit exterius sacramentum, si exprimitur actus qui per ipsum exercetur ministrum, cum S. Trinitatis invocatione, perficitur sacramentum. Minister hujus sacramenti est sacerdos, cui ex officio competit baptizare. In causa autem necessitatis non solum sacerdos vel diaconus, sed etiam laicus vel mulier, immo etiam paganus et hæreticus baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesiæ, et

[1] D. B., 696.

facere intendat quod facit Ecclesia. Hujus sacramenti effectus est remissio omnis culpæ originalis et actualis, omnis quoque pœnæ quæ pro ipsa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis injungenda est satisfactio; sed morientes, antequam culpam aliquam committant, statim ad regnum cælorum et Dei visionem perveniunt.

Canones Concilh^Fridentini de Baptismo'.

1. Si quis dixerit, baptismum Joannis habuisse eamdem vim cum Baptismo Christi; A. S.

2. Si quis dixerit, aquam veram et naturalem non esse de necessitate baptismi, atque ideo verba illa Domini nostri Jesu Christi : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua Spiritu Sancto,* ad metaphoram aliquam detorserit; A. S.

3.Si quis dixerit in Ecclesia Romana, quæ omnium Ecclesiarum mater est et magistra, non esse veram de sacramento baptismi doctrinam; A. S.

4. Si quis dixerit, baptismum qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum; A. S.

5.Si quis dixerit, baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem; A. S.

6.Si quis dixerit baptizatum non posse, etiamsi velit, gratiam amittere, quantumcumque peccet, nisi nolit credere; A. S.

7. Si quis dixerit, baptizatos per baptismum ipsum solius tantum fidei debitores fieri, non autem universæ legis Christi servandae; A. S.

8. Si quis dixerit, baptizatos liberos esse ab omnibus sanctæ Ecclesiæ præceptis, quæ vel scripta vel tradita sunt, ita ut ea observare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint; A. S.

9. Si quis dixerit, ita revocandos esse homines ad baptismi suscepti memoriam, ut vota omnia, quæ post baptismum fiunt, vi promissionis in baptismo ipso jam factæ, irrita esse intelligant, quasi per ea et fidei, quam professi sunt, detrahatur, et ipsi baptismo; A. S.

10. Si quis dixerit, peccata omnia, quæ post baptismum fiunt, sola recordatione et fide suscepti baptismi vel dimitti vel venialia fieri; A. S.

* D. B., 857 sq. ; cfr. C. Ruch, *Baptême d'apris le C. de Trente, in D. T.* C., L II, 296-328.

11. Si quis dixerit, verum et rite collatum baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles fidem Christi negaverit, cum ad pænitentiam convertitur; A. S.

12. Si quis dixerit, neminem esse baptizandum, nisi ea ætate qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo; A. S.

13. Si quis dixerit, parvulos, eo quod actum credendi non habent, suscepto baptismo inter fideles computandos non esse; ac propterea, cum ad annos discretionis pervenerint, esse rebaptizandos : aut pnestare omitti eorum Baptisma, quam eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiæ ; A. S.

14. Si quis dixerit, hujusmodi parvulos baptizatos, cum adoleverint, interrogandos esse, an ratum habere velint quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt : et ubi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos, nec alia interim pcena ad Christianam vitam cogendos, nisi ut ab Eucharistiæ aliorumque sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant; anathema sit.

Modernistarum propositiones damnatæ in dee. Lamentabili (3 jul. 1907).

Pr. 42. " Communitas Christiana necessitatem baptismi induxit, adoptans illum tanquam ritum necessarium eique professionis christianæ obligationes adnectens ".

43. " Usus conferendi baptismum infantibus evolutio fuit disciplinaris, quæ una ex causis exstitit ut sacramentum resolveretur in duo, in baptismum scilicet et pænitentiam " x.

Objectum et præstantia Tractatus.

450. Post dicta *de sacramentis in genere,* de *singulis sacramentis in specie* agendum est. Jam vero *baptismus* est omnium *primum* natura, receptionis ordine et necessitate : " Primum omnium sacramentorum locum, ait Florentinum 3, tenet sanctum baptisma, quod vitæ spiritualis janua est : per ipsum enim membra Christi ac de corpore efficimur Ecclesiæ ". De eo igitur primum dicemus.

Catechismus Romanus 3 optime declarat *excellentiam* hujus sacramenti, ex S. Paulo qui, " Spiritu Dei plenus, ejus mysterii memoriam renovat, divinitatem commendat, atque in eo Redemptoris nostri mortem, sepulturam

1 D. B., 2042-2043. — *Codicis* canones (737-780) suo loco exponentur.
2 D. B., 690. — *3* p. **n,** de baptismi sacram., η. I.

et resurrectionem nobis ante oculos tum ad contemplandum, tum ad imitandum constituit"

Nam, ex doctrina S. Paulix, per baptismum peccato morimur, et cum Christo consepelimur, (quod lucide declarat *immersio* baptizati), ut, cum eo in novitate vitæ ambulemus, Christi virtutes imitando.

" Quare, pergit *Catechismus,* pastores nunquam se satis multam operam et studium in hujus sacramenti tractatione collocasse arbitrentur "

Prævia de Baptismi notione2.

451. i° Nominis significatio. (A) *Etymologice,* baptismus (a græca voce βαπτίζω, immergo, abluo, tingo) idem significat ac immersio vel ablutio.

(B) *Communis notio,* (a) In *Scriptura* hoc verbum adhibetur sensu litterali et metaphorico. i) *Litteraliter* significat aliquando *profanam* lotionem : " Baptizabat se in fonte aquæ "3; aliquando *legales* Judaeorum lotiones; sic de Pharisæis dicitur : " Nisi baptizentur, non comedunt " ‹.

2) *Metaphorice* significat : aliquando maximam *afflictionem :* "Baptismo habeo baptizari "5, aiebat Christus, de passione sua loquens; aliquando e contra copiosam *effusionem gratia :* " Baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies " 6.

(b) In usu *ecclesiastico* aliquid spirituale et supematurale significat : 1) sensu *proprio* designat *verum sacramentum* baptismi; 2) sensu *metaphorico* significat baptismum *sanguinis* seu martyrium; vel pænitentiam, quæ est veluti secundus baptismus; vel baptismum desiderii, qui in contritione vel caritate perfecta consistit.

452. 2° Genuina definitio. Baptismus ut *sacramentum* definitura *Catech. Trident.* .-"Sacramentum regenerationis per aquam in verbo ". Fusius autem definitur : *Sacra-*

« *Rom.,* VI, 1-4 II, 12-13.
I~S'.~l homas, 3 p., q~66, a. 1; Suarez, in hunc articul. ; S. Bellarminus, *De Sacr. Bapt.,* c. I ; Drouin, l. II, q. I, § I ; Tournely, *De Baptismo,* q. I, a. 1; Billuart, *De Baptismo,* diss. I, a. 1; A. de Smet, n. 205-208; Bour, *Le baptême d'après les documents de Vantiquité, D. T. C.,* II, 233 sq.; Van Noort, n. 160-163.
2*Judith.,* XII, *T,* V, 14»*fffE»* Π» 38·
♦Afbrir., VÏI, 4.^- s — *6 -det.,* I, 5.

mentum N. Legis a Christo institutum, in quo, per externam aqua ablutionem, cum invocatione SS. Trinitatis, homo ut discipulus Christi signatur et spiritualiter regeneratur.

Quæ verba indicant : (a) Baptismi elementa constitutiva, nempe materiam et formam, in aquæ ablutione et SS. Trinitatis invocatione consistere; (b) duplicem effectum, nempe *characterem* quo homo discipulus Christi signatur et redditur capax aliorum sacramentorum, et spiritualem *gratiam regenerationis.* Quæ definitio in decursu tractatus evolvetur.

453. 3° Species. Præter baptismum *aquæ* seu *fluminis* modo definitum, duplex alius distinguitur : (a) Baptismus *desiderii* seu *flaminis,* consistens in actu contritionis perfectæ vel caritatis cum voto sacramenti Baptismi; (b) Baptismus *sanguinis* consistens in martyrio pro Christo tolerato. De utroque infra dicemus. — Solus baptismus aquæ est *proprie* sacramentum. *Codex,* c. 737.

454. 40 Præcipuæ figurae. (A) In Antiqua Lege, baptismus diversis modis fuit præfiguratus. Secundum sacros scriptores, præcipuæ figuræ fuerunt, præter *circumcisionem* de qua egimus, n. 244 : (a) *Arca Noe,* aquas superans, et familiam Noe a communi destructione præservans [1]; baptismo enim a peccati diluvio eripimur, (b) *Transitus maris rubri,* per quem Hebræi Pharaonis vindictam evadere potuerunt[2] : ita et nos diaboli vindictam baptismal! charactere evadimus; item *aqua e petra fluens* jubente Moyse [3]. (c) *Lotio Naaman* Syri in Jordane, quæ ipsum a lepra mundavit[4]; aquis enim baptismi a peccato mundamur, (d) *Probatica piscina,* qua sanabantur missi in ipsam statim ac aqua movebatur ab angelo [5].

Insuper variæ aspersiones ac lotiones ut medium legalis sanctitatis recuperandæ usurpabantur[6], et a Prophetis tanquam interioris sanctificationis symbolum commendabantur [1]; immo *proselytee,* qui Judæorum privilegia participare volebant, non solum circumcidebantur, sed etiam baptizabantur.

(B) Sub Nova Lege, baptismus a S. Joanne Baptista collatus, erat non solum figura, sed veluti præparatio baptismi christiani.

455· 5° Praecipua nomina. Baptismus variis nominibus in Scriptura et apud Patres designatur, (a) A *materia* vocatur

1 I Petr., III. 20 21. — \ *I Car.,* X, 1-2. — 3 ZC^X
/V Reg., V, 14. — s *Joo.,* V, 2.
* *Levit.,* XIV, 7; *Num.,* XiCXl, 21-24.

lavacrum aquæ ', unda genitalis, fluvius *aquæ vitalis,* (b) A *forma* appellatur *sigillum, signaculum;* obsignatio *fidei,* sacramentum *fidei* sacramentum *Trinitatis,* quia in eo fidei professio emittitur, et quidem in nomine SS. Trinitatis, (c) Ab *effectibus* appellatur lavacrum *regenerationis* et *renovationis* \ *ablutio peccatorum* 3, *sepultura* hominis cum Christo «, *circumcisio* non manufacta 5, *illuminatio* 6.

6° Divisio tractatus. Doctrinam *dogmaticam* et *moralem* quinque capitibus complectemur, ut in sequenti schemate.

Prævіæ notiones.

Cap. I, de Institutione sacramenti.	I. Institutio.	
	II. Determinatio	i Materiae.
		l Formæ.
Cap. II, de Effectibus.	I. De Charactere.	
	II. De Gratia.	
Cap. III, de Ministro	j" Baptismi *solemnis.*	
	(Baptismi *privati.*	
Cap. IV, de Subjecto.	Quis sit subjectum capax?	
	Necessitas universalis baptismi.	
	Rcgulæ morales sequendae.	
Cap. V, Canonicae regulæ.	De patrinis.	
	De tempore et loco.	
	De annotatione et probatione.	
	De ritibus et ceremoniis.	

hes., V, 26.
4 *Rem.,* VI, 4.

CAPUT I.

DE INSTITUTIONE BAPTISMI A CHRISTO TANQUAM SACRAMENTI ».

Duo exponenda : 1° *ipsa institutio* Baptismi ; 20 ejus *natura,* seu materia et forma.

Art. I. De ipsa institutione Baptismi a Christo.

456. I. Status quaestionis. Hic inquirimus num *Christus instituerit baptismum* ut *verum sacramentum* productivum gratiæ spiritualis generationis. Jamvero hanc institutionem negant :

(a) *Unitarii* qui contendunt baptismum esse ritum *mere externum* omni regenerativa virtute carentem (b) *Liberales,* qui putant Christum instituisse religionem mere spiritualem, *absque ullo ritu externo,* ideoque baptismum esse ritum a Judaeis aut Græcis mutuatum; quidam concedunt hunc ritum a Domino institutum esse, sed non ut verum sacramentum 3; (c) *Moderniste,* qui docent baptismum a communitate Christiana adoptatum esse tanquam ritum necessarium, cui professionis christianae obligationes adnectebantur ♦

Contra quos duplex erit thesis : in priore, probabimus *Christum instituisse baptismum aquce;* in altera autem, hunc ritum esse *sacramentum proprie dictum.*

457. *Thesis T ;* Baptismus aquae vere institutus fuit a Christo.

De fide est e *Tridentino* definiente septem esse sacramenta a *Christo instituta,* inter quæ primo loco recenset *baptismum* 5.

* S. Thomas, q. 66, a. 2 ; A. de Smet, n. 209-217;}. Bellamy, *D. T. C.,* verbo *baptême,* 167-178; G. Bareille, ibid., 178-219; A. d'Alès, *De baptismo,* p- 14-30·

' Clarke, *Manual of Unitarian belief,* p. 48.

3 Lichtenberger, *Eneyclop.,* t II, p. 70; W. Heitmiiller, *Taufe und Abendmahl bei* /ba/rrr, 1904, ubi concedit S. Paulum agnovisse baptismum ut sacramentum, hunc autem ritum accepisse non a Christo, sed a Judreis et sectis orientalibus.

4 Qui error damnatus est decreto *Lamentabili,* n. 42, D. B., 2042.

5 Sess. VII, can. I, D. B., n. 844.

Script, probatur, (a) Jam enim baptismus Christi *figuratur* et *prceparatur* per baptismum Joannis Baptistæ, qui ipse dicit^): " Ego quidem baptizo vos *in aqua;* qui autem post me venturus est, fortior me est... ipse vos *baptizabit in Spiritu Sancto ei igni".* Quibus verbis significatur Christum baptizaturum non in aqua tantum, sed in virtute Spiritus Sancti, ad animam purificandam gratia sanctificante cujus efficacia igni comparatur.

(b) Christus ipse voluit a Jôanne baptizarfjZ tunc Spiritus Dei descendit super ipsum sicut columba, et vox de caelis audita est dicens : " Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui Jamvero Patres multi et antiqui asserunt aquas fuisse *contactu Christi sanctificatas,* ut homines per baptismum aquae mundarentur. Ita, inter alios^ S. Ignatius, S. Justinus, JuvëncÜS· presbytëfTMelito Sardensis, Novatianus, S. Athanasius, S. Hilarius, S. Ambrosius, S. Hieronymus, multique alii quorum doctrinam contrahit S. *Thoma^}*

" Aqua baptismi habet quod corpus tangat et cor abluat, ex contactu carnis Christi

(c) In colloquio cum Nicodemo, Dominus clare necessitatem Baptismi aquae Spiritu vivificatae asserit ad spiritualem regenerationen^j^ " Nisi quis renatus fuerit ex *aqua* et *Spiritu Sancto,* non potest introire in regnum Dei ",

(d) Post resurrectionem suam, Christus misit Apostolos suos (eorumque successores) docere omnes gentes *"baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti"* 5. Porro hic modus baptizandi omnino differt ab ablutionibus Judaeorum, et ab ipso baptismate Joannis, quæ in nomine SS. Trinitatis minime fiebant. Ergo hic agitur de *novo baptismo* quem Christus ipse instituit et ab omnibus recipi voluit ad spiritualem generationem.

e) Confirmatur *Apostolorum praxi.* Jam enim a die

' *Matth.*, 111, f. *Mare,,* I, 7-8; *Luc.,* Ill, 16-i7;LA>g«., I, 29-34-

* *Matth.,* 'ITÏ71Ï3-I7; *Marc.,* I, 9-1I; *Luc.,* Ill, 2122; *Joan.,*

3 *In* 4. dist. 26, 2, 3, ad'1 ; clr. T~(C66. a. 2. — Patrum testimonia recenset A. d'Alès, *De Baptismo,* p. 16-17.

'•*Joan.,* Ill, 5.

3 *Matth.,* XXVIII, 19. — Quem textum esse genuinum probavimus in *Tr. de Deo Trino,* n. 603, not. 5.

Pentecostes, Apostoli baptismum conferunt in *nomine Christi* tanquam ritum Christianae initiationis ad remissionem peccatorum et gratiæ collationem : " Pænitentiam agite, et *baptizetur* unusquisque vestrum *in nomine Jesu Christi* in remissionem peccatorum vestrorum, et accipietis donum Spiritus Sancti'Φ— Ubicumque prædicatur evangelium, eadem agendi ratio servatur; ita diaconus Philippus baptizat in *nomine Jesu Christi* viros ac mulieres qui credunt evangeli ; nec aliter S. Paulus, qui baptizat Lydiam et domum ejus, custodem carceris et omnem domum ejus^l— Imo discipuli qui baptismum Joannis acceperant baptizantur et ipsi in nomine Domini Jesu£)

(f) Hæc autem baptismi collatio tam *necessaria* habebatur ut nihil ab ea dispensaret; ita Paulus, etsi a Christo ipso conversus, baptizatus est 5 ; pariter Cornelius centurio, quamvis visibiliter Spiritum Sanctum accepisset, baptismum recipere debuit in nomine Christi 6.

Conclusio. Ex omnibus præfatis testimoniis *simul* sumptis certo colligitur baptismum ab ipso Christo institutum fuisse. Id testantur Apostoli a primo die quo Christum prædicant, et ex factis constat non ipsam communitatem Christianam hunc ritum imposuisse, sed Apostolos, et quidem vi mandati a Christo accepti. Ergo constat baptismum aquæ a Domino esse institutum.

458. II. Controversia de tempore quo baptismus institutus est.

Quidam?, post *Tertullianum* et *A. Halensem,* putant baptismum non fuisse institutum nisi *post Resurrectionem,* quando Christus dixit Apostolis : "Euntes ergo..."; nam, ante passionem, nondum solutum erat pretium nostræ salutis.

Communiter tamen theologi docent baptismum *ante passionem* fuisse institutum : baptismus enim, quem discipuli vivente Christo administrarunt8, non erat baptismus Joannis, ut patet ex querela hujus discipulorum, nec tertius aliquis baptismus a baptismo Joannis et nostro distinctus, sed ritus a Christo institutus.

pAct., XIX, *AltTŸL.* 18. — * Jrf.. X, 44-48.

7 Alexander Halens., *tn IV Sent.,* q7~Î2, n. j, ST anus, *De lotis theol.,* I. VIII, c. 5.

3*Joan.,* HI, 22; IV, I-2.

Quonam vero *tempore* i) *Eslius*[l] censet id fuisse quando Christus Nicodemo dixit : " Nisi quis renatus fuerit... "; sed necessitatem baptismi declarare non est baptismum instituere.

2) 5. *Thomas*,* cum multis aliis, asserit hoc sacramentum institutum esse quando Christus in Jordane baptizatus est : tunc enim videtur aliquod sacramentum institui quando accipit virtutem producendi suum effectum; hanc autem virtutem accepit baptismus quando Christus, a Joanne baptizatus, sanctificandi virtutem aquae tribuit, et SS. Trinitas, in cujus nomine baptismus conficitur, suam praesentiam manifestavit; a passione tamen vim et efficientiam ultimo accepit.

Unde valde probabiliter dici potest baptismum institutum esse quando Christus baptizatus est, ejus *necessitatem* in sermone cum Nicodemo *privatim* inculcatam esse, ejus *efficaciam* a passione derivare, ejusque *universalem necessitatem* publice post Resurrectionem *promulgatam* esse.

459. *Thesis IIa :* Baptis H us aquæ, a Christo institutus, est proprie dictum sacramentum. *Defide* est e *Tridentino,* n. 457, jam allegato.

i° *Script, probatur.* Ex dictis enim in *tr. de Sacramentis,* n. 292, tria ad sacramentum requiruntur et sufficiunt : signum *sensibile, gratiæproductivum, a Christo permanenter institutum.* Atqui, ex textibus supra allatis, hæc tria in baptismo inveniuntur : (a) signum *sensibile,* scilicet *ablutio ex aqua* et *invocatio SS. Trinitatis;* (b) *productivum* gratiæ, nam baptismus importat *regenerationem* spiritualem (nisi quis renatus fuerit ex aqua), et dat jus ad *regnum Dei,* seu ad gloriam (non potest introire in regnum Dei) : quæ quidem supponunt infusionem gratiæ; (c) *a Christopermaneriter institutum : "* Ecce ego vobiscum sum (docentibus et baptizantibus) usque ad consummationem sæculi ", Aliunde Apostoli eorumque successores ita rem intellexerunt, cum baptismus semper in usu fuerit, etiam apud hæreticos, ut ex historia constat.

2° *Traditione,* ex unanimi consensu *Patrum* ac *theologorum;* jam enim a fine primi sæculi usque ad nostra tempora, baptismus agnitus fuit ut *sacramentum proprie*

l *In IV Sent.,* dist. 5, § II.

* *Sum. theol.,* 3, q. 66, a, 2- Quam opinionem suam facit *Catech. Roman.,* p. H*TDe BaptTnrn^- Cfr. L. Billot, th. 23.

dictum quo spiritualiter regeneramur et membra Ecclesiæ efficimur. Id fateri coguntur ipsi adversarii, cum testimonia sint fere innumerax.

30 Ratione *convenientia* insinuatur. Ut homo Christianus fiat, debet a peccato originali mundari et Ecclesiæ membrum seu civis fieri; atqui decebat : (a) peccatum originale per ritum sensibilem gratiæ productivum tolli, quo homines certiores redderentur de collata sibi gratia ; (b) homines Ecclesiæ visibilis membra fieri per externam initiationem, internæ ipsorum cum Ecclesia unionis figurativam ; ergo decebat hominem Christianum fieri per ritum externum gratiæ productivum : quem ritum vocamus baptismum.

460. Corollarium : *Baptismus Christi a baptismo Joannis differt.*

De fide est contra Lutherum multosque protestantes, ut constat ex conc. *Trid. :* " Si quis dixerit baptismum Joannis habuisse eamdem vim cum baptismo Christi, A. S. 1 "

Differt siquidem : (a) Ratione *efficacia :* nam, e *Tridentino,* baptismus Joannis non habebat eamdem vim ac baptismus Christi. Hoc ipse Joannes fatebatur, dicens 3 : " Ego quidem baptizo vos aqua *in pœnitentiam,* qui autem post me venturus est,., ipse vos baptizabit *in Spiritu* et igni"; baptismus igitur Joannis directe excitabat pœnitentiæ sensus, baptismus autem Christi directe Spiritum dabat seu gratiam producebat.

(b) Ratione *durationis :* baptismus Joannis fuit *transiens* et solummodo præparatorius, ita ut baptizati a Joanne indigerent recipere baptismum ¢hristianum dum baptismus Christi est *permanens.*

(c) Ratione *necessitatis :* baptismus Joannis *utilis* quidem erat ad excitandos pœnitentiæ sensus, non autem necessarius, dum baptismus Christi *necessarius* est ad salutem ex infra dicendis. Quod quidem a nonnullis modernis Protestantibus libenter conceditur 5.

1 Quædam ex his testimoniis invenies apud Journel, nn. 4, 34, 126, 491, 499» 681, 690, 703, 2100. — Legantur præsertim *Calechesti S. Cyrilli Hierosol.*^ aliorumque de baptismo. — ' D. B., 857.-— 3 *Matth.y* III, 11.

(d) Ratione *auctoris ;* baptismus christianus a Christo, baptismus Joannis a praecursore institutus est.

Art. IL De natura baptismi seu de materia et forma[1]

Ex dictis, n. 345, sacramenta *N. Legis* duplici constant elemento, *rebus* tanquam *materia* et *verbis* tanquam *forma.* Utrumque in baptismo invenitur.

§ I. De materia.

Materia duplex est, *remota,* scilicet aqua naturalis, et *proxima,* scilicet ablutio.

1. De materia remota.

461. **Errores.** Hac de re antiquitus errarunt nonnulli *Gnostici* et *Manichæi* qui, aquam ut substantiam vilem aut etiam malam reputantes, verba Evangelii circa baptismi materiam metaphorice interpretati sunt. *Lutherus* contendit quidquid balnei loco adhiberi potest, materiam validam esse hujus sacramenti. *Quakeri* autem[2] qui *G. Tox* ducem agnoscunt baptismum aquæ ut judaicum ritum repudiant, et nonnisi *spiritualem* baptismum agnoscunt, qui consistit in testimonio bonæ conscientiæ et Spiritus Sancti receptione.

Doctrinam catholicam in duplici thesi exponemus : prior aget de materia ad *validitatem,* posterior de materia ad *liceitatem* requisita.

462. 1° *Thesis Ia :* **Omnis et sola aqua vera et naturalis est valida Baptismi materia**[3].

De fide est e *Trident.* : "Si quis dixerit aquam veram et naturalem non esse de necessitate baptismi, atque ideo verba illa D. N. J. Christi : *Nisi quis renatus fuerit*

1 S. Thom., q. 66, a. 3-8; L. Billot, th. XXIII; Van Noort, n. 170-190; A. de Smet, n. 218-235; A. d'Alès, p. 30-59; Prümmer, 98-105.

2 Circa *Quakeros,* qui se ipsos vocant " *The Religious Society of Friends",* legi potest *A Concise Account of the Religious Society of Friends by Th. Evans;* eorum doctrina exposita fuit præsertim a R. Barclay, *Theologia vera Christiana Apologia; cl. American Church History Series,* vol. XII, 1894, p. 16359.

3 S. Thomas, 3 p., q. 66, a. 3-4; Suarez, disp. XX, sect. I; S. Bellarminus, c. 3 ; Billuart-Tournely, q. I, a. 2 ; Kenrick, *De Baptismo,*

— 4 Sess. VII, can. 2, D. B., 858.

ex aqua et Spiritu Sancto, ad metaphoram aliquam detorserit, A. S. ”

(A) *Script.* Ex textu jam citato : “Nisi quis renatus fuerit *ex aqua"*... Ibi enim agitur de baptismo; atqui vocabulum *"aqua"* sensu litterali,non autem metaphorico, intelligendum est. Nam (a) postquam Christus præfata verba protulit, venit in terram Judæam, et illic demorabatur et baptizabat. “Erat autem et Joannes baptizans in Ænnon juxta Salim, quia *aqua multa* erant illic ”x; ex quo manifestum est Christum baptizavisse aqua vera et naturali, sicut ipse Joannes, (b) Materia valida baptismi ea est quam Christus et Apostoli adhibuerunt Atqui Christus, ex dictis, atque Apostoli cum aqua naturali baptizabant. Nam eunuchus Candacis reginæ, etiamsi jam crederet et esset vir justus, debuit baptizari aqua vera et naturali, ut christianus fieret 2. Item centurio Cornelius, jam *spiritualiter* baptizatus a Spiritu Sancto, fuit pariter baptizatus aqua naturali a S. Petro 3.

(B) *Tradit,* (a) *Patrum* testimonio, qui, jam ab auctore libri *Didache* (infra n. 468) aquam naturalem ut materiam necessariam baptismi commemorant; *Tertullianus* integrum librum de *baptismo* scripsit, ubi idem asserit; S. *Augustinus* * rem ita contrahit: “Quid est baptismus Christi? Lavacrum aquæ in verbo. *Tolle aquam,* non est baptismus. ”

(b) *Praxi Ecclesia* universali in libris liturgicis Ecclesiæ orientalis et occidentalis consignata, necnon in *Codice,* c- 737, § i-

(C) *Rat. conv.* Ea materia est conveniens ad baptismum, quæ ex una parte est ita *communis* ut facile inveniri queat, et ex altera optime *effectus sacramenti reprasentat.* Atqui ita est de aqua; nam est communis ubique terrarum, et insuper optime designat effectum baptismi : aqua enim sua *humiditate* lavat et ita figurat ablutionem peccati ; sua *frigiditate* calorem temperat, et ita designat concupiscentiæ

1 Joan., in, 22-23. — 3 Act·, vm» 27~39·-
3 Act., X7~44-48.^~- DÎBîcûltates a Quakeris propositas, solatas vide apud

* *Jn Joan.,* tract. 15, 4, *P. L.,* XXXV, 1512, Journel, J817.

mitigationem ; sua *diaphaneitate* lumen suscipit, et ita figurat luminis, fidei susceptionem ».

463. 2° Regulæ practicæ quoad validitatem[3],

(a) Materia *certo valida* est omnis *aqua vera* et *naturalis ;* dicitur *vera,* i. e., non metaphorica, nec alius liquor ut vinum ; *naturalis,* ad excludendos liquores artificiales qui dicuntur aquae per analogiam, qualis est aqua rosacea. Insuper *non adulteretur* per mixtionem cum altero corpore in quantitate majori aut aequali, aut per substantialem transmutationem. Aqua vera et naturalis est aqua ex pluvia, ex rore, nebulis collecta, aqua mineralis, aqua maris, aqua ex nive in liquidum statum redacta, aqua in qua parva copia sacchari vel salis mixta est [3], aqua simpliciter distillata, etiam aqua putrida [4].

(b) Materia *certo invalida* est quidquid, juxta *communem æstimationem,* non censetur vera aqua, v. g., lac, sanguis, sudor, vinum, potus caffei, vel thei, in quibus magna copia extraneæ materiæ cum aqua miscetur.

(c) Materia *dubia* est quidquid *probabiliter* adhuc censeri potest aqua, quamvis adulterationem gravem susceperit, v. g., jusculum, potus caffei vel thei valde tenuis, lixivium, aqua ex sale soluta, aqua rosacea, glacies nondum resoluta, etc. — In casu *necessitatis,* deficiente materia certo valida, adhiberi potest ac debet materia dubia, sub conditione : *si hæc materia sit valida.*

464. *Thesis IIa :* Ad liceitatem baptismi solemnis, aqua baptismalis adhibenda est. Certum est e *Rituali* tit. II, cap. I, n. 5, et *Codice,* c. 757, § I.

Aqua *baptismalis* est aqua *specialiter benedicta ad baptismum.*

Jam tertio ineunte sæculo, aqua baptismalis speciali et solemni

* S. Th., 3, q. 66, a. 3; *Catech. Rom.,* P. II, c. 2, n. 10.

1 S. AlpSohSUs, l. VI, n. 102 sq. ; Lehmk., n. 80; Ballerini-Palmieri, *Dc Baptismo,* n. 6 sq., Cappello, *De Sacram.,* vol. I, n. 129 sq.

3 5 *Officium,* 21 Aug. 1901, declaravit licere millesimam partem hydrargyri bichlorati *(chloride de mercure)* miscere aquæ si secus periculum adest inficiendi materni uteri. (*Collectanea* n. 2121; *Ami du Clergé,* t XXIV, 1902, p. 240).

* *S. Offic.,* 17 april. 1839.

benedictione prius benedicebatur. Protestantes autem contendunt talem praxim esse superstitiosam, et a paganis ritibus mutuatam. Immerito tamen. Ecclesia enim hanc benedictionem instituit ob *religiosa* motiva, præsertim ad explicandum *cur* et *quomodo* baptismus tam mirabiles effectus operetur : hos enim producit, aiebant Patres, non aqua nude spectata, sed Spiritus Sancti praesentia; jamvero benedictionis ritus praeclare plebi ostendebat aquam baptismalem veluti fecundari Spiritus Sancti virtute et ita vim accipere christianos spiritualiter gignendi : " Itaque si qua est gratia in baptismo, non est ex ipsius aquæ natura, sed ex Spiritus praesentia "[x]. Nec tamen putabant hanc benedictionem esse absolute necessariam; nam aqua communis in baptismo clinicorum (id est, ægrotantium) adhibebatur, et in controversia Rebaptizantium Ecclesia tanquam validum habuit baptismum etiam sine aqua rite consecrata collatum, dummodo recte invocaretur SS. Trinitas, ita agnoscens nullam *magicam* virtutem ipsi aquæ baptismali inesse, sed effectum gratiæ SS. Trinitati esse tribuendum.

465. Regulæ practicæ. (a) " In baptismo *solemni* adhibenda est aqua ad hoc benedicta "[2]. Juxta *Rituale* " aqua vero *solemnis* baptismi sit *eo anno benedicta* in pervigilio Paschatis vel Pentecostes ", et quidem *sub gravi,* juxta communem sententiam. Ratio hujus gravis obligationis desumitur ex antiqua traditione superius allegata, quam sanxerunt *Rituale* et *Codex.*

(b) In baptismo *privato* non præscribitur aqua baptismalis, sed ubi commode fieri potest, *expedit* ut adhibeatur.

(c) Ex dictis aqua baptismalis debet esse *recens,* i. e., hoc anno benedicta, et quidem cum oleis recentibus, ex *Codice,* c. 734, § 1. — Si olea recentia haberi nequeant, fons aquæ baptismalis benedicatur sine oleis veteribus; deinde recepta olea recentia infundantur in fonte, omissis precibus. Si, antequam recentia accipiantur, quis baptizari debeat, infundantur vetera

(d) "Si aqua benedicta in baptisterio adeo sit imminuta, ut minus videatur sufficere, alia non benedicta admisceatur, etiam iterato, minore tamen copia" (c. 757, § 2).

(e) " Si vero corrupta fuerit aut effluxerit, aut, quovis modo, defecerit, parochus in fontem bene mundatum ac nitidum, recentem

1 S. Basil., *De Spiritu S.,* c. XV, 35; *P. G.,* XXXII, 129, Journel, 947.

* *Cod., c.* 757, § 1.

3 Tit. II, c. I, n. 5. — Insuper, in baptismo solemni, adhibentur chrisma, oleum catechumenorum et sal benedictum.

4 *S. P.C., Annecien.,* 31 jan. 1896, n. 3879.

aquam infundat ac proprio ritu in suis liturgicis libris præscripto benedicat" (c. 757, § 3)·

(f) Si aqua conglaciata sit, curetur ut liquefiat, si ex parte congelata vel nimis frigida, paululum aquæ naturalis calefactæ admisceri potest aquæ benedictæ

II. De materia proxima'.

Materia *proxima* est usus materiæ remotæ, ideoque ablutio aquæ.

466. Status quæstionis. Certum est *ablutionem* esse baptismi materiam proximam; sed cum ablutio tribus modis perfici possit, *immersione, infusione,* vel *aspersione,* quæritur quisnam ex his modis ad validitatem requiratur.

Ritum immersionis primæva ætate fuisse communiter usurpatum, et in Ecclesia tum Græca tum Latina fuisse generatim retentum usque ad sæc. XIII pariter constat; sed, a sæc. XIV, ritus infusionis in Ecclesia Latina prævaluit.

Hinc ab ipso Reformationis initio ortæ sunt *Anabaptistarum* et *Baptistarum* sectæ, tum in Germania tum in Anglia, contendentes baptismum nonnisi immersione valide conferri posse3. Quorum præcipua argumenta desumuntur : (A) *Ex significatione verborum :* (a) vocabulum βαπτίζω a Christo adhibitum unum significat, quando litteraliter accipitur, videlicet *immergere;* (b) alia vocabula de baptismo usurpata, λούω, λουτρόν, nihil aliud significant nisi totum corpus lavare; (B) *Expraxi primorum Christianorum :* baptismus in fluminibus vel stagnis ministrabatur, ideoque per *immersionem^}* (C) *Ex mystica baptismi significatione :* quæ hac de re *S. Paulus* tradit immersionis ritum manifeste supponunt, cum doceat nos per baptismum cum Christo sepeliri^

1 *Rituale Rom.,* tit. II, c. I, n. 7.

* S. Thom., 3p·, q. 66, a. 7-8; Suarez, disp. XX, sect. 2-3; Drouin, q. II, c. 2 ; Tournely, q.~I, a. 3; J. W. Dale *, *Classic Baptism, Judaic Baptism, fohannic Baptism, Christian Baptism;* Hodge*, *Systematic theol.,* vol. III, p. 526 sq.

3 Historiam hujus sectæ fuse narravit Th. Armitage *, *A History of the Baptists;* breviter Schaff *, *Creeds of Christendom,* I, 840-859. Doctrinam eorum exposuerunt, inter alios : M. Everts *, *Baptist Layman's Book;* Hovey*, *Manual of Systematic theology.* Quoad præsentem eorum conditionem in Statibus Unitis lege M. Lyon*, *A study of the Sects,* p. 112 etsq. ; A. H. Newman *, *A History of the Baptist Churches in U. S.,* 1902; N. A. Weber, *Baptist,* in *The Catholic Encyclop.,* t. II, 278-281.

4 *Joan'›* 23; VIII, 38-39-

5 *Rom.,* VI, 3-5. — Quæ argumenta late exponit Hovey, Baptista, *Systemalic. U'héôl.,* p. 313 sq.

467. *Thesis :* Materia proxima baptismi est ablutio aquæ, quæ valide fleri potest sive per immersionem, sive per infusionem, sive per aspersionem.

1° Prius probatur, nempe : est *ablutio aquæ.*

(a) Ex *Script.* et *Traditione,* baptismus vocatur *lavacrum* regenerationis ; atqui lavacrum non est sola aqua, sed usus aquæ seu ablutio; quod ceteroquin satis clare exprimitur voce *baptizantes* (i. e. abluentes) quem Christus adhibuit.

(b) *Historice* constat baptismum semper aliqua ablutione fuisse ministratum, ut ex Patribus et libris liturgicis patet. — Merito itaque in *Codice,* c. 737, § 1, declaratur baptismum valide non conferri " nisi per *ablutionem* aquæ veræ et naturalis cum præscripta verborum forma ".

2° Posterius probatur, contra Anabaptistas et Baptistas, nempe *baptismus valide fieri potest per infusionem, immersionem aut aspersionem.*

i. *Script.* (A) *Ex significatione verborum,* (a) In tantum Baptistarum argumenta valerent, in quantum vox βαπτίζω nonnisi immersionem significaret; atqui non est ita; nam, licet sæpe sæpius immersionem designet, quandoque tamen simplicem affusionem vel aspersionem significat.

Sic in Scriptura dicitur [1] Pharisæos a foro venientes non comedere nisi *baptizentur;* atqui hoc nomine designabatur manuum usque ad ulnas lotio, ut probat *Spencerus* [2] Ibidem commemorantur *baptismata* calicum et urceorum, et æramentorum et lectorum; atqui baptismata hujusmodi non necessario immersione fiebant, sed lotione quacumque ratione facta [3] Ex his variis locis concludunt omnes exegetæ, sive catholici sive protestantes, solis Baptistis exceptis, vocabulum βα~ίζειν multiplicem significationem obtinere, nec proinde ex ejus usu certo colligi posse solum Baptismum per immersionem validum esse.

(b) Quoad vocabulum "λούω", idem significat ac *lavo, abluo* [4] ideoque non necessario immersionem supponit.

(B) *Ex Apostolorumpraxi.* Licet immersio fuerit communis ritus ab Apostolis usurpatus, valde probabile est eos sive asperSione sive infusione usos fuisse in quibusdam circumstantiis, nec proinde immersionem esse de necessitate sacramenti ; narratur

[1] *Alate.,* VII, 4. — [2] *De lege Hebr.,* l. IV, c. XII, § 11. — [3] Hodge, *op. oit.,* p.*527, 533 [4] *d. Num.,* XIX, 12; *Eeeli.,* XXXIV, 30; *Marc.,* VII, 4.

[4] Grimm, *Lexicon.*

enim tria millia hominum die Pentecostes, et quinque millia, alia die, baptizatos fuisse, et vix credibile est eos in aquam immersos fuisse, cum aquæ paucitas in Jerusalem hoc prohibuerit!? Insuper S. Paulus baptizavisse refertur custodem carceris, ceterosque de domo ejus media nocte in ipso carcere^atqui valde improbabile est in hisce angustiis baptismum per immersionem ministratum fuisse; ergo.

(C) *Ex significatione mystica ritus.* Additur mysticam baptismi significationem a S. Paulo traditam immersionis ritum supponer<3^ fatemur equidem hoc ritu melius significari sepulturam Christi, cui Apostolus baptismum comparat, sed alib^Jl' alias mysticas hujus sacramenti significationes exponit, quæ per aspersionem et infusionem optime repræsentantur : " *Aspersi* corda a conscientia mala, et *abluti* corpus aqua munda Quid igitur ex hoc logice inferri licet nisi triplicem hunc ritum validum esse?

468. 2. *Tradit.* Fatemur equidem baptismum per trinam immersionem fuisse in Ecclesia communem per multa saecula; pro adultis immersio non solebat esse totalis; aqua ascendebat usque ad genua vel medium corpus, simulque effundebatur aqua super caput. Infantes vero totaliter submergebantur. Sed ex indubitatis factis constat baptismum, quandoque per *infusionem* fuisse ministratum et ut validum ab universali Ecclesia consideratum.

(a) Id constat præsertim ex opere cui titulus Διδαχή, quod scriptum fuit circa finem primi, vel initio secundi sæculi : " Si non habeas aquam fluentem, in alia aqua baptiza; si non potest in frigida, in calida baptiza. Si neutram habeas (ad immergendum), effunde in caput ter aquam in nomine Patris et. Filii et Spiritus Sancti : εάν δὲ ἀμφότερα μή εχη , εκχεον ει τήν κεφαλήν τρι ὑδωρ...

(b) Item, ex Patrum scriptis et Conciliorum decretis, colligitur baptismum ægrotantibus *(clinicis)* in lecto decumbentibus *infusione* administratum fuisse, quin tamen sub conditione rebaptizati fuerint, quando ex morbo convaluerint, licet a sacris ordinibus prohibiti fuerint ob dilatam usque ad mortis periculum Baptismi susceptionem. Hinc 5. *Cyprianus* de *Clinicis* interrogatus respondit, per hunc ritum " in nullo mutilari et debilitari posse divina bene-

ZAct., II, 41. — ""Nulla est aqua fluens prope Jerusalem, si rivum Siloe excipias, qui centum ferme passus defluit; urbi aquam cistemæ aliaque hujusmodi subministrant Ex nullo horum fontium tantum aquæ hauriri licet ad octo millia hominum per immersionem baptizandos". (Robinson *Biblical Researches in Palestine,* vol. I, pp. 479-516, apnd *Hodge,* 1. c., p. 534).

2 ^<7., XVI, 33· — 3 *Rom.,* VI, 3-5. — ‹ *Hebr.,* X, 22. — » *Didachi,* c. 7.

ficia... Nec quemquam movere debet quod *aspergi* vel *perfundi* videntur ægri, cum gratiam dominicam consequuntur”[1]. Porro hæc omnia facta, multaque alia quæ referri possent, evidenter ostendunt immersionis ritum, licet communiter usurpatum, non fuisse ut essentialem consideratum ’. Si autem postea in Eccl. Latina paulatim derelictus est, praecipua ratio fuit ut ita vitarentur incommoda, quæ in frigidis præsertim regionibus ex immersione oriuntur, præcipue quoad infantes. Cfr. *Codex,*

Notatu autem dignum est nullum, ante sæc. XVIum, docuisse *necessitatem* immersionis ad validitatem baptismi.

469. 3. *Rat.conv.* Conveniebat sane sacramentum adeo necessarium eo modo institui ut facile ab *omnibus,* etiam parvulis et morientibus, et *ubique* suscipi posset; atqui si immersio ad validitatem requireretur, multi essent qui, propter rerum adjuncta, illud, absque magna difficultate, recipere nequirent : ergo merito rejicitur absoluta necessitas immersionis, utpote spiritui christiano contraria ac pharisaismum redolens.

470 [30] Regulæ ad ablutionem baptismalem [3].

(A) Ad validitatem requiritur contactus *immediatus* aquae *cum- caspar^* Itaque : (a) aqua *fiuere* debet, ut subjectum sit vere ablutum ; proinde si una tantum vel altera gutta infantem tetigerit, quin fluxerit, baptismus dubius est; si vero motu digiti bene madefacti minister frontem subjecti *successive contingit,* communiter censetur baptismum esse validum, quia vera ablutio habetur ; sed si quis per *modum unctionis* cum pollice madefacto baptizat, sacramentum dubium est [4]. (b) Infusio fieri debet super *caput,* quia est

[1] *Epist. ad Magnum,* n. 12, *P. L.,* III, 1147; Journel, 590.

[3] Aliquando opponuntur hæc verba Pontificis *Pelagii* (Ep. ad Gaudentium, in cap. *Multi,* dist. 4, de Consecratione) : “ Evangelicum præceptum, ipso Domino Deo, et Salvatore nostro Jesu Christo tradente, nos admonet, in nomine Trinitatis, trina immersione sanctum baptismum unicuique tribuere ex quo arguitur trinam immersionem jure divino esse praescriptam. Sed paulo attendenti patet, tum ex contextu, tum ex historicis circumstantiis, id quod ibi praescribitur esse *formam* baptismi, ‘‘in nomine Trinitatis”, non autem modum baptizandi; Peiagius enim contra illos scribebat qui, triplicem immersionem retinentes, negabant baptismum in nomine Trinitatis conferendum esse.

[3] S. Alphonsus, L VI, 105-107; Lehmk., 83-86; Ballerini-Palmieri, n. 12 sq.; Génicot, n. 135; Marc-Gest, η. I456'57-

[4] Iu 5. *Offre-,* 14 dec. 1898, *ColUctan.*3,42028.

pars principalis corporis; secus, Baptismus dubius erit, licet probabilius validus sit, si fiat in alia parte principali corporis, ut pectore, collo, etc.; aqua debet cutem tangere; si *vestes* tantum tangit, invalidus est baptismus; si crines solum, dubius est. (c) Infusio debet esse triplex, sub gravi, (d) Ablutio perfici debet ab eadem persona quæ verba pro~ nuntiat, ut sic verificetur forma : *ego te baptizo.*

Juxta *Scotum* 1* aliosque paucos, si quis projiciat subjectum in flumen vel mare, simul formam pronuntiando, Baptismus non valet, quia non solum immersio, sed etiam *emersio ex aqua* in hoc casu requiritur; hæc autem opinio probabilitate caret, quia etiam si baptizatus in aquis moritur, sufficienter tamen significatur animæ ablutio '.

(B) Ad liceitatem attendantur hæc *Ritualis* verba 3 ; " Licet Baptismus conferri valide possit aut per infusionem aquæ, aut per immersionem, aut per aspersionem; primus tamen vel secundus modus, aut mixtus ex utroque qui magis sit in usu, pro Ecclesiarum consuetudine retineatur ". Jamvero usus nunc invaluit in Ecclesia *latina* per *infusionem* baptizare, et trina fit ablutio *in modum crucis* uno et eodem tempore quo verba proteruntur : Ego te baptizo in nomine Patris *(fundat primo),* et Filii *(fundat secundo)* et Spiritus Sancti *(fundat tertio).* — In Ecclesia autem *orientali* permittitur baptismus per immersionem.

§ II. De Baptismi forma

Cum baptismus sit lavacrum aquæ in verbo vitae, ablutioni adduntur verba quæ*formam* constituunt

471. (a) Juxta *Rituale* Romanum et *decretum ad Armenos,* p. 314, hæc forma adhibenda est : " Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti", sine *Amen* in fine.

(b) *Græci* autem, ex *decreto ad Armenos* s, dicunt : " *Baptizatur* (non autem, ut quidam putarunt : baptizetur) N. servus Christi in nomine Patris, etc.... Amen." Olim non sacerdos baptizans, sed

1 *In IV Sent.,* dist. 3, a. 8. — 3 Suarez, disp. XX, sect 3, n. 5·

3 Tit. II, c. I, η. io. — Idem habetur in *Codice, c.* 758.

4 S. Thoma^, 3 p,, q. 66, a. 5 ; S. Alphonsus, 108-112; Tournely, *Pntlect. de Baptismo,* q. I, art. 3; Van Noort, 180190; Lehmk., 63-64; Ballerim-Palmieri, n. 24sq.; Génicot, n. 137-138; Marc-Gest, 11.145859.—SD.B.,696.

populus vel clerus præsens respondebat *Amen :* proinde hæc non est vox essentialis.

Utraque forma est legitima e *Florentino,* p. 314.

472. i° *Thesis* : Baptismi forma essentialis tria exprimere debet : 1) distinctam invocationem trium personarum, 2) actum abluentis, 3) subjectum et ministrum.

Certum est contra quosdam theologos qui putarunt valere baptismum in nomine Christi aut Trinitatis collatum, sine distincta personarum enumeratione r, vel invocationem trium personarum sufficere sine verbis : *te baptizo 2.*

(A) Script. —Verba : " *Euntes ergo,* etc." *ex se* jam praebent argumentum valde probabile. Christus quidem ibi non dixit verba *Ego te baptizo,* etc., esse inter baptizandum pronuntianda ; sed Ecclesia, verborum Christi custos et interpres, ita praefata verba intellexit, ut ex antiquissimis documentis constat.

473. (B) Traditione. — (a) Quoad *distinctam invocationem trium personarum.* In *Didaché* legitur : " Baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ", S. *Justinus* refert baptismum conferri " in nomine Parentis universorum ac Domini Dei ac salvatoris nostri Jesu Christi ac Spiritus Sancti "3. *Tertullianus* asserit Christum praecepisse ut gentes tingerentur in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti-»; et alibi : " Nec semel sed ter ad singula nomina in singulas personas mergitamur " 5. Quod quidem esse *necessarium* affirmat 5. *Ambrosius :* " Nisi baptizatus fuerit in ^nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, remissionem non potest accipere peccatorum " 6. Idem proclamant SS. *Athanasius, Gregor. Naz., Augustinus,* aliique.

(b) Quoad *actum abluendi, trinam invocationem* et designationem *subjecti* ac *ministri,* i) *Ex monumentis liturgicis* vetustissimis : *Canones Hippolyti (122)* : "Presbyter baptizandum ter immergit; singulis vicibus autem dicit : Ego te

x *P. LombarduSy Scoius, Cajetanus^* etc.
3 *MorinuSy* aliique. — 3 *Apol. I,* 6i, *P. G.,* VI, 419.

6 *Dt mysteriis^* c. IV, n. 20, *P. L·,* XVI, 394

baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ", — Pariter in *euchologiis* et *ritualibus* græcis et latinis inveniuntur tria superius indicata, etsi formæ in aliis discrepant.

2) *Ex decretis Pontificum, hcec tria* pariter requiruntur, et insuper aliqua designatio *baptizantis.* — Alexandri III (1159-1181) : "Si quis puerum ter in aqua immerserit in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen; et non dixerit : Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen, non est puer baptizatus " [1]; — Alexandri VIII damnantis hanc propositionem : " Valuit aliquando baptismus sub hac forma collatus : In nomine Patris, etc., praetermissis illis : Ego te baptizo"[2].

474> Solv. difficultates. (A) In libro *Actuu-nQ* legitur Apostolos baptizasse *in nomine Jesu Christi;* ergo necesse non est baptizare in nomine trium personarum distinctarum.

Ad hanc difficultatem solvendam triplex proposita fuit explicatio : (a) alii, cum *Beda, Lombardo* [4]*, Scoto,* etc., putarunt baptismum collatum in nomine Christi esse validum, quia hæc forma implicite continet invocationem SS. Trinitatis : hæc opinio hodie omnino antiquata est.

(b) Alii, cum 5. *Thoma* [5], censuerunt Apostolos per *specialem dispensationem* valide baptizasse in nomine Christi, ut ejus nomen sic honorabile redderetur.

(c) Alii vero communius putant baptizare *in nomine Jesu* nihil aliud significare nisi baptizare *in Christum credentes,* vel *Christi baptismum* conferre, per oppositionem ad Joannis baptismum. Revera ex antiquissimis documentis, v. g., *Didachi,* constat jam exeunte saeculo primo baptismum collatum esse in nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti, quamvis ibidem dicatur baptismum conferri nomine Christi. Insuper haud pauci inter Patres, v. g., 5. *Cyprianus, S. Augustinus, Origenes, S. Chrysostomus* explicite dicunt verba *in nomine Jesu* non excludere invocationem SS. Trinitatis[6].

(B) Objiciuntur etiam verba Nicolai I, ad consulta Bulgarorum respondentis : " Qui in nomine SS. Trinitatis vel tantum in nomine Christi ... baptizati sunt... rebaptizari non debent

* D. B., 398. — · D. B., 1317.

3 *Act.f* II, 38 ; VIII; 48. — 4 *Sentent.y* lib. IV, dist 3, n. 2.

5 *theol.y* 3, qL66, a. 6, ad I.

6 STCypnan., *ep. ad Jubaian.,* n. 17-18, *P. L.,* III, 1120; S. August., *Cont. Maxim.,* l. II, c. 17, n. 1, *P. L.,* XLII, 783; Origenes. *In ep. ad Rom.,* l. V, 8, *P. G.,* XIV, 2039; S. Chrysost, *homil. 30 in II Cor.,* XIII,

Resp. Hic agebatur de baptismo a judæo collato; respondet Pontifex baptismum esse validum, si judæus ille habuit rectam intentionem baptismum Christianum conferendi nempe nomine SS. Trinitatis aut Christi. Nam in eodem decreto, interrogatus num rebaptizandi essent qui a graeco pseudo-presbytero abluti fuerant, simpliciter respondit eos non esse rebaptizandos, " si nomine summæ ac individuae Trinitatis baptizati fuere ".

475. (C) *Opponitur* insuper primis saeculis, in quibusdam ecclesiis, baptismum collatum esse in nomine SS. Trinitatis, praetermissis verbis *"Ego te baptizo";* videlicet interrogationes ad catechumenum fiebant: "Credis in Deum Patrem?... in Jesum Christum Filium Dei?.."; post singula autem responsa, catechumenus immergebatur successive invocato nomine Patris et Filii...[1]

Resp. (a) Fatemur equidem praefatas interrogationes usitatas fuisse, nec in omnibus scriptis mentionem fieri verborum *Ego te baptizo* vel *Baptizatur servus Christi.* Sed ex hoc silentio minime sequitur hæc verba omissa fuisse; nam in antiquissimis documentis, v. g., *Canonibus Hippolyti,* interrogationes commemorantur *simulque* dicitur in prima mersione, in secunda etc., recitanda esse verba : *Ego te baptizo.* Si igitur in quibusdam scriptis hæc non recensentur, id explicari potest ex eo quod tanquam notissima supponuntur. In Ecclesiis enim tam Latinis quam Graecis praefata verba aut similia jam a longissimo tempore adhibentur, ideoque verisimiliter semper in usu fuerunt.

(b) Praeterea, quoties assertum est hæc verba necessaria non esse, toties Rom. Pontifices eorum necessitatem assuerunt, ex dictis supra, n. 473.

476. 2° Regulæ practieæ. Hic sequimur *ordinem verborum,* (a) Vox *ego* in lingua *latina* essentialis non est, quia satis includitur in verbo *baptizo;* secus autem in multis linguis *modernis, v.* g., lingua anglica, germanica, gallica... etc., quia pronomen in verbo ipso non continetur. Atqui, ex dictis, aliquo modo designari debet *baptizans.*

(b) Vox *te* pariter *essentialis* est[2], potest autem suppleri per *vos* aut nomen proprium.

(e) *Baptizo* est vox *essentialis ;* suppleri potest valide per

[1] Morinus, *De pernitent.,* l. VIII, c. 16, n. 21 ; P. de Puniet, in *Diet. d'Archiol. (D. Cabrai),* L II, 342-344.

[2] * "De baptismo, ex omissione pronominis *te* in ejus collatione, quod ex Coreanorum ignorantia sæpe contigisse refers, *invalidum* fuisse sacramentum perspicua res est". (Ex Litt. S. *C. de Prop. F., Collect..,* η. 526).

verbum exprimens notionem abluendi ; non autem per verbum exprimens tantummodo baptismi effectus. Hinc valida esset forma : " ego te abluo, tingo, lavo invalida : ‘‘ego te ungo; ego tibi ministro sacramentum remissionis peccatorum ".

Aliquatenus *dubia* est forma : " ***I*** *christen thee" (etymologice,* te facio christianum), quia non sufficienter ablutionem exprimit; multo probabilius tamen valida est, quia, ex usu loquendi hodie recepto, idem significat ac *te baptizo l.*

Invalidus esset baptismus collatus per verbum *praeteriti temporis* (baptizatus est), nisi ex usu loquendi aut intentione ministri intenderetur tempus præsens a.

(d) *Probabilius,* vox *in* non est essentialis cum ejus omissio in lingua latina sensum non destruat; sed ejus omissio *probabiliter dubium* reddit sacramentum.

(e) Vox *nomine* est *essentialis.* Dicere *cum* nomine sine mala intentione valori non obstat 3; idem dici potest de " *in nomen* ". ***In nominibus*** Baptismum *invalidaret,* quia non exprimit personarum unitatem; " *in auctoritate" dubium* relinqueret baptismum.

(f) Essentiale est *sigillatim* exprimere tres personas SS. Trinitatis, et quidem vocibus communiter receptis.

Unde omnino *dubia* est forma ‘‘in nomine Dei, in nomine Trinitatis "; dubia est forma " in nomine Patris et *Christi* (loco Filii) et Spiritus Sancti"; dubia est forma : ‘‘in nomine Dei unius et trini "; imo aliquatenus dubia : " in nomine Genitoris et Geniti et Procedentis ab utroque ".

Invalida est : " In nomine Christi " *

(g) Quoad vocem *"et",* si bis omittitur, dubius est baptismus ; validus autem erit, si omittitur semel tantum, scili-

1 Maximam probabilitatem hæc opinio nacta est ex eo quod, an. 1894, a S. Sede approbatum est *Rituale Slavicum*^ in quo forma baptismi hæc est :*Ja te krstim* (te christianizo), quia ex usu communi Slavorum hoc vocabulum significat *te baptizo.* (Van Noort, n. 184 ; *Zeits.f. Kath. Theol.*› 1901, p. 318).

2 Ita 5. *Cong. de Prop. Fide (Collectanea*^ n. 68, (519).

3 Ita S. *Cong Concil.* et S. *Offic.* pluries, v. g., 16 aug. 1828.

4 Cum *Lehmkuhlt* n. 90, putamus formulam ° in nomine Dei Patris et Dei Filii et Dei Spiritus S. " esse validam, quamvis *Gury* eamdem tanquam dubiam habeat (Casus II, n. 191), quia sufficienter Trinitatem personarum indicat, nec tritheismum importat ; in praxi tamen, si casus occurrat, adeantur Rom. Congregationes.

cet inter nomen Patris et nomen Filii, sine prava intentione, ut patet ex decisione S. Cong. Cone, et S. Offic., 12 Sept. 180i, in *Fœsul.* »

Vide insuper regulas generales in *Tr. de Sacram, in genere* traditas, n. 350.

CAPUT II.

DE EFFECTIBUS BAPTISMI.

477. Status quæstionis. (A) Juxta *Protestantes,* nullus character baptismo imprimitur, nulla gratia vere confertur, sed fiducia excitatur in nobis, per eam peccata nostra teguntur seu cessant nobis imputari a. *Liberales* insuper dicunt effectum baptismi esse tantummodo *juridicum,* quatenus per eum Ecclesiæ cooptamur.

(B) Secundum fidem catholicam, duplex est baptismi effectus : *character,* quo Christo configuramur et Ecclesiæ cives efficimur, et *gratia regenerativa,* qua remittuntur peccata et pcenæ peccato debitæ.

§ I. De characterе 3.

478. Characterem infundi per baptismum omnibus qui hoc sacramentum *valide* recipiunt, etiam indignis, jam supra probavimus, nn. 393, 402; quinam vero sint ejus *effectus formales* declaremus oportet.

i° Per baptismalem characterem *homo unitur Christo, sicut membrum capiti,* id est, eo ipso quod *valide* baptizatur, homo *configuratur* Christo sacerdoti, n. 401, *spiritualiter signatur ut* ejus *subditus,* et ejus corpori rttysticcTut mem-

1 Lehmk., n. 89.^

' “ Hoc primum est quod nobis a Domino proponitur (baptismus) ut symbolum sit nostra purgationis ac documentum... instar signati cujusdam diplomatis, quo nobis confirmet peccata nostra omnia sic deleta, inducta, obliterata esse, ne unquam in conspectum suum veniant, ne commemorentur, ne imputentur”. (Calvinus, L IV, c. 15, n. 1).

3 Van Noort, n. 198-200; L. Billot, I, p. 279 sq.

Hæc est doctrina S. Pauli : " Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis "[1]; " sicut enim corpus unum est et membra Habet multa, omnia autem membra... unum tamen corpus sunt : ita et Christus. Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus "[2], " Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi?"[3] Per hæc enim verba significatur nos per baptismum fieri discipulos Christi, ejus subditos et membra corporis cujus ipse est capufC£)

2° Ex eo quod Christo incorporatur, baptizatus *aggregatur veræ 'Ecclesia Christi* sèu ***fit civis Ecclesiæ*** {*Codex,* c. 87), cujus auctoritate secure gubernatur in rebus ad salutem conducentibus.

Dicitur de iis qui ipso die Pentecostes a Petro conversi sunt : " Qui receperunt sermonem ejus baptizati sunt, et appositæ sunt (Ecclesiæ) animæ circiter fria millia quibus verbis implicite asseritur Baptismum esse veluti januam, per quam quis in Ecclesiam ingreditur, atque fit Ecclesiæ civis.

Etiam qui apud hæreticos aut schismaticos baptizantur *vera* seu *Catholica* Ecclesiæ aggreganfûr, et quidem *actu,* si sunt *infantes; jure* et *debito,* si sunt *adulti* ab Ecclesia *actu* sejuncti. Cum enim ' ««a'sït Ecclesia Christi, ut alibi probatum est, Baptismus a Christo institutus huic uni Ecclesiæ omnes aggregat.

Ex quo sequitur quemlibet extra Ecclesiam baptizatum *saltem dejure* ad Catholicam Ecclesiam pertinere, ejusque jurisdictioni et legibus subjacere[4], ideoque teneri *actu* se huic aggregare, statim ac eam ut veram Ecclesiam agnoscit.

Sequitur etiam eos qui in infantia baptizati sunt, legibus Christi et Ecclesiæ obligari, cum adoleverint, absque ulteriori ratihabitione : Christianus enim character indelebiliter iis inest cum obligationibus eidem annexis.

3° Per baptismalem characterem, *homo fit idoneus ad cetera sacramenta suscipienda et alia Ecclesiæ bona.* Id

« Çg/gA, III, 27. — ' *I Cor^* XII, 12, 13. — 3 *I Cor..* VI, 15,

4'Quam doctrinam» cilhVejus consectariis, fusius exponimus in opusculo : ***Im*** *dogmes générateurs de la piété.* Desclée, 1926, p. 39-61.

**Ad.t* II, -

"^Possunt tamen *bonafide* excusari quamdiu invincibiliter ignorant Catholicam Ecclesiam esse veram Ecclesiam. Ecclesia pariter eos dispensare potest a legibus mere ecclesiasticis, si, ob bonum commune, id opportunum judicaverit

implicite asseritur a *Florent,* declarante Baptismum esse *januam* vitæ spiritualis, et expresse a *Catechismo Romano* 1 ; "Baptismi quidem charactere... consequimur, ut ad alia sacramenta suscipienda reddamur *idonei* ", Unde in *Codice,* c. 737, § i, baptismus dicitur "sacramentorum *janua* ac *fundamentum* ".

Ratio est quia Baptismus nos efficit membra et cives Ecclesiæ; atqui civis alicujus societatis eo ipso idoneus efficitur ad recipienda bona quæ in ea sunt; ergo.

§ II. De gratia per Baptismum collata

479. *Thesis :* Gratia sacramentalis Baptismi est gratia regenerativa, qua plene remittuntur omnia peccata pœnæque peccatis debitæ.

De fide est e *Tridentino* 3 : "Si quis per Jesu Christi Domini nostri gratiam quæ m Baptismate confertur, *reatum originalis peccati remitti negat;* aut etiam asserit non tolli totum id quod *veram et propriam peccati rationem* habet; sed illud dicit tantum *radi,* aut *non imputari,* A. S. : in renatis enim nihil odit Deus : quia nihil est damnationis iis, qui vere consepulti sunt cum Christo per Baptisma in mortem, qui non secundum carnem ambulant, sed veterem hominem exuentes, et novum, qui secundum Deum creatus est, induentes, innocentes, Immaculati, puri, innoxii, ac Deo dilecti effecti sunt heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cæli remoretur".— Constat etiam ex *decreto ad Armenos* 4 : " Hujus sacramenti effectus est remissio omnis culpæ originalis et actualis, omnis quoque pœnæ"

480. Declaratur, (a) Gratia baptismi vocatur *regenerativa,* i. e., gratia *habitualis prima* et *veluti nova nativitas spiritualis :* sicut enim per carnalem generationem accipimus *primum esse et vivere naturale,* ita per baptismum seu per *lavacrum regenerationis* accipimus *primum esse et vivere supernaturale :* et hæc est vere

1 Pars II*, de Sacram, in genere, n. 30.

3 S. Thom..,. 3..P-, q. 6g; Siiarez, disp. XXVI; S. Bellarminus, L I, c. 12-18; Drouin, 1. II, q.IV; Tournely, q. IV ; Billuart, diss. IV; de Augustinis, a. 8; Corblet, *cit.,* L VIII; — Vide etiam quæ diximus in 7r. ώ

propria baptismo, (b) Hæc autem regeneratio fit per *infusionem gratiæ. habitualis,* ideoque *virtutum* infusarum et *donorum* (supra, nn. 99, 115), vitam igitur novam accipimus, deiformem ac similem vitæ ipsius Christi, (c) Eodem instanti delentur *omnia peccata,* sive *originale* sive *actualia antea* commissa, immo et *pœna temporalis* istis peccatis debita, Deo sic volente, ut in novitate vitæ ambulemus : hæc plena remissio peccatorum et poenarum est pariter vere *propria* huic sacramento. — Hæc duo simul jungimus, quia non remittuntur peccata nisi per infusionem gratiæ. Inter argumenta vero allata, alia in remissione peccatorum, alia in infusione gratiæ insistunt.

481. Probatur : (A) *Script,* (a) Testimonio ipsius 07/rri/z'(f^Nicodemo declarantis baptismum esse novam nativitatem spiritualem jus conferens ad regnum cælorum, ideoque gratiam vere confçrens : " Nisi quis renatus fuerit ex *aqua* et *Spiritu Sancto,* non potest introire in regnum cælorum ",

(b) S. 7VriX*dicentis baptismum conferri *in remissionem peccatorum* et ut accipiatur gratia seu *donum Spiritus :* " Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, et accipietis donum Spiritus Sancti ",

(e) Ex testimonio S. *Pauli,* qui asserit : 1) nos baptizari *in morte ipsius* Christi, et cum eo per Baptismum *sepeliri in mortem,* ut quomodo Christus surrexit a mortuis, ita et nos *in novitate vitæ* ambulemus 3. Quæ vivide duo exprimunt, nempe *remissionem peccati et novæ vitæ infusionem ;* 2) nos per baptismum *exspoliare veterem hominem* cum actibus suis, et *induere novum,* qui secundum Deum creatus est in *justitia et sanctitate veritatis* 4 ; quibus verbis idem modo diverso exponitur; 3) omnes fideles efficere *unum corpus,* cujus caput est *Christus,* mediante *uno Spiritu,* qui eamdem vitam eamdemque caritatem diffundit in cordibus nostris S; 4) eos salvos fieri per *lavacrum regenerationis* et *renovationis* Spiritus Sancti 6; quod lavacrum sane est baptismus.

3 *Jtom.,* VI, 4 : ** Côfisepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut, qûomôdô^Chrïstus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus. "

* *Galat.,* III, 27-29 ; *Coloss.,* III, 9-10; *Ephr^..* IV. 24.
, 12-27; *Rom.,* *Tit.,* IlUg,

Constat igitur ex Scriptura per baptismum conferri *gratiam regenerativam,* qua *remittuntur omnia peccata.*

482. (B) *Tradit,* (a) *Patres,* præfata Scripturæ testimonia explicantes, diversos baptismi effectus extollunt, nempe non solum remissionem omnis culpæ et pcenæ, sed etiam infusionem gratiæ regenerativæ et privilegiorum quæ eam comitantur.

Ita in *ep. Barnabal* duo effectus ita declarantur : " Nos descendimus quidem in aquam *pleni peccatis* ac sordibus, emergimus autem *fructificantes,* in corde timorem et in spiritu spem in Jesum habentes ". Quod *Hermas* sic breviter contrahit : " In aquam igitur descendunt *mortui* et ascendunt *vivi" '. Tertullianus* addit remitti etiam *panam* peccato debitam : " Exempto scilicet reatu eximitur et *pcena* " 3.

Plenius vero *Clemens Alex,* describit effectus *gratia* quos producit baptismus : " Baptizati *illuminamur;* illuminati *in filios* adoptamur; adoptati *perficimur;* perfecti *immortales* reddimur.. Multis autem modis vocatur illud opus, gratia, illuminatio, perfectum et lavacrum. Lavacrum quidem, per quod *peccata abstergimus.* Gratia autem qua remittuntur *pcena* quæ peccatis debentur. Illuminatio autem, per quam sanctam illam et salutarem lucem intuemur, hoc est per quam Deum perspicimus" 4*

S. *CyriIlus Hierosol.* 5, doctrinam S. Pauli exponens, declarat baptismum esse non solum *sepulckrum,* in quo *peccato morimur,* sed etiam *uterum* in quo *spiritualiter renascimur.* Quos effectus 5. *Basilius* ita describit 67: " Baptismus captivis est redemptionis pretium, debitorum condonatio, *mors peccati, regeneratio anima,* indumentum lucidum, sigillum infrangibile, vehiculum ad cælum, regni conciliator, adoptionis donum ".

Eosdem eloquenter exponit 5. *Chrysostomus t :* " Ecce *libertatis serenitate* perimuntur qui tenebantur paulo ante captivi, et *cives Ecclesia* qui fuerunt in peregrinationis errore, et *justitia* (i. e., gratiæ) in sorte versantur qui fuerunt in confusione peccati. Non enim tantum sunt *liberi,* sed et *sancti,* non tantum sancti sed et justi, non solum justi sed et *filii,* non solum filii sed et *heredes,* non solum heredes sed et *fratres Christi,* nec tantum fratres Christi sed et *coheredes,* non solum coheredes sed et *membra,* non tantum

l *Barnaby* XI, II. — * *Simii.t* IX, 16, 3.
3 *De Baptis.* 5, *P. L·,* I> 1206.
4 *Padagog.,* 1. I, c. 6, n. 25, 3, *P. G.t* VIII, 280; Journel, 407.
s *Cateclies.,* XX, 4-5.
4 *Homily* 13. In sanet bapt., 5, *P. G.,* XXXI, 433; Journel, 968.
7 Ap. S. August, *C.Julian.'* 1.1, c. 6, 21, A Z., XLIV, 654; Journel, 1228.

membra, sed et *templum,* non tantum templum sed et *organa* Spiritus ".

(b) Inter *Scholasticos,* quidam, habitum et actum non satis distinguentes, putarunt per baptismum virtutes infusas infantibus non conferri, quippe qui sint inhabiles ad actus virtutum. Contrariam vero opinionem *C. Viennense* ut probabiliorem elegit : " Opinionem quæ dicit tam parvulis quam adultis conferri in Baptismo informantem gratiam et *virtutes,* tanquam *probabiliorem* et dictis sanctorum et doctorum modernorum theologiæ magis consonam et concordem sacro approbante concilio duximus eligendam " .* *Tridentinum* autem aperte declaravit per baptismum infundi virtutes fidei, spei et caritatis (supra n. 100).

483. (C) *Rat. theol.* Per baptismum homo incorporatur Christo ut membrum ejus, et fit particeps ejus passionis et mortis. Jam vero a capite Christo in omnia ejus membra gratiæ et virtutum plenitudo derivatur; ideoque baptizatus moritur vetustati peccati et incipit vivere novitati gratiæ; et quia passio Christi est sufficiens satisfactio pro omnibus peccatis, baptizatus liberatur a reatu totius poenæ sibi debitæ pro peccatis, ac si ipse sufficienter pro his peccatis

484. Corollaria. (A) *In baptismo suscipitur obligatio novam vitam ducendi in Christo,* et datur *jus ad gratias actuales ad hanc obligationem implendam,* (a) Hæc obligatio constat ex jam allatis testimoniis de regeneratione et nova vita, n. 481, et ex his S. Pauli verbr£^t " Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam ".

(b) Jus autem ad *gratias actu* tempore opportuno conferendas fluit exdictis supra, iL 382^

485. (B) Exinde melius intelligitur gratiam *sacramentalem* baptismi esse gratiam *regenerativam,* qua tolluntur non solum peccata, sed etiam *pcenapeccatis debita,* cum *jure ad gratias actuales* necessarias ad vîvè'n'dum *cliristiano modo* et sic ad implendas baptismi obligationes.

' D. B., 4S3.

' S. Thom., 3, q. 69, a. 1, 2, 4.

IJtom., Vl, 22. Sæpe~gEpîas Apostolus loquitur de hac obligatione *expoliandi veterem hominem* et *induendi novum.*

CAPUT II. — DE EFFECTIBUS BAPTISMI.

486. (C) *Vitæ pœnalitates in baptisatis permanent in hac vita, et quidem convenienter.*

Id enim quotidiana constat *experientia :* dolores, mors, ignorantia, et concupiscentia, quæ sunt pœnalitates, in baptizatis existunt, nec totaliter auferentur nisi i
sed dantur nobis gratiæ ut eas patienter et meritorie tole-remus, et ita in virtute proficiamus. Variæ rationes con-venientiae afferri possunt ad explicandum cur Deus eas reliquerit.

(a) Ex parte *Christi :* nam convenit christianos, qui per baptismum fiunt membra Christi, similes esse Capiti suo; atqui tota vita Christi crux fuit et martyrium : " Nonne hæc oportuit Christum pati, et ita intrare in gloriam suam? Ergo talis debet esse vita christiani. Merito igitur S. *Bernardus* ait : " Pudeat sub spinato capite mem-brum fieri delicatum " 2.

(b) Ex parte *hominis :* conveniebat hominem victoriae coronam mereri, antequam eam acciperet; atqui illæ pœna-litates homini præbent optimum medium ut possit, per multa certamina, coronam gloriæ mereri : " Id quod in prae-senti est momentaneum et leve tribulationis nostræ... aeter-num gloriæ pondus operatur in nobis

(c) Ex parte *Ecclesiæ :* conveniebat homines in Ecclesiam intrare, baptismumque accipere propter motiva supernatu-ralia, non autem propter naturalia; atqui si Baptismus tolle-ret vitae pœnalitates, multi ad illum concurrerent, non propter gratiam aut gloriam obtinendam, sed ut liberaren-tur ab incommodis illarum pœnalitatum

487.(D) *Baptismus regni cœlestis januam aperit;* nam aperire januam regni caelestis est removere impedimentum quo quis impeditur regnum caeleste introire. Hoc autem impedimentum est culpa et reatus pœnæ. Atqui supra ostensum est per baptismum omnem culpam et reatum pœnæ tolli; ergo effectus baptismi est apertio januae regni caelestis 5. Cf. *Ioan.,* **III,** .

'jÎwg, XXIV, 26. — ' *Semi. V. infest, omnium* 55., n. 9. 3*II Cor.'Vh* 17.

488. *Scholion.* In baptismo fit veluti *contractus* seu fœdus ' inter Deum et homines. (A) Ex una parte Deus : (a) remittit omnem culpam et pœnam; (b) infunditque vitam spiritualem; (c) promittendo insuper omnia media necessaria ad eam servandam et augendam.

(B) Ex altera parte, baptizatus : (a) abnegat Satanam, ejusque pompas et opera, id est peccata et peccati occasiones; (b) suscipit obligationem christiane vivendi, Christi vestigia sequendo; (c) et profitetur obedientiam Ecclesiæ, ejusque pastoribus, præsertim vero R. Pontifici, qui est Christi vicarius.

Hæc promissa sæpe vocantur *vota* seu promissiones baptismi, et de eis jam sermonem habet 5. *Cyrillus Hierosol.* l

Animadvertatur tamen hunc contractum non esse *inter aquales,* sed inter Creatorem et creaturam, inter Patrem et filium quem libere adoptat : Deus itaque jus habet obligationes imponendi, et baptizato incumbit *obligatio* eas implendi.

CAPUT III.

DE MINISTRO».

489. Doctrina de ministro in Traditione præcipue invenitur, in *Euchologiis, Ritualibus* et *Codice.*

Valide quidem baptismus " potest a *quovis ministrari, servata debita materia, forma et intentione ", {Codex,* c- 742, § i).

Sed, quoad *liceitatem,* distinguendum est inter baptismum *solemnem* et *privatum.* Jamvero, ex *Rituali,* n. 3, ""cum baptismus ministratur servatis omnibus ritibus et ceremoniis quæ in hoc Rituali libro præcipiuntur, appellatur " *solemnis* secus, " *non solemnis* " seu "*privatus ". {Codex,* § 2.)

§ L De ministro baptismi solemnis.

Duplex est : *ordinarius* et *extraordinarius.*

l *Cateches.,* XXI, 19; cfr. S. Jean Eudes, *Le contrat de l'homme avec Dieu par le saint Baptême,* 1654, opus sæpe impressum.

'.S·. Thom., 3, q. 67^ S. Alphons., n. 113-118; Lehmk., n. 91; Ballerini-P., n. 34 sq.; Vermeersch-Creusen, *Epitome,* t. II, 1928, n. 22-28; Prümmer, n. 118-123; Hervé, n. 588-594.

I. De ministro ordinario.

490. i° Ratione ordinis, *omnis et soins sacerdos est minister ordinarius baptismi soiemnis.* Certum est.

(A) *Auctoritate :* i) *Florentini*[1] *:* " Minister hujus sacramenti est sacerdos, cui *ex officio* competit baptizare"; 2) *Codicis,* c. 738 : " Minister ordinarius baptismi soiemnis est sacerdos ".

(B) *Rat. theol.* Ad quos spectat consecrare eucharistiam, quæ est sacramentum ecclesiasticæ unitatis, ad eosdem pertinet *ex officio* conferre baptismum quo baptizatus fit particeps ecclesiasticæ unitatis; atqui consecratio eucharistiæ ad sacerdotes spectat ; ergo " sicut ad sacerdotem pertinet consecrare eucharistiam... ita ad proprium officium sacerdotis pertinet baptizare "φ

N. B. Nemo valide potest seipsum baptizare, etiam in casu necessitatis, sicut nemo potest seipsum generare.

491. 20 Ratione jurisdictionis; (A) Baptismi soiemnis collatio " *reservatur, parocho* [3] vel alii sacerdoti *de ejusdem parochi vel Ordinarii licentia ". {Codex,* c. 738, § I.) Idem statuit *Rituale,* tit. II, c. 1, n. 12.

Ratio est quia per baptismum aliquis aggregatur non solum Ecclesiæ universali, sed etiam tali dioecesi et parochiæ; atqui aggregare aliquem tali dioecesi vel parochiæ pertinet ad eum qui jurisdictionem habet in ea vel ab eo delegatur. — In casu autem necessitatis merito præsumitur licentia, juxta *Rituale,* n. 12.

(B) Exinde duæ fluunt regulæ : (a) " Etiam *peregrinus* a parocho proprio in sua paroecia solemniter baptizetur, si id facile et sine mora fieri potest ". *{Cod.,* c. 738, § 2). Si infans, v. g., nascitur extra paroeciam suorum parentum, in hac paroecia baptizari debet a parocho, si illic facile possit asportari sine mora, i. e., intra dies statutos ab Ordinario pro baptismo

1 D. B., 696. — 3 S. Thomas, gjSZy æ 2·

3 " Ubi parœciæ aut quasi-parœciæ nondum sunt constituta: (nempe in regionibus missionum), statutorum peculiarium et receptarum consuetudinum ratio habenda est, ut constet cuinam sacerdoti, præter Ordinarium, in universo territorio vel in ejus parte jus insit baptizandi *(Cod.>* c. 74°·)

pueris conferendo : " Secus peregrinum quilibet parochus in suo territorio potest solemniter baptizare ". *{Cod.,* c. 738, § *2.)*

(b) " In alieno territorio nemini licet, sine debita licentia, baptismum solemnem conferre ne sui quidem loci incolis". (6W., c. 739.) Dicitur " nemini ", et ideo ne quidem episcopo.

Quæ regulæ *per se* obligant *sub gravi.* In praxi tamen facile potest abesse culpa lethalis x.

(C) " *Adultorum* baptismus, ubi commode fieri possit, ad loci Ordinarium deferatur, ut, si voluerit, ab eo vel ab ejus delegato solemnius conferatur" *{Cod.,* c. 744).

II. De ministro extraordinario.

Minister extraordinarius baptismi soiemnis est diacottus : " Qui tamen sua potestate ne utatur sine loci Ordinarii vel parochi licentia, justa de causa concedenda, quæ, ubi necessitas urgeat, legitimi præsumitur " *{Cod.,* c. 741). Justa causa, in casu, est, v. g., absentia parochi, vel ejusdem aegrotatio, vel impedimentum ob multas confessiones audiendas. Si diaconus baptizaret sine licentia requisita, peccaret quidem, et *per se* graviter; attamen nullam irregularitatem contraheret *{Cod., c.* 985, n. 7). Quodsi praesumeret licentiam, urgente necessitate, prudenter existimata, non est reprehendendus, sed laudandus.

IV. B. Diaconus solemniter baptizans, omnes ceremonias facere debet; at salem et aquam benedicere nequit; sed uti debet sale et aqua a sacerdote benedictis (S. R. C., *Mariannen.,* 10 febr. 1888, n. 3684).

Nunquam subdiaconus, minoratus, aut a fortiori laicus *solemniter* baptizare potest.

§ II. De ministro baptismi privati.

492. 1° Principium generale. *In casu necessitatis* [1] *quilibet homo, ratione utens, non solum valide, sed etiam licite*

[1] Capello, n. 144, 5°.

[2] Casus *necessitatis* in nostris regionibus intelligitur periculum mortis ; in regionibus autem *missionum* est etiam longa sacerdotis absentia vel difficultas eum adeundi.

baptizare potest. Certum est ex *Codice,* c. 742, § 1 : " Baptismus non solemnis potest a quovis ministrari, servata debita materia, forma et intentione; quatenus vero fieri potest, adhibeantur *duo testes* vel saltem unus quibus baptismi collatio probari possit

Probatur : (η)Eχ Zλ Λγγλ λ. IV, cap. *Firmiter,* et ex *Florent. :* " In casu autem necessitatis non solum sacerdos vel diaconus, sed etiam laicus vel mulier, immo etiam paganus et hæreticus baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesiæ et facere intendat quod facit Ecclesia ",

(b) *Ex Ecclesiæ praxi;* sæpe sæpius baptismus a laicis collatus fuit in casu necessitatis; et Patres, nedum talem praxim vituperarent, eam potius approbaverunt, ne quisquam sine remedio salutari de sæculo exiret : ita *Tertullianus* x, S. *Hieronymus* 2, S. *Augustinus* 3 dicunt in casu necessitatis licere laicis baptizare.

Tertullianus quidem et S. *Epiphanius* asserunt feminas arceri a facultate ministrandi baptismum; sed forsan eas excludunt tantummodo a *sollemni* baptismi administratione, extra casum necessitatis; si ita intelligi nequeunt, paucorum auctoritas praevalere non potest contra communem doctrinam et praxim Ecclesiæ 4.

Tertio sceculo, controvertebatur num valeret baptismus ab *hæreticis* collatus; sed Rom. Pontifex 5. *Stephanus,* apostolicæ Traditioni innixus, decrevit baptismum hujusmodi validum esse, ut supra exposuimus, n. 409.

Saculo IX', S. Nicolaus I a Bulgaris interrogatus num validus esset baptismus a quodam Judæo collatus, de quo nesciebatur utrum Christianus an paganus esset, respondit affirmative, dummodo in nomine SS. Trinitatis collatus fuerit s. Ex quo sequebatur etiam *paganos* valide baptizare.

(c) *Rat. conv.* Convenit ea quæ sunt necessaria *necessitate medii* ad salutem facile inveniri posse; atqui baptismus est necessarius ad salutem; ergo conveniebat baptismum

* *Dial. adv. Lucif.,* n. 9, *P. L.,* XXIII, 165.

3 *Cont. epist. Parm.,* 1. II. c. 13, n. 29, *P. L.,* XLIII, 71.

4 Cfr. *Decretum pro Jaeobitis,* D. B., 712.

5 D. B., n. 696; cfr. *Trident.,* sess. VII, can. 4, D. B., n. 860; *Catech. Trident.,* P. 2, n. 22.

facile ministrari posse ac proinde ab omnibus, nec reservari sacerdotibus, qui aliquando deficere possunt(Q

493.2° Regulæ practicæ ad liceitatem. (A) Quoad *ordinem* servandum. " Si tamen adsit sacerdos, diacono præferatur, diaconus subdiacono, clericus laico et vir feminae, nisi pudoris gratia deceat feminam potiusquam virum baptizare, vel nisi femina noverit melius formam et modum baptizandi.

" Patri aut matri suam prolem baptizare non licet praeterquam in mortis periculo, quando alius praesto non est qui baptizet " *(Cod.,* c. 742, § 2 et 3). — Quod quidem vetatur, non propter cognationem spiritualem quæ, ex can. 768, non incurritur in hoc casu, sed, ut ait *Vermeersch,* n. 219, quia non decet eamdem personam duplici paternitate, naturali et spirituali, simul gaudere.

Ex S. *Officio,* 20 aug. 1671, sacerdos schismaticus vel haereticus non debet adhiberi, nisi deficiente quacumque persona catholica; item laicus praeferri deberet sacerdoti excommunicato.

Quoad gravitatem peccati, laicum sacerdoti praeferre etiam consentienti, vel haereticum aut excommunicatum laico catholico, *grave* esset peccatum juxta communem sententiam, — etsi, juxta *Vermeersch,* n. 219, mutatio ordinis in his casibus *veniale non* excedat. In ceteris autem casibus, invertere ordinem esset *veniale* peccatum, juxta probabiliorem sententiam.

(B) Quoad *obligationem* baptismum ministrandi in casu *necessitatis,* recolantur superius dicta, n. 426. Ex hac obligatione exsurgit aliud officium pro parochis : " Curet parochus ut fideles, præsertim obstetrices, medici et chirurgi, rectum baptizandi modum pro casu necessitatis probe ediscant" *(Cod.* c. 743)a. Ex hoc enim pendet æterna salus multorum puerorum.

494. *Scholion. S. Thomai^w^\x\\.* utrum *angelipossint sacramenta ministrare* ideoque *baptizare.* Non sunt quidem *ex se*

1 S. Thom., 3, q. 67, a^j.
1 A. Hoornaêrt, *d'urgency* Bruxelles, 1924.
3 *Sum. thcol.*, 3, q. 64, a. 7.

ministri sacramentorum, quia non conformantur Christo homini. Quoniam vero Deus non alligavit virtutem suam sacramentis, ita eam non alligavit Ecclesiæ ministris, ideoque angelis tribuere potest potestatem sacramenta ministrandi.

Id tamen raro fit, et si aliquis casus occurrat, sedulo expendi debet, secundum regulas de discretione spirituum et de apparitionibus, utrum angelus sit bonus an malus, utrum apparitio sit vera an hallucinationi tribuenda [1].

CAPUT IV.

DE SUBJECTO BAPTISMI.

Prænotanria de subjecto baptismi in genere[2]

495. Ex *Codice,* c. 745, § 1 : " Subjectum capax baptismi est omnis et solus homo viator, nondum baptiza

Hic agitur de iis qui *capaces* sunt *valide* recipiendi baptismum. Singulas conditiones a Codice recensitas declaremus.

(a) *Omnis homo viator;* nam, ut mox exponemus, baptismus necessarius est *necessitate medii* omnibus; ideoque omnis homo vivens capax est baptismi, cum Deus sincere velit omnium salutem.

(b) *Solus homo viator;* etenim sacramenta N. Legis pro hominibus adhuc viventibus tantummodo instituta sunt, ut jam declaravit *C. Carthaginense* ***III*** (397)[3] : " Item placuit ut corporibus defunctorum eucharistia non detur... Cavendum est etiam ne *mortuos baptizari* posse fratrum infirmitas credat ",

(C) *Nondum baptizatus;* cum enim baptismus characterem imprimat, nec *valide* nec *licite* iteratur, ut fusius infra exponetur.

1 Quas regulas exposuimus in nostro *Précis de thiol, ascitique,* nn. 953, 12S1 sq., 1498-1508.

3 A. d'Alès, *De baptismo,* p. 78-93.

3 Can. 6, ap. Mansi, III, S81. — Quomodo vero intelligendum sit *baptismus pro mortuis* (Z *Cor.,* XV, 29), declarat Prat, *Th. de S. Paul,* ed. 7\ p. 162-

496. Divisio capitis. De subjecto baptismi duo sunt praecipue expendenda : i° *necessitas* baptismi (quæ est praesertim *dogmatica)·*, 2° *regulæ practices* de collatione baptismi (quæ est præsertim *moralis').*

Art. I. De necessitate baptismiD

497. Ad hanc necessitatem melius intelligendam, recolamus tria distingui baptismata : i) baptismum *aquæ,* qui solus est proprie dictum sacramentum; 2) baptismum *flaminis* seu *desiderii,* qui consistit in actu *caritatis* aut *contritionis* perfectae : hic enim necessario includit *votum* seu *desiderium* recipiendi baptismum, explicitum aut implicitum; 3) baptismum *sanguinis* qui est mors propter causam Christi patienter tolerata (cf. n. 453). Duo posteriores baptismi *non sunt sacramentum,* sed baptismum aquæ supplent quoad *collationem gratiæ* et *remissionem peccatorum;* non autem conferunt characterem.

Dicemus igitur : i° de *necessitate baptismi aquæ;* 2° de mediis quibus suppletur, nempe baptismo *sanguinis* et *desiderii.*

§ I. De necessitate baptismi aquæ.

498. Status quæstionis. (A) *Notionespræviæ.* Duplex est necessitas, nempe necessitas *medii* vel *præcepti.*

(a) Id necessarium est Necessitate w^Zn)quod est *medium* et quidem necessarium-jüstificationis, ac proinde sine quo, etiam *inculpabiliter omisso,* salus obtineri nequit. Duplex autem distinguitur medium necessarium : 1) medium *ex natura sua* necessarium, quod per aliud suppleri nequit, ideoque *in re* praestari debet, v. g., fides, gratia sanctificans; 2) medium e *positiva Dei institutione* necessarium, quod sane praestari debet, sed vel *in re* vel in *voto,* secundum circumstantias ; ita *pœnitentiæ* sacramentum pro peccatoribus, ita etiam baptismus *aquæ,* ut mox probabimus.

l S. Thom., 3 p., q. 68, a. I sq.; Suarez, disp. XXVII; S. Bellarminus, c. 4-5; Ûroüin, q. VÏ, c. i;'Tournely, q. II; Billuart, diss. III, a. 1; de Augustinis, a. 5; Corblet, *op. cit.,* lib. III; L. Billot, th. XXV; A. de Smet, η. 251-267; A. d'Alès, p. 135-167; Van Noort, n. 203-223.

(b) Id autem necessarium est necessitate *praceptitantum* quod necessarium est *quia prcescrtBitur/^fiTvk* libere omitti nequeat sine peccato; si igitur *culpabiliter* omittitur, est causa damnationis; si *inculpabiliter,* ob ignorantiam vel impotentiam, salus obtineri potest; ita de susceptione eucharistiae.

(c) Tandem sunt res quae necessariae sunt necessitate *medii simulque* necessitate praecepti, prout est baptismus aquæ.

499. (B) *Errores praàpui.* (a) *Pelagiani,* qui peccatum originale negabant, eo ipso asserebant baptismum ad ejus deletionem non esse necessarium ; sed, distinguentes inter vitam aeternam et regnum caelorum, tenebant baptismum ad regnum caelorum requiri, non autem ad vitam ætemam.

(b) *Albigenses* docebant baptismum aquæ non esse necessarium, sed tantum baptismum spiritualem ; quem errorem *Quakeri* renovarunt.

(c) *Calviniste* et *Wiclefiste* contendebant baptismum necessarium esse necessitate *prcecepti,* non autem *medii;* et insuper *filios fidelium* regenerationem accipere eo ipso quod ex parentibus Christianis nascuntur, baptismum tamen ipsis conferri posse ac debere ut membra ecclesiæ sint et augmentum fidei accipiantx.

(d) Protestantes *liberales* docent fidem sufficere sine susceptione baptismi.

(e) *Moderniste* baptismi necessitatem ex sola lege ecclesiastica ortam esse asserunt, et usum infantes baptizandi ex evolutione disciplinari procedere (supra, p. 316).

500. (C) *Doctrina catholica* est baptismum esse, post promulgatum evangelium, unicum remedium peccati originalis, omnibus, etiam a baptizatis parentibus ortis, necessarium necessitate *medii, in re* vel *in voto,* necnon necessitate *prcecepti,* ut ex documentis mox afferendis constabit.

501. *Thesis IA :* Baptismus aquæ, post promulgatum Evangelium, necessarius est necessitate medii in re vel in voto.

Defide est ex *Tridentino :* " Si quis dixerit baptismum

x *Luthtrus* ejusque primi discipuli admiserant baptismum necessarium esse necessitate medii ; sed hodie Lutherani docent baptismum, quando non potest conferri, suppleri per media extraordinaria.

liberum esse, hoc est non necessarium ad salutem, A. S. ”x; quæ quidem verba modo generali baptismi necessitatem proclamant, et magis elucidantuV per alia, in quibus declaratur justificationem “ post Evangelium promulgatum, *sine lavacro regenerationis, aut ejus voto,* fieri non posse, sicut scriptum est : *Nisi quis renatusfuerit,* etc... ” 2 '— Ibi aperte declaratur nullum justificari sine baptismo .aut ejus voto, ideoque baptismum aquæ esse *medium* necessarium ad justificationem, nisi ejusw/d suppleatur. Cum vero infantes hujus voti capaces non sint, si moriuntur absque baptismo, salvari nequeunt. Quænam sit eorum sors, alibi exposuimus, *De Deo Creante,* n. 916-917.

502. Dicitur : (a) *Post Evangelium promulgatum,* quia, cum lex baptismi sit *positiva,* non obligat nisi promulgetur. Hæc quidem promulgatio coepta est die Pentecostes, et successu temporum, ad varias regiones extensa est.

Controvertitur autem num hodie apud omnes gentes et tribus promulgata fuerit. 1) *Pauci* theologi putant, cum *Perrone* \ quasdam esse gentes aut tribus in quibus insufficienter promulgata fuerit, ideoque ibi adhuc vigere remedia ante Christum instituta pro remissione peccati originalis. 2) *Communiter* tamen theologi docent, cum *Suarez* ;* legem Baptismi obligare etiam infideles qui eam ignorant. Nam illa lex est irritans seu invalidans antiquum remedium ante Christum institutum; atqui lex irritans obligat statim ac publice fuit promulgata, etiamsi per accidens a quibusdam subditis ignoretur; ita, v. g., lex irritans clandestina matrimonia valet etiam pro illis personis quæ legem ignorant.

(b) ... *In re* vel *in voto,* ita ut per alia media suppleri possit, ut mox probabimus.

503. Probatur : i° *Scriptura, traditionali interpretatione* recte intellecta, (a) Apud *Synapticos,* baptismus æquiparatur fidei tanquam conditio ad salutem necessaria : “ Qui *crediderit* et *baptizatus* fuerit, salvus erit. ”*'i)*

1 Sess. VII, can. 5, de Bapt., D. B., 86t . — 2 Sess. VI, cap. 4, D. B., 861.

3 *Baptismo,* n. 135; Dublanchy, *De axiomate : Extra Ecclesiam nulla salus,* p. 203-204.

4 *De legibus,* 1. X, c. 4.

5 *Marc.,*XVI, 163 *Matth.,* XXVIII, 19. — Objiciunt quidem *Baptista,* ex verbis *STMarci,* neminem baptizari posse nisi prius signa fidei dederit. Sed immerito : nam obligatio credendi solos adultos respicit, ut ex contextu evidenter apparet; loquitur enim Christus de iis qui per praedicationem convertentur,

(b) Apud *S.Joannem,* baptismus aquæ pariter proponitur ut conditio necessaria salutis : ‘‘Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei i) Quæ propositio est *universalis negans,* nullas ex se patiens exceptfdnesnisi eas quas Deus ipse positive instituit (scilicet martyrium et Baptismi votum, ut infra dicetur); 2) verba non in forma præceptiva enuntiantur, sed declarant Baptismum necessarium esse ut *medium ad finem;* sicut enim nativitas est medium ut quis vita naturali vivat, ita spiritualis renascentia declaratur medium necessarium ad salutem; 3) in *tertia persona* proferuntur, ac proinde conditionem absolutam exprimunt, et parvulos æque ac adultos complectuntur ; 4) Christus ipse hanc interpretationem confirmat, dum immediate addit : “ Quod natum est ex carne, caro est; et quod natum est ex Spiritu, spiritus est’’; his enim verbis declarat ideo baptismum esse necessarium quia homo qui ex carne nascitur est peccator, et non potest spiritualem vitam acquirere nisi ex Spiritu denuo nascatur; atqui hæc ratio evidenter valet pro omnibus sive adultis sive parvulis, et ostendit baptismum necessarium esse ut *medium* ad spiritualem regenerationem.

Quod quidem argumentum jam *ex se* valde probabile est ; quia vero stricte loquendo posset forsan de sola necessitate præcepti intelligi. Traditione firmandum est

H

504. 2° *Traditione.* (A) *Patres,* etsi non explicite necessitatem *medii* a necessitate*præcepti* distinxerint, variis tamen modis thesim nostram affirmant, dicendo baptismum ideo necessarium esse ut *peccatum originale tollatur* et *porta cceli aperiatur,* aut esse *conditionem* sine qua salus obtineri nequit. Quod docent primum quoad omnes homines *in*

ac proinde de adultis, et ab iis exigit fidem ad hoc ut possint ad Baptismum admitti. Sed antea absolutam necessitatem Baptismi pro omnibus declaverat; et verba sequentia apud S. Marcum talem necessitatem minime infringunt. — Apostolos autem baptizasse etiam parvulos *probabiliter* infertur ex textibus in quibas dicitur eos baptizavisse neo-conversos cum omni domo seu familia eorum : “ Baptizavi autem et Stephanæ domum . ‘‘Baptizatus est ipse et omnis domus ejus continuo ” *{Act..* XVI, 33); nam omnino probabile est in hisce familiis fuisse quosdam puerulos.

» 5»— Cfr. P. Lagrange, *Ev. selon S. Jean.* 1925, p. 74-86; ; *Ev. selon S. Jean.* 1927, p. 7S-90.

genere, et mox (a tertio saeculo) ad ipsos *infantes* extendi explicite declarant.

(a) *Sae. IT, Hennas ies&ex*\\. neminem, nec etiam justos Antiquæ Legis, intrare in regnum Dei nisi per aquam (baptismatis) ascendat : " Necesse habuerunt per aquam ascendere ut vitam consequerentur; aliter enim non poterant intrare in regnum Dei, nisi mortalitatem deposuerint vitæ suæ prioris " x.

(b) *Sxc. IIT, Tertullianus* docet neminem sine baptismo salvari 3 : " PræscriSitur nemini sine baptismo competere salutem, ex illa maxime pronuntiatione Domini, qui ait : *Nisi quis...* etc." — Quod 5. *Cyprianus* ad infantes extendit, quia et ipsi peccato non proprio sed alieno maculantur : " Quanto magis (a baptismo) prohiberi non/lebet infans qui recens natus nihil peccavit nisi quod secundunyAdam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima nativitate/contraxit, qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilfus accedit quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata "13. Quare, cum ceteris collegis qui concilio cuidam adfuerant mi xaginta, sex, vult^pauculos bapti m ante baptizandos esse quia et ipsi peccato originali inquinantur, ita ut

1 *Simii.,* IX, 16, 2-7. Ibi erronee supponit Apostolos in limbos descendisse ut baptizarent justos sine baptismo defunctos.

3 *De Baptismo,* 12, *P. L.,* I, 1213. — In eodem libro, cap. 18, ait quidem parvulos et catechumenos non esse cito baptizandos ; sed hæc opinio ex quodam rigorismo oriebatur, ex eo quod nempe putabat gravissima peccata nonnisi Baptismo deleri. Hac in re igitur non est genuinus Traditionis testis ut constat ex testimonio aliorum Patrum.

3 *Epist.* 59 (64), n. 5, *P. L.,* III, 1018.

5 *In Levit, homil.,* VIII, 3, *P. G.,* XII, 496; Journel, 496.
6 *Cateches.,* III, 10, *P. G.,* XXXIII, 440; Journel, 811.
7 *De mysteriis,* c. 4, n. 20, *P. L.,* XVI, 394 ; Journel, 1330.
8 *De Abraham,* 1. II, c. II, n. 84, *P. L·,* XIV, 497; Journel, 1324.

nec regnum cælorum nec vitam æternam consequi valeant nisi baptizentur

(B) £ *conditis.* *Milevitanum* ***II*** (416) et *Carthaginoise* ***XVI*** (41S) a Zosimo approbatum anathematizaverunt eum qui " parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lavacro regenerationis expietur " '. — Ex quibus sequitur baptismum necessarium esse non solum necessitate præcepti, sed etiam necessitate *medii,* cum sit *medium* necessarium ad tollendum originale peccatum et *conditio sine qua non* salutis.

Nec necesse est alia testimonia proferre, cum etiam adversarii fateantur, jam a sæc. V°, in Ecclesia ab omnibus agnitam fuisse absolutam necessitatem Baptismi.

(C) Merito itaque in *Codice,* c. 737, dicitur : " Baptismus, sacramentorum janua ac fundamentum, omnibus in re vel in voto necessarius ad salutem

505. *Objicitur* tamen, prioribus sæculis, multos nonnisi adulta et senili aetate baptizatos esse, ideoque Baptismum non omnino necessarium existimatum fuisse.

Resp. gic abusus, etsi minime communis, ex variis causis ortus est : 1) quidam optabant se ferventius præpararëad suscipiendum sacramentum, quod *semel* tantum recipitur, ut constat ex iis quæ *Tertullianus* asserit in *Tr. de Baptismo;* 2) alii ab immediata bap tismi receptione deterrebantur timore arduorum officiorum quæ baptizatis imponebantur, præsertim quando graviter peccaverant; 3) alii tandem de salute sua securiores esse volebant baptismum recipiendo paujo ante mortem.

506.30 *Rat. theol.* Ex dictis in *Tr. de Deo Creante* et *de Verbo Incarnato,* nullus ex posteris Adæ salvari potest, ob peccatum originale, nisi Christo incorporetur qui nos a peccato liberavit; atqui, sub Nova Lege, nullus Christo incorporatur nisi per baptismum, juxta illud S. Pauli : "Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis "3.}

507. *Thesis* ***II'*** *:* Baptismus aquæ omnibus necessarius est necessitate præcepti divini. *De fide est* e *Tridentino,* n. 501 et e *magisterio universalis Ecclesiæ.*

* *Epist.,* CLXVI, C. 7, n. 21; c. 8, n. 23, *P. L·,* XXXIII, 730-73X; Journd, 1439, 1440, 1525, 1717, 1881-82.

• D. B.. 102.

(A) *Script,* probatur. Christus enim apostolis praecepit omnes gentes baptizare^ Atqui praeceptum hujusmodi supponit omnibus hominibus inesse obligationem baptismum suscipiendi : hæc enim duo sunt correlativa.

(B) *Tradit.,* nempe e testimoniis jam allatis ubi de necessitate medii, — e *Codice,* c. 737, — e *Rituali,* cap. 1, n. 1.

(C) *Rat. theol.* (a) Omne enim quod est medium ad salutem necessarium eo ipso praecipitur, cum teneamur omnia ad salutem necessaria implere.

(b) Ex dictis in *Tr. de Ecclesia,* n. 805, omnibus praecipitur ingredi Ecclesiam, extra quam non datur salus. Atqui baptismus est janua qua Ecclesiam ingredimur.

508. Corollarium ex utraque thesi fluens : *Baptismus non solum adultis sed et infantibus necessarius est.*

De fide est contra Pelagianos (n. 499); et Anabaptistas qui, putantes neminem valide baptizari nisi prius fidem suam manifestaverit, dicebant pueros non esse baptizandos, et infantes ante usum discretionis baptizatos esse rebaptizandos. Contra quos *Tridentinum* 2 : " Si quis dixerit neminem esse baptizandum nisi ea ætate qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo, A. S. "

" Si quis dixerit parvulos, eo quod actum credendi non habent, suscepto baptismo inter fideles computandos non esse, ac propterea, cum ad annos discretionis pervenerint, esse rebaptizandos, aut praestare omitti eorum baptisma quam eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiæ, A. S. "

(A) *Scriptura* enim, baptismi necessitatem asserendo, nullam exceptionem facit pro infantibus, n. 503. — Insuper, etiam latentibus Pelagianis, necessarius est baptismus ad ingrediendum regnum cælorum; atqui, ex dictis in thesi prima, etiam parvuli ad regnum cælorum destinantur.

(B) *Traditio* ita intellexit necessitatem baptismi, ut constat e testimoniis allatis, et præsertim e condemnatione Peagianorum, n. 504.

(O *Ratio theologica* desumpta ex universalitate peccati universalis et de unico remedio ad illud tollendum, valet etiam pro infantibus. — Praeterea infantes non possunt justificari nisi *ex opere operato,* cum sint incapaces alicujus operis proprii, ob defectum rationis. Atqui unicum sacramentum ad conferendam vitam supernaturalem *prima vice* est baptismus. Ergo baptismus parvulis necessarius est.

Rejiciendæ sunt igitur opiniones quorumdam theologorum putantes parvulos aliquando justificari posse alio modo ac baptismo, ut jam diximus, n. 230.

§ II. De mediis quibus suppletur baptismus aquæ

Duo sunt hujusmodi media, nempe *martyrium* seu baptismus *sanguinis,* et contritio aut caritas perfecta seu baptismus *desiderii.*

509. *Thesis :* Baptismus aquae suppleri potest quoad aliquos effectus per martyrium, vel per contritionem aut caritatem perfectam cum voto baptismi. Certum

510. 1° *Martyrium supplet baptismi vices quoad remissionem culpce etpcenæ, tum in adultis tum in parvulis.*

Declaratur : (A)(^iartyriurrl) proprie dictum est *perpessio mortis vel cruciatus ex se mortiferi, ob catholicam fidem vel TitTam virtutem christianam, et quidem patienter tolerata,* si agitur *de adultis.* "

Unde ad verum martyrium requiritur : (a) *mors* vel *cruciatus ex se lethalis,* nec sufficit vulnus, nisi mors exinde naturaliter sequatur/ nec dolor internus etiam maximus, ut dolor B. Virginis ad crucem stantis; sufficit autem pœna *ex se* mortifera, v. g., pcena inflicta S. Joanni Apostolo, qui in ferventis olei dolium conjectus, nonnisi per miraculum mortem vitare potuit; (b) mors propter*fidem* aut aliam *virtutem* tolerata; nam, ut ait 5. *Augustinus*', ‘‘martyres non facit poena, sed causa”. Martyres igitur sunt qui ob fidem defendendam occiduntur, aut etiam pro defensione Ecclesiæ jurium, ut S. Thomas Cantuariensis; aut ob sigillum sacramentale, ut S. Joannes Nepomucenus; vel propter castitatem servandam, ut multæ virgines; (c) *patienter* tolerata, si agitur *de adultis :* nulla

enim dispositio in infantibus requiritur; unde proprie martyres non sunt qui in sacro bello *pugnantes* cadunt, nec qui dormientes in Christi odium occiderentur, nisi antea martyrium ex supernaturali motivo exoptassent.

(B) Ut martyrium adultos justificare possit, quædam dispositiones *interna:* requiruntur : (a) supernaturalis *attritio;* nullus adultus peccator justificari potest, nisi a peccato saltem per attritionem se avertat; hæc autem dispositio vix abesse potest in eo qui vere et sincere pro Deo vitam tradit. Insuper, juxta quosdam, requiritur *perfecta contritio ;* hæc autem opinio communiter rejicitur, quia sic nulla esset specialis virtus in martyrio, et illud medium cum secundo confunderetur; quod est contra modum loquendi Scriptural et Patrum, (b) *Votum* saltem implicitum baptismi, quod nempe includitur in generali proposito omnia Dei præcepta servandi; unde si quis ante martyrium baptizari posset, deberet hoc sacramentum recipere.

(C) Martyrium delet *culpam* et *pcenam,* non autem imprimit characterem, nec proinde dat capacitatem ad sacramenta valide recipienda ; unde si martyr lethaliter vulneratus superviveret, baptizari deberet.

511. **Prob.** (A) *Script. :* Christus enim absolute promisit *salutem* iis omnibus qui nomen ejus confiterentur coram hominibus, aut qui animam suam propter Evangelium perderent : " Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam "6} " Omnis 'qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo qui in cælis est '(%) Quæ verba spectant sine dubio *adultos* qui libere suam vitam pro Christo tradunt; et, juxta Ecclesiæ praxim et Patrum interpretationem, etiam *parvulos* qui in ejus odium occiduntur : hi enim non loquendo sed moriendo ipsum confitentur, et insuper vere animam suam perdunt propter Christum et Evangelium.

' Christus enim discipulos ad martyrium excitat quandoque ex motivo timoris : " Nolite timere eos qui occidunt corpus... sed potius eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam" (ζI/λZ/Λ., X, 28); ergo motivum timoris sufficit ad martyrium.

it 1

3 *Matlhy* X, 39; XIX, XII, 25.
3 *Ala/th.,* 32. " u ""

512. (B) *Tradit,* (a) *Patres,* jam a tempore Tertulliani, id explicite docent, utpote clare expressum in prælaudatis textibus.

Tertullianus recenset secundum lavacrum, sanguinis scilicet, quod baptismum non acceptum représentât et supplet [1]. Cujus efficaciam pneclare describit 5. *Cyprianus,* declarans catechumenos pro fide occisos "nec privari baptismi sacramento, utpote qui baptizantur gloriosissimo et maximo sanguinis baptismo "[2]. Unde et 5. *Cyrillus Hierosol.* ait : "Si quis baptisma non recipiat, salutem non habet, solis martyribus exceptis, qui etiam sine aqua regnum recipiunt "[3].

(b) Constat etiam ex *praxi Ecclesia,* quæ tanquam Sanctos honorat Innocentes pro Christo interfectos, aliosque infantes pro fide occisos; necnon adultos etiam qui, nondum baptizati, martyrium susceperunt (v. g., S. Emerentianam) et, nedum preces et sacrificia pro iis offerat, eorum contra opem implorat, teste S. *Augustino* : " Injuria est enim pro martyre orare, cujus nos debemus orationibus commendari ",

513. (C) *Ratione conv.* Baptismus aquæ ideo virtutem habet peccata delendi, quia nos in similitudinem mortis Christi configurat; atqui per martyrium, tum adulti, tum parvuli perfectius Christi morti configurantur quam per Baptismum aquæ, cum martyres ejus passionem imitentur; ergo valde convenit ut martyrium justificet æque saltem ac Baptismus aquæjT)

514. Modus quo operatur. Martyrium suos producit effectus, scilicet remissionem culpæ et pœnæ etiam temporalis, quasi ex *opere operato. Certum* est pro *infantibus,* quia incapaces sunt cujuscumque dispositionis, nec possunt justificari ex opere operantis.

Communiter admittitur pro *adultis*·, nam : (a) juxta 5. *Augustinum* [6]: " Quicumque etiam non recepto regenerationis lavacro pro Christi confessione moriuntur, tantum in eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismatis"; atqui

[1] *De Baftismo,* 16, *P. L.,* I, 1217; Journel, 309.
[2] *Efût.,* 77 (73), 22, *P. L.,* IV, 418; Journel, 598.
[3] *Catech.,* III, 10, *P. G.,* XXXIII, 340; Journel, 811; cfr. io io , 1139, 1759.
[4] *Sermo* CLIX, I, *P. L.,* XXXVIII, 868; Journel, 1513.

[6] *De Civil. Dei,* 1. XIII, c. 7, *P. L.,* XLI, 381.

baptisma ex opere operato remittit culpam et poenam, ex dictis supra; ergo idem dici debet de martyrio.

(b) Insuper Ecclesia non orat pro martyribus; atqui, si martyrium operaretur solum ex opere operantis, orandum esset pro eis; nam dubitari posset num eorum contritio ita perfecta fuerit, u| totam temporalem pœnam tulerit.

(c) Tandem si martyrium operatur solum ex opere operantis, suos effectus producit tantummodo vi caritatis aut contritionis perfectae, et ita nulla ratio manet cur'baptismus sanguinis a flaminis baptismo distinguatur.

Corollarium. Admitti nequit opinio quam propugnabat *H. Schell* autumans infantes salvari per quemdam imperfectum baptismum sanguinis, quatenus sine culpa personali morientes, aliquo modo imitantur mortem Domini. — Hæc enim opinio non consonat cum genuino conceptu martyrii quod essentialiter consistit in morte *propter Christum* perpessa.

515.2° *Contritio aut caritas perfecta, cum voto saltem implicito baptismi, supplet vices baptismi aquæ quoad remissionem peccatorum.* Certum est.

Dicitur : (a) *Cum voto saltem implicito :* quod *certo* sufficit in eo qui legem baptismi invincibiliter ignorat, et *valde probabiliter* etiam in eo qui eam novit sed de ea actu non cogitat.

(b) *Quoad remissionem peccatorum;* nam caritas perfecta, cum Baptismi voto, remittit quidem peccatum originale et peccata actualia, ac proinde gratiam sanctificantem infundit; sed baptismalem characterem non imprimit, nec ex se remittit totam pœnam temporalem peccato debitam ; unde manet obligatio baptismum aquæ, data opportunitate, recipiendi, et nisi prius recipiatur, nullum aliud sacramentum *valide* recipi potest. — Imo, si postea hanc obligationem non impleat, cum gravi negligentia, gratiam amittit.

516. Probatur : (A) *Script,* (a) Christus, etiam post sancitam necessitatem baptismi aquæ, promisit gratiam sanctificantem iis omnibus dare qui *caritatem perfectam* haberent : " Qui diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum... Si quis diligit me... ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus 'TTj hæc enim Dei habitatio non fit nisi in

*lJoan.*9 XIV, 21-23.

anima justa, quæ remissionem peccaturum consecuta est, ut dictum est in *Tr. de Gratia,* n. 138 ; ergo caritas perfecta sufficit ad remissionem peccatorum, et vices Baptismi sub hoc respectu supplere potest, (b) Constat insuper exemplo Cornelii, qui, antequam baptismum reciperet, Spiritum Sanctum, ac proinde gratiam accepit^

517. (B) *Tradit,* (a) Patres nec tam saepe nec tam diserte de baptismo flaminis loquuntur quam de baptismo sanguinis, quia testimonia Scripturae minus lucida erant.

Attamen auctor anonymus *de Reba/dismate,* III°exeunte saeculo, exemplo Cornelii ostendit ‘‘homines posse sine aqua baptizari Præsertim vero 5. *Ambrosius,* in oratione habita de obitu Valentiniani imperatoris, nondum baptizati, declarat eum baptismi voto fuisse salvatum 3 : “ Si (martyres) suo abluuntur sanguine, et hunc sua pietas abluit et voluntas ”. Quod et tradit 5. *Augustinus,* exemplo Cornelii permotus : “ Nec ego dubito catechumenum catholicum divina caritate flagrantem hæretico baptizato anteponere... .Melior est enim centurio Cornelius nondum baptizatus Simone baptizato’’.* Attamen alibis S. Doctor videtur aliter sentire ; sed, ex contextu, agitur de catechumeno, qui, virtutibus suis nimis fidens, putat baptismum non esse sibi necessarium. Forsan eodem modo explicari possunt quædam Patrum testimonia dicentium catechumenum, quamvis virtutibus ornatum, salvari non posse nisi aquam recipiat. Sed concedi etiam potest quosdam non omnino recte locutos esse[6], quia nondum res clare elucidata fuerat.

(b) *Scholastici* vero, a sæculo XII°, thesim nostram explicite docuerunt ; animadverterunt enim eos qui baptismum desiderant, quin eum recipere valeant, mentaliter Christo incorporari posse per caritatem aut contritionem, et ita interius sanctificari, Dei operante virtute, cujus potentia signis visibilibus non alligatur 7.

(C) Quam doctrinam Ecclesia confirmavit : 1) *Innoc. III,* interrogatus de Judæo, qui morti proximus seipsum baptizaverat, respondit talem baptismum esse quidem invali-

[1] *AcL.* X. 44. — ’ *De Rebapt.,* 5. *P. L.,* III, 1189.
[3] *De obilu Paient.,* 53, *P. L.,* XVI, 1375.
* *De baptismo,* l. IV, c. 21, *P. L.,* XLIII, 171; *De Civil. Dei,* l. XIII, c. 7,

[5] *Tract. XIII in Joan..* 7, *P. L·.* XXXV, 1496.
[6] Cfr. Suarez, *De Baptismo,* disp. XXVII, sect. II, n. 5; Pesch, n. 423.
[7] S. Bernardus, ep. LXXVII, S, *P. L..* CLXXXII, 1036; Hugo Victorious, *De sacram..* l. II, P. 6, c. 7 ; S. Thom., 3, q. 66, a. 11; q. 68, a. 2.

dum, sed Judæum propter fidem (i. e., votum) baptismi salvatum fuisse[1].

2) *Tridentinum*[2] declaravit : " Post Evangelium promulgatum nunquam fieri translationem a statu veteris Adam ad statum gratiæ sine regenerationis lavacro aut ejus voto"; quod manifeste supponit lavacri seu Baptismi votum aliquando sufficere ad justificationem.

518. (C) *Rat. theol.* Ex dictis, baptismus aquæ est quidem necessarius necessitate medii, sed solum extrinsece, ex positiva Dei voluntate; atqui quod est necessarium solum extrinsece potest per aliud suppleri, et conveniens omnino erat ut suppleretur per perfectam caritatem aut contritionem, quæ in se continent omnes internas dispositiones etiam proximas ad justificationem requisitas.

Art. II. Regulæ practicæ de Baptismi receptione[3].

Hujusmodi regulæ respiciunt : i° *adultos;* 2° *infantes;* 3° *iterum baptizandos.*

§ 1. DE ADULTIS BAPTIZANDIS.

519. i° Quinam *censentur* adulti *quoad baptismum recipiendum ?*

Quoad baptismum recipiendum " censentur adulti qui rationis usu fruuntur", quod fit circa septennium ;" idque satis est ut suo quisque animi motu baptismum petat et ad illum admittatur". *{Cod.,* c. 745, § 2, 2°).

Non solum autem adulti *possunt,* sed etiam *debent quamprimum* petere baptismum, quia, jure divino, omnes Ecclesiam ingrédi debent, cujus janua est baptismus.

Dicitur : " *Quamprimum* ", id est ubi sufficienter Ecclesiæ divinitas eis apparet et nulla gravis adest causa dilationis baptismi; cf. n. 527.

[1] *Decretal.*, lib. III, tit. 42, c. 4.

[2] Sess. VI, c. 4, D. B., 796; cf. 847, 898.

[3] S. Alphonsus, l. VI, n. 121-139; Laymann, l. V, tr. 2, c. 6; Marc-Gest, n. 1465-1475; Prümmer, n. 124-138; Génicot-Sals., n. 141-153; Vermeersch.-Creus., n. 29-39.

Probabilius, dilatio baptismi usque ad proximum periculum mortis, absque gravi causa, est peccatum mortale, quia homo tenetur religionem veram amplecti ejusque præcepta adimplere per totum vitæ suæ decursum.

Quidam tamen putant hanc etiam dilationem non esse gravem, nisi fiat propter motivum graviter malum, ut contemptum Baptismi aut odium Ecclesiæ

520. 2° Conditiones *in adultis requisites ad baptismum recipiendum.*

Ut adulti Baptismum recipere queant, requiritur : (a) ut ipsi habeant *intentionem* illum recipiendi ; (b) ut sint probe *instructi* de mysteriis fidei; (c) ut de peccatis suis dolere moneantur. *{Cod.,* c. 752, § 1).

Aliis verbis, in adultis ad Baptismum recipiendum requiruntur *intentio, instructio, attritio.*

(A) Intentio *requiritur ad validitatem baptismi recipiendi.* Adultus enim nisi volens potest baptismi obligationes assumere et characterem gratiamque accipere.

Quonam autem intentio *sufficiat?*

(a) Certum est *sufficere intentionem explidlam,* non solum actualem aut virtualem, sed etiam *habitualem,* i. e., quæ

actualiter sensibus destituitur. Hinc *validus est* baptismus amenti, dormienti, moribundo sensibus destituto, qui antea sacramentum *explicite* suscipere optavit.

(b) Sed, in casu *moribundi sensibus destituti,* ut baptismus ei collatus sit *certe* validus, requiritur ut ejus intentio fuerit certa. "Quod si... vel antea vel in præsenti statu manifestaverit *zXiqpoprobabili* modo intentionem illum suscipiendi ", huic conferendus baptismus erit *dubie* validus, et ideo " baptizandus est sub conditione : si deinde convaluerit et dubium de valore baptismi collati permaneat, sub conditione baptismus rursus conferatur". *(Cod.,* c. 752, § 3).

A fortiori, dubius tenendus est baptismus si intentio illum recipiendi fuerit tantum *implicita,* i. e., contenta in actu attritionis supernaturalis"aut Tn voluntate generali faciendi

l S. Th., *Suffi;* q. 6, a. 5; Génicot, Π, 149.

omnia quæ sunt ad salutem necessaria. Proinde, si agitur de homine qui de religione Christiana et de baptismo audivit, necesse est ut *intentio* ejus fuerit explicita certo vel saltem probabiliter; alioquin non liceret eum baptizare1. Si autem de religione Christiana nihil unquam audivit, potest baptizari sub conditione, cum de sacramento *necessario* agatur.

521. (B) **Instructio.** Non ad validam quidem, sed ad *licitam* receptionem sacramenti, requiritur in baptizandis *recta fides* : " Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit " Si credis ex toto corde, licet 7^

Ideoque, *extra periculum mortis,* antequam baptizentur qui petunt baptismum, instrui debent de fidei mysteriis, iis præsertim quorum cognitio necessaria est necessitate *medii,* et de præcipuis officiis vitæ christianæ. Et baptismus non est conferendus antequam sint *probe* instructi. *(Cod.,* c. 752,

" In *mortis autem periculo,* si nequeat in præcipuis fidei mysteriis diligentius instrui, satis est ad baptismum confe-renddm, ut aliquo modo ostendat se eisdem assentire serioque promittat se christianæ religionis mandata servaturum". *(Cod.,* c. 752, § 2).

Ab eo Tandem qui est in periculo mortis et sensibus destitutus, instructio non exigitur, sed tantum intentio, ex dictis supra.

522. (C) **Attritio supernaturalis.** Ad *licitam, fructuosam* sacrgjmjenti-su.scqptionem requiritur *attritio supernaluralis* de peccatis mortalibus a subjecto commissis : nullum enim peccatum remitti potest quin retractetur : " Pænitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum " Non requiritur autem attritio de peccato originali, quia nemo retractare potest peccatum quod non commisit. Nec præmitti debet confessio sacramentalis, cum peccata ante baptismum commissa per sacramentum pænitentiæ non remittantur.

' S. Off. 30 Mart. 1898, *Colled.,* 1193.
• *Marc.,* XVI, 16. — 3 *Ad* , VIII, 37. —' ‹ *Ad.r* II, 38..

Quædam igitur *praparatio,* et quidem *diuturna,* extra casum necessitatis prærequiritur. In vetere editione *Ritualis* legebatur[1] : " Si quis adultus sit baptizandus, debet prius, secundum apostolicam regulam, in christiana fide, et per aliquot dies in operibus pietatis exerceri, ejusque voluntas et propositum sæpius explorari, et nonnisi sciens et volens, probeque instructus baptizari..." *Experientia* enirn constat eos qui diu ante baptismum instructi et in exerçiiijs vitæ christianæ probati sunt, multo fortiores esse in professione fidei[2] quam eos qui diuturnam probationem non acceperunt

523. Hæc etiam notentur quæ in *Cod.,* c. 753, leguntur : " § I. Tam sacerdotem qui adultos baptizaturüs est quam ipsos adultos qui sani sint, *decet* esse *jejunos.* § 2. Nisi graves urgentesque causæ obsint, adultus baptizatus statim *missa sacrificio* assistat et sacram *communionem* percipiat ",

Jejunium itaque non amplius præcipitur, sed tantum commendatur.

Missa et communio non stricte urgent ipso die quo baptismus recipitur, v. g., si vespere ministratur, aut si mane, sed post missam jam celebratam. Vox enim *statim,* ait *Vermeersch-£.reusem^J2.1E*\n jure intervallum duorum vel trium dierum permittit.

'524. De amentibus. Ex can. 754, § 1 Amentes et furiosi ne baptizentur, nisi tales a nativitate vel ante adeptum rationis usum fuerint; et tunc baptizandi sunt ut infantes".

§ 2. " Si autem dilucida habeant intervalla, dum mentis compotes sunt, baptizentur, si velint ",

§ 3. " Baptizentur quoque, imminente periculo mortis, si antequam insanirent, suscipiendi baptismi desiderium .ostenderint ".

" Qui *lethargo* aut *phrenesi* laborat, vigilans tantum et volens baptizetur ; at si periculum mortis impendeat, servetur praescriptum § 3 ".

1 Recolatur fortitudo martyrum qui in regione *Uganda* Um strenue Christum confessi sunt, eo quia diu instructi et probati fuerant

DE SUBJECTO BAPTISMI

Hinc qui post usum rationis in amentiam inciderint quæ judicatur Ar/teZgg, *absolute* baptizentur, si aliquam baptismi voluntatem certo mândestaverint; secus, *conditional.* — Si amentia non prævidetur perpetua, lucida intervalla exspectentur, nisi periculum mortis immineat.

Dubie amentis baptismus differri debet donec lucida habeat intervalla aut evoluta ratio dubium abstulerit; si tamen exspectatio inutilis aut impossibilis fuerit, *sub conditione* baptizari potest.

Cum *dubie adulto* eodem fere modo agendum est.

§ II. De infantibus baptizandis.

Nomine *infantium* veniunt qui usum rationis nondum^Aſ^ attigerunt; quibus accensentur amentes ab infantia, in quavis ætate constituti *{Cod.,* c. 745, § 2, 10).

Dicemus tum de infantibus *catholicorum* tum de *filiis acatholicorum.*

I. De infantibus catholicorum.

525. Jam probavimus, n. 501 sq. infantibus baptismum esse necessarium necessitate medii et præcepti.

Rejiciendus est igitur error *Erasmi* qui, etsi admittens validitatem baptismi infantibus collati, contendebat pueros baptizatos interrogandos esse, cum ad annos discretionis pervenerint, utrum bligationes baptismi ratas habere vellent necne, ut sic eorum libertas servari posset; et hodiernorum *Rationalistarum* qui docent X, omnino injustum esse obligatione? in baptismo infantibus imponi, 'Jsine eorum consensu.

Erasmi errorem ita reprobat *Tridentinum* [1] ; "Si quis dixerit, hujusmodi parvulos baptizatos, cum adoleverint, interrogandos esse, an ratum habere velint quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt : et ubi se nolle responderint, suo esse bitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad christianam vitam cogendos, nisi ut ab Eucharistiæ aliorumque sacramentorum perreptione arceantur, donec resipiscant, A. S."

Et merito; nam, quidquid dicant *Erasmus* et *Rationalisiez,* non violatur libertas infantium qui sine proprio consensu baptizantur. Non eis enim imponuntur nisi *obligationes quas ipsi accipere tenen-*
• *tur* statim ac rationis usum attingunt. Baptismus siquidem non est quid supererogatorium; adest vera et stricta obligatio pro omnibus illum suscipiendi; proinde non læditur eorum libertas,

[1] Sess. VII, can. 14 de bapt., D. B., 870.

sed e contra adjuvatur, cum ipsis detur ab initio medium adimplendi obligationes, quæ secus ipsis etiam impositæ fuissent. Idem fit in societate civili;qui nascitur in aliqua regione ex parentibus jura civium possidentibus, eo ipso acquirit jura et obligationes civium, absque ulla electione propria.

526. Quibus expositis, quæstio exsurgit *quandonam baptismus infantibus conferri debeat* sive *in genere,* sive in casibus *specialibus.*

i° *Pueri catholicorum quamprimum baptizari debent post nativitatem.* CertunvesL

(a) *Ex Cod.,* can. 770 : " Infantes *quamprimum* baptizentur, et parochi ac concionatores frequenter fideles de hac gravi eorum obligatione commoneant ". Igitur gravis parentibus incumbit obligatio cito baptizandi infantes.

f (b) *Ex praxi perantiqua Ecclesia.* Hanc commemorat S. Cyprianus qui vult parvulos baptizari etiam ante octavam diem, supra, n° 504 (b).

\ (C) *Ex damnatione Baptistarum* a *Trident. l :* " Si quis dixerit neminem esse baptizandum nisi ea aetate qua Christus, anathema sit.

(d) *Ex ratione convenientia.* i) Si pueris baptismus differri conveniret hoc esset quia ad ejus effectus obicem ponerent. Atqui nullpm obicem ponunt, cum ab eis nulla conditio exigi possit. Ergo eis baptismus differri non convenit

2) E contra, ad gloriam Dei, Christi et Ecclesiæ, expedit ut infantes quamprimum fiant membra Christi et cives Ecclesiæ, sicque a *servitute* dæmonis liberentur.

527. Quid autem hic intelligendum sit ‿"*quamprimum" ?*

1) *Extra mortis periculum,* vox " *quamprimum* " de spatio *trium dierum* communiter intelligi solet.

Cexiuui^£sp in praxi attendendas esse leges *particulares* uniuscujusque dioecesis.

σ Qüærïam vero dilatio *peccatum mortale* constituat, non constat, nec facile determinari potest. Hinc plures haben-

tur eæque maxime discrepantes theologorum sententiae, quas refert 5. *Alphonsus* ''». Baptismum differre, per decem vel undecim dies, sine gravi ratione, esset peccatum mortale, juxta 5. *Ligoriuniy* n. n 8,-juxta alios tamen, dilatio unius vel alterius mensis requiritur ad peccatum mortale : quæ opinio probabilis est.

2) In periculo mortis, "*quamprimum*" intelligi debet sine ulla mora, ex lege ipsa caritatis et officii parentum erga suos pueros.

528. Diximus : *Post nativitatem.* Nam : § 1 : ''Nemo *in utero* matris clausus baptizetur donec probabilis spes sit ut rite editus baptizari possit.

§ 2. Si infans caput emiserit et periculum mortis immineat, baptizetur in capite ; nec postea, si vivus evaserit, est iterum sub conditione baptizandus.

§ 3. Si aliud membrum emiserit, in illo, si periculum immineat, baptizetur sub conditione; at tunc, si natus vixerit, est rursus sub conditione baptizandus.

§ 4. Si mater praegnans mortua fuerit, fetus ab iis ad quos spectat extractus, si certo vivat, baptizetur absolute; si dubie, sub' conditione.

§ 5. Fetus in utero baptizatus, post ortum denuo sub conditione baptizari debet *{Cod.y c.* 746)2.

529. 2° *De casibus extraordinariis.* (A) *De infantibus expositis.* ''Infantes expositi et,inventi nisi, re diligenter investigata, de eorum baptismo constet, sub conditione baptizentur". *{Cod.y* c. 749). Exceptio datur si ex schedula infanti apposita habeatur *moralis certitudo* baptismi collati, v. g., quando schedula signatur a persona nota et fide digna, quæ interrogari possit.

530. (B) *De monstris : " Monstra* et *ostenta* semper baptizentur saltem sub conditione; in dubio autem unusne an plures sint homines, unus absolute baptizetur, ceteri sub conditione". *(Cod.,* c. 748).

Monstra dicuntur fetus humani deformati; *ostenta* autem fetus prodigiosi, v. g., duo vel tria capita aut pectora habentes. Distinguuntur a *massa*_ ycl *mola,* quæ nihil aliud est, juxta peritos, nisi

; Capello, *Tract, canon, mor. de Sacram.f* I, 149.

* Quem canonem in *Supplcm. ad Matrimonium* explicamus.

quædam vegetatio in utero producta ex liquoribus et fibris. Massa hujusmodi non debet baptizari, nec etiam sub conditione. — Sed si dubitetur utrum sit *mola* an fetus deformatus, sub conditione baptizetur.

Fetus autem humani, etsi deformati, si dant *certa vitee* signa, absolute baptizandi sunt; si *dubitatur* num sint vivi, sub conditione.

Si dubitatur vero utrum deformatus fetus sit *unus* homo an *duo* aut tres, quia, v. g., duo vel tria sunt capita aut pectora, primum caput vel pectus absolute baptizandus est, cetera autem conditionate. — Si tamen periculum mortis immineat, tempusque desit singula baptizandi, simul baptizentur cum forma plurali : *Ego vos baptizo,* etc. x.

II. De infantibus acatholicorum.

531. Acatholici sunt sive *infideles,* sive *hceretici* aut *schismatici*3. Discrirqen inter utrosque, quoad baptismi collationem, in eo consistit quod Ecclesia non sibi vindicat, in ordinariis adjunctis, jus baptizandi infantes *infidelium,* dum *pleno jure* posset baptizare filios haereticorum aut schismaticorum, qui a fide defecerunt, et impedire ne parentum erroribus imbuerentur. Sed hodie, tale jus vix sine maximo incommodo exerceri posset.

532. i° Regula generalis. *Invitis aut insciis parentibus, non licet, in adjunctis ordinariis, infidelium infantes baptizare.* Secus, ait S. *Thomas*® (a) *violaretur jus parentum,* quia infantes qui nondum rationis usum attigerunt, sunt sub cura parentum, ipsosque baptizare invitis parentibùs, idem fere esset ac baptizare aliquem invitum ; (b) insuper infantes sic baptizati facile ad infidelitatem aut hæresim redirent, propter naturalem affectum ad parentes.

533. 20 Exceptiones. (A) *In mortis periculo,* ex can. 750 : " § 1 *Infans infidelium,* etiam invitis parentibus, *licite baptizatur,* cum in eo versatur *vitee discrimine,* ut *prudenter prcevideatur moriturus* Ratio est quia salus aeterna

' *Cod.,* c. 747. Cf. E. Lancrenon, *Petit traité du baptême,* 1925.

' *Infideles* dicuntur qui nunquam fidem habuerunt; *hceretici* et *schismatici,* qui a vera fide defecerunt Cfr. *De Ecclesia,* n. 892, 894, 895.

3 *Sum. theol.,* 3, q, 68, a. 10. — Cfr. Bened. XIV, *Postremo mense,* 28 febr. 1847, D. B., 148α

prolis in periculo mortis positæ praeponderare debet praejudicio temporali quod parentibus infertur. — Imo, e regulis circa caritatem, *obligatio* urget hos infantes baptizandi, nisi forte obstet grave damnum commune Ecclesiæ, ob infidelium præjudicia et periculum persecutionis.

Si vero infans supervixerit, Ecclesia *jus* habet infantem ita baptizatum tollendi e medio infidelium ut catholice educetur : hic enim per baptismum factus est Ecclesiæ subditus ».

534. (B) *Extra mortis periculum, licite baptizatur,* dummodo catholicæ ejus educationi cautum sit :

1) " Si parentes vel tutores, aut saltem unus eorum, consentiant; 2) si parentes, id est, pater, mater, avus, avia, vel tutores desint, aut jus in eum amiserint, vel illud exercere nullo pacto queant " (Can. 750, § 2). Ita satis frequenter in regionibus missionum, ubi infantes a parentibus derelinquuntur aut venduntur : tunc enim parentes suum jus abdicant in infantes suos.

Notandum : " Circa baptismum infantium duorum *hcereticorum* aut *schismaticorum,* aut duorum *catholicorum,* qui in *apostasiam* vel hæresim vel schisma prolapsi sint, generatim serventur normæ in superiore canone constitute ", (Can. 751).

§ III. De iteratione Baptismi[2].

535. i° Principia. ' (a) Baptismus *non debet* iterari nisi adsit *dubium prudens* de ejus validitate : qui secus ageret, graviter peccaret, ex dictis supra n. 359. (b) Baptismus iterari *debet* quoties, *post diligens examen,* dubium de ejus validitate superest. Quia vero baptismus est necessarius necessitate medii, ad eum iterandum non tante rationes dubitandi requiruntur ac pro ceteris sacramentis.

536. 20 Regulæ particulares. (A) *De iis qui inter catholicos nati sunt,* (a) Ex can. 779 : " Ad collatum baptismum comprobandum, si nemini fiat præjudicium, satis

[1] Ita factum est in casu *E. Mortara,* qui baptizatus ab ancilla, postea, jussu Pii IX, a parentibus ereptus est, et, in religione catholica educatus, libere elegit esse canonicus regularis Lateranensis.

[2] S. Alphonsus, n. 134-137; Konings, 126359. ; Mare, 1476 sq. ; Kenrick, *De Baptismo,* n. 118-119; Sabetti, n. 662.

est *unus testis omni exceptione major,* vel ipsius baptizati jusjurandum, si ipse in adulta ætate baptismum receperit. ”

(b) Infantes *baptizati domi ab obstetrice,* vel alia *perita persona,* non sunt rebaptizandi, nisi, re diligenter perpensa, probabilis sit erroris suspicio; quæ quidem suspicio aderit generatim, nisi testimonium obstetricis aliusve testimonio testium oculatorum confirmetur, aut hæc sit *omnifide digna.*

(B) *De hsreticis :* (a) Regula generalis a S. *Officio* (1878) tradita, est ut in *singulis casibus* instituatur examen ad inquirendum de validitate baptismi in hæresi collati, ac proinde non est approbanda praxis *indiscriminatim* et *semper* hæreticos rebaptizandi sub conditione. Si nihil detegatur certi, ac proinde supersit dubium, sub conditione secreto baptizentur, (b) Attamen, in praxi, tale examen non est necessarium in multis casibus, quia omnino difficile est invenire testes fide dignos, aut quia sunt sectæ, ut *Quakeri,* quæ nullum baptismum administrant. Immo hodie, si excipiuntur *Ritualists,* qui generatim caute baptizant, fere semper dubitari potest de validitate baptismi ab hæreticis collati.

Siquidem *Unitarii* et *Universalisiez,* immo et *Congregationalism* ejus necessitatem rejiciunq ac proinde de illo ministrando parum curant ; *Methodists* et *Presbyteriani* baptizant per aspersionem, et dubitari potest num aqua pellem tetigerit aut fluxerit; *Baptista* baptizant per immersionem, et sub hoc respectu sacramentum validum est, sed sæpe formam pronuntiant antequam subjectum immergatur; *Episcopaliani quidam* hodie sat negligenter se gerunt in ejus administratione[1].

537. *(C) De servandis in receptione Neo-Conversorum.* Sequentes regulas tradidit S. *Officium,* 20 jul. 1859[2]. “ In conversione hæreticorum inquirendum est de validitate baptismi in hæresi suscepti. Instituto igitur diligenti examine, si compertum fuerit aut nullum, aut nulliter collatum fuisse, baptizandi erunt absolute. Si autem investigatione

1 Hac de causa» *Cone. prau. Wcstmonastoriense 1* in Anglia (XVI, 7) præcepit u omnes a protestantisme conversos esse baptizandos conditionate, nisi ex *indubiis* probationibus *certissimi* constet in ipsorum baptismo omnia rite fuisse peracta, quoad materiae et formae applicationem .

’ Ad calcem *Condi. Bait. //»* p. 29h

peracta, adhuc *probabile dubium* de baptismi validitate supersit, tunc sub conditione iteratur. Demum si constiterit validum fuisse, recipiendi erunt tantummodo ad abjurationem, seu professionem fidei. Triplex igitur in conciliandis haereticis distinguitur procedendi methodus :

1) Si baptismus *absolute* conferatur, nulla sequitur abjuratio, nec absolutio, eo quod omnia abluit sacramentum Regenerationis.

2) Si baptismus sit *sub conditione* iterandus, hoc ordine procedendum erit : (a) abjuratio seu fidei professio; (b) baptismus conditionatus; (c) confessio sacramentalis cum absolutione conditionata.

3) Quando denique validum judicatum fuerit baptisma, sola recipitur abjuratio seu fidei professio, quam absolutio a censuris sequitur".

Professio fidei emittenda in *Statibus Ameriae foederatis* non est Piana formula, sed specialis quæ in *Supplemento Ritualis Romani* pro Provinc. Amer. Septent. foederatis reperitur.

Quando baptismus sub conditione iteratur, jure communi iterari debet juxta ordinem baptismi adultorum. In nonnullis tamen dioecesibus *brevior formula* pro parvulis constituta, ex specîâfr concessione, permittitur : talis autem concessio non est universalis, "Tr&dndefmita, 'sed' renovari debet.

Non autem a S. Sede permissum Juit convgrsos baptizare su conditione privatim, cum aqua t ceremoniis, prout fit in Anglia.

CAPUT V.

DE BAPTISMO CANONICÆ REGULÆ.

Hic de quatuor agemus, ad mentem *Codicis* (c. /55-/59) et *Ritualis :* i° de*patrinis;* 2° de *tempore et loco* baptizandi ; 30 de *annotatione* et*probatione* baptismi ; 40 de *ritibus* et *ceremoniis.* M

§ I. De Patrinis O

538. i° Patrini notio ac necessitas. (A) *Notio.* Patrini sunt veluti *patres spirituales, qui baptizatum de sacro fonte levant, et in se ejus curam suscipiunt, defectu parentum.*

QCodex, c. 762-769; *C. de Sacr.,* Instr. 25 nov. 1925.

(B) *Necessitas* ita in *Codice* declaratur :

Can. 762. " § i. Ex vetustissimo Ecclesiæ more nemo sollemniter 'baptizetur, nisi suum habeat, quatenus fieri possit, patrinum.

§ 2. Etiam in baptismo privato patrimis, si facile haberi queat, adhibeatur; si non interfuerit, adhibeatur in supplendis baptismi cæremoniis, sed hoc in casu nullam contrahit spiritualem cognationem.

Çan. 763. § i. Cum baptismus iteratur sub conditione, idem patrinus, quatenus fieri possit, adhibeatur, qui in priore baptismo forte adfuit; extra hunc casum in baptismo conditionato patrinus non est necessarius ".

Ratio hujus institutionis recte assignatur a S. Thoma^: Spiritualis regeneratio assimilatur carnali generationi; sicut parvulus recens natus indiget nutrice et pædagogo, ita pariter qui spiritualiter renascitur indiget spirituali nutrice et pædagogo, ut in fide ac vita Christiana instituatur.

In baptismo *sollemni,* sub gravi adhiberi debet *'unus saltent patrinus,* sive vir sive mulier, nec possunt adhiberi plus quam duo, ne multiplicentur impedimenta spiritualis cognationis. Si duo adhibentur, non debent esse duo mares vel duæ feminæ, sed vir et femina, saltem sub levi.

In baptismo *privato* non requiritur absolute patrinus, quamvis laudabiliter adhiberi possit.

539. 20 Conditiones ut quis sit patrinus. (A) Ut

" 1) Sit baptizatus, rationis usum assecutus et intentionem habeat id munus gerendi;

2) Ad nullam pertineat hæreticam aut schismaticam sectam, nec sententia condemnatoria vel declaratoria sit excommunicatus aut infamis infamia juris aut exclusus ab actibus legitimis, nec sit clericus depositus vel degradatus;

3) Nec sit pater vel mater vel conjux baptizandi;

4) Ab ipso baptizando ejusve parentibus vel tutoribus aut, his deficientibus, a ministro sit designatus; — (deficere censentur parentes si nullum vel incapacem patrinum

'*Sum. theol.,* 3, q. 67^ x 7. — CE R. J. Kearney, *Sponsors at baptism,* Washington,' 1925· ~~

desigiiant · e ^istïtuennt
'e^f^fîomsufèti^ere^

5) Baptizandum in actu baptismi per se vel per procuratorem physice teneat aut tangat vel statim levet seu suscipiat de sacro fonte aut de manibus baptizantis

(B) Ut autem quis *licite* patrinus admittatur, oportet ex can. 766 : .

" 1) Decimum quartum suae aetatis annum attigerit, nisi aliud justa de causa ministro videatur;

2) Non sit propter notorium delictum excommunicatus vel exclusus ab actibus legitimis vel infamis infamia juris, quin tamen sententia intercesserit, nec sit interdictus aut alias publice criminosus vel infamis infamia facti;

3) Fidei rudimenta noverit;

4) In nulla religione sit novitius vel professus, nisi necessitas urgeat et expressa habeatur venia superioris saltem localis ;

5) In sacris ordinibus non sit constitutus, nisi accedat expressa Ordinarii proprii licentia ".

"(C) *In dubio* utrum quis valide vel licite admitti possit, necne, ad patrini munus, parochus, si tempus suppetat, *consulat Ordinarium* " (CamjTÔ/),, .

540. In rejiciendis indignis a munere patrini, parochus magna utatur *prudentia* ac *benignitate,* ne alios otfendat~eF jta bono religionis noceat. Nunquam igitur verbis injuriosis utatur, sed umce<qe^aret se non posse, ex legibus Ecclesiæ, talem admittere personam ut patrinum. Si ex recusatione indigni patrini *magna incommoda* oritura prævideantur, accipi potest ut *testis,* et curandum est ut baptizatum non tangat in actu baptismi : tunc enim testis non erit vere patrinus. — In praxi, quando infans ut baptizandus annuntiatur, statim pastor de qualitate patrinorum inquirat, et, ante baptismum, si necesse sit, moneat ut alius designetur patrinus.

Catholicis vtQn Wcd munus patrini exercere quoad *hcere-* £ı£6›j·, quia communio in divinis vitanda est \

' 5. *Officium,* io maii 1770, *Collect.,* n. 1825, declaravit‹(absolute non licere ncc per se nec per alios, fungi officio patrini in baptismis qui haereticorum filiis ab bæreticis ministrantur

541. 30 Obligationes patrinorum. Ex can. 769 : “ Patrinorum est, ex suscepto munere, spiTTfualem filium perpetuo sibi commendatum habere, atque in iis quæ ad Christianae vitae institutionem spectant, curare diligenter ut ille talem in tota vita se praebeat, qualem futurum esse solemni ceremonia spoponderunt ",

w Quæ obligatio *per se gravis est,* cum agatur._de_re_ad aeternam saluterfTnecessaria. Attamen, cum hæc obligatio ^*riniarid* *'parentibus* incumbat,~pa~trTnus~ praesumere potest ℮am rmpTerîll apparentibus qui filios ad catechismum mittunt. Si vero contrarium constet, patrinus meliori quo posset modo, instructioni et educationi filiorum suorum spiritualium providebit^

40 Cognatio spiritualis. Juxta can. 768 : “ Ex baptismo spiritualem cognationem contrahunt tantum cum baptizato baptizans et patrinus — Quod exponimus in *Tr. de Matrimonio,* n. 1002-1006.

542. 50 De nominibus imponendis. E can. 761 : “ Curent parochi ut ei qui baptizatur, Christianum imponatur nomen; quod si id consequi non poterunt, nomini a parentibus imposito addant nomen alicujus Sancti et in libro baptizatorum utrumque nomen perscribant ”.

Curandum est præsertim ne nomina obscena, fabulosa aut ridicula vel inanium deorum vel impiorum ethnicorum hominum imponantur2.

§ II. De tempore et loco baptizandl

543. Distinguendum est inter baptismum *privatum* et solemnem.

i° De baptismo privato. Ex can. 771 : “ Baptismus *privatus,* urgente necessitate, quovis tempore et loco administrandus est. ”

2° Quoad baptismum *'solemnem,* ex can. 772 : “ Etiam solemnis baptismus qualibet die administrari"potest; decet tamen adultorum baptismum, secundum antiquissimum

l 3» q· 67» a- 7^rr Cfr. instr. *S. C. de disci/d. icuramenlorum* ixnetier, *Four'iludïer U Code de Droit canonique^* 1927, p. 121-126.
’ *Rit. Rom.t* L II, c. i. n. 70.

Ecclesiæ ritum, conferri, si fieri commode queat, in pervigilio Paschatis et Pentecostes, præcipue in metropolitanis aut cathedralibus ecclesiis.

Can. 773. *Proprius* baptismi solemnis administrandi *locus* est *baptisterium* in ecclesia vel oratorio publico.

Can. 774. § i. Quælibet parœcialis ecclesia, revocato ac reprobato quovis contrario statuto vel privilegio vel consuetudine, baptismalem habeat fontem, salvo legitimo jure cumulative aliis ecclesiis jam quæsito.

§ 2. Loci Ordinarius potest pro fidelium commoditate permittere vel jubere ut fons baptismalis ponatur etiam in alia ecclesia vel publico oratorio intra parœciæ fines.

Can. 775. Si ad ecclesiam parœcialem, aut ad aliam quæ jure fontis gaudeat, baptizandus, propter locorum distantiam aliave adjuncta, sine gravi incommodo aut periculo accedere aut transferri nequeat, baptismus solemnis a paroco conferri potest et debet in proxima ecclesia aut oratorio publico intra parœciæ fines, licet hæc baptismali fonte careant.

Can. 776. § i. In *domibus* autem *privatis,* baptismus solemnis administrari non debet, nisi hisce in adjunctis :

1) Si baptizandi sint filii aut nepotes eorum qui supremum actu tenent populorum principatum vel jus habent succedendi in thronum, quoties isti id rite poposcerint;

2) Si loci Ordinarius, pro suo prudenti arbitrio et conscientia, justa ac rationabili de causa, in casu aliquo extraordinario id concedendum censuerit.

§ 2. In memoratis casibus baptismus conferendus est in sacello domus aut saltem in alio decenti loco, et aqua baptismali de more benedicta".

§ III. De collati baptismi adnotatione et probatione.

544. Ex can. 777 : § 1. "Parochi debent nomina baptizatorum, mentione facta de ministro, parentibus ac patrinis, de loco ac die collati baptismi, in baptismali libro sedulo et sine ulla mora referre.

§ 2. Ubi vero de *illegitimis* filiis agatur, matris nomen est inserendum, si publice ejus maternitas constet, vel ipsa

sponte sua scripto vel coram duobus testibus id petat ; item nomen patris, dummodo ipse sponte sua a parocho vel scripto vel coram duobus testibus id requirat, vel ex publico authentico documento sit notus; in ceteris casibus inscribatur natus tanquam filius patris ignoti vel ignotorum parentum. ”

Ex can. 778 : “ Si baptismus nec a proprio parocho nec eo præsente administratus fuerit, minister de ipso collate quamprimum proprium ratione domicilii parochum baptizati certiorem reddat”.

§ IV. De baptismi ceremoniis [1].

Totus ritus hodiernus, etiam in baptismo parvulorum adhibitus, est vestigium rituum qui olim in baptismo adultorum adhiberi solebant, ut patebit exponendo ceremonias quæ *præcedunt* et *sequuntur* ipsam sacramenti collationem.

I. Ceremoniæ quæ praecedunt ipsum baptismum.

545. i° *Prima pars* hodierni ritus usque ad orationem “ *Deus patrum nostrorum* ” est vestigium ritus quo quis inter catechumenos cooptabatur.

(a) Candidatus episcopo commendabatur ab aliquo christiano qui de ejus bonis dispositionibus testimonium ferebat : exinde ortum est *patrini* munus, qui baptizatum adjuvare debet ut susceptа officia impleat.

(b) Episcopus autem candidatum tradebat *caiechista* qui eum de præcipuis veritatibus credendis et praeceptis implendis instrueret : quod hodie figuratur per dialogum inter sacerdotem et patrinum initio ceremoniæ habitum.

(c) Postea candidatus, quando jam sufficienter dispositus erat, inter catechumenos triplici ritu cooptabatur, exorcismo per modum exsufflationis, signo crucis et salis donatione : hodie hi tres ritus adhuc servantur post præfatum dialogum, ad significandum infantem, a diabolo liberatum per virtutem crucis, christianam sapientiam colere debere.

[1] Cfr. P. de Puniet, *Baptime,* in *Diet, (TArckÎol. chrit. (Calnol),* II, 251-346, cum auctoribus ibi allegatis; L. Duchesne, *Les origines du culte chrétien^* ch. IX; A. Villien, *La discipline des Sacrements,* in *Jtev. du Cl.fr.,* t LIX, 641-664; t. LXI, 385-405; L. Labauche, *op. cit,,* p. 112-118.

(d) Tunc catechumenus in ecclesia admittebatur tanquam *auditor* et sacris concionibus assistebat : hodie sacerdos imponit extremam partem stolæ super infantem et introducit eum in ecclesiam.

(e) Quando auditores sufficienter probati baptismum postulabant, eorum nomina inscribebantur in libro ecclesiae, et ipsi inter *competentes* recensebantur; inde orta est *nominis impositio* in baptismo, ut baptizati specialem in cælo patronum habeant, quorum exemplis ad pie vivendum excitentur et patrociniis protegantur.

(f) Competentes ad baptismum sese præparabant *orationibus* et *jejunio :* hodie adultos catechumenos jejunos esse decet.

546. 2° *Secunda pars* ceremoniarum respondet variis *scrutiniis* seu competentium conventibus', in quibus, accurate eorum moribus examinatis, exorcismis, orationibus et instructionibus ad baptismum magis immediate præparabantur.

(a) *Exorcismis* jungebatur *signum crucis* in fronte catechumeni : hodie sacerdos, post secundum exorcismum, in fronte signat infantem, ut hic, signo crucis munitus, diabolo resistat.

(b) Tunc fiebat *traditio symboli Apostolorum* et *orationis dominiccZy* et electi has formulas memoriæ commendare debebant et recitare (quod vocabatur *redditio* symboli et orationis) : nunc etiam sacerdos, cum patrinis, recitat *Credo* et *Pater noster*^ ut fidem et fiduciam catechumeni exprimat.

(c) In ultimo scrutinio, quod sabbato sancto habebatur, ante baptismi collationem, fiebat *sollemnior exorcismus* cum aperitione labiorum : hodie idem recitatur exorcismus, posteaque aperiuntur aures et nares infantis, ut significetur baptizatum custodire debere doctrinam christianam sibi commissam.

(d) Tandem catechumenus *vota baptismalia* emittebat, abrenuntians Satanæ ejusque operibus : quod etiam fit in ritu hodierno, posteaque sacerdos infantem ungit oleo catechumenorum ut eum roboret contra diaboli impugnationes. — Tunc infans baptizatur.

II. Ceremoniæ quæ sequuntur baptismum.

547. Tres erant : unctio in capite a sacerdote peracta, — acceptio vestis albae, — ipsa consignatio ab episcopo facta cum chrismate seu *confirmatio*. Quibus hodie respondent : (a) *unctio in summitate capitis* a sacerdote in modum crucis peracta, ut neo-baptizatus robur accipiat ad implendas obligationes susceptas; (b) *impositio linteoli candidi* loco vestis albae, ut significetur puritas vitæ perpetuo servanda; (c) *tra-*

ditio candela accensa, ut in memoriam revocentur verba Christi : " Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum qui in cælis est" V

§ V. Obligatio ceremonias accurate servandi.

548. I. De ipsis ceremoniis. i° *Principium generale :* ^.in Baptismo sollemni, ceremoniae in *Rituali* præscriptæ accurate servandae sunt : *partem* earum *notabilem omittere* vel_ mutare est *grave peccatu vtp*_frNeque enim,ait *Benedictus X1V,* sine gravi peccato negliguntur tam magni ponderis tantæque antiquitatis ritus, atque ad reverentiam "sacramento conciliandam maxime necessarii " 2. *Notabiles* autem censentur ceremoniae quae ob gravem finem præscriptæ sunt, v. g., -Hft©ositiG~salivæ et salis, professio fidei, usus aquæ consecratæ, unctio olei catechumenorum vel chrismatis. Pariter *simultanea omissio* plurium ceremoniarum levioris momenti esset peccatum grave.

549. 20 *Regula speciales,* (a) *Interrogationes* quæ patrinis fieri debent, per se lingua *latina* fadendæ sunt; sed lingua vernacula licet eas rej-T^ZZZZ___ ___ ____ ___r_. λ. "Busdam oiœcesibus concessum est ut interrogationes lingua tantum vernacula fierent.

(b) Nullum est præceptum proprie dictum *nomen alicujus sancti* baptizando imponendi; sed parochus curabit ut hic pius retineatur usus; si impedire nequit quominus nomen alicujus impii imponatur, non ideo negandus est baptismus, sed puer baptizandus est addito submissa voce nomine alicujus Sancti 3.

(c) Aliæ sunt ceremoniæ pro *parvulis* et aliæ pro *adultis* qui perfectum rationis usum attigerunt Non licet, sine dispensatione S. Sedis, in baptismo adultorum uti ceremoniis pro parvulis.

(d) Si baptismus *conditionate* confertur ei qui jam sollemniter baptizatus erat, omittendae sunt ceremoniæ; si vero confertur ei qui sine debitis ceremoniis baptizatus erat, ceremoniæ adbihendæ sunt; et si agitur de *adulto,* v. g., de hæretico converso, adhibeantur ceremoniæ pro adultis, nisi speciale Indultum concessum fuerit.

l Maltha V,j6.
'Oonstit. *Inter omnigenasy* 2 febr. 1744, n. 19.
3 RituaU Rom., tit II, cap. I, 54, 761.

(e) Si baptismus domi ministratur in *periculo mortis* a *laico,* omittuntur omnes ceremoniæ; si a *sacerdote,* omittuntur ceremoniæ quæ baptismum præcedunt, statimque confertur sacramentum; sed, si tempus superest, peraguntur ceremoniæ quæ baptismum sequuntur; postea si baptizatus convaluerit, omissæ ceremoniæ supplentur.

(f) Si baptismus *extra periculum mortis* domi confertur (supra, n. 543, c. 776) adhibéndæ sunt omnes ceremoniæ.

550. II. De supplendis ceremoniis. Si baptismus collatus est sine ceremoniis, hæ suppleri debent *sub gravi,* quamprimum moraliter.

(a) Ritus autem adhibendus est qui servandus fuisset tempore quo baptismus collatus est; videlicet si tunc baptizandus infans erat, supplendæ sunt ceremoniæ pro parvulis; si vero adultus, supplendæ sunt ceremoniæ pro adultis.

(b) Si quis sollemniter, etsi invalide, baptizatus est, denuo baptizatur, omissis tamen ceremoniis.

(c) Si omissio notabilis alicujus ritus accidit, error reparandus est, nisi ex hoc aliquod timeatur scandalum.

551. Corollarium pietatis. Juxta doctrinam S. Pauli in decursu Tractatus expositam, per baptismum *mortui* ac *consepulti* sumus cum Christo, ut" cum eo *resurgere* et *novam vitam* ducere valeamus.

(a) *Mortui* quidem sumus *peccato :* ideo enim Christus mortuus est ut nostra delicta expiaret, et nos in posterum a peccati jugo liberaret. Unum igitur timeamus, nempe peccatum, præsertim grave, et ab ejus occasionibus fugiamus tanquam a facie colubri.

(b) *Consepulti* etiam sumus cum Christo; quod quidem vivide exprimitur *immersione* quæ olim fiebat in baptismo, sed etiam, etsi minus clare, exprimitur per *ablutionem.* Si enim abluimur a peccato, veterem hominem seu pravas inclinationes exspoliare debemus, ideoque passiones voluntati, voluntatem vero Christo subdere debemus; quod quidem significatur per spiritualem sepulturam cum Christo.

(C) *Novam vitam* ducere debemus, vitam nempe similem vitæ Christi, vitam deiformem, Christi vestigiis inhærentes, ejusque virtutes imitantes. Ad quod maxime proderit pia

oratiol : “ O Jesu^vivens in Maria, veni et vive in famulis tuisjn spiritu_sanctitatis tuæ„. in veritate virtutum tuarunr.. dominare omni adversæ potestati, in Spiritu tuo, ad gloriam Patris ” ----------

x Quam orationem integram tradimus atque exponimus in nostro *Précis dc théol&^ic ascétique*, η. 159°·1599·

TRACTATUS DE CONFIRMATIONE.

Auctores consulendi.

De Confirmatione scripserunt, præter auctores allegatos ubi *de Sacramentis in genere* :

Inter **Patres** : Innocentius I (t 4'7), *Epist. ad Decentium,* cap. 3; Gregorius M. (t 604), *Epist.,* lib. IV, ep. 9 et 26; S. Isidorus (sæc. VIF), *De Eccles. Offic.;* Theodulphus Aurelianensis (t 821), *De Ordine Baptismi;* Radanus Maurus (f S58), *De Instit. Clericorum.*

'es

Inter Theologos : P. Lomdardus, *Sentent.,* l. IV, dist. 7; Alex. Halensis, *Sum. theol.,* p. IV, q. 9; S. Bonav., *In 4 dist.,* 7; *Breviloq.,* 6, c. 8; S. Thomas, *Summa Theol.,* 3, q. 72, et *Opusc.5 in artic. fidei et sacram.;* J. Priscianensis, *De Confirmationis sacramento,* 1575; S. Perez, *De Confirmatione,* 1588; Gretser, *De Baptismo et Confirmatione,* 1595; Jos. Vicomes (Visconti), *De Ritibus Confirmationis,* Mediolani, 1618: Basilius Pontius, O. S. Aug., *De sacr. Confirmationis,* 2a edit., Lovanii, 1642; Gulielmus Beyer, *De sacr. Confirmationis,* Antuerpiæ, 1650; L. Holstenius, *De sacr. Confirmat, apud Grcecos,* Romæ, 1669; Sainte-Beuve, *De Confirmatione et Ex. Unctione,* 1686; J. Morin, *De sacram. Confirmationis;* Orsi, *De chrismate Confirmatory),* 1733; Vitassius, seu potius Oratorianus sub nomine Vitassii, *Tr. de Confirmatione,* Venetiis, 1738, ap. *Migne,* Theol. Curs., vol. XXI, p. 545 sq.

Andreas Gau, *De valore manuum impositionis atque unctionis in sacr. Confirmationis,* Coloniæ, 1832; Janssens, *fa Confirmation,* Lille, 1888; M. Heimbucher, *Die heilige Firmung,* Augsburg, 1889; F. Dolger, *Das Sakram. d. Firmung,* Wien, 1906; Meschler, *Die Gabe des heiligen Pfingstpestes6,* 1909; J. B. Umtærg, *Die Schriftlehere vom sakrament der Firmung,* 1920; J. Coppens, *L'imposition des mains et les rites connexes dans le N. T. et ГEglise ancienne,* 1925; P. Bernard, *D. T. C.,* art. *Chrême;* Mgr Ruch, etc., art. *Confirmation; D. A.,* voce *Confirmation; D. A. C. L.,* art. *Confirmation;* A. d'Alès, *De Baptismo et Confirmatione,* 1927.

Inter Protestantes': Bachmann, *Die Confirmation der Katechumenen in der Evangelischen Kirche,* Berlin, 1852; Mason, *The relation of Confirmation to Baptism,* London, 1893; Hall, *Confir-*

motion, London, 1902; F. H. Chase, *Confirmation in the apostolic age,* 1909; Schaff-Herzog, *Encyclop.,* p. 530; Smjth-Cheetham, *Diet, of Christian Antiq.,* voce *Confirmation;* Lichtenberger, *EncycLy* t. III, p. 354.

I. Ex Decreto Concilii Florentini sub Eugenio IV pro instructione Armenorum [1].

Secundum sacramentum est Confirmatio, cujus materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, et balsamo, quod odorem significat bonæ famæ, per episcopum benedicto. Forma autem est : *Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.*

Ordinarius minister est episcopus. Et cum ceteras unctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi episcopus debet conferre; quia de solis Apostolis legitur, quorum vicem tenent episcopi, quod per manus impositionem Spiritum Sanctum dabant, quemadmodum Actuum Apostolorum lectio manifestat : " Cum "enim audissent, inquit, Apostoli qui erant Hierosolymis, quia "recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Joan- " nem. Qui cum venissent, oraverunt pro eis, ut acciperent Spiri- "tum Sanctum; nondum enim in quemquam illorum venerat, sed "baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc impone- " bant manus super illos et accipiebant Spiritum Sanctum ". Loco autem illius manus impositionis datur in Ecclesia confirmatio. Legitur tamen, aliquando, per Apostolicæ Sedis dispensationem, ex rationabili et urgente admodum causa, simplicem sacerdotem chrismate per episcopum confecto hoc administrasse confirmationis sacramentum.

Effectus autem hujus sacramenti est, quia in eo datur Spiritus Sanctus ad robur, sicut datus est Apostolis in die Pentecostes; ut videlicet christianus audacter Christi confiteatur nomen. Ideoque in fronte, ubi verecundiæ sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, et præcipue crucem ejus quæ " Judæis quidem est scandalum, Gentibus autem stultitia ", secundum Apostolum; propter quod signo crucis signatur.

II. Canones Concilii Tridentini de Confirmatione *(Sess. VII.)* [2]

i. Si quis dixerit, Confirmationem baptizatorum otiosam ceremoniam esse, et non potius verum et proprium sacramentum ; aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesim quamdam, qua adolescentiæ proximi fidei suæ rationem coram Ecclesia exponebant; A. S.

[1] D. B., 697. — [2] D. B., &71-873.

2. Si quis dixerit, injurios esse Spiritui Sancto eos qui sacro confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt; A. S.

3. Si quis dixerit, sanctæ confirmationis ordinarium ministrum non esse solum episcopum, sed quemvis simplicem sacerdotem; A. S.

III. Ex Decreto S. Officii "Lamentabili", 3 Jul. 1907 [1].

Prop. 44. Nihil probat ritum sacramenti confirmationis usurpatum fuisse ab Apostolis : formalis autem distinctio duorum sacramentorum, baptismi scilicet et confirmationis, haud spectat ad historiam Christianismi primitivi.

IV. Canones Codicis 780-800 suo loco exponentur.

Objectum et divisio Tractatus.

552. Objectum. Post baptismum, de *confirmatione* agendum est. Nam, ut ait *Decretum ad Armenos*[2], si "per baptismum spiritualiter renascimur, per confirmationem augemur in gratia et corroboramur in fide".

1° *Notio.* *Sacramentum N. Legis, quo, per chrismationem et manus impositionem, baptisatus in gratia roboratur et ut miles Christi signatur.*

Vocabulum "*baptizatus*" significat *subjectum* hujus sacramenti esse omnes et solos baptizatos; "*per chrismationem,* etc. designatur unctio chrismatis quæ hodie *materiam* sacramenti constituit cum impositione manus; *forma* autem consistit in verbis eam comitantibus. Ultima verba duplicem ejus *effectum* declarant, scilicet *gratiam roborantem,* qua juvatur subjectum ad firmiter credendum et fidem strenue profitendam, et *characterem* quo miles Christi efficitur ad pugnandum pro fide.

2° *Nomina.* Varia sortitum est *nomina :* a materia remota dictum est *chrisma,* vel chrisma salutis : a Græcis sæpe vocatur μύρον, id est, unguentum; a materia proxima *impositio manuum* et *consignatio* per signum crucis; ab effectibus *confirmatio* (quæ vox apud 5. *Ambrosium* [3] jam invenitur), *signaculum* dominicum,

[1] D. B., 2044. — [2] D. B., n. 695.

[3] *De mysteriis,* VII, 42; *P. L.,* XVI, 403. — 5. *Ambrosius* hoc nomen mutuatura 5. *Paulo {II Cor.,* I, 21 ; V, 5); et, post eum, idem adhibuerunt *4rausicanum* (441), *Arelatense* (445), 5. *Leo Magnus, S. Isidorus,* theologi Medii Ævi et posteriores; est igitur nomen plerumque usitatum in Ecclesia atina.

sigillum, perfectio, consummatio et sacramentum */lenitudinis,* quia baptismum veluti perficit

Breviter disputabimus de hujus sacramenti *existentia, essentia, effectibus, ministro, subjecto* et *ceremoniis.*

Art. L Existentia hujus sacramenti

553. Status quæstionis. (A) *Doctrina catholica* est confirmationem verum esse sacramentum, a baptismo distinctum, quo baptizatus ut *miles Christi* signatur et Spiritum Sanctum accipit cum gratia speciali *roboris* contra externos fidei hostes.

(B) *Errores.* Jam *Albigenses, Valdenses* et *Wicleffta* confirmationem rejecerant ut ritum *inutilem. Lutherus* eam ut ritum mere ecclesiasticum habuit, *Calvinus* ut ceremoniam *vanam* et *sacrilegam* ab Episcopis inventam ut suam auctoritatem super fideles assererent ».

Hodie *Protestantes* fere omnes negant confirmationem esse sacramentum. *Eitualista* tamen admittunt eam esse unum e minoribus sacramentis. *Anglicans* autem, post Calvinum, immo et multi *Lutherani,* aliquem ritum confirmationis nomine retinent, quem dicunt esse meram ceremoniam, in qua baptizati, cum annos discretionis attingunt, de sua fide interrogati testimonium reddunt, promissa in baptismo facta publice renovant, et benedictione quadam in sua fide confirmantur.

Liberales et *Modernists.* 3 contendunt ritum sacramenti confirmationis, a baptismo distinctum, non fuisse usurpatum primis Ecclesiæ temporibus.

554. *Thesis :* Confirmatio est verum et proprie dictum N. Legis sacramentum.

Defide est ex Trident. 4 .· " Si quis dixerit confirmationem baptizatorum otiosam ceremoniam esse, et non potius verum et proprium sacramentum; aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesim quamdam, qua adolescentiæ proximi fidei suæ rationem coram Ecclesia exponebant, A. S. "

1 S. Thom., 3 p., q. 72, a. i; Suarez, *De Sacrament.,* disp. XXXII; S. Bellarminus, I. II, *De sacr. Confirmat.,* c. 1-7; Migne, *Theol. Curs.,* vol. XXI, p. 547 sq.; de Augustinis, *De Confirmat.,* a. 1 ; Pesch, n. 491 sq.
2 *Institut.,* I. IV, c. 19, n. 4-13. — 3 D. B., 2044.
4 Sess. VII, can. I, de Confirmat/, D. B., 871.

555. Script. — i° *Facta exponuntur.* *(A)* In *Evangeliis.* (a) Christus, a Joanne baptizatus, accipit *Spiritum Sanctum* sub visibili specie columbæ, ita innuens suos discipulos eumdem Spiritum postea accepturos[1], (b) Pluries in vita, sed speciatim in ultima Cœna, Apostolis et orpnibus in Ipsum credituris, promisit se missurum esse Spiritum Sanctum qui eos doceret, in fide confirmaret et cum eis maneret ut evangelium confiterentur coram hominibus[2][3] Quia vero gratia, sub N. Lege, in præcipuis vitæ circumstantiis sub signo sensibili communicari solet, exspectari merito poterat Spiritum sub aliquo sensibili signo communicandum fore.

(B) In *Actibus Apost.* Promissionem a Christo legimus adimpletam esse i) quoad B. Virginem, Apostolos, paucosque alios discipulos, die Pentecostes, mittendo Spiritum Sanctum sub forma linguarum ignis[3]. 2) Sed decebat eumdem Spiritum omnibus fidelibus communicari ritu visibili ac perpetuo. Hunc ritum fuisse revera ab Apostolis adhibitum ex libro *Actuum* colligitur[4]. Narratur siquidem multos Samaritanos, viros et mulieres, a diacono Philippo conversos fuisse, et ab eodem baptizatos; postea autem Apostoli Petrus et Joannes venerunt ab Hierosolymis, ut ipsis conferrent Spiritum S. per *impositionem manuum* : "Tunc *imponebant manus* super eos et accipiebant Spiritum Sanctum ". 3) Item S. Paulus, inveniens Ephesi quosdam discipulos Joannis Baptistae, illos primum baptizavit, et postea *manus imposuit* super illos, ut *acciperent Spiritum Sanctum* : " Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus super eos"[5]. 4) S. Paulus hoc sacramentum etiam commemorat in *ep. ad Hebr<zosy* ubi supponit ritum confirmationis esse notum et usitatum sicut ritum baptismi cujus erat complementum : loquitur enim de impositione manuum (VI, 2), quæ baptismum sequitur et qua fideles " participes facti sunt Spiritus Sancti ".

556. 2° *Ex his factis eruitur argumentum.* Nam in

[1] *Luc.*, III, 21, 22.

[3] *Luc.y* XI, 13; XII, 12; XXIV, *$>~cfè\Joan.y* XIV, 16; XV, 26; *cïx.Joan.* VII, 38-39.

[3] *Act.y* II, 3-4. — [4] *Act.,* VIII, 12-18. — [5] *Act.,* XIX, 1-6.

testimoniis allatis inveniuntur tria ad sacramentum requisita, nempe : signum sensibile distinctum, gratiæ productivum, a Christo permanenter institutum :

(a) Signum *sensibile distinctum,* nempe *impositio manuum* quæ fiebat super viros et *mulieres*[1], ac proinde ordinatio esse non poterat quæ nunquam mulieribus confertur; et super christianos jam antea baptizatos[2], nec proinde ceremonia erat ad baptismum pertinens.

(b) *Gratiæ* productivum, nam talis impositio *Spiritum Sanctum* conferebat, ut apparet ex locis citatis et insuper clarius exprimitur in verbis : " Cum vidisset... quia *per impositionem manuum* Apostolorum *daretur Spiritus Sanctus* "[3]. Atqui ex usu Scripturæ dare Spiritum S. est dare gratiam.

557- Nec dicere juvat hic agi solum de dono miraculorum, aliisve donis gratis datis; nam, licet frequenter primis temporibus hæc extraordinaria dona cum illa manuum impositione connecterentur, non conferebantur primario et semper, nec gratiam sanctificantem excludebant, sed potius eamdem interius dari significabant. Aliunde Apostoli Samariam perrexerunt non ut donum miraculorum, sed gratiam ad salutem utilem conferrent, ut patet ex sensu obvio narrationis ; " Oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum Sanctum"; non enim orabant Apostoli pro charismatibus quæ unice ex divino beneplacito dabantur. Iterum quando S. Paulus discipulos, quos Ephesi invenit, interrogavit dicens : " Si Spiritum Sanctum accepistis credentes? " liquet ipsi persuasum fuisse christianos omnes Spiritum per manuum impositionem accipere; quod quidem de dono miraculorum intelligi nequit, cum non omnes illud semper acciperent; ergo.

(c) *Permanenter a Christo institutum.* i) Solus enim Deus potest gratiam alligare signo sensibili. Illud autem instituit *per Christum* mediatorem ; et quamvis non directe asseratur in *Scriptura* quo tempore confirmatio instituta fuerit, dici potest eam, jam insinuatam in baptismo Christi, *promissam* fuisse præcipue in ultima ccena, quando Christus semel et iterum Spiritus adventum annuntiavit, et *definitive institutam* fuisse post Resurrectionem, dum Christus loqueretur cum Apostolis de regno Dei, de Ecclesia nempe ejusque constitutione.

[1] *Ad.,* VIII, 12. — [2] *Act.,* VIII, 16. — [3] *Act.,* VIII, 18.

2) *Permanentia* hujus ritus probatur ex praxi Apostolorum in locis jam citatis; — ex fine hujus sacramenti, qui est gratiam conferre impavide fidem confitendi; jamvero hæc gratia omnibus credentibus necessaria est; — sed præsertim ex *usu* et *declarationibus Ecclesiæ,* ut ex sequenti argumento constat.

558. Tradit. (A) *E Patribus,* (a) A primo sæculo ad finem secundi saeculi, nonnisi obiter et obscure commemoratur ritus confirmationis : cum enim simul cum baptismo ministraretur, nulla erat specialis ratio de eo sermonem habendi. S. *Clemens* loquitur de plena infusione Spiritus Sancti Corinthiis concessa1; *Hermas* ab angelo pænitentiæ audit se confirmatum ac roboratum esse a Spiritu 2; S. *Irenæus* scribit Spiritum dari non magicis artibus, ut falso putabat Simon magus, sed impositione manus 3.

(b) *Tertio et quarto sæculis,* diserte recensetur, quoties se præbet occasio, manus impositio, vel unctio qua confertur Spiritus Sanctus.

Tertullianus hunc ritum ita describit4 : " Exinde egressi de lavacro, perungimur benedicta unctione... Sic et in nobis carnaliter currit unctio, sed spiritaliter proficit; quomodo et ipsius baptismi carnalis actus quod in aqua mergimur, spiritalis effectus quod delictis liberamur... Dehinc *manus imponitur* per benedictionem, *advocans et invitans Spiritum Sanctum".* Nec minus diserte S. *Cyprianus* qui inter baptismum et confirmationem discrimen instituit : " Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, præpositis Ecclesiæ offerantur, et per nostram orationem ac manus impositionem *Spiritum Sanctum consequantur,* et signaculo dominico consummentur ". — Notatu dignum est testimonium 5. *Hieronymi* asserentis praxim ministrandi confirmationem esse *universalem,* et *Actibus Apostolorum* innixam 6 : " An nescis etiam ecclesiarum hunc esse morem ut baptizatis postea manus imponantur, et ita invocetur Spiritus Sanctus? Exigis ubi scriptum sit? In Actibus Apostolorum".

' *Ad Cor.,* II, 2.
* *Similil.,* IX, 1, 2.
' *Hares.,* 1. I, XXIII, I.
4 *De Baptismo,* c. 7, 8, *P. L.,* I, 1206; JourneI, 304-305. — Cfr. *Acto. Marc.,* 1. I, c. 14; *De cam. resurrectione,* 8; JourneI, 333, 362.
s *Ep.* LXXIII, 9, *P. L.,* III, 1115 ; JourneI, 595.
* *Dial, contra Lucif.,* 8; JourneI, 1358.

Doctrinam vero Ecclesiæ græcæ luculenter declarat 5. *Cyrillus Httrosol.,* qui *integram catechesi»* de hoc sacramento habet, de ejus elementis constitutivis et effectu : " Vobis... postquam ex sacrorum laticum piscina ascendistis, datum est chrisma, illius antitypum quo unctus est Christus... Quod quidem symbolice fronti aliisque sensibus tuis illinitur; ac, dum unguento visibili inungitur corpus, sancto et vivifico Spiritu anima vivificatur " '.

(c) *A quinto saculo,* testimonia tam multa sunt atque perspicua ut adversarii fateantur tunc communiter admissum fuisse confirmationem esse sacramentum. Sufficiat igitur verba referre S. *Innocenta I,* quæ supponunt ritum confirmationis esse *notum* et *usitatum,* et ostendunt hunc *nonnisi ab episcopo* regulariter conferri posse : " De *consignandis* vero *infantibus* manifestum est, non ab alio, quam *ab episcopo fieri* licere. Nam presbyteri licet secundi sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem- non habent. Hoc autem pontificium solis deberi episcopis, ut vel consignent, vel paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum et illa lectio Actuum Apostolorum, quæ asserit Petrum et Joannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum Sanctum. Nam presbyteris, sive extra episcopum sive praesente episcopo, cum baptizant, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt Spiritum paracletum "'.

(B) E *libris liturgicis, v.* g., *sacramentario Serapionis* (sæc. IV) ubi invenitur oratio in oleum quo unguntur baptizari, " ut baptizari et *uncti*... tanquam regenerati ac renovari per lavacrum regenerationis, ipsi quoque *participes* fiant *doni Spiritus Sancti* et *hoc sigillo confirmati* permaneant *stabiles* et *immobiles, innocui* et *inviolati..."* Ita declaratur *materia* hujus sacramenti : " *uncti"; et effectus : "participes doni Spiritus... sigillo confirmati, stabiles* et *immobiles ".*

(C) E *conciliis,* v. g., *Illiberitano* (paulo post 300) declarante navigantes baptizari posse in necessitate infirmitatis, ita ut si supervixerint, *ad episcopum* perducantur " ut per *manus impositionem perfici* possint"; et *Arelatensi* (an. 314) : "Si ad Ecclesiam aliquis de hæresi venerit;et si perviderint eum in Patre et Filio et Spiritu Sancto esse baptizatum

' *Cateches.,* XXXI, 1-3. *P- L.,* XXXIII, 1029. Integra legatur catechesis.

' Journel, n. 1240.

manus ei tantum imponatur ut accipiat Spiritum Sanctum " '. Similia inveniuntur in C. Toletan. IV (633), Meldensi (845), Florentino (1439).

559. Rat. convenientiæ ². Ex dictis supra, n. 322, ubi occurrit *specialis gratiæ necessitas,* ibi *speciale sacramentum* esse convenit. Atqui, quando adultam ætatem attingimus, speciali gratia roboris indigemus ut virtute crescamus, virilemque fortitudinem acquiramus, qua contra salutis hostes strenue dimicare valeamus, prout decet milites Christi, fidemque audacter confiteamur coram quibuscumque, quin inde retrahamur propter inordinatum timorem vanorum mundi judiciorum.

560. Corollariui H Ex dictis in thesi sequitur *confirmationem esse sacramentum a baptismo distinctum :* 1) ratione ritus : baptismus per *aquam,* confirmatio per *impositionem* manuum confertur; 2) ratione *subjecti :* baptismus omnibus nondum baptizatis, confirmatio *solis* baptizatis datur; 3) ratione *ministri :* baptismus a presbyteris et diaconis ministratur, confirmatio ab apostolis et episcopis; 4) ratione *effectus,* ut e mox dicendis patebit.

Merito itaque reprobatus est error Liberalium et Modernistarum in decreto *Lamentabili,* p. 385.

Art. II. De essentia confirmationis seu de materia et forma ³.

§ I. De materia.

561. Status quæstionis. (A) De materia et forma hujus sacramenti multæ sunt *controversial* quia *Scriptura* hac de re nihil *explicitum* tradit; et aliunde non paucæ inveniuntur *variationes* per diversa tempora et loca. Praecipua facta exponamus :

' Utrumque documentum invenies ap. Hefele-Leclercq, *Histoire des Concites,* pp. 232-285.

' S. ThOm., 3, q. 72, a. i.

3 S. Thom., 3 p., q. 72, a. 2-4; Suarez, disp. XXXIII; S. Bellarm., c. 8-IO; Migne, *op. cit.,* p. 768 sq.; de Augustinis, a. 2; Sasse, th. 2; S. Alphonsus, l. VI, n. 161 sq.; Marc-Gest., n. 1493 sq.; Lehmk., n. 125 (92) sq.; Priimmer, n. 154-157; Gén.-Sais., n. 159-161.

(a) Secundum librum *Actuum,* Apostoli confirmationem contulerunt *impositione manuum,* quin ulla fiat *unctionis* mentio, (b) Inter *Patres,* alii commemorant *simul impositionem manuum* et *unctionem,* alii autem *solam unctionem;* revera, a sæc. IV°, in Ecclesia *latina,* unctio habetur ut *pars* saltem ritus Confirmationis ⁑ (t) *Decretum ad Armenos* de sola unctione agit; et *Benedictus XIV* declaravit valide conferri sacramentum *sacro chrismate et signo crucis* ducto *in fronte* suscipientis, ideoque *sine prima manuum impositione* quæ fit initio ceremoniae; quod aliunde constat ex decreto S. *C. de Prop. Fide,* 6 aug. 1840 ’.

Ad quas variationes explicandas, dici potest, cum *L. Billot (De sacrant.,* t. I, p. 300-301 ed. 6”), materiam et formam confirmationis assignatas esse a Christo “ sub *confusa ratione* cujusdam *ritus idonei ad significandum specialem effectum* hujus sacramenti, et potestate apostolis facta determinandi *ritum in concreto...* ; apostolos prius confirmasse *cum simplici impositione manus, per quam significatur derivatio virtutis a Christo,* postmodum vero ordinasse ut manus impositio fieret *unctione chrismatis in fronte, quæ expressius sacramentalem effectum significat* Vi hujus potestatis, Ecclesia primum sola impositione manuum usa est, postea vero chrismatione simul et quadam manus impositione, quo vividius exprimeretur confirmationis effectus.

(B) *Varia systemata exinde orta,* (a) Alii, ut *Sirmondus* et *Habert,* dixerunt materiam essentialem totam esse reponendam in *prima manuum impositione,* quæ ab Episcopo peragitur dum dicit : “ Omnipotens sempiterne Deus ”, — Quæ quidem opinio, quatenus declarat hodie non sufficere chrismationem cum impositione manus quæ eam comitatur, probabilitate caret post decreta *Florentini tt* encycl. *Ben. XIV.*

(b) Alii, cum *Maldonato,* putaverunt *solam chrismationem* requiri et sufficere ad validitatem : nam sola unctio a Græcis adhibetur, qui tamen valide confirmant. — Sed, in hac hypothesi, non bene intelligitur quomodo Apostoli et primi eorum successores sacramentum recte ministraverint sola manuum impositione.

(c) Quidam, ut *Mortnus* et *Tapper,* tenuerunt et manuum impo-

⁑ P. Galtier, *La consignation à Rome et à Carthage,* in *Rech. de Se. Relig.,* 1911, p. 350-383; *La consignation dans les Eglises cTOccident,* in *Rev. d'Hist. cedes.,* 1912, p. 257-301. — Cfr. tamen P. de Puniet, *ibid.,* p. 467-476.

’ Proposito siquidem dubio num, praetermissa prima manuum impositione, repetendum esset sacramentum sub conditione, *S. Cong. P. F.* respondit non esse repetendum ne quidem sub conditione. *{Collectanea,* 905, (663).

sitionem et unctionem *seorsim* esse materiam essentialem, ita ut *una vel altera ad validitatem* sufficiat. — Hæc autem sententia, si intelligitur eo sensu quod hodie etiam episcopi possunt, salvo sacramenti valore, inter utrumque ritum eligere, certo rejicienda, est, ut constat ex declaratione Benedicti XIV.

562. (C) *Doctrina vera* in *Cod.* can. 780-781 ita contrahitur :

" C. 780. Sacramentum confirmationis conferri debet per *manus impositionem cum unctione chrismatis infronte* et per verba in pontificalibus libris ab Ecclesia probatis præscripta.

C. 781. § i. Chrisma, in sacramento confirmationis adhibendum, debet esse ab Episcopo consecratum, etiamsi sacramentum a presbytero, ex jure vel ex apostolico induito, ministretur.

§ 2. Unctio autem ne fiat aliquo instrumento, sed ipsa ministri manu capiti confirmandi rite imposita. "

Quam doctrinam in duplici thesi exponemus, priorem de materia *remota,* alteram de materia *proxima.*

563. *Thesis* **T** Materia remota confirmationis est chrisma ab episcopo benedictum [*]

Certum est e *Florentino* [2] : " Secundum sacramentum est confirmatio, cujus materia est *chrisma* confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiae, et balsamo, quod odorem significat bonae famae, per *episcopum benedicto".*

Traditione probatur : (a) Ex*praxi Ecclesiæ,* quam Patres, jam a sæc. III, affirmant. Ita, in *Traditione apostolica* Hippolyti duæ unctiones distinguuntur, quarum una fit a presbytero, post baptismum, altera ab episcopo qui, *oleum sanctificatum* infundens et *imponens in capite,* dicit · " Ungo te *sancto oleo* in Domino Patre omnipotente et Christo Jesu et Spiritu Sancto " [3]. Quæ quidem unctio ad *confirmationem* refertur. — Idem testatur, sæc. V, *Innocentius, R. P.,* in *ep. ad Decentium* jam citata, n. 558(c). — 5. *Leo M.* christia-

[1] Cfr. P. Galtier, *Imposition des mains* in *D. T. C.;* J. Coppens, *L'imposition des mains et les rites connexes;* A. d'Alès, *De baptismo,* p. 179-211, ubi muka invenies testimonia.

[2] D. B., 697.

[3] *Fragmenta Veronensia latina,* ed. Hauler, 1900, p. III; cfr. A. d'Alès, *op. cit.,* p. 182.

nos hortatur ut stabiles in fide maneant, " in qua, renati per aquam et Spiritum Sanctum, accepistis *chrisma salutis"*[1].

Eamdem testantur *Sacrameutaria;* v. g., *Gelasianum*[2], post descriptum baptismum, dicit ab episcopo dari baptizatis Spiritum septiformem per *chrisma ;* " Postea signet eos in fronte de *chrismate,* dicens : Signum Christi in vitam æternam"; — Sacram. *Gregorianum* [3] .· "Pontifex, tincto pollice in *chrismate,* facit crucem in fronte unius, similiter per omnes singillatim ",

(b) E *Conciliis : Arausicano I,* an. 441, declarante[4] ; " Inter nos placuit *semel chrismari"; — Florentino,* supra, p. 384; *TridentinoS* .-"Si quis dixerit injurios esse Spiritui Sancto eos qui sacro confirmationis *chrismati* virtutem aliquam tribuunt, A. S. "

(C) E S. *Pontificibus,* præsertim *Bened. XIV :* " Quod itaque *extra controversiam* est, hoc dicatur : nimirum in Ecclesia latina Confirmationis sacramentum conferri *adhibito sacro chrismate* sive oleo olivarum balsamo commixto, ductoque signo crucis per sacramenti ministrum in fronte suscipientis, dum idem minister formæ verba pronuntiat"[6].

Certum est igitur ad validitatem sufficere chrismationem seu unctionem cum sacro chrismate et impositionem manus quæ eam comitatur; nec proinde primam manuum impositionem ad validitatem requiri, cum a Græcis non adhibeatur, qui tamen valide sacramentum administrant, juxta *Bened. XIV* .· " Nemini fas est asserere in Ecclesia græca non adesse sacramentum Confirmationis ".

564. Regulae practicæ de materia remota, Chrisma est mixtum ex oleo et balsamo. (A) Oleum debet esse *oleum olivarum,* (non autem petroleum, aut oleum ex alia materia quam ex olivis expressum); nam oleum temporibus apostolicis est oleum ex olivis. Per illud significantur : 1) *robur* in hoc sacramento collatum, quia oleo athletæ olim ungebantur; 2) *nitor* bonæ conscientiæ

[1] *Sermo 24.* De nativiL Domini. IV, 6, 207.
Ä Δ, LXXIV, πϊHΠ2. — *P. L·,* LXXVIII, ço.
[4] Mansi, VI, 435·' c^r- Coppens, *op. cit^* p. 309-343.
[5] Sess. VII, can. 2 de confirmat., D. B., S72.
[6] *Ex quo primum* I mart. 1756.

limpiditate olei expressus; 3)*grati'ceplenitudo* .·oleum enim, cum pingue sit et fluens, gratiæ abundantiam exprimit, quæ a Christo capite in alios redundatx.

(B) Oleum debet cum *balsamo* misceri, saltem ad liceitatem, sed probabilius ad validitatem, — ut sic exprimatur *bonus odor virtutum,* quibus confirmatus ornari debet ad propriam sanctificationem aliorumque ædificationem.

(a) Chrisma debet ab episcopo *benedici,* et quidem speciali benedictione facta in Coena Domini. Hæc autem benedictio specialis episcopi non est necessaria tantum ad liceitatem Confirmationis, sed etiam ad *validitatem,* juxta communionem sententiam2. Ideoque *præscribitur* a c. 781, § 1. Proinde, si sacerdos delegatur ad Confirmationem ministrandam, uti debet chrismate ab episcopo benedicto.

(b) Chrisma debet esse *novum,* seu *anni præsentis,* ad *liceitatem* tantum, et quidem *sub gravi,* nisi S. Pontifex ab hoc præcepto dispensaverit, vel adsit necessitatis casus.

565. *Thesis* ***IT*** *:* Materia proxima confirmationis est unctio chrismatis in fronte cum impositione manus quæ eam comitatur.

Certum est e can. 780, supra citato, n. 562. *Traditione* probatur : (A) Ex documentis jam allatis, chrisma est materia remota confirmationis; atqui materia proxima nihil aliud est nisi applicatio materiæ remotæ subjecto sacramenti; ergo materia proxima est *unctio chrismatis.*

(B) E Patribus jam allegatis, quorum plerique non solum de chrismate, sed et de *unctione* olei seu chrismatis loquuntur. Pauca testimonia addamus.

S. *Parianus 3,* IV° sæc., de baptismo et confirmatione scribit : " Hæc autem compleri alias nequeunt nisi lavacri (i. e., baptismi) et chrismatis et antistitis sacramento (i. e., confirmationis). Lavacro enim peccata purgantur : *chris-*

* S. Th., 3, q. 72, a. 2; *Catech. Trident*P. II, n. 7.

' Sunt tamen theologi qui pulent quodcumque oleum ab episcopo benedictum, v. g., oleum catechumenorum, ad validitatem sufficere; proindeque, in articulo mortis, deficiente chrismate, hæc materia condicionale adhiberi posset Ita S. Alphonsus» *Theol. morali*^ 1. VI, n, 162.

3 *De baptismo,* 6, *P. L.*9 XIII, 1093.

mate Sanctus Spiritus superfunditur ", — S. *Augustinus* », de signo crucis loquens, ait : " Quod signum nisi adhibeatur *six-1frontibus credentium* sive ipsi aquæ ex qua regenerantur, sive *oleo quo chrismate unguntur*... nihil eorum rite perficitur ".

(C) E *Condliis.* Cone. *Hisfalense II* (an. 619) exponens discrimina inter episcopos et presbyteros, dicit presbyteris non licere "chrisma conficere, nec *chrismate baftisatorum frontem signare*"3. — *Toletanum IV* (an. 633) declarat Christianos " baptismi gratiam percepisse et *chrismate unctos* esse " 3.

(D) *Libris liturgids,* v. g., *Libro Ordinum ecclesiæ Moza-*
rabicæ : " Qui renati sunt sacro baptismatis fonte... et qui
6.. chrismate delibuti sunt divinæ unctionis ". — *Testamentum D. N. fesu Christi* ita describit confirmationem : " Similiter (episcopus) oleum infundens et manum super caput ejus (baptizati) imponens dicit : Ungendo ungo (te) in Deo omnipotenti, in Christo Jesu et in Spiritu Sancto, ut sis operarius habens fidem perfectam... Et signans illum in
fi t fronte, det ipsi pacem " 5. Ibi clare indicantur *unctio, manus impositio* et *signum crucis infronte.*

Alia documenta invenies ap. *A. d'Ales,* op. cit., th. XIV.

566. Regulæ practicæ de materia proxima. Hæc est unctio chrismatis cum impositione manus episcopi, ut constat e can. 780. Quæ unctio debet esse : (a) *immediata* et non mediante instrumento, e can. 781, § 2 : " Unctio autem ne fiat aliquo instrumento, sed ipsa ministri manu capiti confirmandi rite imposita". Secus enim non adesset manus impositio, quæ, juxta plures, ad validitatem requiritur.

(b) *Infronte,* ad ostendendum quod confirmatus Christum erubescere non debeat6; id requiritur certo ad liceitatem, et probabilius ad validitatem ; olim unctio non solum in fronte, sed in oculis, auribus, manibusque fiebat

l *InJoan.,* Tr. 118, 5, *P. L·,* XXXV, 1950.
' Mansi, *Concilia,* L X, 559. — 3 Mansi, L X, 633.
4 *Ed. Férotin,* Paris, 1904, p. 37. — 5 *Ed. Bahmani,* 1. II, c. 9, p. 131,
4 S. Thomas, 3, q. 72, a. 9; cf. *Decret, ad Armen.* Y D. B., 697.

(c) *Per modum crucis,* ut sic confirmatus accipiat signum Christi, cujus miles efficitur : quod requiritur certo ad licettatem, et probabilius etiam ad validitatem.

(d) Cum *pollice dextro* regulariter saltem, quamvis hoc ad validitatem non requiratur. Unde si episcopus pollicem dextrum habet infirmum, pollice sinistro vel alio digito uti potest.

§ II. De forma sacramenti confirmationis.

567. Scriptura non refert formam ab Apostolis adhibitam; aliunde varias fuisse formas in administratione hujus sacramenti adhibitas historice constat ex jam dictis de materia τ. — E *Codice,* c. 780, adhibenda sunt verba " in pontificalibus libris ab Ecclesia probatis præscripta." Jamvero :

568. i° Forma, quæ *nunc* in ecclesia *Romana* adhibetur, non fuit in usu communi ante sæculum XII; sic se habet : " *Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti".* — Quæ jam invenitur in *Decreto ad Armenos*[1].

(a) Hæc forma omnino conveniens est; nam, ut ait S. *Thomas?»,* in hoc sacramento tria sunt necessaria quæ in forma prædicta continentur. Forma enim optime designat præcipuos *effectus* confirmatiopis, ejusque *causam* principalem. Siquidem, 1) per verba " *signo te signo crucis"* designatur *character,* quo confirmatus fit miles Christi et signo crucis munitur ; 2) per verba " *confirmo te* " designatur^ra/ζα *roboris spiritualis,* qua confirmatus, sicut athleta, ungitur; 3) tandem per reliqua verba " *in nomine Patris"* exprimitur *causa* conferens plenitudinem roboris spiritualis, scilicet 0'S. *Trinitas.*

(b) Verba *essentialia* hujus formæ sunt, juxta S. *Ligorium,* aliosque permultos : " *signo, confirmo, te, in nomine*

[1] In antiquis Ritualibus, hæ vel similes formæ inveniuntur :" Signum Christi in vitam æternam. Signet te Deus sigillo fidei suæ in consignatione fidei. In nomine Patris... Confirmo et consigno te in signo sanctæ crucis in nomine Patris... Confirmo te in nomine Patris... " (Cfr. Martene, *De antiquiseccL rit.,* lib. I, c. 2, a. 4.)

[a] D. B., 697. — [3] *Sum. theol.* 3, q. 72, a. 4.

Patris et Filii et Spiritus Sancti, signo cnecis et *chrismate salutis ".* Mutatio esset accidentalis si diceretur " *corroboro* " pro " *confirmo ",* vel " *sanctificationis* " pro " *salutis*

2° *Apud Graecos,* forma hæc est : " *Signaculum doni Spiritus Sancti",* Urbanus VIII declaravit hanc esse *validam.* Quod facile explicatur, si admittitur formam hujus sacramenti *in genere* solum fuisse institutam, ut in *Tr. de Sacramentis* (n. 341) exposuimus, posteaque auctoritate Ecclesiæ modo præcisiori determinatam essel[3] Nam, si hæc forma simul cum materia sumitur, *effectus* et *causam* hujus sacramenti sufficienter exprimit :per *signaculum* enim designatur character ; *donum Spiritus Sancti* gratiam specialem designat qua baptizatus, chrismate unctus et signo crucis munitus, ut miles Christi, fidem strenue profiteri debet.

Dici igitur potest variationes in materia et forma non esse substantiales, sed accidentales, posito quod Christus *in çenere* tantum formam et materiam determinaverit.

Art. III. De effectibus .

Duplex est effectus hujus sacramenti : *character* et *gratia.*

I. De charactere confirmationis.

569. De fide est, ex dictis n. 393, per confirmationem valide susceptam semper imprimi characterem indelebilem.

i° Ille character est *potestas spiritualis* ad audacem fidei et vitæ christianæ professionem, qua *milites* Christi efficimur. Quod ita declarat S. *Thomas* 3 .· Character est quædam spiritualis potestas ad aliquas actiones sacras ordinata. Jamvero per sacramentum confirmationis datur homini spiritualis potestas ad quasdam actiones sacras præter eas quæ in baptismo dantur. Nam in baptismo accipit homo potestatem ad ea agenda quæ ad propriam salutem pertinent, prout secundum seipsum vivit; sed in confirmatione accipit potestatem ad agendum ea quæ pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes fidei, — sicut patet exemplo

1 Quod erudite exponit S. Harent, *La part de ГEglise dans la détermination du rit sacramentel^* in *Etudes^* L 73, p. 321-336.

• S. Thom.» 3 p., q. 72, a. 5; Suarez, disp. XXXIV; S. Bellanu., c. XI.

3 Sum. theol.) 3, q. 72, a. 5.

Apostolorum, qui, antequam acciperent Spiritum Sanctum, erant in cœnaculo perseverantes in oratione; postmodum vero egressi non verebantur publice fidem confiteri etiam coram inimicis fidei christianæ.

570. 2° *Differt* igiter *character confirmationis a charactere baptismi ;* (a) per baptismum efficimur *cives* Ecclesiæ, per confirmationem *milites* Christi; (b) baptismus est spiritualis *regeneratio,* confirmatio est quoddam spirituale *augmentum* promovens hominem in spiritualem ætatem perfectam ; (c) baptismus confert potestatem ea agendi quæ ad *propriam salutem* spectant, confirmatio confert potestatem strenue *pugnandi contra hostes fidei externos.*

571. *Solvitur difficultas* contra *perpetuitatem characteris.* Quaedam allegantur facta ex quibus constare videtur confirmationem aliquando *iteratam esse,* ideoque characterem indelebilem non imprimere. — Ad quam difficultatem solvendam, hæc notentur ' (a) *Manus impositio* et *unctio chrismatis* non semper designant sacramentum Confirmationis, -sed aliquando *ceremoniam specialem,* in reconciliatione hæreticorum adhibitam, ad significandum infundi *gratiam* sacramentorum quæ antea *aim obice* suscepta erant[1]. (b) Quandoque vere iterabantur baptismus et confirmatio hæreticorum circa Trinitatem errantium, quia supponebatur sacramenta ab iis collata qui Trinitatem negabant, non fuisse rite administrata[2]. (c) Tandem admittunt pauci auctores catholici in quibusdam ecclesiis particularibus iteratam esse confirmationem, præsertim quando a malis ministris collata fuerat, sed hæc praxis nunquam fuit universalis [3].

II. De gratia confirmationis.

De fide est confirmationem gratiam conferre ex opere operato omnibus non ponentibus obicem, ut probavimus supra, n. 365.

Qucenam sit illa gratia exponendum est.

572. *Thesis :* Gratia sacramentalis confirmationis est gratia habitualis secunda roborans, cum effusione donorum Spiritus Sancti, et jure ad auxilia specialia ad fidem audacter confitendam.

Certum est e *Florentino* " Effectus hujus sacramenti est quia in eo datur Spiritus Sanctus ad robur, sicut datus

' Ita S. Augustinus, *De Baptismo,* l. V, c. 23, n. 33, *P. L.,* XLIII, 193.

* Quod supra probavimus, *De Sacram. in genere,* n. 409.

3 Cfr. L. Saltet, *Les riordinations,* 1906, p. 22-28; Kern, *Revue bénédictine,* '9°7, P· 562. — 4 D. B., S72.

est Apostolis in die Pentecostes, ut videlicet Christianus audacter Christi confiteatur nomen ”,

Dicitur : i) *secunda,* quia est sacramentum *vivorum* quo augetur gratia jam in baptismo collata ; 2) *roborans,* etc., et hæc est gratia *sacramentalis* quam declarare debemus per partes : —

573. i° Est *gratia roborans.*

(A) *Script.* Gratia propria confirmationis eadem est ac ea quæ specialiter collata fuit Apostolis die Pentecostes. Atqui gratia Apostolis collata in illa die fuit praecise gratia perficiens et *roborans,* juxta promissum Christi : “ Accipietis *virtutem* supervenientis Spiritus Sancti in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem, et in omni Judæa et Samaria, et usque ad ultimum terræ ” [1]. Et revera Apostoli, hucusque debiles et timidi, fidçm deinceps strenue propugnarunt contra omnes fidei hostes, Judaeos ac Gentiles [a].

(B) *Traditione.* *Patres* enim multoties asserunt per confirmationem dari Spiritum Sanctum, et quidem eo modo quo datus est Apostolis die Pentecostes, ad roborandum baptizatum contra diaboli impugnationes, ideoque hanc gratiam distingui a gratia baptismali eamque supponere [3].

[1] *Act.,* I, 8.

[2] *Act.,* V, 29, 41. Qaod sic optime evolvit *Catech. Cane. Trid.,* p. 2, de Confirmât, n. 19 : “ Illi enim ante passionem, vel snb ipsam passionis horam adeo infirmi et remissi faenint ut, cum Dominus comprehensus est, statim se in fugam conjecerint : Petrus vero qui Ecclesiæ petra et fundamentum designatus fuerat, et summam constantiam excelsique animi magnitudinem præ se tulerat, unius mulierculæ voce perterritus, se Jesu Christi discipulum esse, non semel aut iterum, sed tertio negaverit, ac post resurrectionem, omnes propter metum Judæorum inclusi domi se continuerint. At vero in die Pentecostes tanta Spiritus Sancti virtute omnes repleti sunt, ut dum Evangelium quod eis commissum erat, non solum in Judæorum regione, sed in universo orbe audacter et libere disseminarent, nihil sibi felicius accidere posse existimaverint, quam quod digni haberentur, qui pro Christi nomine contumeliam, vincula, tormenta, cruces perferrent

[3] Constat ex testimoniis superius allatis, n. 563, et aliis quæ refert Journel, Objicitur quidem textus S. Hieronymi *(Dial. cont. Lucifer.,* 7-9, *P. L.,* XXIII, 163, 165), ubi asserit potestatem manus imponendi ad conferendum Spiritum Sanctum episcopis competere *magis ad eorum auctoritatem 'firmandam quam ad gratiam conferendam.* Hoc autem unicum testimonium prævalere nequit contra auctoritatem ceterorum Patrum; explicatur hoc modo : S. Doctor

(C) *Rat. conv.* Sicut baptismus est spiritualis regeneratio ita confirmatio ordinatur ad *spirituale augmentum,* ut nos constituat in spirituali ætate perfecta; atqui illud quo indigemus, dum ætatem perfectam attingimus in vita spirituali, est non solum potestas quam confert character, sed etiam gratia spiritualis roboris ad pugnandum contra spirituales hostes, præsertim vero contra eos qui fidem cavillationibus, minis vel irrisione impugnant; ergo convenit hanc gratiam per confirmationem dari.

574. 2° *Hanc gratiam roborantem comitatur abundantior infusio donorum Spiritus Sancti.* Dico "*abundantior",* quia hæc dona jam in baptismo infunduntur, cum semper comitentur gratiam sanctificantem, ex dictis in *Tr. de Gratia,* n. 121.

(a) Constat ex textibus *Scripturæ* et *Patrum* jam citatis in quibus dicitur per confirmationem conferri Spiritum Sanctum; per hoc enim Patres intelligunt non solum gratiam, sed etiam dona Spiritus Sancti». Quorum doctrinam ita contrahit *Rabanus*[1] : "Signatur baptizatus chrismate in summitate capitis per sacerdotem, per pontificem in fronte; ut in priori unctione significetur super ipsum Spiritus Sancti *descensio ad habitationem Deo consecrandam;* in secunda quoque, ut ejusdem Spiritus Sancti *septiformis* gratia, cum *omni plenitudine sanctitatis,* et scientiae, et virtutis, venire in hominem declaretur".

(b) Ex precibus Ecclesiæ in collatione hujus sacramenti; dicitur enim : "Emitte in eos *septiformem Spiritum* tuum Sanctum Paraclitum de cælis", etc.[2].

575. 3° Tempore *opportuno* dantur speciales gratiæ actuales ad fidem constanter et strenue servandam et confitendam, etiam coram incredulis; quod quidem magis neces-

sciens Spiritum Sanctum jam conferri per baptismum, non bene intelligebat quid confirmatio gratiæ baptismali adderet; tunc Patres sequioris ævi, explicitius effectum confirmationis declarantes, ostenderunt dari Spiritum ad speciale robur conferendum contra fidei hostes. Aliunde, ex dictis n. 558, 5. *Hieronymus* ipse testatur praxim conferendi Spiritum Sanctum per confirmationem esse universalem.

1 Ita, v. g., S. Ambrosius, *De Mysteriis* VII, 42, *P. L.* XVI, 403.

3 *Pontifuale Romatfum* De confirmandis.

sarium est nostris diebus, cum multi et audaces sint inimici fidei.

* Art. IV. De ministro '.

I. Quisnam sit?

Duplex est minister confirmationis ; *ordinarius eX extraordinarius.* *Prior* ille est qui, *vi ordinationis* suae, *completam* habet potestatem valide ministrandi confirmationem; *posterior,* qui *speciali delegatione* indiget ut valide confirmet, quia vi ordinationis *inchoatam* tantum potestatem habet confirmandi. E can. 782, § 1. ‘‘Ordinarius confirmationis minister est solus episcopus. § 2. Extraordinarius minister est presbyter, cui vel jure communi vel peculiari Sedis Apostolicæ induito ea facultas concessa sit

576. *Thesis I* :* Minister confirmationis ordinarius est solus Episcopus.

De fide gj/, contra Photium Græcosque schismaticos, qui ocuerunt simplicem sacerdotem esse *ordinarium* ministrum hujus sacramenti, et contra Protestantes qui contendebant episcopos hanc potestatem usurpasse ad suam dignitatem augendam :‘‘Si quis dixerit sanctæ confirmationis ordinarium ministrum non esse solum episcopum, sed quemlibet simplicem sacerdotem, A. S. ” 2.

(A) *Scriptura innuitur.* Cum enim Philippus diaconus Samaritanos baptizavisset, ex civitate Jerusalem missi sunt, ad eos confirmandos, non qualescumque ministri, sed duo apostoli, scilicet Petrus et Joannes; ex hoc autem Patres merito inferunt solos Apostolorum successores, nempe episcopos, esse ministros ordinarios illius sacramenti. Quod diserte asserit *Innocentius I* (supra, n. 558).

(B) *Tradit, probaturi,* (a) Per tria priora saecula, confirmatio a solis episcopis ministrabatur.

* S. Thom., 3. g- 72, a. 11 ; Suarez, disp. XXXVI; S. Bellarm., c. 12; Migne,^7z/?Ti^i4 sq.; S. Alphonsus, l. VI, n. 170 sq.; Konings, 1274; Marc, 1497; Lehmk., n. 93; de Augustinis, a. 3; cf. *Codex,* c. 782-785.

’ *Trident.*, sess. VII, de conf., can. 3. D. B., 873.

3 Documenta quibus innititur hæc synthesis historica invenies in *D. T. C.* Ill, 1047, 1066, 1074.

(b) A sæculo V° ad IXum, crescente numero fidelium, diversa fuit praxis ecclesiarum : 1) Apud Græcos, qui confirmationem statim post baptismum conferre peragebant, simplices sacerdotes facultatem obtinuerunt ministrandi confirmationem, dummodo tamen adhiberent chrisma *ab episcopo* consecratum; ita agnoscebatur munus principale in collatione hujus sacramenti episcopo reservari. 2) Apud *Latinos,* collatio confirmationis separata est a collatione baptismi et episcopo reservata, exceptis tamen casibus urgentioribus in quibus simplices sacerdotes delegabantur ad hoc sacramentum ministrandum.

(c) *Sæc. IX°,* Photius latinam disciplinam impugnavit, quam Ecclesia Romana ex adverso legitimam esse ostendit utpote divinæ'ordinationi magis consentaneam, quin tamen reprobaret praxim orientalem. Res explicite declarata est in *C. Florentino,* distinctione instituta inter ministrum ordinarium et extraordinarium, prout supra exposuimus r; et in *Codice, c.* 782, § i.

(C) *Rat. convenientiæ confirmatur.* Ad superiorem' artificem pertinet ultima operis consummatio, et ad superiorem ducem cives militiæ ascribere; atqui confirmatio est ultima baptismi consummatio, et simul spirituali militiæ ascriptio; ergo superiori duci seu episcopo reservatur.

577. *Thesis IIa :* Minister confirmationis extraordinarius potest esse simplex sacerdos, specialiter delegatus a Sede Apostolica. Certum est.

(A) Ex praxi Ecclesiæ *Romance.* Citantur enim multi R. Pontifices, qui talem potestatem concesserunt presbyteris; ita sæc. VI°, .S'. *Gregorius M.* 1, posteaque *Nicolaus I, Joannes XXII, Urbanus V, Eugenius IV,* etc. — Ex *Codice,* can. 782, § 2, " minister *extraordinarius* est presbyter, cui vel jure communi vel peculiari Sedis Apostolicæ induito ea facultas concessa sit. Hac facultate ipso jure gaudent Cardinales, Abbas vel Prælatus nullius, Vicarius et Præfectus Apostolicus, qui tamen ea uti valide nequeunt nisi intra fines sui territorii et durante munere tantum ".

1 D. B., 692.

' " Ubi episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant, concedimus". *(E/ist.,* XXVI. *P. L.,* LXXVII,

(B) Ex praxi Ecclesiæ *Gracœ;* nam longe ante schisma Photianum. Græci sacerdotes confirmabant baptizatos, et sacramentum ita collatum tanquam validum habebatur etiam a S. Sede ». Atqui praxis tam universalis Ecclesiæ Græcæ et Latinæ est veritatis argumentum, cum Ecclesia in determinatione jurium suorum errare nequeat.

(C) E declaratione *Florentini* expresse dicentis a

tur tamen aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem, ex rationabili et urgente admodum causa, simplicem sacerdotem chrismate per episcopum confecto hoc administrasse Confirmationis sacramentum ".

578. (A) Quinam hac facultate gaudent? — (a) *Ipso jure.* E can. 782, § 3 : " Hac facultate *ipsojure* gaudent, præter S. R. E. Cardinales ad normam can. 239, § 1, n. 23, Abbas vel Prælatus *nullius,* Vicarius et Praefectus Apostolicus, qui tamen ea valide uti nequeunt, nisi intra fines sui territorii et durante munere tantum

(b) *Delegatione,* quæ in Ecclesia Romana, *a solo S. Pontifice* conceditur. Delegatus autem sacerdos sedulo observare debet quæ in delegationis instrumento præscripta sunt quoad *locum, temj>us, personas,* etc. Uti debet chrismate ab episcopo catholico (non schismatico) benedictum. Insuper ante solemnem administrationem in lingua vernacula expresse monere debet se non confirmare nisi ex speciali delegatione 3.

In Ecclesia *grcrca,* omnes sacerdotes, etiam schismatici, valide confirmant nisi hæc potestas eis expresse adempta fuerit.

Vi can. 782, § 4 : " Presbyter latini ritus cui, vi indulti, hæc facultas competat, confirmationem valide confert *solisfidelibus sui ritus,* nisi in induito aliud expresse cautum fuerit.

§ 5. Nefas est *presbyteris ritus orientalis,* qui facultate vel privilegio gaudent confirmationem una cum baptismo infantibus sui ritus conferendi, eamdem ministrare infantibus latini ritus

579. (B) Sed quæritur insuper quomodo explicari possit sacerdotem a Pontifice delegatum fieri ministrum extraordinarium confirmationis. (a) Quidam dixerunt sacerdotibus inesse potestatem ordinis *ex se* sufficientem ad valide confirmandum, sed requiri tamen *jurisdictionem,* prout fit in sacramento Pænitentiæ. Objici

' Id tamen Italo-Gracis, qui degunt in insulis Italiæ adjacentibus, non permittitur, ne ex hoc disciplina in Latina Ecclesia vigens perturbetur.

« D. B., 697.

1 Collect, de Prop. Fide, n. 940 et 1539.

autem potest ideo jurisdictionem requiri ad validam absolutionem, quia ex *natura rei* necessaria est, ex eo quod absolutio *judicium* aliquod importat : quod in confirmatione certo non invenitur, (b) Probabilius alii putant *jure divino* ad ministrandam confirmationem requiri *dignitatem quamdam excellentem,* quia nempe agitur de militibus conscribendis; hanc vero dignitatem plene episcopis competere ex charactere suo, presbyteris autem non absolute et plene, sed *radicaliter* tantum, ita ut indigeat speciali deputatione qua compleatur potestas jam aliquo modo in charactere sacerdotali contenta

II. Quænam sint ministri officia.

580. i° Hæc officia ita exponit can. 785, §1. " Episcopus obligatione tenetur sacramentum hoc subditis rite et rationabiliter petentibus conferendi, præsertim tempore visitationis dioecesis.

§ 2. Eadem obligatione tenetur presbyter, privilegio apostolico donatus, erga illos quorum in favorem est concessa facultas.

§ 3. Ordinarius, legitima causa impeditus aut potestate confirmandi carens, debet, quoad fieri possit, saltem intra quodlibet quinquennium providere ut suis subditis hoc sacramentum administretur.

§ 4. Si graviter neglexerit sacramentum confirmationis suis subditis per se vel per alium ministrare, servetur præscriptum can. 274, n. 4 " (Videlicet metropolita de hoc abusu certiorem faciat R. Pontificem).

581.2° Cum ex confirmatione digne suscepta maxima bona fidelibus proveniant, (a) episcopus tenetur ut saltem intra quodlibet *quinquennium* hoc sacramentum suis subditis administretur. Si perorZ^ aut *decem* annos differat principaliora loca suæ dioecesis circumire ad confirmandos subditos, peccat *mortaliter,* ait S. *Alphonsus,** nisi adsit moralis impossibilitas.

(b) Non tenetur tamen ad conferendam confirmationem cuilibet moribundo petenti, cum hoc sit moraliter impossi-

l Lehmk., n. 144-145; L. Billot, thés. XXXIV.
• *Thtol. mor^* l. VI, n. 175.

bile sine detrimento aliorum officiorum. Laudabiliter tamen agit *sœpius* hoc sacramentum in diversis parceciis ministrando, et *aliquando* moribundum adeundo ad eum confirmandum.

(C) Vi can. 783, § i : " Episcopus in sua dioecesi hoc sacramentum etiam extraneis legitime ministrat, nisi obstet expressa proprii eorum Ordinarii prohibitio.

§ 2. In aliena dioecesi indiget licentia Ordinarii loci saltem rationabiliter præsumpta, nisi agatur de propriis subditis quibus confirmationem conferat privatim ac sine baculo et mitra ".

(d) Vi can. 784, " presbytero quoque licet, si apostolico locali privilegio sit munitus, in designato sibi territorio, confirmare etiam extraneos, nisi id ipsorum Ordinarii expresse vetuerint ".

Art. V. De subjecto confirmationis

: i° de iis qui sunt *capaces* hujus sacramenti ; t l 2° de *dispositionibus* requisitis ; 30 de *obligatione* hoc sacra- £/ Omentum suscipiendi.

582. Doctrina explicanda canonibus 786-789 contine- L/ tur : Can. 786 : " Aquis baptismi non ablutus valide confir- CX ; \ mar* nequit ; præterea, ut quis licite et fructuose confirme- Γ y f tur, debet esse in statu gratiæ constitutus et, si usu rationis ,Λ p' polleat, sufficienter instructus ".

Can. 787:" Quanquam hoc sacramentum non est de neces- q sitate medii ad salutem, nemini tamen licet, oblata occasione, illud negligere; imo parochi curent ut fideles ad illud opportuno tempore accedant ",

Can. 788 Licet sacramenti confirmationis administratio convenienter in Ecclesia Latina differatur ad septimum Zrciter ætatis annum, nihilominus etiam antea conferri potest, si infans in mortis periculo sit constitutus, vel ministro id expedire ob justas et graves causas videatur

λ Can. 789 : " Confirmandi, si plures sint, adsint primæ manuum impositioni, seu extensioni, nec nisi expleto ritu

» 3-^

583. i° De iis qui capaces sunt confirmationis. Ad *valide* recipiendam confirmationem, requiritur : 1) ut quis antea fuerit *baptizatus;* 2) *nondum confirmatus',* 3) si adultus sit, *intentionem* habeat saltem *habitualem* recipiendi sacramentum.

(a) Omnes igitur baptizati nondum confirmati *valide* confirmantur, sive viri sive mulieres, sive infantes sive adulti, ut constat ex testimoniis supra allatis nn. 556, 558.

(b) Cum confirmatio sit complementum baptismi, primis sæculis usus invaluit eam conferendi statim post baptismum, et hic usus in ecclesia Graeca adhuc retinetur.

In Ecclesia autem *latina,* praxis fere ubique viget confirmandi fideles post adeptum rationis usum, i. e., circa septimum aetatis annum », exceptis tamen Hispania aliisque regionibus Latinæ Americæ. S. Congr. Sacramentorum denuo probavit hunc usum Latinorum in instructione sua (30 jun. 1932)2.

(c) Nihil obstat quominus conferatur infanti moribundo, (c. 788), aut amenti.

(d) In *dubio* num quis sit confirmatus, sub conditione confirmari potest; sed requiritur majus dubium quam pro baptismo; et ad id non tenetur qui est probabiliter confirmatus, etiamsi sacros ordines sit suscepturus 3.

584. 20 Dispositiones requisitæ ad liceitatem. Nullæ in *infantibus* aut *amentibus* requiruntur.

Adultis vero inesse debent : (a) *status gratiæ,* quia confirmatio est sacramentum vivorum; unde, quamvis status gratiæ contritione perfecta acquiri possit, omnes hortandi sunt ut ad sacramentum pænitentiæ ante confirmationem accedant ; (b) *scientia competens* circa rudimenta fidei et ea quæ spectant confirmationem ; (c) non tenentur stricte loquendo esse *jejuni,* quamvis illud sit laudabile, si mane suscipiatur sacramentum, juxta *Pontificale;* (d) *fidem*

1 Unde non convenit confirmationem differre usque ad duodecimum annum, juxta *Catech. Tridentinum** p. II, de sacr. confirm., 14. — Idem tradunt Benedict. XIV, *Eo quamvis tempore^* 4 maii 1745, et Leo XIII, in ep. ad Episc. Massil., 29 jun. 1897. — 2 *A. A. Sedis,* XXIII, p. 353.

3 5. *Offic.y* i apr. 1879; *Collect. S. C. de Prop. F.f* n. 663, 677.

tf. pietatem excitentl, quo uberiores sint fructus; (e) primæ manuum impositioni adsint, nec nisi expleto ritu discedant (can. 789).

585. 3° Obligatio confirmationem suscipiendi.

(a) Certum est confirmationis sacramentum *non* esse necessarium necessitate *medii;* vita enim spiritualis sine hoc sacramento accipi et servari potest *(Codex,* c. 787).

(b) Certum est illud sacramentum esse necessarium necessitate præcepti *per accidens,* quoties nempe ex ejus omissione sequeretur contemptus sacramenti, aut scandalum, aut periculum amittendi fidem.

(C) Controvertitur autem num necessarium sit necessitate præcepti *per se,* ita ut *graviter* peccet qui negligit illud recipere, data opportunitate. *Communiter* affirmatur, praesertim ob auctoritatem *Bened. XIV*[2]*,*[3] attamen hodie non desunt graves auctores qui verba Pontificis interpretentur de *præcepto per accidens,* et teneant omissionem confirmationis non esse peccatum grave, præter casus citatos · nulla enim exhiberi potest lex divina aut ecclesiastica jubens hoc sacramentum ab omnibus recipi.

Quidquid sit de hac controversia, *nemini licet, "oblata occasione, illud négligere"* (c. 787); ut ait *Catech. Trident.* 3, "quod enim omnibus communiter ad sanctificationem Deus proposuit, ab omnibus etiam summo studio expetendum est".

Exstat tantum præceptum ne quis tonsuram accipiat nisi confirmatus. *(Codex,* c. 974).

Unde in praxi valde hortandi sunt fideles ad eam recipiendam, attentis præsertim maximis periculis quæ hodie fidei imminent, quin tamen dicatur eam præscribi sub poena gravis peccati.

t.*¡·╫ /c† ·.».

l Catech. Trident., n. 16.

1 "Monendi sunt ab Ordinariis locorum eos gravis peccati reatu teneri, si. cum possint ad confirmationem accedere, illam renuunt ac negligunt" *(Etsi pastoralis).* Sed *Seavini* animadvertit hic agi de invalide confirmatis a Presbyteris gracis, qui renuebant ad confirmationem de novo accedere, gnari haberent primam validam : unde hic habebatur ratio peculiaris.

3 P. II, c. 3, de conf., n. 14; cfr. J. B. Bord, *Le sacrement de Confirmation, doctrine, cérémonies, prières.* Aabanel, Avignon.

Art. VI. De ceremoniis confirmationis.

Hic agemus, secundum *Codicem* et *Pontificale :* i° de *tempore* et *loco* confirmationis; 2° de *patrinis;* 30 de confirmationis *adnotatione* et *probatione;* 40 de *ipsis ceremoniis.*

1. De tempore et loco confirmationis.

586. Leges canonicæ hac de rein can.790-792 statuuntur.

Can, 790. " Hoc sacramentum quovis tempore conferri potest; maxime autem decet illud administrari in hebdomada Pentecostes ",

Can. 791. " Licet proprius confirmationis administrandae locus ecclesia sit, ex causa tamen quam minister justam ac rationabilem judicaverit, potest hoc sacramentum in quolibet alio decenti loco conferri ".

Can. 792. " Episcopo jus est intra fines suae dioecesis confirmationem administrandi in locis quoque exemptis ",

II. De patrinis.

587. Leges canonicæ in can. 793-797 inveniuntur.

i° Necessitas. Can. 793. " Ex vetustissimo Ecclesiæ more, ut in baptismo, ita etiam in confirmatione adhibendus est patrinus, si haberi possit".

Requiritur patrinus *sub gravi,* juxta communem sententiam. Nam, ut ait S. *Thomas* », sicut de novo natus indiget instructore ad conservationem vitæ, ita qui assumuntur ad pugnam, indigent instructore ad recte pugnandum. Atqui patrinus munus habet confirmandum erudiendi in pugna spirituali.

Attamen, si patrinus haberi non possit, licet sine eo confirmationem conferre.

Can. 794. " § i. Patrinus unum tantum confirmandum aut duos præsentet, nisi aliud justa de causa ministro videatur ".

" § 2. Unus quoque pro singulis confirmandis sit patrinus ",

l *Sum. theol.* * 3,

2° Conditiones ad validitatem. Can. 795. " Ut quis sit patrinus, oportet :

1) Sit ipse quoque confirmatus, rationis usum assecutus et intentionem habeat id munus gerendi ;

2) Nulli hæreticæ aut schismaticæ sectæ sit adscriptus, nec ulla ex poenis de quibus in can. 765, η. 2 per sententiam declaratoriam aut condemnatoriam notatus;

3) Non sit pater, mater, conjux confirmandi;

4) A confirmando ejusve parentibus vel tutoribus vel, hi si desint aut renuant, a ministro vel a parocho sit designatus;

5) Confirmandum in ipso confirmationis actu per se vel per procuratorem physice tangat".

"Verum, quia contingere potest, ut in locis missionum nullus adsit qui antea confirmatus fuerit, permittitur in hoc casu ut aliqui sine patrino confirmentur, qui postea patrini ceterorum esse poterunt " [1].

3° Conditiones ad liceitatem. Can. 796. " Ut quis *licite* ad patrini munus admittatur, oportet :

1) Sit alius a patrino baptismi, nisi rationabilis causa, judicio ministri, aliud suadeat, aut statim post baptismum legitime confirmatio conferatur;

2) Sit ejusdem sexus ac confirmandus, nisi aliud ministro in casibus particularibus ex rationabili causa videatur;

3) Serventur præterea præscripta can. 766.

4° Patrini obligationes. Can. 797. Etiam ex valida confirmatione oritur inter confirmatum et patrinum cognatio spiritualis, ex qua patrinus obligatione tenetur confirmatum perpetuo sibi commendatum habendi ejusque christianam educationem curandi ". — Ex hac cognatione non oritur tamen impedimentum dirimens matrimonium (c. 1079).

III. De collatæ confirmationis adnotatione et probatione.

588. Can. 798. " Nomina ministri, confirmatorum, parentum et patrinorum, diem ac locum confirmationis paro-

[1] *Instr.* S. C. *de Prop. Fide* 4 maii 1774 ; cf. *Ami du Clergé* 1912, p. 1074.

chus inscribat in peculiari libro, præter adnotationem in libro baptizatorum de qua in can. 470, § 2".

Can. 799. " Si proprius confirmati parochus præsens non fuerit, de collata confirmatione minister vel per se ipse vel per alium quamprimum eumdem certiorem faciat".

Can. 800. " Ad collatam confirmationem probandam, modo nemini fiat præjudicium, satis est unus testis omni exceptione major, vel ipsius confirmati jusjurandum, nisi confirmatus fuerit in infantili ætate ".

IV. De ceremoniis confirmationis[1].

589. 1° **Describuntur.** Tres sunt præcipuæ ceremoniæ in *Pontificali* assignatæ : (a) *Manuum extensio* et *impositio,* super omnes confirmandos simul sumptos, cum invocatione qua postulatur ut septiformis Spiritus in eos descendat. Hæc, ex dictis, ad *essentiam* sacramenti *non* pertinet.

(b) *Consignatio cum chrismate* sub forma *crucis* in *fronte* confirmandi a patrino præsentati, recitatis verbis formæ supra expositis, novoque nomine novo militi imposito; et fit simul manus impositio : hic habetur essentia Confirmationis. *{Codex,* c. 780).

(c) *Confirmato levis alapa datur,* ut.tanquam miles Christi agnoscatur, secundum quosdam; aut, juxta alios, ut paratus sit ad omnem ignominiam pro Christo patienter ferendam. Simul dicitur : *pax tecum,* quia pax est unus e fructibus quos producit Spiritus Sanctus. Postea funduntur preces ut in confirmatis habitet Spiritus, atque eis datur benedictio.

2° **Obligatio eas servandi.** Quæ ceremoniæ *accurate servandæ sunt.* Eas omittere quæ certo aut probabiliter ad valorem sacramenti pertinent, esset peccatum mortale, quia tunc sacramentum invalidum esset aut periculo nullitatis exponeretur. Extra hos casus, grave peccatum esset confirmationem conferre sine ulla veste pontificali[2], aut notabilem partem ceremoniarum omittere vel

[1] A. Villien, *La Confirmation,* in *Rev. du Cl.fr.,* t. LXV, 169-185; J. B. Bord, *op. rit,* p. 48.

[2] Regulariter episcopus indutus esse debet amictu super rochètum ac stola, pluviali albi coloris, mitra et baculo.

mutare, v. g., sacramentum conferre absque patrino extra casum necessitatis; leve esset peccatum alapam omittere.

Quando sacerdos rite delegatus hoc sacramentum confert, non potest *pontificalibus* uti, nisi jam aliunde hoc privilegium habuerit. Ceremoniæ ab ipso observandæ explicantur in *Instructione* pro simplici sacerdote ad confirmationem conferendam delegato, edita a S. *C. de Prop. Fide,* 4 maii 1774, et a 5. *Officio* ad omnes delegatos extensa, jul. 1888.

Conclusio practica totius Tractatus.

Confirmati præ oculis indesinenter habeant hæc Christi verba [1] : " Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo qui in cælis est". 1) Per confirmationem tanquam Christi *milites* signamur, ideoque strenue dimicare debemus contra fidei hostes, inter quos versamur, absque ullo timore istorum irrisiones et impugnationes incurrendi : milites enim vanis timoribus non cedunζ sed, sicut Apostoli, gaudent quod digni habeantur pro nomine Jesu, supremi ducis, contumeliam, vincula, tormenta perferre. 2) Quia vero donum præcipue fortitudinis a Spiritu Sancto accipiunt, divino auxilio freti, ardua non solum pati sed et aggredi pro nomine Christi parati esse debent : omnia enim possunt in eo qui eos confortat. Quare religionem catholicam profitebuntur coram hominibus, non tantum verbis sed operibus, omnia officia Christiana fideliter adimplentes.

Christus autem eos confitebitur coram Patre suo eisque largietur coronam justitiæ fortiter dimicantibus promissam.

• *Maith.,* X, 32·

DE SS. EUCHARISTIA

Auctores consulendi.

Præter auctores allegatos, ubi *de Sacramentis in genere,* conferri possunt : Inter Patres : *Sæc. I exeunte, Didache,* XIV, 2, 3; — *Sæc. II,* S. Justinus, *Apol.,* I, 65-66; S. Irenæus, *Adv. hæres.,* IV, 18; V, 2 = *Sæc. III,* Tertullianus, *ad uxorem,* II, 5; *De resurrectione carnis,* 8; S. Cyprianus, *De lapsis,* 1, 15, 16, 22, etc.; Clemens Alex., *Stromata,* I, 1, 10, 19; IV, 25, etc.; Origenes, *C. Celsum,* VIII, 33, 57, etc.

Sæc. IV, Serapionis *Euchologion;* S. Cyrillus Hierosol., *Cateches.,* XXII-XXIII; S. Gregorius Nyss., *Oratio catechetica magna,* c. 37; S. Ambrosius, *De mysteriis,* c. 8-9 ; S. Chrysostomus, *Homil. II. de proditione Judæ,* et alibi passim ; — *Sæc. V,* S. Augustinus, *Sermo CCXVII,* Ad infantes de sacramentis, etc.; S. Cyrillus Alex., *Adversus Nestorii blasphemias,* lib. IV.

Sæc. VIII, Joannes Damascenus, *Epistola de Corpore et Sanguine Domini.*

Inter Theologos : *Sæc.* IX, Paschasius Rapbertus [1], *Liber de Corpore et Sanguine Domini;* Ratramnus *De Corpore et Sanguine Domini;* — *Sæc. X,* Gezo [3], *Liber de Corpore et Sanguine Christi;* Gerbertus [4], *Libellus de Corpore et Sanguine Domini;* — *Sæc. XI,* Durandus Troarnensis [5], *Liber de Corpore et Sanguine Domini;* Guitmundus [6], *De Corpore et Sanguine Domini;* Algerus, *De sacram, corporis et sanguinis Dominii ;* Lanfranc [8], *De Corpore et Sanguine Domini adv. Berengarium*

Sæc. XIII, S. Thomas, 3, q. 73 sq.; *Cont. Gentil.,* lib. IV, c. 61 sq.; *Opuscula :* de VenTrabili Sacramento Altaris, De Sacram. Euchar. ad modum prædicamentorum; — *Sæc. XIV,* Ambrosius Camaldulensis, *Sermones de admirabili Sacramento Corporis Christi;* — *Sæc. XV,* Bessarion, *Tract, de Sacramento Eucharistie;* Gabriel Biel, *Expositio Canonis Missæ.*

Sæc. XVI, J. Clichtove, *De sacramento Eucharistiæ contra (Ecolampadium,* 1527; J. Cochlæus, *De missa et transsubstantia-*

[1] *P. L.,* CXX, 1267. — [2] *P. L.,* CXXI, 103. — [3] *P. L.,* CXXXVII, 371. [4] , CXXXIX, 177. — [5] *P. L.,* CXLIX, 1375. — [6] *P. L.,* CXLIX, 1427.

Hone, 1533 ; J. Fisher, *De veritate Corporis et Sanguinis Christi;* G. Allen, *De Eucharistia ut sacramento,* 1575; Claudius d'Espence, *De Eucharistia et ejus adoratione,* Parisiis, 1573; Andreas Maas, *De Cœna Domini;* Cl. de Sainctes, O. S. A. *Examen doctrine Caiviniana et bezana de Cœna Domini,* 1566; *De rebus Eucharistia controversis,* Parisiis, 1575; Fr. Torres, S. J., *De SS. Eucharistia,* Florentiæ, 1561; G. de Valentia, *De vera Christi majestate et prasentia contra Ubiquistas,* 1582-1584; P. Skarga, S. J., *Pro SS. Eucharistia contra hareses Zwingl.,* Vilnæ, 1576; J. M. Brillmacher, S. J., *Controversiarum de Eucharistia sacram, dialogi quinque,* Coloniæ, 1584.

Sac. XVJI, Richeome, S. *J., La sainte Messe déclarée et défendue contre les erreurs sacramentaires,* Burdigalæ, 1600; P. Coton, S. J., *Du tris-saint et très-auguste sacrement et sacrifice de la Messe,* Parisiis, 1600; Seb. Heiss., O. S. A., *Dialogi 6 de august. Corporis et Sanguinis sacram, ac sacrificio missa,* 1605; Al. Alberti, O. S. A., *De realifrasentia Christi in Euchar. sacramento,* 1613; Nic. Coeffeteau, O. P., *Les Merveilles de la Ste Eucharistie,* Paris, 1605 ; *La défense de la Ste Eucharistie,* Paris, 1607 ; M. Becanus, S. J., *De triplici Cœna calvinistica, lutherana, catholica,* Moguntiæ, 1608; Sanctus Bellarminus, *Controv.,* De sacram. Eucharistias; J. de Lvgo, S. J., *De venerabili Euchar. sacramento et de sac. Missa sacrificio;* Card. Du Perron, *Traité du Sacr. de PEucharistie,* 2 ed. 1620; Zach. Pasqualigo, *De Sacrificio N. Legis quastiones theologica, morales ac juridica,* Veronæ, 1041; Modestus Gavatius, O. M., *De SS. Euchar. sacramento, ad mentem Scoti,* Romæ, 1656; Nicole, Arnault, Renaudot, *Perpétuité de la Foi Catholique,* 1669-1713.

Sac. XVIII, L. Babenstuber, O. S. B., *Deus absconditus in sacramento altaris,* Salisburgi, 1700; *Sacros, missa sacrificium,* 1710; A. CiENFUEGOS, *Vita abscondita,* Romæ, 1728 ; Benedictus XIV, *De SS. missa sacrificio;* R. Billuart, O. P., *De mente Ecclesia circa accidentia eucharistica; V.* M. Fassini, O. P., *De singularibus euchar. usibus apud veteres Gracos,* Brixiæ, 1769.

Sac. XIX, George Corless, *The Catholic doctrine of Transsubstantiation,* London, 1827; J. Fletcher, *Transsubstantiation,* London, 1836; Wiseman, *Lectures on the Real presence,* 1836, on the principal doctrines (I. XIV-XVI),gallice redditum in *Dimonstr. évangéliques* (Migne), t. XV, 1159-1296; Frédet, S. S., *Treatise on the Eucharistic mystery,* Baltimore, 1844; Gerbet, *Considérations sur le dogme générateur de la piété catholique,* 1853 ; Stockl, *Das Opfer nach seinem IVesen und nach seiner Geschichte;* Hergenrother, *Die Eucharistie als Opfer;* Gihr, *Pas heilige Messopfer;* Vande Burght, *De celebratione missarum ;* Dalgairns,

Holy Communion, 1861 ; Franzelin, S. J., *De SS. Eucharistia sacramento et sacrificio,* Romæ, 1868; Haitz, *Abendmahlslehre,* 1872; Menne, *Das Allerheiligste Sakrament des Altares,* 3 vol., 1873; M. Rosset, *De SS. ac divinissimo Eucharistia mysterio,* Camberii, 1876; Lambrecht, *De SS. missa sacrificio;* P. Einig, *De SS. Eucharistia mysterio,* 1888; F. W, Faber, *The B. Sacrement;* Corblet, *Histoire du Sacrement de ΓEucharistie,* Paris, 1885-S6; Maurel, *Traité de la Communion fréquente;* Card. Gasparri, *Tr. canonicus de SS. Eucharistia,* Parisiis, 1897; Cappellazzi, *L'Eucharistia come sacramento e come sacrificio,* 1898; Lahousse, *Tr. dogmatico-moralis de SS. Eucharistia mysterio,* 1899; S. Many, *Pralect. de Missa et de locis sacris,* Parisiis, 1903-1904 ;_Hει>^ευ, *The Holy Eucharist,·* 1907; Card. Lépicier, *De Eucharistia,* 1916; D. Coghlan, *De SS. Eucharistia,* Dublin, 1913;?. Batiffol, *L'Eucharistie,* ed. 5 (1913), licentia habita competentis Auctoritatis; A. d'Alès, *D. A.,* I, 1548-1585; *D. T. C.,* V, 989-1452; E. Hugon, *Tr. dogmatici,* t. IV, 1920; L. Labauche, *Leç. de Théol.,* t. IV, *DEucharistie*), 1921; H. Lamiroy, *De essentia SS. Sacrificii Missa;* M. de la Taille, S. J., *Mysteriumfidei,* 1921 ; M, Lepin, *L'Idée du Sacrifice de la Messe d'après (es Théologiens,* Paris, I920;W. Goossens, *Les Origines de l'Euch.,sa.-*crement et sacrifice,Paris, 1931; Mgr *Eucharistie,** Paris.

Inter **Protestantes** : Calvinus, *Instit.,* lib. IV, c. 17-18; J. H. A. Ebrard, *Das Dogma vom heil. Abendmahl und seine Geschichte,* Frankfort, 1845-46; Kaknis, *Die Lehrevom Abendmahle,* Leipzig, 1851; R. Wilberforce (postea conversus), *The doctrine of the H. Eucharist,* London, 1853; E. B. Pusey, *The doctrine of the Real presence,* Oxford, 1855; J. Macnaught, *Cana Domini,* London, 1878; Steeg, *Histoire de ΓEucharistie,* Bordeaux, 1872; Hoffmann, *Das Abendmahl im Urchristentum,* 1903; Gôtz, *Die Abendmahlsfrage in ihrergeschichtlichen Entwicklung,* 1904; Bares, *Die moderne protest. Abendmahlsforschung,* 1909; M. Goguel, *DEucharistie,* Des origines à Justin martyr, Paris, 191

Tertium est Eucharistiæ sacramentum, cujus materia est panis triticeus et vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet. Aqua autem ideo admiscetur, quoniam, juxta testimonia sanctorum Patrum ac doctorum Ecclesiæ pridem in disputatione exhibita, creditur ipsum Dominum in vino aqua permixto hoc instituisse sacramentum. Deinde quia hoc convenit dominicæ passionis repræsentationi. Inquit enim beatus Alexan

Papa quintus a beato Petro : In sacramentorum oblationibus, quæ intra missarum sollemnia Domino offeruntur, panis tantum et vinum aqua permixtum in sacrificium offerantur. Non enim debet in calicem Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum; quia utrumque, id est, sanguis et aqua ex latere Christi profluxisse legitur. Tum etiam, quod convenit ad significandum hujus sacramenti effectum, qui est unio populi christiani ad Christum. Aqua enim populum significat, secundum illud Apocalypsis I : *4<?ua multa,populi multi.* Et Julius Papa secundus post beatum Sylvestrum ait : "Calix dominicus juxta canonum præceptum, vino et aqua permixtus debet offerri ; quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vinum et aqua miscentur, Christo populus adunatur, et fidelium plebs ei, in quem credidit, copulatur et jungitur Cum ergo tam sancta Romana Ecclesia, a beatissimis Petro et Paulo edocta, quam reliquæ omnes Latinorum Græcorumque Ecclesiae, in quibus omnis sanctitatis et doctrinæ lumina claruerunt, ab initio nascentis Ecclesiæ sic servaverint et modo servent, inconveniens admodum videtur, ut alia quævis regio ab hac universali et rationali discrepet observantia. Decernimus igitur, ut etiam ipsi Armeni se cum universo orbe christiano conforment, eorumque sacerdotes in calicis oblatione paululum aquæ, prout dictum est, admisceant vino. Forma hujus sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc confecit sacramentum : sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc conficit sacramentum. Nam ipsorum verborum virtute substantia panis in corpus Christi, et substantia vini in sanguinem convertuntur : ita tamen quod totus Christus continetur sub specie panis et totus sub specie vini : sub qualibet quoque parte hostiæ consecratæ et vini consecrati, separatione facta, totus est Christus. Hujus sacramenti effectus, quem in anima operatur digne sumentis, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur et membris ejus unitur, consequens est quod per hoc sacramentum in sumentibus digne gratia augeatur, omnemque effectum, quem materialis cibus et potus quoad vitam agunt corporalem, sustentando, augendo, reparando et delectando, sacramentum hoc quoad vitam operatur spiritualem : in quo, ut inquit Urbanus Papa, gratam Salvatoris nostri recensemus memoriam, a malo retrahimur, confortamur in bono, et ad virtutum et gratiarum proficimus incrementum.

II. Declarationes et canones Conc. Trident, de SS. Eucharistiæ sacramento.*

Sess. XIII (1551).

CAP. I. De real! praesentia D. N. Jesu Christi in SS. Eucharistiae sacramento.

Principio docet sancta Synodus, et aperte ac simpliciter profitetur, in almo sanctæ Eucharistiae sacramento, post panis et vini consecrationem *Dominum nostrum Jesum Christum,* verum Deum atque hominem, *vere, realiter* ac *substantialiter sub specie* illarum rerum sensibilium *contineri.* Neque enim hæc inter se pugnant, ut ipse Salvator noster semper ad dextram Patris in cælis assideat, juxta modum existendi naturalem; et ut multis nihilominus aliis in locis sacramentaliter præsens sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione quam, etsi verbis exprimere vix possumus, possibilem tamen esse Deo, cogitatione per fidem illustrata, assequi possumus, et constantissime credere debemus.

Ita enim majores nostri omnes, quotquot in vera Christi Ecclesia fuerunt, qui de sanctissimo hoc Sacramento disseruerunt, apertissime professi sunt, hoc tam admirabile Sacramentum in ultima coena Redemptorem nostrum instituisse; cum, post panis vinique benedictionem, se suum ipsius corpus illis praebere, ac suum sanguinem disertis ac perspicuis verbis testatus est, quæ verba a sanctis Evangelistis commemorata, et a D. Paulo postea repetita, cum propriam illam et apertissimam significationem præ se ferant, secundum quam a Patribus intellecta sunt; indignissimum sane flagitium est, ea a quibusdam contentiosis et pravis hominibus ad *fictitios* et *imaginarios tropos,* quibus *veritas carnis et sanguinis Christi negatur,* contra universum Ecclesiæ sensum detorqueri: quæ, tanquam columna et firmamentum veritatis, hæc ab impiis hominibus excogitata commenta, velut satanica, detestata est, grato semper et memore animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens.

CAP. 2. De ratione institutionis sanctissimi hujus Sacramenti.

Ergo Salvator noster, discessurus ex hoc mundo ad Patrem, sacramentum hoc instituit, in quo divitias divini sui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum; et in illius sumptione colere nos sui memoriam praecepit suamque annuntiare mortem, donec ipse ad judicandum mundum veniat.

' D. B., S74-893. — Cfr. Theiner, *Acta SS. Œcum. Cone. Trident,* vol. I, p. 466 sq.

Sumi autem voluit sacramentum hoc, tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur et confortentur viventes vita illius qui dixit : *Qui manducat me, et ipse vivit propter me* [1] : et tanquam antidotum, quo liberemur a culpis quotidianis, et a peccatis mortalibus praeservemur. Pignus praeterea id esse voluit futuræ nostræ gloriae, et perpetuae felicitatis, adeoque symbolum unius illius corporis cujus ipse caput existit, cuique nos tanquam membra, arctissima fidei, spei et caritatis connexione astrictos esse voluit, ut *idipsum omnes diceremus, nec essent in nobis schismata* [2].

CAP. 3. De excellentia sanctissimæ Eucharistiæ super reliqua sacramenta.

Commune hoc quidem est sanctissimæ Eucharistiæ cum ceteris sacramentis, symbolum esse rei sacrae, et invisibilis gratiæ formam visibilem : verum illud in ea excellens et singulare reperitur, quod reliqua sacramenta tunc primum sanctificandi vim habent, cum quis illis utitur; at in Eucharistia ipse sanctitatis auctor ante usum est. Nondum enim Eucharistiam de manu Domini Apostoli susceρεΓβηζ cum vere tamen ipse affirmaret corpus suum esse quod praebebat Et semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem *verum Domini nostri corpus, verumque ejus sanguinem,* sub panis et vini specie una cum ipsius *anima* et *divinitate* existere : sed corpus quidem sub specie panis, et sanguinem sub vini specie, ex *vi verborum;* ipsum autem corpus sub specie vini, et sanguinem sub specie panis, animamque sub utraque *vi naturalis illius connexionis et concomitantia,* qua partes Christi Domini, qui jam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur : divinitatem porro propter admirabilem illam ejus cum corpore et anima *hypostaticam unionem.* Quapropter verissimum est, *tantumdem* sub *alterutra specie* atque sub *utraque contineri : totus* enim et *integer* Christus, sub *panis specie,* et sub *quavis* ipsius speciei *parte; totus* item sub *vini specie,* et sub *ejus partibus* existit.

CAP. 4. De transsubstantiatione.

Quoniam autem Christus Redemptor noster, corpus suum id quod sub specie panis offerebat, vere esse dixit ; ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denuo sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis et vini *conversionem* fieri *totius substantia* panis *in substantiam corporis* Christi Domini nostri, et *totius substantia vini* in *substantiam sanguinis ejus;* quæ conversio convenienter et proprie a sancta catholica Ecclesia *transsubstantiatio* est appellata.

[1] *Joan.,* VI, 58. — [2] *I Cor.,* I, 10.

CAP. 5. De cultu et veneratione huic sanctissimo Sacramento exhibendo.

Nullus itaque dubitandi locus relinquitur, quin omnes Christi fideles, pro more in catholica Ecclesia semper recepto, *latriæ cultum,* qui vero Deo debetur, huic *sanctissimo Sacramento* in veneratione *exhibeant.* Neque enim ideo minus est adorandum, quod fuerit a Christo Domino, ut sumatur, institutum; nam illum eumdem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem Pater ætemus introducens in orbem terrarum, dicit : *"Et adorent eum omnes Angeli Dei" l;* quem Magi procidentes adoraverunt; quem denique in Galilæa ab Apostolis adoratum fuisse, Scriptura testatur.

Declarat præterea sancta Synodus, pie et religiose admodum in Dei Ecclesiam inductum fuisse hunc morem, ut singulis annis peculiari quodam et festo die præcelsum hoc et venerabile Sacramentum singulari veneratione ac sollemnitate celebraretur, utque in processionibus reverenter et honorifice illud per vias et loca publica circumferretur. Æquissimum est enim, sacros aliquos statutos esse dies, cum Christiani omnes singulari ac rara quadam significatione gratos et memores testentur animos erga communem Dominum et Redemptorem, pro tam ineffabili et plane divino beneficio, quo mortis ejus victoria et triumphus repræsentatur. Atque sic equidem oportuit victricem veritatem de mendacio et hæresi triumphum agere, ut ejus adversarii in conspectu tanti splendoris, et in tanta universæ Ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati et fracti tabescant, vel pudore affecti et confusi aliquando resipiscant.

CAP. 6. De asservando sacræ Eucharistiæ sacramento, et ad infirmos deferendo.

Consuetudo asservandi in sacrario sanctam Eucharistiam adeo antiqua est, ut eam saeculum etiam Nicaeni concilii agnoverit. Porro deferri ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos et in hunc usum diligenter in ecclesiis conservari, praeterquam quod cum summa aequitate et ratione conjunctum est, tum multis in conciliis praeceptum invenitur, et vetustissimo catholicae Ecclesiæ more est observatum. Quare sancta hæc Synodus retinendum omnino salutarem hunc et necessarium morem statuit.

CAP. 7. De præparatione, quæ adhibenda est, ut digne quis sacram Eucharistiam percipiat.

Si non decet ad sacras ullas functiones quempiam accedere, nisi sancte; certe, quo magis sanctitas et divinitas cælestis hujus Sacra-

l Hebr., I, 6.

menti viro christiano comperta est, eo diligentius cavere ille debet, ne absque magna reverentia et sanctitate ad id percipiendum accedat, præsertim cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus : *Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Dominix.* Quare communicare volenti revocandum est in memoriam ejus præceptum ; *Probet autem seipsum homo* Ecclesiastica autem consuetudo declarat eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa *sacramentali confessione,* ad sacram Eucharistiam accedere debeat : quod a christianis omnibus, etiam ab iis sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit, *modo non desit illis copia confessoris;* quod si, necessitate urgente, Sacerdos absque prævia confessione celebraverit, *quamprimum confiteatur.*

CAP. 8. De usu admirabilis hujus sacramenti.

Quoad usum autem, recte et sapienter Patres nostri tres rationes hoc sanctum sacramentum accipiendi distinxerunt : quosdam enim docuerunt *sacramentaliter duntaxat* id sumere, ut peccatores ; alios *tantum spiritualiter,* illos nimirum, qui voto propositum illum caelestem panem edentçs, fide viva, quæ per dilectionem operatur, fructum ejus et utilitatem sentiunt; tertios porro *sacramentaliter simul* et *spiritualiter;* hi autem sunt, qui ita se prius probant et instruunt, ut vestem nuptialem induti ad divinam hanc mensam accedant.

In sacramentali autem sumptione semper in Ecclesia Dei mos fuit, ut laici a sacerdotibus communionem acciperent, sacerdotes autem celebrantes seipsos communicarent; qui mos, tanquam ex traditione Apostolica descendens, jure ac merito retineri debet.

Demum autem paterno affectu admonet sancta Synodus, hortatur, rogat, et obsecrat per viscera misericordiæ Dei nostri, ut omnes et singuli, qui christiano nomine censentur, in hoc unitatis signo, in hoc vinculo caritatis, in hoc concordiæ symbolo jam tandem aliquando conveniant et concordent, memoresque tantæ Majestatis, et tam eximii amoris Jesu Christi Domini nostri, qui dilectam animam suam in nostræ salutis pretium, et carnem suam nobis dedit ad manducandum; hæc sacra mysteria corporis et sanguinis ejus, ea fidei constantia et firmitate, ea animi devotione, ac pietate et cultu credant et venerentur, ut panem illum supersubstantialem *frequenter suscipere possint;* et is vere eis sit animæ vita, et perpetua sanitas mentis; cujus vigore confortati ex hujus miseræ peregrinationis itinere ad cælestem patriam pervenire valeant, eumdem

SMBI

panem Angelorum, quem modo sub sacris velaminibus edunt, absque ullo velamine manducaturi.

Quoniam autem non est satis veritatem dicere, nisi detegantur et refellantur errores; placuit sanctæ Synodo hos canones subjungere, ut omnes, jam agnita catholica doctrina, intelligant quoque quæ ab illis hæreses caveri vitarique debeant.

CANONES.

Can. i. Si quis negaverit, in sanctissimæ eucharistiæ sacramento contineri vere, realiter et substantialiter corpus et sanguinem una cum anima, et divinitate Domini nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum, sed dixerit tantummodo esse in eo ut in signo, vel figura, aut virtute; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, in sacrosancto eucharistiæ sacramento remanere substantiam panis et vini, una cum corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi; negaveritque mirabilem illam et singularem conversionem totius substantiæ panis in corpus, et totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis et vini, quam quidem conversionem catholica Ecclesia aptissime transsubstantiationem appellat; A. S.

Can. 3. Si quis negavei^ in venerabili sacramento eucharistiæ sub unaquaque specie, et sub singulis cujusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, peracta consecratione, in admirabili eucharistiæ sacramento non esse corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, sed tantum in usu, dum sumitur, non autem ante vel post; et in hostiis seu particulis consecratis, quæ post communionem reservantur vel supersunt, non remanere verum corpus Domini; A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, vel præcipuum fructum sanctissimæ eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus provenire; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, in sancto eucharistiæ sacramento Christum, unigenitum Dei Filium, non esse cultu latriæ, etiam externo, adorandum; atque ideo nec festiva peculiari celebritate venerandum; neque in processionibus, secundum laudabilem et universalem Ecclesiæ sanctæ ritum et consuetudinem, sollemniter circumgestandum, vel non publice, ut adoretur, populo proponendum, et ejus adoratores esse idololatras; A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, non licere sacram eucharistiam in sacrario reservari, sed statim post consecrationem astantibus necessario distribuendam; aut non licere, ut illa ad infirmos honorifice deferatur; A. S.

Can. S. Si quis dixerit, Christum in Eucharistia exhibitum spiritualiter tantum manducari, et non etiam sacramentaliter ac realiter; A. S.

Can. 9. Si quis negaverit, omnes et singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in. Paschate, ad communicandum juxta praeceptum sanctæ matris Ecclesiæ; A. S.

Can. 10. Si quis dixerit, non licere sacerdoti celebranti seipsum communicare; A. S.

Can. ii. Si quis dixerit, solam fidem esse sufficientem praeparationem ad sumendum sanctissimæ Eucharistiæ sacramentum; A. S. Et, ne tantum Sacramentum indigne, atque ideo in mortem et condemnationem sumatur, statuit; atque declarat ipsa sancta Synodus, illis, quos conscientia peccati mortalis gravat, quantumcumque etiam se contritos existiment, habita copia confessoris, necessario præmittendam esse confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, praedicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputando, defendere praesumpserit, eo ipso excommunicatus existât.

III. Conc. Tridentini decreta et canones de sacrificio Missæ *

Swy. ***XXII*** (1562).

CAP. 1. De institutione sacrosancti Missæ sacrificii.

Quoniam sub priori Testamento, teste Apostolo Paulo, propter levitici sacerdotii imbecillitatem consummatio non erat; oportuit, Deo Patre misericordiarum ita ordinante, sacerdotem alium secundum ordinem Melchisedech surgere, Dominum nostrum Jesum Christum, qui posset omnes quotquot sanctificandi essent, consummare, et ad perfectum adducere. Is igitur Deus et Dominus noster, etsi semel seipsum in ara crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, ut aeternam illic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem sacerdotium ejus exstinguendum non erat, in ccena novissima, qua nocte tradebatur, ut dilectae sponsae suae Ecclesiæ visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificium, quo cruentum illud semel in cruce peragendum repræsentaretur, ejusque memoria in finem usque sæculi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, quæ a nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur; Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in ætemum constitutum declarans,

* D. B., 938-956. — Cfr. A. Theiner, voL II, p. 58 sq.

corpus et sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit, ac sub earumdem rerum symbolis Apostolis, quos tunc novi Testamenti sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit; et eisdem, eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepit per hæc verba: *"Hoc facite in meam commemorationem"* uti semper Catholica Ecclesia intellexit, et docuit. Nam, celebrato veteri Pascha, quod in memoriam exitus de Ægypto multitudo filiorum Israel immolabat, novum instituit Pascha, seipsum ab Ecclesia per sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quando per sui sanguinis effusionem nos redemit eripuitque de potestate tenebrarum, et in regnum suum transtulit.

Et hæc quidem illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari potest : quam Dominus per Malachiam[2] *" nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offerendam "* prædixit : et -quam non obscure innuit Apostolus Paulus, Corinthiis scribens[3], cum dicit *" non posse eos, qui participatione mensa dcemoniorum polluti sunt, mensa Domini participes fieri " ;* per mensam altare utrobique intelligens. Hæc denique illa est, quæ per varias sacrificiorum, naturæ et legis tempore, similitudines figurabatur; utpote quæ bona omnia, per illa significata, veluti illorum omnium consummatio et perfectio complectitur.

CAP. 2. Sacrificium visibile esse propitiatorium pro vivis et defunctis.

Et quoniam in divino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, et incruente immolatur, qui in ara crucis semel seipsum cruente obtulit, docet sancta Synodus, sacrificium istud vere *propitiatorium* esse, per ipsumque fieri, ut, *si cum vero corde, et recta fide,* cum metu et reverentia, *contriti ac panitentes* ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Hujus quippe oblatione placatus Dominus, *gratiam et donum poenitentia concedens,* crimina et peccata, etiam ingentia, dimittit. Una enim eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa. Cujus equidem oblationis cruentæ, inquam, fructus per hanc uberrime percipiuntur : tantum abest, ut illi per hanc quovis modo derogetur. Quare non solum pro fidelium vivorum peccatis, poenis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus, sed et pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis, rite, juxta Apostolorum traditionem, offertur.

* *Luc.,* XXII, 19.— ' *Malach.,* I, 11.

CAP. 3. De Missis in honorem Sanctorum.

Et quamvis in honorem et memoriam Sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueverit; non tamen illis sacrificium offerri ὀοοβζ sed Deo soli, qui illos coronavit : unde nec sacerdos dicere solet : "Offero tibi sacrificium, Petre, vel Paule" sed Deo de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinia implorat : " ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memoriam facimus in terris

CAP. 4. De Canone Missæ.

Et cum sancta sancte administrari conveniat, sicque hoc omnium sanctissimum sacrificium, Ecclesia Catholica, ut digne reverenterque offerretur, ac perciperetur, sacrum Canonem multis ante sæculis instituit, ita ab omni errore purum, ut nihil in eo contineatur, quod non maxime sanctitatem ac pietatem quamdam redoleat, mentesque offerentium in Deum erigat; id enim constat tum ex ipsis Domini verbis, tum ex Apostolorum traditionibus, ac sanctorum quoque Pontificum piis institutionibus.

CAP. 5. De sollemnibus Missæ sacrificii ceremoniis.

Cumque natura hominum ea sit, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustolli; propterea pia Mater Ecclesia ritus quosdam, ut scilicet quædam submissa voce, alia vero elatiore, in Missa pronuntiarentur, instituit. Ceremonias item adhibuit, ut mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliaque id genus multa, ex Apostolica disciplina et traditione, quo et majestas tanti sacrificii commendaretur, et mentes fidelium per hæc visibilia religionis et pietatis signa ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur.

CAP. 6. De Missa, in qua solus Sacerdos communicat.

Optaret quidem sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles astantes, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi hujus sacrificii fructus uberior proveniret : nec tamen, si id non semper fiat, propterea Missas illas, in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, ut privatas et illicitas damnat, sed probat, atque adeo commendat; siquidem illæ quoque Missæ vere communes censeri debent, partim quod in eis populus spiritualiter communicet, partim vero quod a publico Ecclesiæ ministro non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad Corpus Christi pertinent, celebrentur.

CAP. 7. De aqua, in calice offerendo, vino miscenda.

Monet deinde sancta Synodus, præceptum esse ab Ecclesia sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerendo miscerent; tum quod Christum Dominum ita fecisse credatur, tum etiam quia e latere ejus aqua simul cum sanguine exierit, quod sacramentum hac mixtione recolitur; et cum aquæ in Apocalypsi beati Joannis populi dicantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo unio repraesentatur.

CAP. 8. De Missa vulgari lingua passim non celebranda, et mysteriis ejus populo explicandis.

Etsi Missa magnam contineat populi fidelis eruditionem, non tamen expedire visum est Patribus, ut vulgari passim lingua celebraretur. Quamobrem retento ubique cujusque Ecclesiæ antiquo, et a Sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum matre et magistra, probato ritu, ne oves Christi esuriant, neve parvuli panem petant, et non sit qui frangat eis, mandat sancta Synodus Pastoribus, et singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem vel per se, vel per alios, ex iis quæ in Missa leguntur aliquid exponant; atque inter cetera sanctissimi hujus Sacrificii mysterium aliquod declarent diebus præsertim Dominicis et festis.

CAP. 9. Prolegomenon canonum sequentium.

Quia vero adversus veterem hanc, in sacrosancto Evangelio, Apostolorum traditionibus, sanctorumque Patrum doctrina fundatam fidem, hoc tempore multi disseminati sunt errores, multaque a multis docentur, atque disputantur; sacrosancta Synodus, post multos gravesque his de rebus mature habitos tractatus, unanimi Patrum omnium consensu, quæ huic purissimæ fidei, sacræque doctrinae adversantur, damnare, et a sancta Ecclesia eliminare, per subjectos hos canones, constituit.

Can. i. Si quis dixerit, in Missa non offerri Deo verum et proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari : A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, illis verbis : “ *.Hoc faeite in meam commemorationem* ”, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes; aut non ordinasse, ut ipsi, aliique sacerdotes offerrent corpus et sanguinem suum : A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, Missæ sacrificium tantum esse laudis, et gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in cruce peracti, non autem propitiatorium ; vel soli prodesse sumenti,

neque pro vivis et defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus offeni debere : A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio, in cruce peracto, per Missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari : A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, imposturam esse, Missas celebrare in honorem Sanctorum, et pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit : A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, canonem Missæ errores continere, ideoque abrogandum esse : A. S.

Can. j. Si quis dixerit, ceremonias, vestes et externa signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia Catholica utitur, irritabula impietatis esse magis quam officia pietatis : A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, Missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque abrogandas : A. S.

Can. 9. Si quis dixerit, Ecclesiæ Romanæ ritum, quo submissa voce pars Canonis, et verba Consecrationis proferuntur damnandum esse; aut lingua tantum vulgari Missam celebrari debere; aut aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, eo quod sit contra Christi institutionem : A. S.

ff Î

IV. Doctrina de Communione sub UTRAQUE SPECIE, ET PARVULORUM

M

Sfw- *XXI* (1562).

V r
·1χ

CAP. I. Laicos, et clericos non conficientes, non astringi jure divino ad communionem sub utraque specie.

Itaque sancta ipsa Synodus, a Spiritu Sancto, qui Spiritus est sapientiæ et intellectus, Spiritus consilii et pietatis, edocta, atque ipsius Ecclesiæ judicium et consuetudinem secuta, declarat ac docet, nullo divino præcepto laicos, et clericos non conficientes, obligari ad Eucharistiæ sacramentum sub utraque specie sumendum, neque ullo pacto, salva fide, dubitari posse, quin illis alterius speciei communio ad salutem sufficiat Nam, etsi Christus Dominus in ultima Cœna venerabile hoc Sacramentum in panis et vini speciebus instituit, et Apostolis tradidit; non tamen illa institutio et traditio eo tendunt, ut omnes Christi fideles statuto Domini ad utramque speciem accipiendam astringantur. Sed neque ex sermone illo, apud Joannem sexto, recte colligitur, utriusque speciei communionem a Domino præceptam esse, utcumque juxta varias

• D. B., 930-937. — Cfr. A. Theiner, vol. II, p. 3 sq.

sanctorum Patrum, et Doctorum interpretationes intelligitur. Namque, qui dixit : " Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis"[1]; dixit quoque : " Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum
Et qui dixit : " Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam"[3]; dixit etiam : "Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita"[4]! Et denique, qui dixit : "Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in illo " 5; dixit nihilominus : " Qui manducat hunc panem vivet in æternum " 6.

CAP. 2. Ecclesiæ potestas circa dispensationem sacramenti Eucharistiae.

Praeterea declarat, hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret vel mutaret, quæ suscipientium utilitati, seu ipsorum sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum et locorum varietate, magis expedire judicaret. Id autem Apostolus non obscure visus est innuisse, cum ait : " Sic nos existimet homo, ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei"[7]; atque ipsum quidem hac potestate usum esse, satis constat, cum in multis aliis, tum in hoc ipso Sacramento, cum, ordinatis nonnullis circa ejus usum, " cetera, inquit, cum venero, disponam "[8]. Quare agnoscens sancta Mater Ecclesia hanc suam in administratione sacramentorum auctoritatem, licet ab initio christianæ Religionis non infrequens utriusque speciei usus fuisset, tamen progressu temporis latissime jam immutata illa consuetudine, gravibus et justis causis adducta, hanc consuetudinem sub altera specie communicandi approbavit, et pro lege habendam decrevit : quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesiæ auctoritate pro lubitu mutare, non licet.

CAP. 3. Totum et integrum Christum, ac verum Sacramentum sub qualibet specie sumi.

Insuper declarat, quamvis Redemptor noster, ut antea dictum est, in suprema illa Ccena hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit, et Apostolis tradiderit, tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi ; ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia, necessaria ad salutem, eos defraudari, qui unam speciem solum accipiunt.

[1] *Joan.*, VI, 54. — [2] *Joan.*, VI, 52. — [3] *Joan.*, VI, 55. — [4] *Joan.*, VI, 52.
[5] *Joan.*, VI, 57. — [6] *Joan.*, VI, 59. — [7] *I Cor.*, IV, I, — [8] *1 Cor.*, XI, 34.

CAP. 4. Parvulos non obligari ad communionem sacramentalem.

Denique eadem sancta Synodus docet, parvulos usu rationis carentes, nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiæ communionem : siquidem per Baptismi lavacrum regenerati, et Christo incorporati, adeptam jam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non possunt. Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando servavit. Ut enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt; ita certe eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controversia credendum est.

CANONES.

Can. i. Si quis dixerit, ex Dei præcepto vel necessitate salutis, omnes et singulos Christi fideles utramque speciem sanctissimi Eucharistiæ sacramenti sumere debere; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, Sanctam Ecclesiam Catholicam non justis causis et rationibus adductam fuisse, ut laicos, atque etiam clericos non conficientes, sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse; A. S.

Can. 3. Si quis negaverit, totum et integrum Christum omnium gratiarum fontem et auctorem, sub una panis specie sumi, quia, ut quidam falso asserunt, non secundum ipsius Christi institutionem sub utraque specie sumatur ; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem; A. S.

V. Ex DECRETO *"LAMENTABILI"y* 3 JULII 1917, *CONTRA MODERNISTAS. l*

Prop. 45. Non omnia quæ narrat Paulus de institutione Eucharistiæ (Z *Cor.,* XI, 23-25) historice sunt sumenda.

Prop. 49. Cœna Christiana paulatim indolem actionis liturgicæ assumente, hi, qui Cœnæ præesse consueverant, characterem sacerdotalem acquisiverunt.

Codids can. 801-869, qui de Eucharistia agunt, suo loco exponentur.

* D. B., 2045-2049.

PROLEGOMENA

1° Objectum præstantia et utilitas Tractatus.

. (A) *Objectum.* In *Tr. de baptismo* diximus quomodo Christiani spiritualiter *renascantur;* in *Tr^de confirmatione* quomodo in vita spirituali *roborentur;* rdmkpetT^i'^ tur exponendum quomodô per^acramentum^/wrA^rzj/Tz?/ *spintualîteT'nuifianiü/j'^* -y

Quia vero eucharistia est_ non tantum *sacramentum* gratiam conferens, sed etiam *sacrificium* quo supremum Dei dominium agnoscitur, et quia utrumque arcte connectitur, de utroque hic agemus.

(B) *Excellentia* Tractatus agnoscitur ex dignitate objecti : (a) etenim sacramentum eucharistiæ est inter cetera *nobilissimum;* nam in se_continet non solum gratiam, sed gratiæ ipsius^w/^z et est veluti *centrum* ad quod cetera sacramenta reteruntur ; ita, v. g., ordo ad eucharistiæ consecrationem, baptismus et pænitentia ad eucharistiæ receptionem ordinantur, et sic de ceteris<£ (c) Est etiam *swnmawtius religionis,* quia, cum sit *Incarnatio continuata,* est memoriale non solum vitæ ac passionis Christi, .ejus sacrificii in cruce ideoque redemptionis, sed etiam totius 'Trinitatis quæ modo speciali in eucharistia invenitur, ex infra dicendis; est" ^meÎlüna^tæ^déÎfofmis^qi^ înTioc sacramento augetur; (α) quia vero est simul *sacrificium* quo Deus infinite glorificatur, dici potest veluti *centrum* totius religionis nostræ.

(C) *Utilitas* autem triplex est : (a) *speculativa,* cum nobis tradat accuratiorem notionem sacramenti et sacrificii eucharistici, ideoque ipsius Christi sub speciebus vere latentis, suam vitam nobis abundantius largientis, et ad glorificandum Patrem mystice sese immolantis ;(b) *practica,* ad pieta-

1 S. Thom., 3, q. 65, x 3.

tem fovendam tum sacerdotum tum fidelium erga Christum, seipsum pro nobis offerentem in missa et seipsum dantem cuique nostrum in communione ; (c) *apologetica,* ad dogma catholicum de eucharistia, a Protestantibus, Liberalibus et Modemistis acriter impugnatum, accurate exponendum et invicte propugnandum.

2° Figuræ Eucharistiæ *.

591. Eucharistia, utpote donum excellentissimum, et mysterium difficile creditu, multiplici modo præfigurata ■y-r *J'* fuit^ut paulatim homines ad ejus fidem præpararentur.

Ut *'sacrificium,* præfiguratur per sacrificia V. Legis, ejLp^raesertim per sacrificium *expiationis,* in quo offerebatur " rz'nolocaustum ; necnon per sacrificium *Isaac* et *agni paschalis.*

(B) Ut *sacramentum* diversimode figuratur : (a) *signum sensibile* hujus sacramenti adumbrarunt *oblatio Melchisedech,* *lep* qui panem et vinum Deo obtulit *propositionis panes,* qui singulis sabbatis coram arca offerebantur 3, et *panis subcinericius,* quem sibi ab angelo oblatum Elias manducavit, et quo mirifice refectus fuit-», (b) *Effectus* ejusdem praefigurati fuerunt per arborem vitæ in paradiso; et praecipue per *manna,* quod Judæis in deserto peregrinantibus divinitus fuit concessum tanquam optimus cibus omne delectamentum in se habens 5 : eucharistia enim nobis in terra peregrinantibus praebetur ut sit simul spiritualis cibus et delectatio.

(C) Tandem *Agnus paschalis sacramentum* simul et *sacrificium* præfigurabat : i) *sacramentum,* nempe : *signum sensibile* hujus sacramenti, quia cum *panibus azymis* manducabatur; *effectus* ejusdem, quia, sicut sanguine Agni paschalis Judaei a devaistante Angelo protecti et ab ægyptiaca servitute liberati sunt, ita pariter eucharistiæ virtute ab impugnationibus et captivitate diaboli liberamur ; 2) *sacrificium :* nam sicut Agnus paschalis immolabatur et comedebatur, ita Christus in Eucharistia primum immolatur et deinde comeditur 6.

S. Thom., ", q. 73, a. 6; Suarez, 4n h. artic.; Einig, p~x
Gen., XIV, 18. — 3 *Lemi.,* XXIV, 5 sq. — « *III Rcr.,* XIX. .6, S. Thom., 3, q. 73, a. 6.

3 Varia nomina[1].

592. Sacramentum eucharistiæ : (a) in *scriptis Apostolorum vocatur cama dominica* seu *ccena, mensa Domini*[2], utpote institutum in ultima cœna, et quidem in memoriam Domini; postea *fractio panis*[3], quia Christus panem fregerat antequam eum Apostolis traderet; necnon *communio* seu *communicatio* corporis et sanguinis Domini[4]

(b) A *Patribus* autem : 1) ratione *finis, eucharistia* (in *Didache* et ap. 5. *Justinum),* id est, *gratiarum actio,* tum quia Christus hoc sacramentum instituendo gratias egit, tum quia illud recipiendo gratias Deo persolvimus; 2) ratione *contenti, corpus Domini, sacramentum corporis et sanguinis Domini; f)* ratione *dignitatis, sanctissimum Sacramentum ;* 4) ratione *effectum, panis vitee, panis supersubstantialis, panis angelicus, sacra synaxis* seu *communio,* quia fideles arctissimo vinculo tum Christo capiti, tum inter se conjungit : *sacramentum amoris,* et *viaticum,* quia nobis viatoribus dispensatur tanquam medium ad cælestem patriam perveniendi.

4° Divisio Tractatus.

593. Eucharistia est Incarnationis continuatio et extensio; (a) sicut enim Verbum incarnatum sub velo camis hominibus apparuit, et vitam prorsus absconditam, licet plane divinam, duxit, ita pariter Christus in hoc sacramento sub speciebus eucharisticis latet, et in tabernaculo vitam absconditam, licet vere divinam, ducit; (b) sicut in cruce moriens sese in sacrificium obtulit, ita et in altari quotidie offertur ut victima 5; (c) quia vero sacrificium in *communione* completur, qua dispositiones victimæ *nostras* facimus, ita sacrificio assistentes ad communionem invitantur, ut vitam ac virtutes Christi in se accipiant.

Hinc in Eucharistia tria simul inveniuntur : *mysterium rcalisprœsentiæ Christi* quod credere debemus ; *sacrificium* seu *actio* qua, *victimæ oblatione,* religionis officia Deo persolvimus; *communio,* qua vitæ ac virtutum Christi participes

[1] S. Thom., 3 p., q. 73, a. 4 ; Suarez, in h. artic.; Drouin, l. IV, q. I, § 1; Einig, p. i.

[2] 7 Cor XI, 20. — [3] *Luc.,* XXIV, 35; *Act.,* II, 42. -- [4] *1 Cor.,* X, 16.

[5] Cf. Hurter, n. 379; Lessïus, *perfici, moribusque divinis,* l. XII c. XVI, n. 129.

efficimur. Quare, post *praviam thesim apologeticam* de *institutioni eucharistia a Christo,* triplex erit caput, ut

I. De *prasentia reali;*
II. De *sacrificio missa;*
III. De *Sacramento Eucharistia.*

Ita divisionem sequimur quam insinuat *Codex,* c. Soi : "In sanctissima Eucharistia, sub speciebus panis et vini, ipsemet Christus Dominus *continetur, offertur, sumitur*

Prævia thesis apologetica.

- Caput I, de mysterio præsentiæ realis.
  - Existentia hujus præsentiæ
    - probatur
      - Scriptura,
      - Traditione,
      - Traditionis convenientiis.
    - suadetur convenientiis.
  - Modus præsentiæ per transsubstantiationem
    - De speciebus manentibus.
    - De statu Christi in eucharistia.
    - De cultu Christi in eucharistia.
- Caput II, de sacrificio Missæ.
  - Notio et existentia.
  - Essentia.
  - Effectus.
  - Minister.
    - De potestate celebrandi.
    - De obligationibus ministri.
  - Subjectum.
  - Liturgica præcepta.
- Caput III, de sacram. Eucharistiae.
  - Existentia et natura.
  - Materia et forma.
    - Materia
      - De pane.
      - De vino.
      - De consecratione utriusque.
    - Forma
      - super panem.
      - quoad animam.
      - quoad corpus.
  - Effectus
  - Minister.
    - De obligatione euch. recipiendi.
    - nis.
  - Subjectum.
    - genere, et relate ad frequentem communionem.

Prævia thesis apologetica de institutione Eucharistiae ab ipso Christo

594. Status quæstionis. *Protestantes* olim concedebant eucharistiam a Christo institutam esse, sed ejus verba sensu *inetaphorico* intelligebant. Hodie vero *Liberales* et *Modernisiez* fatentur verba Domini, qualia ab Evangelistis et a Paulo referuntur, doctrinam catholicam continere; sed, ut vim argumenti enervent, contendunt Christum communem aut paschalem ccenam cum discipulis sumpsisse, ut cum eis colloqui posset ante passionem suam, nullomodo autem instituere voluisse ritum sacrum sacrificii et communionis permanenter renovandum. Paulatim vero ejus discipuli, inquiunt, et praesertim Paulus, sibi finxerunt Dominum instituisse, in ultima coena, *sacrificium* suæ mortis commcmorativum et *communionem* qua, corpus sanguinem Christi mFntes, friictus ejus mortis sibi assimilabant. Iste error *Liberalium* til a^iyd ^st^'si conjectarium, errons quo bontfndurit nstum nullam Ecclesiam' nuffumque fïtum mstitmsse

Jamvero, ad istum errorem confutandum, libris Novi Testamenti tantummodo ut *historicis* uti possumus, cum eorum inspiratio a Liberalibus et Modernistis rejiciatur..

5£L5. . *Thesis. :* ThristUS celebravit ritum giosum et permanentem eumaem renovandum ess **eucharistia**[*]

Ad thesim *historice* probandam: i° *facta* exponemus 2° factorum *explicationem* trademus.

a) Corinthios ab idolatria et idolothytis (cibis qui idolis ferebantur) deterrere volens, in eorum memoriam revocat

'.*MCir. Tr. de Ecclesia,* n.^69. 573; D. B., 2039. 2040. 2041. 2045.

_* J. Hehn, *Die Einseltung des heiligen Abendmahls ais Beweis für die Gotlheit Christi,* Wurtzbourg, 1900; W. Berning, *Die Einsetzung des heiligen Eucharistie in Hirer ursfmiuglischen Fann nach den Berichten des Neiten Testanientes kritisch unlersucht,* Munster, 1901;}. Lebreton, *Eucharistie,* in *D. A.,* I, 15481554 Ruch, *Eucharistie,* in *D. T. C.,* 1024-1120 P. Batiffol, *op. cit.,* p j:L. Labauche, *afi.* r/7.. p, 4-44.

doctrinam de eucharistia, quam ut omnibus notam supponit [1]: " Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?... Non potestis calicem Domini bibere et calicem daemoniorum Ex quo sequitur tunc temporis (anno 57) universaliter creditum esse communionem esse participationem corporis et sanguinis Domini, ideoque ritum sacrum.

(b) In sequenti autem capite ejusdem epistolae[8], ad corrigendos abusus in celebratione sacrae eucharistiae commissos, explicite narrat hunc ritum fuisse a *Christo institutum* et quidem *permanenter :* " Ego enim accepi a Domino^)quod et tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratiais agens fregit et dixit : Accipite et manducate : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur : hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam coenavit, dicens : Hic calix novum testamentum est in meo sanguine : hoc facite quotiescumque bibetis, in meam commemorationem ".

Hic igitur S. Paulus : 1) diserte asserit eucharistiam ab ipso Christo institutam esse, et quidem in ultima ccena, " in qua nocte tradebatur"; 2) supponit hunc ritum esse Corinthiis jam optime *notum, nec* esse *omnino novum,* cum de eo sermonem habeat occasione abusuum quorumdam qui jam in ejus celebrationem irrepserant : " Convenientibus ergo vobis in unum, jam non est Dominicam coenam manducare... "[4]; 3) affirmat eumdem ritum esse *sacrum,* utpote *commemorativum passionis Christi,* et in *manducatione corporis et sanguinis Domini* consistentem : " Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Itaque quicumque manducaverit panem hunc vel biberit calicem upmim

idiguc, reus ent corporis et sanguin^ une esse*permanente*^ cum renovari

a) JècTarat commemo-

[1] *Cor.,* X, 16-21.— [8] *I Cor.,* XI, 17-34.

[3] Id est, sive exclusive per revelationem, sive simul per traditionem apostolicam et revelationem, quatenus nempe traditione apostolica factum institutionis novit, et revelatione ejus profundam significationem didicit.

[4] *I Cor.,* XI, 20. — [5] *Ibid.,* 26-27.

rationem Christi donec veniat. S. Paulo igitur et Corinthiis persuasum erat cœnam Domini ab ipso Christo institutam esse tanquam ritum sacrum et permanentem.

(B) *Testimonium trium Synoj>ticorum.* Tres evangelistæ explicite narrant Christum, in ultima coena, instituisse eucharistiam, et discipulis suis suum corpus manducandum suumque sanguinem bibendum praebuisse : " Accipite et comedite : hoc est corpus meum... Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum " 1. Juxta S. *Lucam,* Christus haec addidit : " Hoc facite in meam commemorationem " 2. Hic igitur explicite describitur institutio Eucharistiae a Christo peracta, et quidem tanquam *ritus religiosus* maximi momenti, cum Dominus discipulis corpus et sanguinem suum tradat tanquam spiritualem cibum et potum, et manducation
mandycatipni agpi paschalis j^mo t
° *noc* facite m meartAommem nem
um aæatnolicis sea a
jatur, hristum vere protulisise^er^1^
ba a Paulo et Synoptici reiata^et ita vere instituisse eucharistiam ut ritum religiosum et permanentem. *Probatur :*

(a) S, _*Pau/u^|* qui scribebat epistolam ad Corinthios viginti quinque agtsggtemjjjnis
mai semhil aliud docere quam in quod am Apostoli doc&-banfiut quod adChristo per revelationem dmiceratfet tam fidelis erat christianæ fidei expositor ut Galatis scribere potuerit : " Sed licet nos aut Angelus de caelo evangelizet^u^ vobis praeterquam quod evangelizavimus vobis, anathema

Maith., XXVI, 26-27; cf- *Marc.,* XIV, 22-23.

Zx/6, XXII, 19. — Versus I9b-2O abeunt quidem in *Codice Beta D,* sed inveniuntur in o gracis codicibus necnon in antiquissimis versienibus, citantur a multis Patribus *Eusebio,* S. *Basilio, S. Cyrille Alex.,* et prohabiliter S. *Justino* et *Tertulliano,* et pro genuinis habentur a protestantabus *Schullzen, R. Schaefer, Resch, Schweitzer Schmiedel, J. Reville,* etc. Horum igitur genuinitas retineri debet. Cfr. C. Van Combrugghe *De Sotericiogia primisfontibus9* 1905, p. 132

sit"1. Injuriosum est igitur asserere ipsum voluntarie adulteravisse doctrinam Christi, vel ita *hallucinatum* fuisse ut propriasj^jgitationes tanquarp do^ri^arnJDomini Pj^P^

am AooStoh aut Jidele^ alLeis mstructCcontra talem ηχio-
v vatione issent?

(b) Evangelia autem *synoptica* non sunt nisi compendiosa '^relatio prædicationis quam apostoli fidelibus prædicabant. b et eorum narratio omnino consonat cum relatione Pauli. '^Habemus igitur non unum, sed *quatuor testes* idem factum & eodem modo substantialiter referentes, testes, inquam, fide [/^dignos et narrantes ea qpae ipsi viderant yel testibus

oculatis-audiprapt 5›i l ur valedicere v (Jertituj
elini nist^triG^e. vim nujustesfimoriii adiniffere "mus.

' 597. *Objiciunt* quidem adversarii Paulum non l itjus, sed a *pomino* hanc institutionen\didicisse,et adH^nCfiog ï'aflûcTésse"
auto-s^fjÙÎonémC

Istam accusationem esse Paulo injuriosam nemo est qui non videat. Nam, in omnibus suis epistolis, perfecta sapientia atque sinceritate præditus apparet; quando igitur tam explicite affirmat rem a Domino didicisse, id minime auto-suggestioçi seu hallucinationi tribui potest, nisi dicatur eum communem sensum amisisse vel sinceritate caruisse; quod sane ipsi Liberales asserere non audent. Insuper quomodo Paulus potuisset primis Christianis efficaciter suadere cœnam quam, caritatis causa, inter se celebrabant, esse a Christo institutam tanquam ritum religiosum, si antea nunquam de hac institutione audiissent?

598. *Objiciunt* pariter verba : *Hoc facite in meam commemorationem,* nec apud Matthaeum nec apud Marcum inveniri, imo in quibusdam codicibus Lucæ deficere.

Sed ex hoc silentio duorum e Synojgticisjinn^rpe inferri potest? Christum oræfata verba nonorOtulisseTsilereenimndn^st'n^âre.:

runtur, non.autEm ommi
gelista instituit inter ult

voluisse, ideoque ntum religiosum permanentem. '-y***-· ,

Jam supra exposuimus, p. 436, not. 2, absentiam horum verborum in *Codice Beza* non praevalere contra optimos codices et antiquissimas versiones, prout admittunt non pauci Liberales.

Allegant etiam silentium is de institutione eucharistjæ. — Sed frustra; i)"^th'sco^tfi ms non erat ompia narrare quqp jam ab âliis scripta fuerant, sed tantum ea quæ cum proprio ejus scopo consonabant. 2) Pneterea jam promissionem eucharistiæ a Christo factam retulerat in capite sexto, et quæ narrat de iis quæ ultimam ccenam praecesserunt vel secuta sunt, supponunt institutionem eucharistiæ.

Quibus rite perpensis, fatendum est catholicam explicationem testimoniis et f;
neam esse.

599. (B) *Liberalium explicationes criffca historica non sunt consentanea.* Très præcipuæ excogitatae surif.~

Juxta multos, *Harnack, Jülicher, Loisy, Hoffmann,* institutio eucharistiæ nihil aliud est nisi evolutio quædam vulgaris cœnæ vel convivii, *agape* dicti, quod primi christiani simul sumebant.

O Alii dicunt cum *A. Harnack* l eucharistiam non fuisse pri- y<fr/im nisi vulgarem ccenam, in qua discipuli paulatim passionem '*J06mini commemorare coeperunt, posteaque finxerunt Çhri^tun^ ibj ^psse pr^sçntem suosque spjijtualiter. enutrire.

viq^/an?am^evmp^^ne^tam qps ffiPffyÆÎ». u^a et rec *spatio* vigmti quiri-, amatione, inValeré non pqtuisse iq communitate quæ ab omnibus novitatibus abiAdri*^

2) Alii putant, cum *Jülicher**, Christum non instituisse quidem hunc ritum, sed Apostolis proposuisse *parabolam* quamdam ad ostendendum mortem suam fontem fore divinæ gratiæ, ideoque discipulos postea ccenam iteravisse ad commemorandam Domini mortem Sed nemo non videt hanc contortam expositionem alienam esse a narratione *Synapticorum* ubi nullum vestigium invenitur parabolæ, ut ex mox dicendis patebit.

3) Tandem *J. Hoffmann* 3 contendit ccenam eucharisticam nihil aliud esse nisi evolutionem convivii, *agape* dicti, quod primi christiani simul sumebant, pnmum tanquam caritatis vinculum, postea vero tanquam ultimæ cœnæ commemorationem Quæ quidem hypothesis iisdem laborat difficultatibus ac ea quam proposuit Harnack, et insuper est *omnino gratuita,* cum etiam hodie quæstio rinter eruditos moveatur utrum *agape* temporibus apostolicis insti->tuta fuerit an secundo aut tertio sæculo ♦

Brot und Wasser, die eucharistischen Elanente beiJustin, p. 15-144
Zur Geschichteder Abeudmahlsfeier in der àltesten Kirche, 1892
*Das Abendmahl ini Urchristentum^* 1903.
Cfr. P. Batiffol, *Etudes tTHistoire,* 5e éd., 1907, p. 283-325; 350-370 Leclercq, *Agape.* in *Diet, d'Archéol. chrit. (Cabral,* I, 775-848).

600. (b) Quidam, ut *W. Heitmüller* dixerunt eucharistiam esse *imitationem quamdam rituum paganorum,* v. g., mysteriorum sinorum aut cultus Mithria Sed plerique Liberaleiïaten- anstiam 'ren te s'j31 Scfi m inaja essentialia mm an sti pt .sanguinis cnristL necnonxommemortftio ejus passionis, in nti- uus* paganis omnino desunt j^aHunde primos Christianos respuisse omnes ritus paganos satis notum est.

601. (c) Pauci pariter, ut *Schafer*,* contendunt eucharistiam mutuatam esse a Judaeis ceremoniis, præsertim paschalibus. — Fatemur equidem pascha Judæorum fuisse quodammodo figuram nostri sacramenti, sed inter figuram et realitatem tot sunt discri- mina, et quidem essentialia, præsertim *realis Christiprasentia* sub speciebus eucharisticis et *quotidiana* eucharistiæ celebratio quæ dicebatur*fr^tio£anis*\.u^unijm nonjDOSsit dici ab altero mutua- tum. Igitur, çœna .eucharistica est *ηονμιη pasch,a'* veteri paschati succçdens et ab eo essentialiter distinctum. *t* *yxjuA.* riælLi -ji a-oc/b “

602. Conclusio. Ex dictis, solutio catholica non est mera hypothesis, sed assertio historica quatuor testimoniis omnino fide dignis probata. Solutiones autem Liberalium nullis testimoniis probantur, sed sunt *hypotheses a priori,* a suis auctoribus inventæ eo fine ut omne supematurale rejiciatur.

Historice igitur constat Christum vere instituisse eucharistiam ut ritum religiosum et permanentem, qui, ex infra dicendis, est simul verum sacrificium verumque sacramentum.

l *Taufe und Abendmahl bei Paulus*, 1903.

’ Percy Gardner*, qui primum dixerat Eucharistiam nihil aliud esse nisi imitationem mysteriorum *Eleusinorum (The origin, of the Lord's supper,* London, 1893), postea fassus est hanc hypothesim omni fundamento carere; quod et admittit M. Goguel *, *L'Eucharistie des origines à StJustin martyr,* Paris, 1910. — Quoad cultum *Mithriacum,* F. Cumont, *Les mystères, de Mithra,* Paris, 1902, admittit nil probare cœnam christianam ex hoc cultu oriri.

neuesten Forschungen,

4 Primi Christiani celebrando cœnam dominicam quasdam preces quidem a Judæorum paschate mutuaverant, et merito, quo melius ultimam cœnam commemorarent ; sed his precibus addiderant*fractionem panis (Act.,* II, 46 ; XX, 7, II) seu celebrationem Eucharistiæ, quæ non semel in anno sicut pascha, sed quotidie aut saltem sæpe fiebat, et in qua corpus Christi et ejus sanguis a fidelibus accipiebantur. (Z *Cor.,* XI, 20 sq.)

CAPUT I.

DE MYSTERIO PRÆSENTIÆ REALIS.

Duo sunt investiganda : *veritas* realis præsentiæ Christi in Eucharistia; 2° *modus* hujus præsentiæ, nempe per *transsubstqutiationem.* * » η λ

Art. I. De ve

603. Errores. ı° Inter *antiquos* hæreticos, nullus sed pauci *indirecte* præsentiam realem Christi in negarunt : ita *Docetæ,* Christum veratn carnem habere non admittentes, consequenter negabant Eucharistiam esse camem Christi; a S. *Ignatio* Martyre, jam initio secundi sæculi, confutati sunt.

604. 20 *Medio Æoo;* (a) *Scotus Erigena* (IX sæc.), vir doctus sed novitatum amator, ita *obscure* de reali præsentia scripsit, ut eam negasse multis visus fuerit, licet ab illo errore immunis a nonnullis ¢enseatur (b) *Berengarius* (f 1088), patria Turonensis. archidiaconus Andegavensis in Gallia (sæc. XI), transsubstantiationem certo negavit, et modo satis confuso et forsan contradictorio de reali præsentia scripsit saltem post an. 1059, ita ut, secundum plures, *dynamicam* tantum præsentiam admiserit; a *Lanfranco* aliisque confutatus, et a pluribus conciliis, tum in Gallia tum in Italia habitis, condemnatus, post multas tergiversationes, errores suos tandem retractavit', (c) Præsentiam realem negarunt *A lingentes* 3 (sæc. XIII), et juxta nonnullos, *Wicleffus,* Protestantium precursor, licet, juxta alios, non realem præsentiam, sed transsubstantiationem impugnaverit ‹.

605. 3° *Novatores* plerique realem præsentiam pariter negata) *I.utherut* nnidep ill.ijd dogma rejicere_non ausus.esî, iit Tp'SC fôtëlpfui^Fwÿr*nter* in Scriptura declaratur; dicebat Christum non fieri presentem nisi in vero *convivio* ad instar

1 Cf. J. Healy, *Ireland's Ancient schools,* Dublin, 1S90, p. 5S3 sq.; R. Heur-*Troam elles origines de Γhérésie bêrengarienne,* Paris, 1912, Heurtevent, *op. cil.,* p. 165-216 ; Hefelé-Leclercq, *Hist, des Conciles,* L IV, pp. 1040 sq., 1108, **till,** 1169 sq.

1 D. B., 583.

« *D. T. C.,* L V, 1320; D. B.. 581-583-

coenæ celebrato; et tunc in solo momento communionis Diu Lutheran! eamdem doctrinam tenuerunt, sed hodie multi inter ipsos, in Germania præsertim, in dubium revocant præsentiam realem.

(b) *Sacramentarii* seu *Symbolisiez,* scilicet *Zwinglius, Œcolampadius* et *Carlojtadius* doe^erun ucharistiam nihil aliud esse nisi jXjzrc^Ciu-isu / juxta *Zwinglium,* εστΓ (est^in consecrationis'forma reddi debet per *significat,* ita ut sensus sit : hoc est *signum* seu *symbolum mere arbitrarium* corporis meia; juxta *(Ecolamgadium,* σώμα (corpus) idem significat ac *figura* seu *similitudo vera* corporis, ita ut sensus sit : hoc est*figura* rorpori^nei *cumaliquo fundamentoAn re~* Exinde deducebant Christum non tenens,decuit TQrmis eLganguihem Christi *tnrtualifer* esse m Eucnaristia'^sicuVsol præsens est tèrræ per suam virtutem seu per calorem. Admittit quidem eucharistiam esse *symbolum* corporis Christi, sed *non nudum* symbolum : fingit enim quamdam virtutem a corpore Christi in cælo manente ad homines descendere, et, mediante fide, eos sanctificare 3.

Quem errorem plerique *Anglicani* post nonnullas variationes, amplexi sunt, et hodie retinent, paucis exceptis, præsertim *Ritualistis,* qui doctrinam catholicam de reali præsentia tenent.

(d) Tandem Protestantes *liberales* dicti, Symbolistarum vestigiis inhaerentes, docent Eucharistiam esse vacuum signum, et nihil

1 Hinc in confessione *Augustana* (1530) legitur : "De Ccena Domini docent quod corpus et sanguis Christi vere adsint et distribuantur vescentibus, in coena Domini, sub specie panis et vini, et improbant secus docentes". Cfr. Schaff, *Creeds of Christendom,* vol. **III,** p. 13.

3 Zwinglius, ita suum systema illustrat : " Cum paterfamilias peregre profecturus est, nobilissimum annulum suum, in quo imago sua expressa est, conjugi matrifamiliæ his verbis tradit : En me tibi maritum, quem absentem teneas, et quo te oblectes. Jam ille paterfamilias D. N. Jesu Christi typum gerit Is enim abiens Ecclesiæ conjugi suæ imaginem suam in cœnæ sacramento reliquit *{Opera,* t. **II,** p. 549).

3 *institut.,* lib. IV, c. 17, n. 1-34.

4 Hæc enim in *art. XXVIII* leguntur : "Cœna Domini non est tantum signum mutuæ benevolentiae Christianorum inter sese, verum potius est sacramentum nostræ per mortem Christi redemptionis. Atque adeo rite, digne, et cum fide sumentibus, panis quem frangimus est communicatio corporis Christi ; similiter poculum benedictionis est communicatio sanguinis Christi. Panis et vini transsûbstantiatio in Eucharistia ex sacris litteris probari non potest, sed apertis Scripturæ verbis adversatur, sacramenti naturam evertit, et multarum superstitionum dedit occasionem. Corpus Christi datur, accipitur et manducatur in cœna, tantum *coelesti et spirituali* ratione. Medium autem quo corpus Christi accipitur et manducatur in cœna, *fides est".* (Apud Schaff *op. cit.,* p· 505. 506).

aliud præ se ferre nisi fraternæ caritatis symbolum et memoriam passionis Christi [*]. Præterea negant historicitatem verborum institutionis, et contendunt eucharistiam non a Christo, sed ab Apostolis institutam esse in memoriam ultimæ cœnæ.

4° Liberalium errorem renovarunt *Moderniste,* qui negant institutionem eucharistiæ a Christo et asserunt cœnam ab initio fuisse *commemorationem* Christi absentis, quæ paulatim evolutione conscientiæ christianæ facta est ccena ritualis et sacrificialis [3].

607. 50 *Pragmatiste,* ut *E. Le Roy* [3], qui modo genferali docent dogmata nostra intelligenda esse tantum in *ordine ad actionem,* asserunt præsentiam Christi in eucharistia non esse quidem mere symbolicam, sed realem, eo tantum sensu quod debemus nos habere relate ad hostiam consecratam sicut ad ipsum Christum visibilem factum.

608. Doctrina catholica. Protestantium errores *Tridentinum* his verbis condemnavit [4] : " Si quis negaverit in SS. Eucharistiæ sacramento contineri *vere, realiter,* et *substantialiter* corpus et sanguinem, una cum anima et divinitate D. N. Jesu Christi, ac proinde totum Christum; sed dixerit tantummodo esse in eo, ut in *signo* vel *figura,* aut *virtute,* A. S. " (Sess. XII, cap. 2, can. 1).

. Hinc de hde est totum Chnstum cum sua humanitate ^4 divinitate, esse *vere, realiter* et *substantialiter* in Eucharistia? Dicitur : \)^*vere* , non autem *yt^signo* tantumfjcont/a *Zunngliuni,* qui vocabulum metapfiorice intelligebâ?; 2) " *réàliter* ", non ⁂ero iri figür^taqtuçn, contra *Œcolampadiutit,* qui vocem '/ *corfüs* ''"figurative accipiebat ; *stantialiter"*, non autem in virtute solum, contra *Calvimini,* qui contendebat Christum per suam virtutem solummodo esse praesentem in Eucharistia.

'▮—*J* 9
subSantialitej'praesens in Eucharistia. *Defide* est ex *Tridentino* jam allegato, n. 608. ------- ——

• ‘‘Cœna est fraternæ charitatis signum... ipsa quoque Christi mortem pro generis humani salute in memoriam revocat-.. Manducare ejus carnem et ejus sanguinem bibere, nihil aliud est quam nostram vitam ejus præceptis et exemplis conformare (Clarke *, *Manual of Unit. belief* p. 48).

3 A. Loisy *, *Autour dyun petit livrey* p. 161-169 ct 237 sq.

3 E. Le Roy, *Dogme ct critique* *, p. 18-26. Quem errorem exposuimus in />. *tie Fide.* n. 212. — 4 D. B., SS3, cf. 874. 876: 430, 465, 698.

Scribturp çt *Traditione* probatur ; argumentis *convenientia* sua

I. Thesis Scriptura probatur.

Demonstratio bibhca est omnino evidens iis omnibus qui absque præjudiciis testimonia citata expendunt.

Thesis enim invicte probatur : i° ex verbis Christi apud *Joannem* quibus *promittitur* Eucharistia; 2° ex verbis quibus *instituta fuit;* 30 ex testimonio S. *Pauli* circa *usum* Eucharistiæ x. „

Pranotamus in capite sexto *Joannis,* quod vere historicum est, 3 tres partes distingui posse : in prima (1-25) déÎcrïiiuhtur duo miracula

antis ejus exhibendo, animos præpara-
uæjdefos^nej^uchapstico^annunflar

turus erat; *secunda* vero declarat *Iffect.*

dam discipulorum incredulitatem et confessionem Petri

De sermone Christi *triplex* est interpretatio : 1) alii, ut *Cornelius a Lapide, Corlay, Pesch, L. Billot, totum* sermonem intelligunt de eucharistia, quatenus pars prior (26-47)

1 Hic sequimur *chronologicum eventuum* ordinem ; si vero quis ordinem ipsorum *documentorum* sequi vellet, primum testimonium *S. Pauli* exponere deberet, postea *Synopticorum,* tandem *S. Joannis.*

2 Maldonat, *Comment, in Joan.,* c. 6 ; N\ Wiseman, *Lectures on Real presence,* lect. I-V; Franzelin, th. 3; Corluy, *Spicilegium,* II, p. 336 sq. ; TrTRucfi?in 25. 7. C., V, 9S9-1024; J. Lebreton, in *Diet. Apol.,* I, 1159-1562; P. Batiffol, p. 77-90; V. Schmitt, *Die Vernheissung der Eucharistie (Joh. 6) bei den Vatern,* 1900-1903; Cavallera, *L'interprétation du chap. VI de S. Jean,* une controverse* au concile de Trente, in *Rev. d'Hist. ecclés.,* Louvain, ocL 1909, p. 6S7-709; P. Lagrange, *Ev. selon S. Jean,* p. 163-196; A. Durand, *Ev. selon S. Jean,* p. 173-216.

3 Protestantes *liberales,* quibus assentit *A. Loisy,* fatentur quidem doctrinam eucharisticam quam Ecclesia profitetur contineri in hoc capite, sed *historicitatem* negant sermonis relati ab auctore quarti evangelii. Immerito tamen, ut erudite probat M. Lepin, *La valeur historique du quatrième évangile,* 1910; nam : (a) sermo intime connectitur cum factis quæ eum præcedunt et sequuntur, quæque historica sunt, cum et a *Synopticis* referantur; (b) verba quibus Eucharistia promittitur omnino consonant cuin verbis institutionis apud Synopticos. Itaque historicitas hujus sermonis rejici nequit quin simul rejiciantur facta et dicta Christi a Synopticis narrata.

defide, sed in quantum ad eucharistiam fructuose recipiendam requiritur. 2) Alii *totum* sermonem *defide* in Christum interpretantur : ita plerique *Protestantes.* 3) Alii putant in priori parte (26-47) Christum agere *defide in seipsum,* in posteriori autem (48-59) de *manducatione sui corporis* et de *sumptione sui sanguinis.* Hæc est *communior* opinio inter catholicos, et hanc amplectimur, animadvertentes tamen priorem partem *defide in seipsum* optime mentes auditorum praeparare ad ea accipienda quæ dicuntur in altera de manducatione corporis Christi.

Sermo ipse igitur ita dividi potest.

VvxX.tr exordium (26-34), *n 9U0 Christus Judæos hortatur ut spiritualem cibum quærant, duæ sunt partes distinctæ : in *priori* (35-47) quæ sic incipit : "Ego sum panis vitæ", asserit se esse panem vitæ, eo sensu quod omnes qui salvi fieri volunt, in ipsum credere debeant ; in *posteriori* autem (48-59) r, quæ eodem modo incipit : " Ego sum panis vitæ " declarat iterum se esse panem vitæ, quatenus scilice£pro> mittit se nobis daturum *carnem suam* ad mànducandum, et *sanguinem suum* ad bibendum.

611. Verba secundæ partis hæc sunt : —

" ‹s Ego sum panis vitæ. *w* Patres vestri manducaverunt manna in deserto et mortui sunt. 50 Hic est panis de cælo descendens, ut, si quis ex ipso manducaverit, non moriatur. $ Ego sum panis vivus qui de cælo descendi. $ Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in ætemum ; et panis, quem ego dabo, *caro mea est* pro mundi vita. 53 Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes : Quomodo potest hic nobis *carnem suam* dare ad manducandum? 54 Dixit ergo eis Jesus : Amen, amen dico vobis : nisi *manducaveritis carnem Filii hominis,* et *biberitis ejus sanguinem,* non habebitis vitam in vobis. 55 Qui *manducat meam carnem* et *bibit meum sanguinem,* habet vitam æternam; et ego resuscitabo eum in novissimo die. 56 *Caro enim mea, vere est cibus,* et *sanguis meus vere estpotus : «* qui *manducat meam carnem* et *bibit meum sanguinem,* in me manet et ego in illo, s3 Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem : et qui manducat me, et ipse vivet propter me. s? Hic est panis qui de cælo descendit Non sicut manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt : qui manducat hunc panem vivet in æternum. 59 Hæc dixit in synagoga docens in Capharnaum.

l Nonnulli auctores, pnesertim veteres, posteriorem partem versu 51 incipere putarunt, sed divisionem, quam nostram facimus, admittendam esse *Wiseman* validis argumentis exegelicis probavit *{Ltct. en Real Prts.,* Icet- I),

caverunt patres vestri manna, et mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum ".

612. *Argum* ex his verbis sic co test* : Pr ia. Atqu æc verba e sensu ligenda sunt. Ergo.

613. Probatur minor : (A) Ex *ipso textu ;* sensus enim *proprius* obvius est : ea enim verba Christus adhibet quæ adeo clara sunt ut statim litteralçm sensum menti exhibeant : 1) diserfe asserit panem, quenFdabit, essë'propnam carnem : "Inanis, quem ego dabo, *caro mea* est pro mundi vita"; 2).cum Judaei murmurarent, sub *comminatione mortis spiritualispreeeipit* manducationem carnis suæ : "*Nisi manducaveritis carnem* Filii hominis ", et quidem modo *emphatico* vim juramenti fere habente : *n Amen, amen* dico vobis"; idem præcipit *sub promissione vitee æternee :* " Qui *manducat meam carnem...* habet vitam æternam "; atqui legislator, pnoras vitare vel eis tantum uti quæ sine difficultate intelligi valent; quod sane non verificatur in casu, cum per quindecûn sæcula verba J^hristi *littéralité^* in^llçcta^ fuerin^; 3) ra^tf/ww^Îiuius. mandatCassignat éoimôdo^qui 'sensum metaphoncum excIud;at : " Caro enim mea *vere* est cibus, et sanguis meus *vere* est potus "; *vere enim* idem sonat ac *proprie;* 4) distinguit inter *manducationem carnis* et *potationem sanguinis ;* atqui talis distinctio omnino *inutilis* esset, si metaphorice loqueretur, imo et *nociva,* cum *ex se* suggerat sensum litteral^p; 5) tandem non semel, sed *iterum,* atque *iterum* hanc distinctionem repetit, quasi excludere vellet omnem interpretationem metaphoricam.

614. (B) Ex *contextu* seu *connexione* inter priorem et posteriorem partem sermonis, (a) In priori enim Christus asserit se esse panem vitæ, qui de cælo descendit (33), nempe per Incarnationem in qua *Verbum caro* factum est; in posteriori autem declarat panem vitæ esse *carnem* suam pro mundi vita datam (52) et necessitatem inculcat *hanc*

carnem manducandi (54); unde si caro, per Incarnationem data, est realis, ut Protestantes fatentur, realis esse debet caro quæ nobis præbetur ad manducandum, (b) In priori parte, Christus asserit se ad nos venire per Incarnationem (38-42), et in posteriori, declarat se venire etiam per eucharistiam (50-57) ; si igitur *realiter* ad nos per Incarnationem descendit, *realiter* etiam per Eucharistiam ; (c) si in posteriori parte loqueretur de manducatione *per fidem** non de cibo/fc/wro, sed de cibo actuali agere deberet.

615. (C) *Ex impossibilitate sensus metaphorici in pressenti casu admittendi.* Etenim locutiones " *manducare carnem* bibere sanguinem* alicujus" in nonnullis orientalibus linguis metaphorice adhibentur, sed tunc, ex usu apud Judæos et Orientales recepto, unum significant, scilicet aliquem *calumniari,* aut *persecutione prosequi,* sicut, v. g., dicitur apud *Job** Quare persequimini me... et carnibus meis saturamini?" Si igitur Protestantes metaphorice interpretari verba Christi velint, ipsis tribuere debent sensum apud Judæos receptum, et ita transferre verba evangelii :"Nisi meipsum calumniaveritis... non habebitis vitam in vobis"· quod quidem omnino repugnat Idem dicendum de formula " *bibere sanguinem* ", quæ *metaphorice* intellecta *maledictionem* pessimam exprimit[2].

Nec dicere juvat cum nonnullis Protestantibus, vocabula *manducare* et *bibere* metaphorice de accipienda doctrina apud auctores tum sacros tum profanos sæpe intelligi ; hic enim agitur non de

XIX, *22;* cf. A. XXVI, 2; *Mich.,* III, IV, 5; *Galat.,* V, Exempla hujusmodi multa invenies apud Wiseman, *op. cit.,* lecl. II. Quod ipsi Protestantes fateri coguntur; ita Winer *{Lexicon Man. Hebr. et Chald.,* Lips. 1828, p. 874) : " Hinc tropice alicujus *Jrusta* (vel *carnes)* comedere ; qua phrasi, etiam in Targum, et in N. T. syriaco frequentata, *obtrectatio* et *calumnia* exprimitur. Assimilantur scilicet calumniatores canibus rabidis, qui frusta corporibus avulsa avide devorant". Nec aliter Gesenius *(Thesaurus,* Lips., 1829, t. II, p. 91) : "Veram formube rationem dudum recte intellexit Aben Esra, eum qui clam alterius famam *lacerat,* instar ejus esse monens, qui *carnem ejus arrodit ".* Unus opponitur textus ex *Job* (XXXI, 31) : "Quis det de carnibus ejus ut saturemur?" Sed immerito, nam, textu hebraico inspecto, sensus est : " Quis reperiet aliquem qui de came (i. e. victu) ejus non sit saturatus? ", seu aliis verbis declaratur liberalem victum hospitibus et pauperibus a pio Job suppeditatum fuisse; proinde verba hujusmodi litteraliter, non metaphorice intelligenda sunt.

• Cf. *Levit.,* III, 17; VII, 26; *Sap.,* XI, 7; *Apec.,* XVI, 6; *Isa.,* XLIX, 26.

verbis *manducare* et *bibere,* sed de *complexa locutione " manducare carnem* et *bibere sanguinem ",* quæ nonnisi de insignibus injuriis et persecutionibus usurpatur '.

616. (D) E *modo intelligendiauditorum et ratione agendi Christi.* Hic enim certe nolebat auditores suos decipere. Atqui si metaphorice locutus fuerit, certo eos decepit; nam : (a) Judaei et discipuli *sensu proprio* ejus verba intellexerunt : " Quomodo potest hic nobis suam carnem dare ad manducandum?" (53); non amplius difficultates proponunt de necessitate fidei, cum, post expositionem a Christo factam, jam acquieverint, sed tantum de manducatione ejus carnis; (b) Christus autem, qui uno verbo rem facile explicare poterat, nedum sua verba explicaret et emolliret, *eadem emphatice repetit,* iterum atque iterum cum majori perspicuitate affirmans se *ipsis daturum suam carnem ad manducandum,* imo *prceceptum* condit manducandi suam carnem, ita ut non solum. Capharnaitæ, sed etiam quidam inter discipulos ipsum propterea statim reliquerint (67).

Vis hujus argumenti melius percipietur ex ejus *consueta agendi ratione* cum discipulis. Quando locutiones metaphoricæ, ab ipso nonnunquam usurpatae, ex simplicitate vel ignorantia non intelligebantur, eas explicare solebat, praesertim quoties agebatur de rebus ad salutem pertinentibus, ne discipuli in errorem inducerentur.

Ita cum Nicodemo egit, qui *spiritualem regenerationem* sensu materiali intellexerat'; ita cum Apostolis qui verba ejus de *fermento* Pharisæorum litteraliter acceperant 3. Ex adverso, quando ejus doctrina recte intellecta fuerat, quamvis auditoribus displiceret, Christus emphatice eam repetere consueverat. Exempla habentur apud *Matthaum* ;* ubi Jesus paralytico dixit : " Remittuntur tibi peccata tua"; murmurantibus enim scribis, magis explicite sibi vindicat potestatem peccata remittendi; apud *Joan-*

1 Quod agnoscit protestons Tittman, *(Meletemata sacra,* Lips. 1816, p. 274) : " Provocant ad usum loquendi scriptorum profanorum qui usi fuerint verbis *edere* et *bibere* de eo qui imbuitur alicujus doctrina, ut eam suscipiat et probet. Jam vero verissimum quidem est, scriptores græcos et latinos usurpasse verba *edere* et *bibere* hoc sensu : eos vero hoc tali modo usos fuisse formulis *edere carnem ei bibere sanguinem* alicujus id doceri potest ne uno quidem exemplo ".

»*Joan.,* III, 3-8.

3 *Maïî Kf* XVI, 6-12. Alia exempla vide 2.^. *Joan.,* IV, 32-34; VIII» 32-34; XΓΤΓΪ^ XVI, 16-19, 29~="ϛ *Matth.,* IX, 2 7.

neml : cum enim Christus implicite affirmasse! se majorem esse Abraham, Judæis contradicentibus» rem magis diserte iterum declaravit

Atqui in casu nostro, tum Judæi tum discipuli verba Domini sensu proprio acceperant, ut ex toto contextu patet, et quidem in re gravi, ad salutem necessaria ; divinus autem Magister, qui id optime noverat, et uno verbo explicare potuisset se in figura locutum fuisse, nullam hujusmodi explicationem dedit, sed permisit multos discipulos abire : "Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retro, et jam non cum illo ambulabant " (67). — Quod quidem omnino adversatur Christi sapientiæ ac bonitati :

Qui enim venerat salvum facere id quod perierat, permittere nequibat multos ex discipulis suis perire propter metaphoram, sine culpa, male intellectam. Ergo auditores recte verba Magistri acceperant; ergo Christus sensu obvio ac proprio verba sua audiri volebat. Ergo vere promisit se daturum propriam carnem et proprium sanguinem. Et quia fidelis erat promissionem suam vere implevit Ergo Christus vere est præsens in eucharistia.

617. *Objiciunt* autem adversarii Christum ipsum declarasse verba sua metaphorice intelligenda esse : " *Spiritus* est qui vivificat, *caro* non prodest quidquam; verba quæ ego locutus sum vobis spiritus et vita sunt " (64).

Resp. : nego antecedens; verba allegata duplici modo explicari possunt (a) Vox "*Spiritus",* ubi *carni* opponitur, non significat sensum spiritualem seu metapboricum, ut volunt Protestantes, sed elementum spirituale seu divinum Christi, et sensus est : caro sola non potest vivificare, sed caro mea, simul cum spiritu, seu divinitate mea, vivificat 3; quod quidem præstat tum in Incarnatione tum in Eucharistia, suam vitam nobis communicando : " Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant " ♦ (b) Vox " *Spiritus",* quando cami opponitur, sæpe sæpius in

fuisse Christi communem praxim optime demonstrat Wiseman (lect. III) ex multis evangelii locis (præsertim*Joan.,* III, 5; *Maith.,* XVI, 6-11; *Joan.,* VIII, 21; VI, 33; 3/a//A.,_IX, 2; *Joan..*VITT? etc.)~

^Tta^5. *Augustinus, S. Cyril. Alex., Seeien, Sfaier,* apad Corluy, *I* p. 372· — Cf. *Matth.,* XXVI, *41·, Joan.,* III, 6; *Rom.,* I, VIII, 5.

4 Joan., X, 10.

Scriptura designat intellectum hominis per gratiam ἀdjutum dum caro significat hominem suæ nativae corruptioni relictum; unde sensus est : intellectus spiritualis, seu fide adjutus, hæc intelligit, sed intellectus carnalis, seu nativæ corruptioni relictus, non prodest quidquam ad intelligendum ea quæ dixi. Utraque solutio probabilis est, sed prior nobis probabilior videtur, quatenus cum contextu magis consonans : " verba quæ locutus sum vobis *spiritus* et *vita* sunt

Protestantium autem interpretatio, qui per " *spiritum* " audiunt sensum metaphoricum, et per " *carnem* " sensum litteralem, omnino repugnat usui apud Judaeos recepto, ut fatentur optimi moderni interpretes, etiam haeretici3.

618. 2° Ex verbis institutionis 3. *Prænotanda.* Quod Christus promiserat in capite sexto Joannis, id fideliter præstmtin ultima ccena, prout simpliciter narratur a tribus *Synopticis* et a S. *Paulo* 4. Pridie enim quam pateretur, post

1 Ita S. *Athanasius,* S. *Chrysostom., Theophylaetus,* apud Maldonat, in h. loc. — Cfr. *Qfadth.,* XVI, 17; ***I*** *Cor.,* II, 14-15.

9 Protestantium testimonia non pauca collegit Card. Wiseman, *op. cit.,* lect. IV. Ita Kuinoel (in *Joan.,* VI, 63) ait : " Sed hæc verborum interpretatio usu loquendi scriptorum N. T. comprobari nequit.. Præplacet igitur mihi eorum ratio quibus πνεὐμα (spiritus) est perfectior, sublimior sentiendi ratio quam doctrina Christi efficit; σαρξ (caro) humilis, vilis sentiendi ratio... ut adeo sensus sit : valedicere debetis opinionibus vestris præjudicatis, nam sublimior tantum sentiendi et statuendi ac operandi ratio salutem arTert; humilis, vilis statuendi ac sperandi ratio, judaica illa ratio, nihil confert ad veram felicitatem ".

3 S. Bellarminus, l. I, c. 8-n; Wiseman, lect. V-VII; Frédet, *op. cit.* p. 60 sq. ; Franzelin, th. 4-6; de Augustinis, th. 2; Pesch, n. 591 sq.

4 Quatuor sunt narrationes institutionis Eucharistiæ : *Maith..,* XXVI, 26-28 *Mire.,* XIV, 22-24; *Luc.,* XXII, 19-20; ***I*** *Cor.,* XI, 23-25.

Matth., XXVI-	*Marc.,* XIV	*Luc.,* XXII.	***I*** *Cor.,* XI.
26, Comantibus autem eis, accepit Jesus panem et benedixit ac fregit, deditque discipulis suis et ait : *accipite et comedite : hoc est corpus meum.*	22. Et manducantibus illis accepit Jesus panem et benedicens fregit et dedit eis et ait : *sumite, hoc est corpus meum.*	*19.* Et accepto pane gratias egit et fregit et dedit eis dicens : *hoc est corpus meum, quod pro vobis datur ; hoc facite in meam commemorationem.*	23. Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, 24, et gratias agens fregit, et dixit : *accipite et manducate : hoc est corpus meum, quodpro vobis tradetur : hoc facite in meam commemorationem.*
27. Et accipiens calicem gratias egit et dedit eis dicens : *bibite ex hoc omnes,* 28, *hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.*	23. Et accepto calice, gratias agens dedit eis, et biberunt ex illoomnes, 24. et ait illis : *hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur.*	20. Similiter et calicem, postquam cornavit, dicens : *hic est calix novum testamentum in sanguine meo, quipro vobisfundetur.*	25. Similiter et calicem, postquam cornavit, dicens : *hic calix novum testamentum est in meo sanguine; hoc facite quotiescumque bibeiis. in meam commemorationem.*

celebrationem cœnæ paschalis, discipulis adhuc mensæ recumbentibus, " accepit Jesus panem et benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, et ait : Accipite et comedite : " *Hoc est corpus meum* " quod pro vobis datur ", juxta S. *Lucam;* " quod pro vobis tradetur ", juxta S. *Paulum.* " Et accipiens calicem gratias egit, et dedit eis dicens : Bibite ex hoc omnes : *Hic est enim sanguis meus,* etc. ",

Totis viribus contendunt Protestantes plerique præfata verba metaphorice intelligenda esse, et ad hoc textus congerunt, in quibus verbum *"est"* idem significat ac *"représentât";* et exinde concludunt verba Christi nihil aliud significare nisi : hoc est signum séu figura corporis mei. Catholici autem cum *Tridentino,* multis schismaticis et quibusdam protestantibus docent præfata verba *proprie* esse intelligenda de vero corpore et sanguine Christi.

619. *Argumentum* ita exponitur : Verba : " *Hoc est corpus meum... Hic est sanguis meus" litteraliter* intellecta ignificant Christum *realiter pressentent* esse in eucharistia. Atqui præfata verba litteraliter sunt intelligenda. Ergo.

Minor probatur tum *directe* ex *textu* et *adjunctis* personarum et circumstantiarum; tum *indirecte* e solutione difficultatum.

620. i° Directe. (A) Si *textus* ipse inspicitur : (a) verba *litteraliter intellecta* tam *clara* sunt ut nulla clariora ad dogma catholicum exponendum inveniri possint; e contra *sensus metaphoricus* tam *obscurus* est ut, fatentibus adversariis, nonnisi post multa sæcula excogitari potuerit ; tam *ænigmaticus,* ut, anno 1577, ducentæ numerarentur hæreticorum expositiones, quarum nulla plene ipsis placuit. Atqui quando sensus proprius perspicuus est, metaphoricus vero obscurus et contortus, prior certe præferri debet

Uno verbo, Christus ait : *Hoc est corpus meum.* Catholici statim dicunt *credimus hoc esse corpus Christi;* Protestantes autem : credimus *hoc esse tantum figuram corporis Christi.* Quinam vere Christo assentiunt?

(b) Insuper Christus verba addit quæ *sensum metaphoricum* excludunt. *Emphatice* enim affirmat id quod tradit discipulis esse *ipsum corpus suum,* illud ipsum corpus quod

[1] Sess. XIII, cap. i, D. B., 874.

pro illis tradetur, esse *ipsum sanguinem,* qui pro eis effundetur : hæc est enim vis articuli " το ", qui in texU1.græco sæpius repetitur, ut fatentur ipsi Protestantes *c\in\Clarke'.* Atqui talis loquencTTmodus sensum metaphoricum excludit; si quis enim exhibendo veterem codicem manuscriptum diceret : " Hic est codex *Summa* S. Thomæ, *ipse* codex cui commisit fructus suarum meditationum, *ipse* codex super quem laborando insudavit, etc. " certe intelligeretur litteraliter de genuino codice a S. Thoma scripto, non autem de mera transcriptione, seu repraesentatione ejusdem codicis. Ergo.

Nec dicere juvat in lingua aramaica seu syro-chaldaica qua Christus utebatur, nullum inveniri vocabulum verbo *significare* respondens, proindeque Dominum voce " *est"* uti debuisse ad illam ideam exprimendam ; hodie enim peritis compertum est, etiam Protestantibus, plures dicendi modos esse in illa lingua quibus Jesus uti potuit ad figuratum sensum exprimendum3; aliunde Marcus, Lucas et Paulus, græce scribentes, figuratum illum sensum exprimere debuissent, dum e contra in sua narratione verba adhibent quæ illum excludunt.

l Apud Wiseman, *op. cit.,* lect. VI : «‹ Omnis fere syllaba græci textus, præsertim articuli repetitio, omnino emphatica est Revera in textu graco hæchabentur: τούτο έστιν τό σώμα μου τό υπέρ ύμών διδόμενου... τό αίμα μου τό υπέρ υμών έζχυννομενον.

<jCarcl. Wiseman plus quam quadraginta modos quibus dici potest ‘‘hoc est *symbolum* corporis mei " in lingua syriaca computavit, quæ non substantialiter differt a lingua syro-chaldaica (Lect. VII). Aliunde Drach idem probavit quoad ipsam linguam aramaicam, qua Christus utebatur *{Inscript. hébraïques,* 2Λ edit., Romæ, p. 33). Insuper hic animadvertere licet in versione syriaca Matthæi, Lucæ et Pauli verbum substantivum *esi* omitti, ita ut ibi legatur : hoc corpus meum ; quod, secundum grammaticæ leges, nihil aliud exprimere potest nisi *identitatem* inter *subjectum " hoc"* et*prcedicatum ‘‘corpus"*— ‘‘Protestantes, hac super re confutati, autumant Jesum verba quibus usus est, a rituali judaici Paschatis mutuasse, juxta quem paterfamilias buccellam sumens panis» aiebat : " Hic est panis afflictionis quem patres nostri manducarunt agnum quoque accipiebat, dicens : " Hoc est corpus Paschatis Sed Maimonides nos docet hujusmodi formulas adhibitas non fuisse nisi post Judæorum dispersionem. Ceterum hæc verba : " Hic est panis afflictionis", in sensu naturali accepta, haud significant : " Hic est figura panis ", sed : " Hoc est genus panis quem manducaverunt patres nostri in die afflictionis ". — Quod ad alteram formulam attinet : ‘‘Hoc est corpus agni", protestans Schcettgen *{Hora hebraicœ,* t. I, p. 227 sq.) demonstrat, in sermone syro-chaldaico, vocem *corpus* idem significare ac *realiter et veraciter,* vel ac pronomina " *ipsemet, ipsamet"*; et ideo verba : " Hoc est corpus meum ", si a paschali formula mutuata fuissent, contra intentionem et desiderium Protestandum significarent : Hoc est egomet". (Fouard, *Kie de Jésus-Christ,* 3e édit· 1884, Paris, t. II, p. 262, n. 2;anglice versum *The Christ the Son of Cod,* vol. II, p. 229, note.)

621. Frustra autem congeruntur textus, in quibus vocabulum "*est*" idem significat ac "*représentât,* seu est figura inspectis enim omnibus locis ad quæ provocant, colligitur verbum *est* non metaphorice intelligi nisi quando res, de qua agitur, sive ex *"natura sua,* sive ex *usu loquendrÿÀRJfiévÎà monitione,* est *s^ùmjfipirâ~âiit symbolum* alterius rei.

Sic, v. g., Platonis *statuam* exhibendo, dicere possum : "hic est Plato", quia statua *ex natura sua* est signum, figura alterius rei ; item *somnium* explicando quis dicere potest : "Septem boves pulchra... septem ubertatis anni sunt"1, quia, ex *usu loquendi* recepto, in hoc casu exspectatur alicujus signi explicatio ; idem dici potest de explicatione *typorum* V. Testamenti, vel *parabolarum',* quia, ex pravia *monitione* plus minusve explicita, sensus metaphoricus naturaliter menti se exhibet; sic, v. g., quando S. Paulus ait 3 : "Petra autem erat Christus infra enim addit : "Hæc autem in *figura* facta sunt nostri". Sed, præter hos et similes casus, vocabulum "*est",* apud auctores tam sacros quam profanos, suum genuinum et *litteralem* sensum retinet.

Atqui, in casu nostro, panis neque ex *natura* sua, neque ex *usu loquendi* aut *prcevia monitione,* dici potest signum corporis Christi; quis enim, panis frustulum ostendendo, dicere auderet : hic est Plato, hic est Socrates? Aliunde nullus Scripturæ textus ab hæreticis inveniri potuit ex quo concludere liceat panem unquam fuisse corporis humani signum ; tandem Christus, antequam verba "*Hoc est corpus meum*" proferret, nullo modo directe aut indirecte Apostolos monuit se in figura locuturum esse, aut parabolam explicaturum. Ergo illa verba metaphorice intelligi nequeunt.

622. (B) Ex *adjunctis* personarum et circumstantiarum :

(a) *Apostoli,* quibus Christus loquebatur, i) erant homines *simplices,* ab interpretationibus metaphoricis alieni, proni ad interpretandum litteraliter etiam locutiones metaphoricas 4; 2) insuper, miraculorum testes, et Christi omnipotentiae conscii, parati erant affirmationibus Magistri, etiam captu difficilibus,yWiw» *adhibere,* rati apud Deum omnia possibilia esseS; 3) hanc fidei simplicitatem *Dominus ipse exigebat,* nihil magis reprobando quam incredulitatem eorum ; 4) tan-

1 *Gen.*, XLI, 26· – *Matth.* XIII, 36-39; *GalcU., IN,* 24. — 3 Z *Cor,,* X, 4. « *Matih.*, XVI, 11. *dCs-piaùK'.,* XIX? 28Γ.

dem, per sermonem in capite sexto Joannis relatum, *dispositifuerant* ad admittendam realem manducationem corporis et sanguinis Domini. Atqui, in talibus adjunctis, repugnat Jesum verbis *metaphoricis captu difficilibus* usum fuisse, quin ea explicaret, præsertim cum alloqueretur Apostolos, " quibus datum est nosse mysteria regni cælorum " », quibus explicare solebat parabolas ceteris absconditas ; prævidere enim poterat et debebat Apostolos verba hujusmodi accepturos sensu litterali. Ergo repugnat sensus metaphoricus.

623. (b) Si *circumstantia* spectantur, Christus, Eucharistiam instituendo, *novum testamentum* seu *foedus* condebat : "HIC EST SANGUIS MEUS NOVI TESTAMENTI"; sui *amoris memoriale* perpetuum relinquebat : " HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM "; simulque *legem* imponebat cœnam celebrandi, et quidem in *ultimo sermone* ad discipulos ante mortem habito.

Atqui hæc omnia sensum metaphoricmn iptellectu diffi? cilem excludunt; nam *ws&mentunr* clarum e^se debet, ac proinde nullas continere metaphoras insolitas et captu difficiles ; jamvero si vox *"est"* figurate intelligitur, talis loquendi modus adeo difficilis est ut per longa sæcula a nemine fuerit intellectus. Nec mirum : i) quis enim, audiens patremfamilias filio dicentem in *testamento : " hac est domus* quam tibi relinquo", hæc verba intelligeret de *figura* aut *fictura domus? 2)* Insuper, si Eucharistia est solum figura corporis Christi, non potest dici *singulare amoris pignus,* cum multa sint alia ejusdem oris pignora præstapij a ërBïs'omnino perspicuis Exprimi, praesertim cum legislator"jam pr^pe est moriturus et *ultima vice* suos subditos alloquitur; nulla enim alia erat opportunitas verba obscuriora ante mortem explicandi; aliunde post resurrectionem ea non emollivit.ita ut, si sensus metaphoricus verps sit, per innuniera sæcula. multi ex ejus discipulis idololatriæ addicti fuerint, adorandi) merum pahis frustulum ut Verurn corpus :l5ommi?

Licet ergo concludere cum *Trident :* "Verba Christi cum *propriam* illam et *apertissimam* significationem præ

' *Maith..* XIII

se ferant, ad tropos detorquere est indignissimum flagitium! ”[1]

624. 2° Minor probatur indirecte, nempe solvendo difficultates adversariorum.

(A) Arguunt ex pronomine *hoc :* Si propositio “ hoc est corpus meum ” litteraliter intelligatur, pronomen *hoc* demonstrat vel panem, vel species panis, vel corpus Christi; atqui nullum ex his dici potest; etenim *hoc* neque panem neque species panis demonstrare potest, quia falsum est panem aut ejus species esse corpus Christi; item corpus Domini demonstrare nequit, quia dum *hoc* pronuntiatur, corpus Christi nondum adest; ergo sensus litteralis admitti nequit.

Resp. (a) Nego *suppositum;* nam *hoc,* instanti quo pronuntiatur, neque panem, neque species, neque corpus Christi *determinate* designat, sed *indeterminate* significat *id quod manibus teneo, quod sub his speciebus continetur :* hæc est enim vis pronominis demonstrativi sine substantivo adjuncto positi, (b) Probabiliter etiam cum *Maldonato 9* dici potest *hoc* designare corpus Christi ; nam in propositionibus quæ significant id quod fit eo præcise instanti quo propositio enuntiatur, pronomen demonstrativum designat non id quod est, sed id quod erit, sicut, v. g., is qui circulum pingit dicere potest, ‘‘hic est circulus”, licet, tempore quo loqui incipit, circulus nondum existit.

625. (B) *Instant* ex eo quod quædam *metaphora* in verbis Christi inveniuntur, (a) Christus enim figurate locutus est, dum dixit : “ Hic est calix novum testamentum in meo sanguine ”[3], significare volens id quod in calice continebatur; ergo et verba “ hoc est corpus meum ”, figurate accipi debent.

Resp. : Areg. consequens et *consequentiam;* nam apud omnes gentes *calix* sumitur metaphorice pro liquore in eo contento : quod aliunde satis ex contextu intelligitur, ubi dicitur ‘‘*accipite et bibite",* non enim vas ipsum, sed liquor in eo contentus bibitur; dum e contra *panis* usu communi pro figura corporis humani minime usurpatur; unde negatur paritas ac proinde conclusio ex ea deducta; nam ex eo quod metaphoris intellectu facilibus uti licet, minime sequitur obscuros tropos adhiberi posse.

626. (b) Ex contextu verba Christi *metaphorice* audienda sunt; nam Eucharistia est *sacramentum ;* atqui sacramentum est signum alterius rei; ergo verba Christi de signo corporis sui accipi debent.

[1] D, B., 874. — [2] *Comment, in Maith.*) in h. loc. — [3] *Luc.y* XXII, 20.

Resp. Disting. min. : Sacramentum est signum, *gratiæ, conc.;* est signum *corporis et sanguinis* Christi, *subdist. :* Christi invisibiliter sed *realiter præsentis, concedo; absentis, nego.* Apostoli igitur intellexerunt Eucharistiam esse signum vere productivum gratiæ et præsentiæ Christi; quod quidem constat ex modo quo verba Magistri referunt : hic enim sensum metaphoricum excludit, ex jam dictis.

627. (c) Christus Eucharistiam instituit in *sui commemorationem :* " Hoc facite in meam commemorationem " atqui commemoratio non fit præsentis, sed absentis [2]; ergo Christus non est præsens in Eucharistia.

Resp. Disting. min., non fit commemoratio rei præsentis simul et visibilis, *conc.;* rei præsentis, sed non visibilis, *nego;* nam cum invisibilis sit, in oblivionem cadere posset, et re aliquatenus visibili commemorari debet. Jamvero Christus est quidem realiter præsens in Eucharistia, sed *invisibiliter,* sub speciebus panis et vini latens, proindeque potest et debet commemorari, prout fusius ab Apostolo declaratur [3] : " Hoc facite quotiescumque bibetis in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat Et sane perfectius memoriale passionis Domini excogitari nequit quam sacra Eucharistia, sensu catholico intellecta, in qua Christus realiter præsens sub speciebus panis et vini de novo Patri seipsum offert.

628. (C) Quod *in calice continebatur* vocatur a Christo *vinum,* etiam post consecrationem : "Non bibam amodo de hoc genimine vitis"[4]; ergo calix, etiam post consecrationem, nihil aliud nisi vinum continebat.

Resp. (a) Valde probabiliter hæc verba ante consecrationem prolata sunt, postquam calicem vini inter ccenandum Jesus distribuerat, ut ex *Luca* constat; (b) si concedatur eadem post consecrationem prolata fuisse, non est mirum sanguinem Christi vocari *genimen vitis,* sicut revera corpus ejus vocatur *panis* [6], cum ex vino fiat et vini speciem retineat; simili modo vinum per miraculum ex aqua factum in nuptiis Canæ dicitur *aqua* [7]; ita etiam virga Aaron, in serpentem mutata, vocatur tamen virga[8]; et cæcus, licet curatus, non cessat vocari cæcus [9]; sic etiam hodie in sacra liturgia species consecratas dicimus [10] panem sanctum vitæ æternæ, panem cælestem ", etc.

[1] *Luc.,* XXII, 19. — [2] Ita Schaff-Herzog *, *Encycl.,* p. 1347.
[3] *I Cor.,* XI, 26. — [4] *Matth.,* XXVI, 29. — [5] *Luc.,* XXII, 17-21.
[6] *I Cor.,* XI, 26-27. — [7] *Joan.,* II, 9. — [8] *Exod.,* VII, 12.
[9] *Joan.,* IX, 17.

629. (D) *Zwinglius* aliam difficultatem, angelo quodam nocturno suggerente, proposuerat quam insuperabilem putabat, sed quæ hodie a doctis Protestantibus ut imbelle telum agnoscitur; arguebat ex *Exod.,* XII, n, ubi de agno paschali dicitur : "Sic autem comeditis illum : renes vestros accingetis... *est enim phase* (i. e. *transitus)* Domini "; sensus enim hujus textus est, aiebat, agnum paschalem esse, i. e., *significare* transitum Domini; ergo a pari " hoc est corpus meum ", idem est ac " hoc significat corpus meum ",

Resp. Contextu inspecto, vocabulum *est* ibi non idem sonat ac *significat,* sed suam propriam significationem retinet : videlicet hic describitur ritus paschalis, et postea subjungitur, juxta hebraicum textum : *phase est Domino,* seu hæc dies, *sacra, dicata* est Domino, sicut et nos dicimus : hæc est Pascha, seu dies Paschæ Deo dicata. Quæ interpretatio tum ex contextu tum ex locis parallelis firmatur.* — Eodem fere modo solvitur difficultas desumpta ex *Gen.* (XVII, 10), ubi de circumcisione legitur : " Hoc est pactum meum, quod observabitis inter me et vos, et semen tuum post te : circumcidetur ex vobis omne masculinum"... Nam sensus hujusmodi verborum non est : " hoc *significat* pactum meum ", ut volunt Protestantes; sed : hoc *revera est* pactum et præceptum meum, ut circumcidatur omne masculinum, ut ex toto contextu patet 3.

Addi etiam potest in utroque casu agi de rebus quæ natura sua aliarum rerum symbola erant, in quibus proinde vocabulum *est* metaphorice intelligi posset quin cogeremur eodem modo accipere verba Christi de corpore suo, quod nullius rei symbolum esse potest.

630. 30 Realis praesentia probatur ex verbis S. Pauli circa usum Eucharistiae Duo sunt præcipua testimonia. (A) In primo, Apostolus volens Corinthios ab *idolothytis* avertere, eos sic alloquitur; " Fugite ab idolorum cultura... Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne *communicatio sanguinis Christi* est? Et panis quem frangimus, nonne

* *Exod.,* XII, 27.

1 XX, io; XXXII, 5. " Rosenmüller notavit in originali textu non dici *transitum* aut *Pascha τό5 Domini,* sed *transitum* aut Pascha τῶ *Domino.* Quæ vero locutio immutabiliter significat *sacrum* aut *dicatum Domino.* Plura præsto sunt exempla. Ita legitur in textu hebraico, *Exod.,* XX, 10 : *sabbatum* (sacrum) *Domino,* et cap. XXXII, 5 : *diesfestus* (sacer) *Domino* Wiseman, Leet V, p. 217, vel Confér. 5e, ap. *Migne,* Démonstr. évang. XV, p. 1253.

3Cf. Wiseman, 1. cit., p. 209 sq.; Franzelin, th. V.

4 S. Bellarminus, L I, c. 12-13; Franzelin, th. IV; de Augustinis, 1. cit., p. 43; C. Ruch, *D. T. C.,* 1044-1051; F. /^4 I, p. 160 sq., Paris, 1913.

communicatio corporis Christi est?... Videte Israel secundum carnem : nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris?.. Sed quæ immolant *gentes,* dæmoniis immolant et non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum. Non potestis calicem Domini bibere et calicem dæmoniorum. Non potestis-xnensæ Domini participes esse et mensæ daemoniorum^''*3 Unde sic : quo efficacius Corinthios avertat Paulus ab escis quæ idolis offerebantur, affirmat eos non posse calicem Domini et calicem dæmoniorum bibere; simulque eis proponit præstantiorem calicem et mensam quam gentilium calicem et mensam, nempe *communicationem corporis et sanguinis Christi;* atqui gentiles *realiter* participes erant escarum idolis oblatarum; ergo, vi analogiæ, christiani realiter etiam participabant corpori et sanguini Christi. Quod manifestius fiet e secundo textu.

(B) Post relatam eucharistiæ institutionem, hæc statim subjicit Apostolus de *indigna communione :* " Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, *reus* erit *corporis et sanguinis* Domini... Qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, *n^ & ica &*
Christus est tantum! *metapnorwe* præsen^ m eucnanstia r i) indigne courmunicanToffendit quidem ejus *personam,* noii vero ejus corpus et sanguinem 3. Nunquam enim Judæi, qui agnum paschalem, Christi figuram, indigne comederunt, rei ejus corporis dicti sunt, nunquam qui regis imaginem aut statuam injuria afficiunt, rei corporis et sanguinis ejus habentur; offendunt siquidem ejus personam, non autem ejus corpus. Pari igitur ratione si Christus esset tantum metaphorice præsens sub sacris speciebus, indigne accedens posset quidem ejus personam offendere, non vero ejus corpus. Ergo in Eucharistia verum Domini corpus, non autem ejus tantum figura invenitur. 2) Apostolus gravitatem sacrilegæ communionis ostendit ex *objecto* ad quod

' *I Cor.,* X, 14-21. — ' *I Cor.,* XI, 27, 29.

3 Quod et quidam Protestantes concedunt, v. g., Gognel ;* *L'Eucharistie des origines à Justin martyr,* 1910, p. 178 : " Bachmann observe avec raison que si l'apôtre dit coupable envers le corps et le sang du Seigneur, et non pas seulement coupable envers le Seigneur, c'est que pour lui le pain-corps et la coupe-sang sont réellement le Seigneur et non seulement des symboles ".

refertur. Jamvero si hoc objectum est tantum panis et vinum, non offenditur ejus corpus vel sanguis, sed signum omnino vacuum.

631. Conclusio. Ut breviter omnia comprehendamus, in tribus diversis circumstantiis sacri scriptores de Eucharistia loquuntur : (a) quando Christus, etiam ante institutionem hujus sacramenti,. ^nw/zZ/x^propriam carnem propriumque sanguinem tanquam cibum et potum discipulis se daturum, ea verba adhibet quæ *sensu obvio* realem manducationem menti exhibent, nec in metaphoram detorqueri possunt nisi approbatas hermeneuticæ regulas violando; (b) in ipsa *institutione,* tam perspicue et evidenter affirmat in hoc sacramento contineri suum corpus et sanguinem ut ipse Lutherus *, postquam totis viribus a litterali interpretatione sese extricare conatus est, nullam evadendi viam fcsse fassus fuerit; (c) tandem, institutione facta, quando raulus *modum Eucharistiam recipiendi* ejusque *effectus* desSçjibit, tam lucide cfe *M^orV^T^an^ane* Christi loquitur, ut ejus verba non solum modum excedere, sed prorsus falsa esse videantur, nisi admittatur Christum vere, realiter et substantialiter esse sub speciebus consecratis. Quæ conclusio *Traditione* confirmatur,

II. Realis præsentia Traditione demonstratur

Traditio enim manifeste ostendit verba supra allata *litteraliter* intelligenda esse. Constat : i° e *Patribus;* 2° ex *Ecclesiæ praxi;* 30 ex *liturgiis.*

l Scribit enim ad *Argentinenses : "* Hoc diffiteri nec possum nec volo, quod si Carlostadius aut alius quispiam ante quinquennium mihi persuadere potuisset, in sacramento praeter panem et vinum esse nihil, ille magno me beneficio sibi devinctum reddidisset Gravibus enim curis anxius et in hac discutienda materia multum desudans, omnibus nervis extensis me extricare ct expedire conatus sum, cum ipse perspiciebam, hac re papatui imprimis me valde incommodare posse. Verum ego me captum video, nulla evadendi via relicta est; textus enim evangelii nimis apertus est et patens... "

' Hoc argumentum fuse solideque exposuerunt auctores operis *Perpétuité de la fai,* præsertim voL II, p. 187 sq., édition *Migne,* 1841; S. Bellarminus, 1. II, brevius autem, licet erudite, Franzelin, theol. VII-X; Hurter, n. 403-430; E. B. Pusey *, *Doctrine of the Real presence;* Batiffol, *op. cit.,* 6-480, ubi diserte confutantur Liberalium errores; Bareille, in Z>. *T. C.*.

632. I. Ex Patribus. Satis erit testimonia referre quinque priorum sæculorum, cum, teste *Zwinglio,* a tempore S. Augustini, opinio de reali Christi præsentia jam victrix fuerit, et aliunde testimonia sequioris ævi ubi de *transsubstantiatione* sint exponenda.

Prænotamus autem multos Patres non *ex professo* de reali Christi præsentia in Eucharistia agere, quia hæc veritas nondum ab hæreticis negata fuerat; sed tantum *per transennam,* alia dogmata probando et illustrando, aut ritus sacros describendo; vel magis explicite, sed *breviter,* catechumenis et fidelibus doctrinam de sacramentis christianæ initiationis exponendo; in his autem circumstantiis de reali præsentia loqui tanquam de re omnino *certa* et *nota, ab omnibus credenda;* quod sane ostendit quam firma fuerit hac de re primorum Christianorum fides.

633.(A) *Circa finem primi sæculi,* de eucharistia sermo habetur in *Didache,* ibique describitur consecratio calicis et panis, necnon distributio *spiritualis cibi et potus,* de quo *soli baptizati* edere possunt, cum prohibeatur *sanctum dare canibus*[1]*;* quæ quidem verba realem præsentiam Christi supponunt.

634. (B) *Secundo sceculo,* jam diserta habemus testimonia. (a) S. *Ignatius* (f 107) ex unitate Ecclesiæ infert unitatem eucharistiæ, quæ est *caro et sanguis Christi :* "Studeatis igitur una eucharistia uti : una enim est *caro Domini* nostri Jesu Christi, et unus calix in unitatem *sanguinis ipsius,* sicut unus episcopus cum presbyterio et diaconis"[2]. Quare Docetas condemnat, ° qui ab eucharistia se abstinent, eo quod non confitentur eucharistiam carnem esse Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ pro nobis passa est "[3]. (b) *S. Justinus* (f 167), dominicæ cœnæ celebrationem describens, in *Apologia Ia* ad imperatorem Antoninum scripta, circa an. 150, clare asserit eucharistiam "non esse panem et potum communem, sed incarnati illius *Jesu et carnem et sanguinem* ", eamque ab ipso *Christo esse insti-*

[1] *Didache,* IX-X. Cfr. Bareille, l. c., 1126; P. Batiffol, 57-76: Journel, 6, 7.
[2] *Philadelp.y* IV, *P. G.*› V, 700; Journel, 56.
[3] *Smyrn*^ VII, 1, *P. G.,* V, 713; Journel, 64.

tutaml. Quod et confirmat in *Dialogo aim Tryphonea.* (C) S. *Irenæus* (f 202?) refert Eucharistiæ institutionem et contra Gnosticos defendens, creationem mundi a Verbo et futuram corporis nostri resurrectionem confirmat ex eo quod in eucharistia manducamus corpus et sanguinem Domini 3 : " Quomodo autem constabit eis eum panem in quo gratiæ actæ sunt, *corpus esse Domini sui* et *calicem sanguinis ejus,* si non ipsum fabricatoris mundi Filium dicunt, id est, Verbum ejus, per quod... terra dat primum quidem fenum, deinde spicam, deinde plenum triticum in spica? Quomodo autem rursus dicunt carnem in corruptionem devenire et non percipere vitam quæ *corpore Domini et sanguine* alitur? "

635. (C) *Tertio sæculo,* tum Latini tum Græci realem præsentiam aperte docent.

(a) In Ecclesia Carthaginensi, *Tertullianus* (f 222) diserte realem præsentiam affirmat his et similibus verbis : " Caro (nostra) *corpore et sanguine Christi* véscitur, ut et anima de Deo saginetur" 4. In *Tr. de Pudicitia,* quem jam montanista scripsit (217 vel 222), dolet quod Callistus, remittendo peccatum impudicitiæ, permittat peccatori iterum vesci " opimitate dominici corporis, eucharistia scilicet " 5.

5. *Cyprianus* (f 258) haud semel præsentiam realem asserit, v. g., dum severe carpit eos qui, absque peracta pænitentia, sacram communionem accipere volunt : " Ante offensam placatam indignantis Domini et minantis, vis infertur *corpori ejus et sanguini"* Alibi, cum quadraginta episcopis in synodo coadunatis, declarat eos qui ad martyrium ducuntur muniri *"protectione sanguinis et corporis Christi"* 7.

' *Apolog.,* I, 65, *P. G.,* VI. 428; Journel, 128. — » *Dialog.,* 41, 70, 117.

3 *Adv. hceres.,* 1. IV, c. 17, n. 5; 18, n. 4-5, *P. G.,* VII, 1027; Journel, 234.

4 *De cam. resurrectione,* 8, *P. L.,* II, 806; Journel, 362. Cfr. *De ara~tione,* 19; *Ad uxorem,* II, 5; *De idolol., 7; De pudicitia,* IX, 16.

s *Depudic.,* IX, 16. — 6 *De lapsis,* 16, *P. L.,* 479; Journel, 551.

' *Epist.,* LVII, 2. — Legatur etiam ep. LXIII, quæ de sacramento dominia calicis agit, ubi pluries asseritur præsentia realis. Quædam sane ibi inveniuntur verba quæ Protestantes in *symbolismum* detorquent; sed immerito : exponens cur in calice aqua vino misceatur, dicit *4 in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi " (n. 13); jamvero ex his verbis uiinime infertur vinum esse tantum signum sanguinis Christi, sed potius speciem vini esse

(b) In ecclesia Alexandrina, tres præcipui testes inveniuntur : *Clemens Alex,* (f 211 ?) : " Verbum est omnia infanti, et pater et mater et pædagogus et alitor : *Comedite,* inquit, *meam carnem* et *bibite meum sanguinem.* Hæc convenientia alimenta nobis suppeditat Dominus, et *carnem præbet,* et *effundit sanguinem,* et ad incrementum nihil deest infantulis "[1].

Origenes (+ 254) diserte asserit eucharistiam esse *corpus Christi :* " Nostis, qui divinis mysteriis interesse consuevistis, quomodo, cum suscipitis *corpus Domini,* cum omni cautela et veneratione servatis "[2][3] Et alibi[3] : " Antea in ænigmate fuit baptismus in nube et in mari, nunc autem in specie (realiter) regeneratio est in aqua et Spiritu Sancto. Tunc in ænigmate erat manna cibus, nunc autem in specie (realiter) caro Verbi Dei est verus cibus, sicut et ipse dicit : *Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere estpotus ".*

Dionysius Alex, (f 264), in epistola ad Sixtum II, describit fidelem " qui ad sacram mensam adstiterit et manus ad suscipiendum Sanctum cibum porrexerit... et *corporis* et *sanguinis D. N. Jesu Christiparticeps* fuerit "[4].

636. (D) *Quarto sæculo,* explicitiora testimonia habentur sive directe in *Catechesibus* et *concionibus,* sive etiam, sed obiter, in libris ubi errores Arianorum de divinitate Christi confutantur, (a) Inter GræCOS, 5. *Cyrillus Hierosol.* (f 386), catholicam de sacramentis doclrmam catechumenis exoonens, declarat panem et vinum, consecratione peracta, jam esse corpus et sanguinem Christi, ideoque christianos, corpus et sanguinem^Christi sumentes, vere effici ipsi concorporeos et consanguineos : " Quemadmodum enim panis et vinum eucharistiæ ante sanctam adorandae Trinitatis invocationem nudus panis et vinum erat, invocatione autem peracta, *panisfit corpus Christi* et *vinum sanguis Christi...* "[5] signum sanguinis Christi vere in calice contenti, cum in aliis locis explicite et clare affirmet præsentiam realem.

[1] *Padag.,* I, 6, 41, 3, *P. G.,* VIII, 300; Journel, 408.
[2] *Homil.* 13 in Exod., 3, *P. G.,* XII, 391 ; Journel, 490.
[3] *7n Humer.,* homil. 7, 2, *P. G.,* XII, 613 ; Journel, 491.
[4] Ap. Eusebium, *H. E.,* l. VI, 44.
[5] *Cateches.,* XIX, 7, *P. G.,* XXXIII, 1072; Journel, 840.

Ad firmandam catechumenorum fidem, ad auctoritatem S. Pauli provocat et ad miracula Christi : " Vel hæc sola beati Pauli institutio abunde sufficiens est ut certam vobis de divinis mysteriis fidem faciat, quibus digni habiti, concorporei et consangues Christi facti estis. Ille enim modo clamabat : *Quod in ea nocte qua tradebatur,* etc. Cum igitur ipse pronuntiaverit, et dixerit de pane ; *Hoc est corpus meum,* quis audebit deinceps ambigere?... Aquam olim in vinum, quod sanguini affine est, in Cana Galilææ transmutavit; et eum parum dignum existimabimus cui credamus, cum *vinum in sanguinem transmutavit1'}...* "

5. *Chrysostomus* 407), Doctor Eucharistiæ vocatus, tam aperte loquitur de realitate Christi in Eucharistia, ut, fatentibusadversariis2,de ejus mente dubitari nequeat : "Hoc quod in calice est, illud *ipsum* est quod ex latere fluxit et illius sumus participes... Hoc est illud *corpus* quod *cruentatum* fuit... Hoc corpus dedit nobis et tenendum et comedendum " 3.

637. (b) *Cappadoces* realem Christi præsentiam in eucharistia perspicue docent S. *Basilius* (f 379) scribit 4 : " Singulis etiam diebus communicare ac participem esse sancti *corporis et sanguinis Domini* bonum est ac perutile ". S. *Gregorius Nyss.* (f 394) probat corpus nostrum fieri immortale per communionem cum immortali, nempe cum corpore Christi in eucharistia præsentis : " Recte ergo nunc quoque credimus *panem* Dei Verbo sanctificatum in *Dei Verbi corpus transmutari* " 5.

638. (c) Inter Latinos, S. *Hilarius* 366), verba S. Joannis in capite sexto allegans, eadem ita exponit6 : " De veritate carnis et sanguinis non relictus est ambigendi locus. Nunc enim et ipsius Domini professione et fide nostra vere caro est et vere sanguis esL Et hæc accepta

' *Catech.es.,* XXII, 1-2, *P. G.,* XXXIII, 1097 ; Journel, 843-844. — Cfr. ibid., 3, *P. L.,* 1100; Journel, 845.

' Loofs *, *Abendmah!,* p. 55.

3 *In ep. ad Corinth.,* XXIV, i, 4> LXI, *99. 203; Journel, 1192, ''95.

4 *Epist.* XCIII, ad Cæsariam, *P. G.,* XXXII, 484; Journel, 916.

s *Orat, catechetica,* 37, *P. G.,* XLV, 93; Journel, 1035.

* *Di Trinitate,* lib. VIII, 14, *P. L.,* X, 247 sq.; Journel, 870.

atque hausta id efficiunt ut et nos in Christo, et Christus in nobis sit

S. *Ambrosius* (f 397) doctrinam de eucharistia neophytis exponens, eam credibilem variis exemplis facit; narrat quomodo Moyses converterit virgam in serpentem aliaque miracula patraverit, et ait : " Quod si tantum valuit humana benedictio ut naturam converteret, quid dicimus de ipsa consecratione divina, ubi verba ipsa Domini Salvatoris operantur... Ipse clamat Dominus Jesus : *Hoc est corpus meum.* Ante benedictionem verborum caelestium alia species nominatur; post consecrationem *corpus* significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur ; post consecrationem *sanguis* nuncupatur. Et tu dicis : Amen, hoc est, verum est[M1].

639. (E) *Quinto sæculo,* in Oriente, *Macarius Magnes* (410) eos reprobans qui vocabula *antitypum* et *figuram* corporis Christi modo æquivoco adhibebant scribit[2] Similiter accipiens (Christus) panem et calicem dixit : *Hoc- est corpus meum et sanguis meus.* Non enim typus est corporis, nec typus est sanguinis, sicut quidam fabulati sunt mente obcæcati, sed secundum veritatem corpus et sanguis Christi ",

In ecclesia Latina doctrinam S. *Atigustini* (f 430) exponere satis erit, cum Protestantes fateantur thesim de reali præsentia Christi in eucharistia post Augustinum in Ecclesia praevaluisse. Jamvero S. Doctor, ex una parte, clare asserit præsentiam Christi *realem* his verbis : " Panis ille quem videtis in altari, sanctificatus per verbum Dei, *corpus est Christi.* Calix ille, immo quod habet calix, sanctificatum per verbum Dei, *sanguis est Christi* "[3]. Postea quidem addit corpus Christi esse Ecclesiam, a qua proinde separari non debemus; sed spiritualis hæc conclusio primam litteralem interpretationem non tollit Nam alibi exponit nos in eucharistia manducare *carnem Christi veram,* quam de carne Mariæ accepit, eamque esse prius adorandam : " Et quia in ipsa

[1] *De mysteriis,* c. IX, n. 50-54, *P. L.,* XVI, 405 sq.
[2] Ap. C. Blondel, *Macarii Magnetis qua supersunt,* p. 105; Journel, 2166.
[3] *Sermo* CCXVII, *P. L.,* XXXVIII, 1099; Journel, 1519; cf. Portalié, art. *Augustin (saint)* in *D. T. C.,* col. 2317-2462.

camc hic ambulavit, et ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit, nemo autem illam carnem manducat nisi prius adoraverit"[1]. — Huc etiam veniunt verba quibus exponit hunc textum psalmi : *Etferebatur in mauibus suis :* " Ferebatur enim Christus in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum, ait : *hoc est corpus vicum; ferebat enim illud corpus in manibus suis* "[2]. — Insuper docet etiam malos vere suscipere corpus et sanguinem Domini[3], immo et *ipsos infantes* mensæ eucharisticæ participes fieri, ut habeant in se vitam[4]. Quod certo excludit manducationem per fidem tantum, cujus infantes incapaces sunt.

640. Conclusio argumenti[5]. Si doctrina Patrum breviter *in unum corpus contrahatur,* eucharistia, juxta ipSOS *'gr-*

Ja) *pion est communis panis,* licet sensibus talis esse videatur, sed *corpus et sanguis* Christi, ipsa *caro Salvatoris,* ipsum corpus ex *Maria Virgine natum,* quod *cruci affixum* est, ipse sanguis qui ex latere Christi fluxit, idem quod *sedet ad dexteram Patris,* quod *comeditur et non consumitur.* (Ita S. Ignatius, S. Ambrosius, S. Hilarius, S. Chrysostomus, S. Gregorius Nyss., S, Ephrem, etc.)

/u\ ( ) *Jypn* est tantum *figura, typus* aut *antitypus* corporis Christi, sed realiter ejus corpus. (Ita Macarius Magnes, Chrysostomus, etc.)—

( ) Panis et vinum *transeunt, transmutantur, convertuntur, tranSUlementantur* in corpus' Christi; Christus *efficit de pane propnum corpus, de vino proprium sanguinem.* (Ita S. Cyrillus Hieros., S. Cyrillus Alex.; S. Greg\^Nyssenus,_S. Ephrem, etc.)

(d) Corpus Christi *fidelibus umfur^faffisSia ndgSMst* dilectione, sed *commiscetur corporibus, visceribus fidelium,'* et quidem *vere, corporaliter.* (Ita Macar. Magnes, S. Greg. Nyss., S. Hilarius, S. Cyrillus Hierosol., S. Chrysostomus, S. Ephrem, etc.)

(e) Tanta erat fides in veritatem realis præsentiæ ut, ad comprobandam realitatem Incarnationis contra Docetas et Gnosticos, dogmate eucharistico tanquam principio omnibus noto usi fuerint. (Ita S. Ignatius, S. Irenæus, S. Cyril. Alex., etc.)

---

[1] *Enarrat, infs.* XCVIII, 9) *P. L.,* XXXVII, 1264.
[2] *Enarrat, in ps.* XXXIII, sermo I, io, *P. L.,* XXXVI, 306 ; Journel, 1464.
[3] *De Baptismo,* V, 9, *P. L.,* XLIII, 181 ; Journel, 1633.
[4] *Sermo* CLXXIV, 7, *P. L,,* XXXVIII, 944.
[5] Cfr. Pesch, n. 639, p. 307.

(f) Ad possibilitatem tanti mysterii suadendam, variis comparationibus utuntur quæ realem præsentiam supponunt, v. g., naturali conversione cibi in carnem hominis, creatione rerum per verbum Dei omnipotentis, conversione aquæ in vinum in Cana, virgæ' in serpentem æneum. (Ita S. Justinus, Mac. Magnes, S. Greg. Nyss., S. Cyrillus Hier., S. Ambrosius, S. Chrysostomus.)

Solvuntur difficultates ex Patribus

641. i° status quaestionis. *Liberales* et *Modemistæ* fatentur multos Patres, etiam ante sæc. V, realem Christi præsentiam docuisse; sed, ad vim enervandam eorum testimpnij, contendunt qi naam *evolutionem* fuisse in hujus dogmatis expositione, Dicunt quidem inter Patres quosdam *realistas* esse, qui hanc realem præsentiam clare doceant; alios vero *symbolistas,* qui asserant eucharistiam esse *symbolum* aut *typum* aut *figuram* corporis Christi; alios tandem *dynamistas,* qui teneant eucharistiam virtute gaudere gratiam producendi ideoque esse sacramentum.

642. 2° Principia ad solvendas difficultates. Quædam testimonia esse obscura et difficilis interpretationis eucharistia nondum erat scientificus sicut postea tempore quo dogma scholastice expositum fuit; 2) cum realis præsenna a*JWnwp impugnaretur.* scriptores non tam cauti eraii^â veiÈiâ àçSrare seligenda^ur^us utebantur; 3) quidam, inter' eos^aa sectandas allegorias et mysticas expll· cationes proni eran

ideoque, etsi realem præsentiam adjnrtterent, ut constat ex aliis locis, aliquan o sacramentum tanquam *signum sensibile* considerantes, illud esse *signum* aut *symbolum* vel *typum* Christi aut interioris gratiæ asserunt itaque ad textus clariores aut ad contextum recurrendum est ut mens eorum detegatur; 4) jam a tertio sæculo vigere coepit *disciplina arcani,* vi cujus, coram catechumenis nondum initiatis, nonnisi obscure doctrina eucharistica expo-nebatur, ne augustissimum sacramentum infidelium irrisioni exponeretur L

' Exempla habes ap. Origenem, *In levit.*, homiL IX, io; S. August *Servio* 132, η. I, 2; *De doctr. Christiana,* 1. IIl, c. 12; Clement Alex. *Pcedag.,* 1. II, c. 2, n. 19; *P. G.,* VIII, 409.

643. 30 Principiorum applicationes. (A) *Tertullianus,* qui tam clare asserit fideles *corpore et sanguine Christi vesci,* alibi quibusdam utitur verbis quæ primo intuitu *symbolisa* esse videntur; ita loquitur de pane quo Christus "corpus suum *repræsentat"*; sed, ex aliis locis1, *repræsentare* idem est ac *pressens exhibere.*

Alibi dicit eucharistiam esse *figuram* corporis Christi'; inspecto autem contextu, intelligit figuram *non vacuam* sed quæ *veritatem ipsam corporis Christi continet,* prout ipse declarat; nam addit vacuam rem non posse esse figuram, et, postquam variis modis veritatem corporis et sanguinis Christi in Incarnatione contra. Marcionem probavit, rem ita concludit : " Ita et nunc *sanguinem suum in vino consecravit,* qui tunc vinum in sanguine figuravit "3, seu, aliis verbis, vere abscondit sanguinem suum sub vini speciebus.

(B) In schola *Alexandrina,* notandum est scriptores duplici modo doctrinam christianam proposuisse : modo *simplici,* veritates fidei exponendo quales ab Ecclesia *fidelibus* tradebantur; modo *subtiliori,* easdem *christianis gnosticis* explicando secundum philosophiam Alexandriæ florentem. Jamvero ibi prævalebat *symbolismus* quidam, vi cujus res existentes habebantur ut *symbola* rerum altiorum et invisibilium. Attamen vox *symbolum* non designabat merum et vacuum signum, sed *realitatem* quamdam ex qua doctiores assurgebant ad altiorem realitatem, cujus prior erat symbolum.

Ita *Clemens Alex,* de eucharistia scribit ♦ : " Duplex est sanguis Domini : alter enim est *carnalis,* quo redempti sumus, alter vero *spiritualis* quo scilicet uncti sumus. Et hoc est bibere Jesu sanguinem, nempe fieri participem incorruptionis Domini Postea, de calice loquens qui continet vinum aquæ mixtum, addit : " Unde sicut vinum aquæ, sic etiam homini Spiritus admiscetur. Ac temperatum quidem vinum fidem præbet, Spiritus autem deducit ad incorruptionem; amborum autem temperamentum (græce *potus* scilicet *et Verbi,* dicitur eucharistia" s. Obscu-

' *Adv. Marcionem*> IV, 40, *P· L.*< Π, 4^°; Journel, 343·

3 *Adv. Marcion.* IV, 40, *P. L.,* II, 462, — Ad fusiorem *Tertulliani* mentis expositionem, cfr. A. d'Alès, *La Thiol, de Tertullun,* p. 355-370; P. Batiffol, 204-226.

4 *Padag.* 1. II, c. 2, n. 19, *P. G.,* VIII, 409; Journel, 410.

3 *In Matth..* 85, *P. G.,* XIII, 1735.

rus sane est hic loquendi modus, propter symbolismum, sed ibi tamen asseritur in calice consecrato inveniri quamdam *unionem potus et Verbi,* vi cujus communicantes sanctificantur.

Eodem sensu explicandus est *Origenes* qui, *prater realem manducationem* corporis et sanguinis Christi, *spiritualem* manducationem Verbi per fidem commendat.

Uterque realem praesentiam clare docuit, n. 635.

(C) S. *Cyrillus Hieros.* et *Cappadoces,* qui tam explicite realem manducationem corporis et sanguinis Christi docuerunt, aliquando panem et vinum eucharisticum vocant *figuram* vel *antitypum* corporis et sanguinis Christi, quia significare volunt *species consecratas* esse *signum sensibile* corporis Domini, quod *iere continent* et communicantibus *vere* conferunt, ut ex contextu et locis parallelis constat.

(D) Quia vero adversarii S. *Augustinum* præsertim sensu symbolico intelligunt, præcipuos textus ab eis allegatos exponere expedit.

1) Exponendo sextum caput Joannis, dicit *corpus Christi esse Ecclesiam,* ideoque eos qui manducant corpus et sanguinem Christi inter se vinculo caritatis conjungi debere Christoque intime uniri : " Hoc est ergo manducare illam escam et illum bibere potum : in Christo manere et illum manentem in se habere " [2]. Jamvero hic S. Doctor realem praesentiam et manducationem non negat, sed eam supponens, vult fideles *non materialiter tantum* manducare corpus Christi, sed etiam *spiritualiter,* sese uniendo Christo et fraternam caritatem colendo : hi enim sunt fructus quos sacra communio in bene dispositis producit.

2) Ibidem rejicit manducationem corporis Christi *carnalem* seu *capharnaiticam,* et advocat *spiritualem :* " Quid est ergo : *non prodest quicquam carol* Non prodest quicquam, sed quomodo illi (Capharnaitæ) intellexerunt, quomodo in cadavere dilaniatur aut in macello venditur, non quomodo spiritu vegetatur" [3]. Postea explicat carnem non prodesse quidem *solam,* sed multum prodesse quando unitur Verbo et spiritualiter manducatur. Quod alibi sic exponit : "Tunc autem hoc erit, id est vita unicuique erit corpus et sanguis Christi, si quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritaliter manducetur, spiritaliter bibatur " [3]. Seu, aliis verbis, corpus et sanguis Christi non manducatur aut bibitur *sub specie propria,* sed *sub specie sacramentali,* et quidem eo fine ut vitam spiritualem Domini accipiamus.

[*] *In Joan.,* tr. XXVI, 13 sq., *P. L.,* XXXV, 1612 sq.
[2] *In Joan.,* tr. XXVII, 5, *P. L.,* 1617.
[3] *Sermo* CXXXI, I, *P. L.,* XXXVIII, 729.

3) Alibi scribit : ‘‘Non enim Dominus dubitavit dicere : *hoc est corpus meum,* cum *signum* daret corporis sui " ». Exinde inferunt Protestantes eucharistiam esse tantum *signum* seu figuram corporis Christi. — Sed, ex contextu et ex generali theoria S. Augustini de *sacramento* », signum de quo agitur non est *nudum signum,* sed signum simul continens et significans corpus Domini; ibi enim S. Doctor explicat cur in vetere lege sanguis dicatur anima, quia nempe est signum animae, — signum utique non nudum sed vere continens animam.

Si igitur verba S. Augustini simul conferuntur, et obscura e clarioribus intelliguntur, certo realem praesentiam realemque corporis Christi manducationem docuit, sed Christianos admonuit hanc manducationem non vere prodesse nisi per eam Christo et Ecclesiæ intime uniti maneant.

644. Conclusio. Patres itaque, a primo saeculo ad quintum, ore unanimi *realem,* et non symbolicam tantum, Christi praesentiam in eucharistia docuerunt Si quandoque *obscuris* utuntur verbis, hæc, inspecto contextu, non excludunt, sed potius supponunt hanc realem praesentiam.

(a) Ita quando eucharistia dicitur a Patribus *signum, typus, figura, imago corporis Christi,* significatur eam constitui revera duplici elemento, *speciebus* et *corpore* Christi; *species* autem panis et vini dici *figuram corporis* sub illis speciebus realiter *contenti;* nusquam vero asseri eucharistiam esse *tantum figuram* Christi.

(b) Quando asseritur corpus Christi *non esse* in eucharistia, nec *realiter manducari* in communione, ex contextu et locis parallelis significatur illud non esse nec manducari modo *sensibili* et *carnali,* ad excludendum errorem Caphamaitarnm.

(c) Pariter manducatio Christi aliquando dicitur *spiritualis,* et non carnalis, quia hæc manducatio, licet *realis,* est *typus* spiritualis et nobilioris manducationis qua Christi vitæ, virtutibus et passioni communicamus.

Dici igitur nequit inter Patres quosdam fuisse *realistas,* alios autem *symbolistas* aut *dynamistas,* ut falso contendunt Protestantes; nam voce fere *unanimi realem* praesentiam et *realem* corporis Christi sumptionem multoties asserunt.

645.. II. Ex praxi Ecclesiæ, seu **ex vanis monumentis** A et inscriptionibus, quæ *fidem* primævæ Ecclesiæ claré "

' *Contra Adimantum,* XII, 3, *P. L.,* XLII, 144.

2 S. Doctor distinguit inter *sacramentum* et *rem* seu gratiam sacramenti : prius seu visibile elementum significat posterius seu gratiam, ideoque non est signum vacuum, sed *efficax,* continens et producens quod significat (supra n. 251). — G. Lecordier, *La doctrine de ΓEucharistie ches S. Augustin,* 1930.

manifestantl ; nam *lex orandi,* vel *agendi* in Ecclesia est *lex credendi.* . z . fi λ c · .

(A) *Ex picturis,* quibus frequenter eucharistia depingitur. (a) Jam *sœculo secundo,* in *catacumba S.Cculisiï,* pratsertim in sacellis quæ *sacramentorum sacella* vocantur, picturæ inveniuntur quæ eucharistiæ consecrationem et commu-nionem vivide repraesentant ; i) ita pingitur panis cum pisce impositus mensae seu altari, cui adstat Christus £aut sacej;-doskmanpm sujær oiscem extendpns; jamvero jâsce *giiari ipsu^^C^isiuin* omniljus **notui^estr.***2}* Ibidem exhibetur miraculum multiplicationis panum et piscium quo figuratur multiplicatio panis eucharistici. 3) Pariter, in *cryptis Lucina,* repraesentatur canistrum vimineum, coram pisce positum, in quo continentur panes et poculum rubentis vini : ita figurantur *elementa sacramenti* necnon *realisprae-sentia Christi pisce figurati.*

(b) *Sœculo tertio,* Christus depingitur tangens baculo thaumaturgi canistrum panibus plenum et ita conversionem—— operatur panis in proprium corpus; aut etiam benedicens panem et pisces quos Apostoli offerunt posteaque populo distribuunt; vel aquam in vinum convertens in nuptiis Canae, quo figuratur conversio vini in sanguinem Christi.

646. (B) Ex *inscriptionibus* antiquis, in quibus lucide apparet fides in realem Christi praesentiam, (a) Inter quas praecipua est quæ in epitaphio *Aberciixzc&al^x* inventa est; Abercius siquidem, episcopus Hierapoleos in Phrygia, exeunte saec. II (180-190), car men dictavit super tumulum suum inscribendum, in quo legitur :

> " Paulum ego sequebar. Fides autem ubique mihi dux fuit,
> Præbuitque ubique *cibum* ιχθύν *(piscem)* e fonte
> Ingentem, purum, quem prehendit virgo illibata
> Deditque amicis *perpetuo edendum,*
> Vinum optimum habens, ministrans mixtum dans cum pane"3.

les monuments des seri siècles, 1910; Wilpert, *Die Fractio panis,* 1895, *gallice* reddita 1896; *Die Malerein der Sakramentskapellen,* 1897; *Die Malerien der*

3 Ait enim S. Augustinus, *De 'ivit. Dei,* l. XVIII Horum autem quinque verborum quæ sunt ησου ■εου'Bό \Σiοτήρ (quod est *'esus. Christus Dei Filius Salvator),* si primas litteras jungas, erit ιχθύ , id est piscis, in quo nomine mystice intelligitur Christus

3 C. Kirch, *Enchiridionfontium histor. cedes.* (1914)» 155.

(b) Cui affine est epigramma *Augustodunensi$ Pectorii* (circa finem sæc. II), in quo legitur :

" Piscis caelestis divum genus, corde augusto
Utere, accepto fronte immortali inter mortales

Servatoris sanctorum mellitum accipe cibum
Comede esuriens, Piscem tenens manibus ° '

(c) Nec minus eloquens est inscriptio a 5. *Damaso* conscripta (IV. sæc.) :

il) > " Tarcisium sanctum Christi sacramenta gerentem
Cum male sana manus premeret vulgare profanis,
Ipse animam potius voluit dimittere cæsus
Prodere quam canibus rabidis cælestia membra "

Quæ tria, cum sint *epitaphio,* fidem tunc in Ecclesia vigentem magis authentice exprimunt

647. III. Ex liturgiis. Liturgiæ, ut constat ex *Tractatu de Fontibus Revelationis,* n. 971, *efficacius* etiam praebent argumentum fidei Ecclesiæ, cum de aliquo dogmate unanimiter consentiunt Atqui liturgiæ non solum moderns, sed etiam antiquæ, non solum Latinæ, sed etiam 'Græcæ, non solum orthodoxæ, sed etiam schismaticæ, tales preces et formulas exhibent quæ *sensum metaphoricum excludunt,* et veram denotant *mutationem panis in corpus Christi.*

(a) Omnium liturgiarum antiquissima ea est quæ legitur in *Constitutionibus Apostolorum,* et dicitur liturgia *Clementina,* quia in essentialibus concordat cum iis quæ referuntur a 5. *Clemente Romano.* Jamvero in precibus ibi relatis pro missa, Deus sic rogatur : " Poscimus te ut super hæc dona in conspectu tuo proposita placate respicias... atque super hoc sacrificium mittas Sanctum tuum Spiritum... ut *exhibeat panem hunc corpus Christi tui et calicem hunc sanguinem Christi tui"* 3. Postea episcopus tradit oblatam, id est, hostiam consecratam, dicens : *Corpus Christi;* et qui recipit, respondet : Amen. Diaconus autem tradit calicem, dicens : *Sanguis Christi,* calix vitæ, et qui bibit respondet : Arnen. Finita ceremonia, diaconus ait : " Percepto pretioso corpore et pretioso sanguine Christi, agamus gratias " ♦ Ita etiam in *anaphora* seu *Canone Veronensi* (III0 sæc.) inveniuntur verba consecrationis, posteaque additur : " Ut te laudemus et glorificemur per *puerum*

tuum fesum Christum", ideoque supponitur eum per consecrationem fieri præsentem

(b) In *sacramentario Serapionis* », quod in Ægypto adhibebatur quarto sæculo, hæc leguntur : " Deus veritatis, adveniat Verbum sanctum tuum super hunc panem, ut panis fiat corpus Verbi, et super hunc calicem, ut calix fiat sanguis veritatis". Post communionem vero additur : ''Gratias tibi agimus quia nobis dedisti communionem corporis et sanguinis

(c) In liturgia *Alexandrina,* pariter funduntur preces ut Spiritus Sanctus oblata sanctificet tanquam Deus omnipotens " et faciat panem quidem corpus, .calicem autem sanguinem novi testamenti ipsius Domini et Dei salvatoris et summi regis nostri Jesu Christi " λ

Similes preces in omnibus liturgiis inveniuntur, non solum catholicis, sed etiam schismaticis.

648. Quibus rationibus addi potest *argumentum proscriptionis* . 316 sq.). Tempore enim quo Novatores prodierunt, non ^plum Ecclesia Romana, sed variæ ecclesiæ schismaticæ et sectæ orientales aperte et explicite profitebantur fidem in praesentiam realem Christi in eucharistia. Atqui talis consensus omnium ecclesiarum in re dogrtiatica, ad praxim quotidianam pertinente, non potuit per innovationem induci, sed a Christo oritur, ut protum est, n. 319. Argumentum enim ibi allatum de septem sacramentis, valet *a fortiori* pro eucharistia quæ centrum erat totius religionis christi^næ, et in qua proinde mutatio fieri nequibat sine fidelium et episcoporum reclamationibus.

Historice etiam confirmatur *multis miraculis eucharisticis,* quæ a Patribus et scriptoribus referuntur

' Dom Cagin, *L'Eucharistia,* 192; A. Vigourel, *Liturgies et spiritualité,* 1927, p. 30-31.

' Funk, *Didascalia,* II, 175 sq. — Ibi etiam invenitur locutio *figura corporis,* quamvis ex contextu omnino constet corpus Christi vere esse præsens ; sed species panis utpote signum sacrum, etiam in documentis liturgicis vocabatur figura *corporis vere sub hac specie latentis.* — Cfr. Kirch, n. 479-4S0.

3 Assemani, *Cod. lit.,* I, IV, part. IV, p. 34. — Quod confirmatur ex documento recenter invento *(Dêr Balyzeh),* in quo eadem verba inveniuntur, ap. P. de Puniet, *Fragments inédits d'une liturgie égyptienne,* in *Report of the Nineteenth eucharistie congress,* London, 1909, p. 367-401.

4 Cfr. Couët, *Les miracles historiques du S. Sacrement; Nouveau recueil de mit actes eucharistiques;* quoad celebre miraculum in loco dicto *Favemey,* Eberle, *Son abbaye et le mitacle des saintes hosties.* — De quibus miraculis scribebat Leo XIII, Encycl. *Hirce caritatis :* " Humanæ rationis quo magis erga tantum mysterium intendatur obsequium, quasi *adjumento* suppetere prodigia, in ejus gloriam veteri memoria et nostri patrata, quorum publica exstant, non in uno loco, eaque insignia monumenta ".

Certum est igitur in universali Ecclesia semper viguisse fidem in realem Christi praesentiam sub speciebus eucharisticis.

Realis præsentia argumentis convenientiae suadetur

'Posita revelatione, ratio humana ostendere valet hoc ,λ-^ogma omnino conveniens esse ex parte *Dei, hominis* et *Ecclesia.*

649. i° *Ex parte Dei.* Eucharistia praecipuas Dei perfectiones mirum in modum illustrat, praesertim vero ejus *omnipotentiam, sapientiam,* et *bonitatem.*

(A) *Potentiam,* quæ per opera mirabilia[2] manifestatur, (a) *Primarium,* et, ut ita dicam, *unicum* (cetera enim ad hoc referuntur), est *conversio substantia panis et vini in corpus et sanguinem Christi,* ita ut præsens sit simul in unaquaque hostia, immo in qualibet parte cujusque hostiæ, et quidem non in uno loco tantum, sed ubicumque verba consecrationis proferuntur, non semel, sed *quotidie,* non ab uno sacerdote, sed ab *omnibus,* (b) Nonne pariter mirabile est accidentia *sine subjecto* in seipsis consistere, omnesque passiones et impressiones recipere quibus substantia panis et vini subjiceretur?[3] Sane his omnibus Deus se *universa natura dominum* declarat.

(B) *Sapientiam.* Sapientia consistit in electione optimi finis et apta ordinatione mediorum ad illum finem attingendum. Porro : (a) *finis* a Christo intentus in Eucharistia optimus est, nempe gloriam Dei et salutem animarum promovere ; (b) aliunde *media* ad hunc finem electa omnino efficacia sunt; siquidem : i) *Deus optime glorificatur* in innumeris altaribus, in quibus diu noctuque Christus permanet, Patrem laudando ac precando nomine nostri, et infiniti valoris *sacrijicium* offerendo; vel etiam pias excitando animas ut secum Deum magnificent : " Magnificate Dominum mecnm, et

[1] SL Thom., q. 73; Suarez, disp. 46, sect 7; Rosset, *op. cit.,* n. 107 sq.; Lessius, *fee perfect. moribusque divinis,* lib. XII, c. 16; Bourdaloue, *Octave du S. Sacrement·,* Faber, *op. cit.,* lib. I, p. 41 sq.; Dalgairns, *Holy communion,* part. I ; Monsabré, *Expos, du dogme cath.,* 67e Conf.

[2] Mirabilia dicimus, non autem *miracula,* quia proprie miraculum dicitur factum *sensibile* praeter vires naturae ; jam vero mirabilia, quæ in Eucharistia invenire est, sunt quidem praeter naturae leges, non vero sensibilia.

[3] Lessius, *op. cit.,* et, post eum, Faber, *op. cit.,* p. 71, duodecim miracula numerat, duo circa substantiam panis et vini, duo circa species, sex circa corpus Domini, et duo circa consecrantem. Cfr. *Ami du Clergé,* 1912, p. 833.

exaltemus nomen ejus in idipsum ” *. 2) *Salus animarum* promovetur, quia Christus in altari manens, ad se trahit animas, iis vitam suam instillat, et sua gratia eas ad virtutem incitat : “ Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in illo... qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum

(C) *Bonitatem.* Bonitas eo magis elucescit quo majora bona donantur. Atqui, in Eucharistia, Deus veluti *profuse* sua bona nobis largitur : (a) Imprimis unicuique nostrum tradit *Filium suum unigenitum,* cui intime uniamur et a quo vitam divinam accipiamus : “Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret ” 3. (b) Sed insuper, cum tres divinæ personæ sint prorsus inseparabiles, Pater et Spiritus simul cum Filio in Eucharistia speciali modo nobis communicantur, ita ut in sacra communione *totum Deum* vere possideamus. (c) Tandem, quando Christus nobis datur, eo ipso *ditamur calestibus thesauris,* quos per passionem suam nobis acquisivit; hinc gratiæ omnes, quas Salvator pro nobis meruit in omnibus mysteriis vitæ suæ, nobis communicantur : “ Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?

650. 2° Ex parte *hominis.* Præsentia realis Christi in eucharistia *vitam christianam* et præcipuas virtutes, tum *theologicas,* tum *morales,* nutrit ac fovet.

(A) *Vitam christianam nutrit :* cum participes simus, per gratiam, ipsius vitæ divinæ, divino pane egemus ad eam augendam ; atqui hunc panem nobis præbet Christus, juxta illud : “ *Ego sum panis vitæ ”.*

(B) *Virtutes theologica,* eo ipso foventur : (a) *Fides.* 1) Multa enim sunt creditu difficilia in hoc mysterio, cum credere debeamus Christum realiter præsentem esse sub speciebus eucharisticis, quamvis sensus nostri nullam mutationem in eis percipiant, et quidem totum esse sub qualibet parte cujusque speciei, etc. 2) Hoc mysterium fidem supponit et renovat in multa alia mysteria, in Incarnationem Verbi, in Redemptionem, in mysterium SS. Trinitatis; perpetuo igitur fides nostra exercetur in eucharistia, et exinde mirabiliter crescit, præsertim si cum Apostolis Domino dicimus : “Adauge nobis fidem”*.

(b) *Spes erigitur* per unionem cum Christo, quæ est veluti inchoatio illius perfectæ unionis cum Deo, quæ nos summe beatos efficit; pariter media ad salutem obtinendam facilius exspectantur, dum credimus Christum, gratiæ fontem, esse non solum in altari, sed et in corde nostro, ad gratias nobis largiendum, nosque contra

* Λ. XXXIII, 4. — 2*Joan.,* VIt 57 ; XV, 5.
ijoan., Ill, β. — ‹ *Pom.,* VTÏI, 32. – * *Luc.,* XVII, 5.

omnes salutis hostes efficaciter protegendum : " Omnia possum in eo qui me confortat " '. — "Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno " '.

(c) *Caritas augetur ;* 1) *Erga Christum,* qui in eucharistia maximum erga nos amorem exhibet : " Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos"3; siquidem, licet innumeras prævideret injurias sibi in hoc sacramento inferendas, voluit nobiscum permanere et pretiosissimo corpore et sanguine suo nos nutrire4, nobis intime uniri, et spirituales divitias veluti profuse impertiri : "Sic nos amantem quis non redamaret?" 2) *Erga proximum;* nam, per eucharistiam, vera fraternitas promovetur : nam, ejusdem spiritualis mensæ participes, eodem cibo nutrimur, et in eodem Christo, Linquam in communi centro, intimo nexu conjungimur : " Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus"'. Hinc Christus seipsum dedit sub speciebus earum rerum quæ *ex multis granis coalescunt,* ut significaretur *unio fidelium* ex multis cor unum efformantium.

Morales etiam virtutes augentur; inter quas ; (a) *Eeligio,* quæ per frequentem et intimam communionem cum Deo, et per sacrificia promovetur. Atqui in eucharistia 1) Deus nobis *intimior* est quam ipsis Judæis : "Nec est alia natio tam grandis quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster " 6. Christus enim Deus-homo, in eucharistia vivens, est objectum adorationis nostræ : " *Adoro te devote, latens deitas* " ; 2) *cum* Ipso et *per* Ipsum, totam Trinitatem dignis laudibus prosequimur, præsertim cum missæ assistimus aut eam celebramus Deo offerentes sacrificium infiniti valoris, quo eximie laudatur et adoratur.

(b) *Humilitas* inculcatur, dum Christus, 1) majestatem suam sub infirmis elementis velans, nobis apparet in statu humiliori quam in ipsa Incarnatione, imo et in Passione; nam, ut ait *S. Thomas,*

" In cruce latebat sola Deitas :
At hic latet simul et humanitas ".

2) Totum se tradit non solum divitibus et ejus sæculi potentibus, sed et parvulis et pauperibus : " Manducat Dominum pauper, servus et humilis

l *Phili* , 13. — * *Hebr.,* IV, 16. — '*Joan.,* XIII, 1.
Dlinc sæpe, ait S. *Chrysostomus,* amorem'Christi erga homines pias quam maternum esse : matres enim interdum filios suos aliis tradunt alendos, Christus autem quos spiritualiter genuit suo sanguine nutrit !
5 *I Cor.,* X, 17. — 6 *Peut.,* IV»,2_

(c) Ejus *patientia* apparet in eo quod injurias etiam maximas sibi inflictas ab indigne communicantibus æquo fert animo; ejus *obedientia,* dum jubente sacerdote, statim sub speciebus rite consecratis apparet; ejus *paupertas,* dum habitare non horret in pauperibus ecclesiis, et squalidis interdum involvi linteaminibus; uno verbo, omnes virtutes, quibus Christus ornatus fuit in terra, in ejus vita eucharistica perfectissime et perpetuo renovantur; ergo.

651. 30 Ex *parte Ecclesia. 1)* Hæc est enim (Zλ· *Ecclesia,* n. 812-816) Christi *corpus mysticum* simul et *sponsa.* Atqui decet *caput* permanenter et intime suo corpori uniri; quod quidem perfectissime fit per realem Christi præsentiam : ita enim Dominus intime unitus manet toti Ecclesiæ et singulis fidelibus, semper vivens in tabernaculo ad interpellandum pro nobis, et in omnes suam sollicitudinem exercens atque vitam diffundens. 2) Decet *sponsum* indesinenter sponsæ uniri, ut per eam multos generet filios; quod efficaciter fit per eucharistiam, in qua Christus sponsus sponsam Ecclesiam tenero fovens amore, per gratiam labores ejus fecundat.

Ergo sub omni respectu conveniens apparet præsentia Christi in eucharistia.

Art. II. De modo præsentiæ realis seu de transsubstantiatione.

652. Probata *veritate* præsentiæ realis, declarandus est ejus *modus.* Jam vero Christus fit præsens in eucharistia per *transsubstantiationem.* Ad doctrinam theologicam exponendam, dicemus :

i° de *notione* et *existentia* transsubstantiationis;
2° de *manentibus speciebus* post transsubstantiationem ;
30 de *statu Christi* sub speciebus latentis;
40 de *cultu* ipsi debito.

§ I. De notione et existentia TRANSSUBSTANTIATIONS *.

Tria exponemus : i° *notionem;* 2° *thesim catholicam;* 3° *theologica systemata.*

L-S^Thomas, 3, q. 75; S. Bellarminus, l. III, c. 18-24; Drouin, q. VI, sect. 2; Lugo, dispTvII; Billuart, diss. I, a. 5-7; L. Billot, th. XXXIX; Hugon, *Tr. Dogmatici,* vol. IV, p. 225-254; Van Noort, η. 336-348; Hervé, η. 32-45» Penido, *Le rôle de l'analogie en thiol, dogm.,* c. IV, Paris, 1931.

I. Notio transsubstantiationis.

653. *i° JEtymologice* transsubstantiatio est *translatio* seu *mutatib unius substantia itialiam.*

Substantia autem est res cui convenit esse in se et non in alio. Distinguitur ab *accidente* cui convenit esse in alio tanquam in subjecto seu inhærere. Substantia igitur est subjectum cui accidentia inbærent, quod proinde stat sub accidentibus.

Vox transsubstantiatio aptissime designat conversionem substantiæ panis in corpus et substantiæ vini in sanguinem Christi. Non inventa fuit a *Thomistis,* ut falso asserit Lutherus, sed primum apparet in operibus *Hildeberti,* ep. Cenomanensis (t 1134) et *Stephani de Bauge*\ Augustodunensis episcopi (t 1140)| et authentice a concilio *Lateranensi IV* (1215) recognita fuit a.

ad *rem.* transsubstantiatio JUX

çuin

matt umt at speciebus pants et vim ,. 1

.jununui : ia| uunversiu seu *inuiano, transutis* alicujus rei in aliam. Ad veram conversionem tria requiruntur : 1) *ter-, minus a quo* positivus seu res quæ in aliam transit; 2) *terminus ad quem* pariter, positivus seu res in . quam&priojr^n transit; 3) *nexus verus eïlpdsimnis* inter desitionem Ûimusîj et præsentiam alterius. Hæc autem tria vere inveniuntur in transsubstantiatione, cum substantia panis convertatur in substantiam corporis Domini, et quidem ita ut desitio panis ordinem habeat *internum* et *positivum* ad præsentiam ^corporis Christi, ut infra ^hilarabitur.

Hinc transsubstantiatio non est *creatio,* quæ est ex nihilo et productionem alicujus entis involvit sine relatione ad aliud; nec *consubstantisitio,* quæ importat præsentiam simultaneam substantiæ panis et substantiæ corporis Christi; nec *impanatio,* quæ unionem hypostaticam inter substantiam panis et substantiam corporis Christi taeÿdit.

(b) jQOtius substantiæ... Dantur siquidem conversiones , quando substantia termini a quo *eadem* manens,

" Oramus... ut oblatio panis et vini transsubstantietur in corpus et sanguinem Jesu Christi" *(Tr. de sacrant, altaris,* c. XIII, *P. L·,* CLXXII, 1291). Cfr. J. de Ghellinck, in Z>. *T. C.,* V, 1287 sq.

formam *accidentalem* induit, quando nempe *qualitas* alteratur, aut *quantitas* augetur vel minuitur, ayt fit *translatio* de loco ad locum. — Dantur autem" conversiones ^*substantiales* quando substantia ipsa in aliam mutatur; quæ possunt esse ‘^^*fiartiales^cwm* ^videlicet mutatur tritum"vel materia; tantum"; vel *totales,* cum substantia *tota,* secundum formam ' et materiam, in aliam mutatur.)

Jam vero transsubstantiatio est conversio *substantialis totalis,* seu totius substantiæ panis in corpus Christi et totius substantiæ vini in ejus sanguinem; proinde non est mutatio substantialis partialis.* Fit inter duos terminos positivos, et per *nexum positivum,* cum desitio substantiæ panis non fiat nisi *in ordine* ad præsentiam realem corporis Christi.

P_L
((cj Manentibus dumtaxat speciebus... Conversio enim fitin*(è^su^^antiasÇsoïds,%* eoque" mânenf' *s^ectp^èa accz* substantiæ conversæf^lïæc acclâentîa" vocantur^Î

sensibus, ut intra demonstrabitur, (juæ *sfânum._et vélum* præsentiæ corporis et

srito itàque hæc conversio dicitur
çulQsa et plura difficiliora includ

creauo ec *singutarts,* quia liura exemp
ur ordine naturæ aut gratiæ.

II. Doctrina catholica.

Γ y^^y'655. i° Hæc doctrina, prout declaratur a *Tridentino*

1C-' mox citando, tria complectitur :T) In eucharistia continetur
l verum Christi corpus e Virgine olim natum et nunc in cælis
J gloriosum ; 2) nihil remanet de substantia panis et vini, sed
'JP tantum species sacramentales; <3) hæc autem conversio
jT substantiæ panis et vini in corpus et sanguinem Christi merito *transsubstantiatio* appellatur.

Quia *Pistorienses* hoc tertium negabant, a Pio VI merito reprobati sunt in bulla *Auctoremfidei*

‘ E. Hugon, *op. cit.,* p. 233-234.
' *D. B.,* 1529.

656. 2° *Errores.* (A) *Praecipui* errores (haeretici) ad *consubstantiationem* vel ad *impanationcm* reducuntur, ut recte animadvertit *E. Hugon* ».

(a) Ita, medio ævo, *Berengarius* docebat in eucharistia remanere panem et vinum.

(b) *Protestantes* autem explicite transsubstantiationem negarunt *Lutherus,* qui, ut supra diximus, præsentiam realem retinuerat, putabat Christum præsentem esse in eucharistia per *consubstantiationem,* id est, simul *cum* vel *in* aut *sub* pane et vino^itâ ut, jdxta" ipsum, sensus verborum consecrationis sit : Hic (adver-b' -i-[Jxaliter) est corpus meum. 2) *Osiander,* unus ex ejus discipulis, admisit *siopanationem*^ seu quamdam unionem hypostaticam Christi"cum–pine et vino. 3) *Hodie* vero præcipui Lutherani et Anglicani qui realem præsentiam admittunt, illas explicationes rejiciunt, et admittunt quamdam unionem specialem, quam *sacramentalem* vocant, inter panem et corpus Christi, vi cujus simul cum pane accipimus verum corpus Domini, absque ulla mutatione panis et vini

657.(B) Alii autem errores versantur circa *corpus Christi.* (a) Ita, medio Ævo, quidam asserebant corpus eucharisticum Christi non esse corpus e Virgine natum, sed *carnem novam* consecratione productam. Quod egregie confutavit Paschasius Radbertus : si res enim ita se habet, panis non vere convertitur in corpus Christi, (b) Alii, inter Græcos, putabant panem converti non in corpus Christi gloriosum et incorruptibile, sed in corpus alterationi obnoxium quam cetera alitnerita subeunt.

(C) Tandem falsæ explicationes transsubstantiationis traditæ sunt, quas, per modum corollarii, exponemus simul et confutabimus. ^X0-

658. *Thesis catholica :* Christus fit Dræseris in Eucha-

sionem totius substantiæ panis et vini in corpus et sanguinem Christi, manentibus dumtaxat speciebusf

De fide est, e Trident. 3 .· " Si quis dixerit, in sacrosancto eucharistiæ sacramento remanere substantiam panis et vini, una cum corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi; negaveritque mirabilem illam et singularem conversionem

l *Trait, dogmatici** t IV, p. 227.

' Pusey, *The doctrine of realpresence ;* Gore, *Dissertations in subjects with the Incarnation'* London, 1907.

totius substantiæ panis in corpus, et totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis et vini; quam quidem conversionem Catholica Ecclesia aptissime *transsubstantiationem* appellat, A. S."

659 *Scriptlira,'* probatur ' (A) *Dirçpte.*^ Verba quæ Christus protulit in institutione Eucharistîæ : "*Hoc est corpus. meum* _ sensu obvio, significant?*identitate* i/iter gubjectum et prædicatum *corpus;* titas affirmari equit manente panis s ia. isrggrnon rôariëtJsijEstanti irporum hristi quæ id efficiunt^ quod significant désïit esse et locum cessit substantiæ corporis Christi. Aliunde renebant tamen species panis, quæ, ex contextu, sensus discipulorum afficiebant; ergo facta est conversio panis in corpus Christi, manentibus panis speciebus, seu vera transsubstantiatio.

(B) *Indirecte,* ostendendo hæreticorum. systemata cum præfatis verbis componi non posse. Siquidem verba consecrationis excludunt : (a) *consubstantiationem :* Christus enim non dixit : focuaciverbialiter) vel *in hoc* est corpus meum; sed -.*hoc,* quod teneo in manibus meis, est corpus meum; panis substantia remaneret; nam aici nequit buric pariem' düm panis manet, esse cofpus Domini, (D) *zmpanationem*^ nam important realem identitatem inter subjectum propositionis *hoc* et attributum *corpus :* quæ identitas non verificaretur in hypothesi impanationis seu unionis hypostaticæ intef-panem et corpus Christi : nam in unione hypostatica, naturæ *distinctæ* manent, et dici nequit in Christo divinam naturam idem esse ac humanam naturam; *a pari* igitur, si panis Christo hypostatice uniretur, nonnisi æquivoce dici posset panem esse corpus Christi.

600. *Objiciunt* quidem Protestantes verba "*hoc est corpus meum",* parallela esse aliis "*Verbum carofactum est",* proindeque ijnfianationem significare. — Sed negatur parallelismus : nam 'erbum, utpote in «gvgjLnequit, um panis poterat conve r, ut impanatio

' Hoc esse verum argumentum declarat *Trid^niinum*^ sess. XIII, cap. 4, D. B., S77. *ZwingHus, Beza* et *Calvinus* vim hujus argumenti contra Luthe· rum agnoverunt, si sensas litteralis horum verborum admittatur.

admitti posset, Jesus dicere debuisset : “ hoc est *ego,* vel hoc est *Christus",* non autem : ‘‘hoc est *corpus* meum”; nam corpus non est hypostasis, seu persona, nec proinde hypostatice pani uniri potest. Sed quid plura, cum ipsi Lutherani jam suo systemati valedixerint?

Alii dixerunt his verbis solummodo significari “ hoc *continet* corpus meum ”, sicut, quando quis crumeiiam exhibet auro plenam, dicere potest : hoc est aurum. Sed comparatio non valet; hic enim dicendi modus legitimus est solummodo quando res exhibita *ex se,* vel *usu recepto,* destinata noscitur ad aliud recipiendum. Nemo autem ostendens panem, in quo nummus aureus absconditus est, dicere posset : hoc est aurum.

661. 2° Probatur *Traditione :* (A) Ex *Patribus* et *theologis,* in quorum testimonio quatuor stadia distingui possunt.

(a) *Tribus prioribus saculis,* dogma catholicum verbis *aquivalentibus* traditur. Ita S. *Justinus*[1] asserit, per orationem verba Christi continentem, panem et vinum *eucharistizari,* id est, fieri carnem et sanguinem Christi; pariter S. *Irenatis* docet verbo Dei calicem et panem fieri eucharistiam sanguinis et corporis Christi[2].

(b) *Quarto et quinto saculis,* expressius affirmatur variisque comparationibus illustratur *conversio panis in corpus et vini in sanguinem Christi.* Juxta S. *Cyrillum Hierosol.,* sicut Dominus in nuptiis Canæ aquam in vinum transmutavit, ita in eucharistia vinum in sanguinem transmutat[3] : ‘‘Aquam olim in vinum, quod sanguini affine est, in Cana Galilææ transmutavit; et eum parum dignum existimabimus cui credamus, cum *vinum in sanguinem transmutavit*[4]' Teste *S.J. Chrysostomo* verbis consecrationis ita *transformantur* panis et vinum ut efficiantur corpus et sanguis Christi : ‘‘Non enim homo est qui facit ut *proposita efficiantur corpus et sanguis Christi,* sed ipse Christus qui pro nobis crucifixus est. Figuram implens stat sacerdos verba illa proferens, virtus autem et gratia Dei est. *Hoc est corpus meum,* inquit. Hoc verbum *transformat* ea quæ proposita sunt”. Juxta S. *Gregorium Nyss.,* panis in corpus per Verbum *transmutatur* et *transelementaturs.*

Nec aliter S. *Ambrosius*[5]' qui docet verbis consecrationis naturam panis *mutari* et *transfigurari* in id quod non erat, nempe in

[1] *Apel. Ia,* c. 65-66, *P. G.,* VI, 427 ; Journel, 128.

[2] *Adv. hares.,* L V, c. 2, n. 3, *P. G.,* VII, 1124; Journel, 249.

[3] *Cateches.,* XXII, 2, *P. G.,* XXXIII, 1097; Journel, 844.

[4] *Homil. de prodit.* Judæ, η. 6, *P. G.,* XLIX, 93; Joumel, 1157.

[5] *Oratio catechetica, yj, P. G.,* XLV, 93; Journel, 1035.

[6] *De mysteriis,* IX, 52, *P. L.,* XVI, 406; *De fide, ad Gratianum,* 1. IV, c. ïo, n. 124, *P. L.,* XVI, 641; Journel, 1270.

corpus Christi. Immo unus ex ejus discipulis, auctor anonymus *Tr. de Sacramentis* ;* et postea *Paustus Rejensis* (aut, juxta quosdam, 5. *Casarius Arelati)*3 utuntur verbo *convertere* ad hanc exprimendam mutationem : " Nam et invisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis et sanguinis tui verbo suo secreta potestate convertit, ita dicens : *Accipite et comedite, hoc est corpus meum* ".

Quæ traditio patristica adeo universalis est ut a Græcis schismaticis servata fuerit 3.

A sexto saculo ad nonum, vix aliquis profectus discerni potest in explicatione hujus doctrinae.

662. (c) *A sæculo nono ad duodecimum,* occasione controversiarum de Eucharistia, *ex professo* exponitur transsubstantiatio. In opere *De corpore et sanguine Domini* (an. 844), *Paschasius Radbertus,* monachus Corbeiensis, diserte testatur panem non mutari quidem quoad *speciem,* sed *interius* quoad *substantiam* in Christi carnem efficaciter commutari, verbis consecrationis sanguinem effici quod antea vinum et aqua fuerat *

ti

Sæc. XI°, *Berengarius Turonensis,* qui, realismum Paschasii impugnare volens, transsubstantiationem negaverat, hanc fidei professionem subscribere coactus est, quæ est ipsa doctrina a P. Radberto jam exposita .· "Corde credo et ore confiteor panem et vinum quæ ponuntur in altari, per mysterium sacræ orationis et verba nostri Redemptoris substantialiter converti in veram et propriam ac vivificatricem carnem et sanguinem Jesu Christi " s.

(d) *Sac.* duodecimo et sequentibus, vox ipsa *transsubstantiatio* adhibetur, et doctrina scholastice ac scientifice declaratur, ducibus præsertim SS. Thoma ac Bonaventura, ut infra exponetur, n. 670.

663.(B) E *liturgiis* jam supra allegatis, n. 647, aliisque, sive orientalibus sive occidentalibus, in quibus Deus invocatur ut sua virtute *convertat, transferat, transmutet* panem et vinum in corpus et sanguinem Christi. Atqui *lex orandi est lex credendi,* ut jam notavimus.

1 *De sacrament.,* l. IV, c. 5, n. 23, *P. L.,* XVI, 444; Journel, 1340.

* *Homil., N,* De paschate, *P. L·,* LXVII, 1056; Journel, 2231; cf. P. Batiffol, *op. cit.,* p. 478-479.

3 Macaire ;* *Théologie dogmatique orthodoxe,* II, p. 457 sq.

4 *De corp, et sang. Domini,* I, IV, VII, X, *P. L.,* CXX. — M. Jacquin, Le *De corpore et sanguine Domini,* in *Rev. des Sc. Phil, et Thêol.,* janv. 1914, p. 81-103.

SD. B., 355. — Historiam hujus dogmatis a sæc. IXo ad XIum delineavit F. Vernet, in *D. T. C.,* V, 1209-1233.

w.

Quædam exempla afferamus. In liturgia alexandrina S. Gregorii legitur : " Ipse igitur, Domine, tua voce hæc proposita *transmuta*... in ipsum corpus et sanguinem nostræ liberationis ". In liturgia S. Basilii : " *Transfer* eos (panem et vinum), ita ut panis quidem fiat corpus, et hoc mixtum in calice sanguis tuus pretiosus" '.

664. *Ex fidei documentis.* Transsubstantiatio explicite docetur a Conciliis : Romano, Lateranensi IV, Florentino et præsertim a Tridentiho (sess. XIII, cap. 4 et can. 12) 3. — Præterea affirmatur in propositione fidei Michaeli Paleologo imposita, in formula fidei Pii IV, et in constitutione Pii VI, contra synodum Pistoriensem 3. u· *■

665. 30 *Rai. theologica* suadetur. — S. *Thomas* 4 duo. exponit : (a) transsubstantiationem w/z *'esse tiiiboTstbifeni.* AaTn sicut per virtutem naturæ potest una res m aliam çonyçrti mugitione tpnnæ, quia ejus ooe^tio se extenditu non' âcî"tôtam substantiam, sed tantum ad formam ; ita^ , virtus divina, quæ se extendit ad *totam naturam entis,* secqn- , - dum tormam et secundum materiam, potest totam substantiam in aliam convertere. Siquidem panis habet rationem entis et corpus Christi habet etiam rationem entis; jam vero Deus, qui est auctor totius entis, potest id quod est entis in substantia panis convertere in id quod est entis in substantia corpqxjs Christi. .

concludi. Variæ enim hypotheses quæ fingi possunt ad hanc præsentiam explicandam sunt : impanatio, consubst;antiatio, creatio, mutatio de loco in locum, denique transsubstantiatio. Atqui priores rejici debent; ergo ultima seu transsubstantiatio admittenda est.

1. *Impanatio* et *consubstantiatio* jam confutatæ sunt, n. 659. — 2. *Creatio* autem admitti nequit; 1) nam corpus Christi non producitur simpliciter seu ex nihilo, cum jam existât; 2) si crearetur, non esset idem ac in cælo est, sed prorsus novum.

* Cfr. Renaudot, *Liittrg. orientalium collectio,* 1847, i· I» 3, 105; *Perfttuiti de lafoi,* t. II, I. 2, c. I.

1 D· B-› 355. 43°, 698. 884- — 3 D. B., 465. 997, 1529.

4 *Sum. theol.,* 3,

F:"9· "~

— 3. Ncc potest explicari per *motum localem* de cælo in altare; nam 1) si ita esset, Christus cælum desereret, cum, in motu locali, novus locus non attingatur nisi relicto priore; 2) motus localis plura instantia supponit, dum consecratio fit in instanti ; 3) motus localis terminatur ad *unum* locum, dum corpus Christi in eucharistia est in pluribus locis simul. Ergo non fit per motum localem.

J. a I

Ergo solus modus est *transsubstantiatio,* in' qua veriff-canttir oiiines''ôorid fribnes ÇënsûBsÎanFTâTeÎïï^ôhversiôrfë^i': 1) terminus *a quo* positivus, nempe substantia panis, et terminus *ad qziem* positivus, substantia corporis Christi; 2) terminus *a quo* desinit *simpliciter* esse, terminus *ad quem* incipit esse *novo modo ;* 3) est nexus inter desitionem panis et præsentiam corporis Christi. — Accidentia autem remanent utrique termino communia.

Ergo Christus est præsens per transsubstantiationem.

mata

naturam panis manere *in se integram* et *immutatam,* sed tamen non amplius esse substantiam, quia sustentatur *non in se,* bene vero *in alio,* nempe in corpore Christi. Manet quidem natura panis, sed in ea cessat formalis ratio substantiæ : et ideo non duæ sunt substantiæ, sed una sola, nempe corporis Christi Talis explicatio, quæ Osiandri theoriæ affinis est (supra n. 656), *tolerari non potest* ex decreto 5. *Officii,* 7 jul. 1875.

Ett merito; nam 1) Ecclesia definivit *totam substantiam* panis et vini in corpus et sanguinem Christi converti, ita ut de pane nihil maneat nisi accidentia; jamvero, juxta præfatam opinionem, aliquid aliud maneret, videlicet *ipsa natura* panis, ideoque materia et forma; mutatio igitur esset solum in modo existendi; 2) veritas formæ requirit ut panis totaliter desinat esse; atqui, in ista theoria, panis non desinit esse, sed sustentatur in corpore Christi; 3) concipi nequit quomodo panis sustentetur a Christo; non potest quidem a persona Verbi sustentari : secus, esset impanatio; non a_corppre Christi tanquam accidens supernatural^ tum quia"Ç?Ôrpus gTorio-^sum su^OTtaré^i^ âebefpaiæm^coi^pIibIIem, ïdffil quia id quod retinet totam naturam panis, ideoque materiam et formam, accidens esse nequit.

' D. B., 1843-1846.

667. (B) Neque admitti potest opinio *Duranti* dicentis *materiam primam* panis manere et informari ab «anima Christi; tunc enim non esset conversio *totius,* sed tantum partis substantiæ panis, et ita *Tridentino* contradiceret. (C) Nec opinio *Jiosmini* quæ Durandi errorem novo modo instaurat " In eucharistico sacramento, ait, substantia panis et vini fit vera caro et verus sanguis Christi, quando Christus eam facit *terminum suiprindpii sentientis,* ipsamque *sua vita vivificat;* eo ferme modo quo panis et vinum vere transsubstantiantur in nostram carnem et sanguinem, quia fiunt terminus nostri principii sentientis. Peracta transsubstantiatione, intelligi potest corpori Christi glorioso partem aliquam adjungi in ipso incorporatam indivisam pariterque gloriosam ". — Quæ propositio damnata fuit pariter a 5. *Officio,* 14 Dec. 18S7 «. Nam : (a) tollit *conversionem totius substantia* panis in corpus Christi; siquidem quod manet *in suo esse a.c* solummodo novam terminationem acquirit, proprie non convertitur in aliud; insuper si substantia panis et vini fit terminus principii sentientis Christi, aliquid hujus substantiæ manet post consecrationem : quod sane Tridentinæ definitioni opponitur, (b) Supponit etiam *partem aliquam* adjungi corpori Christi glorioso : quod sane repugnat.

III. Theologica systemata de transsubstantiatione.

Ad complendam trmissubstantiationis^notionem, duo theol | : I? ouomodozzZn/ztfZ *terminus a quo* seu substantia panfe et vini; 20 quomodo præsens nat *terminus ad quem* seu corpus et sanguis Christi.

i" Quomodo desinat substantia panis et vini

66Sy.(a) Juxta *Scotist* tioném : niÊiï'ej q panis et vinifqt per annihilatio substaritiæ pirns' et vini post consecrationem manet.

(b) *Tfiomista* vero et plenque alii theologi *negant;* nam *1)* anmbilatio sistit simpliciter in non esse; dum substantia panis et vini in Eucharistia, etsi desinat esse, non abit in nihil, sed *convertitur* in aliquid aliud multo nobilius, nempe in corpus et sanguinem Christi '; 2) hæc theoria adversatur doctrinæ conciliorum, præsertim *Tndentini* definientis transsubstantiationem esse,£pnversionem totius substantiæ papis in ço.rpus Christi; atqui in sententia Scoti, corpus Christi vel *substituitur* vel *succedit* substantiæ panis, sed hæc non vere convertitur in corpus Domini. Ergo rejici debet.

' D. B., 1891.
'**J-T**homas, 3,g, 75, sect. 12.

2° Quænam sit natura actionis, qua Christus fit præsens in Eucharistia?

669. Inter varia systemata, alia tenent hanc actionem esse *adductivam* aut *constitutivam;* alia autem *refroducti-vain,* alia tandem esse simpliciter *conversiyam.*

(A) *Systemata inadequate conversionem exprimentia,* (a) *Scotiste, Bellcvqyinus, Vasquez,* aliique, putant 'mam ajptionerj %s§e *fantum w^umvam,* "rîonquia corpus'Chrîstipér Éancadduætionêm 'dese-rat suüm'lôcum in cælo, vel quia per motum localem huc de lo antea erat in cælo, jam etiam sit 'EüE speciebus panis. x." (b) Quia tamen adductio npn^yidetur sufficienter. respondere potioni *conver-ritmis,~Lu°a* aSthHipnfi^AçtÎoné^ tfesb, noifr s&qmadduchv^mT^S ^efiam *constitfiiîvàin* corporis Opnsti2. (ii) Alii autem, putantes hunc loquendi modum non esse omnino rectum, cum corpus Christi jam existatfasserunTKanc îfêtiÔn£ïii dic? posse *iclivdm,* qu'atenus corpori Domini jam præexistenti *novu* conf *essendO&hodum,* nempe esse *sacramentale;* ita *Suarez, Lessius, Billuart* aliique 3.

Non putamus tamen his variis systematibus *integram* servari notionem *conversionis.* Ad veram enim conversionem, non sufficit ' t... .· i ·.·_ . _i._ · s,.incœntio, sed réqüirifur*iiexi/s intrinsecus,* seu ex natu rei, i er unius extremi desitionem et alte-it duæ actiones distinctae, sed una operatio; v. g., in "conversionibus naturalibus, non sufficit simul habere unius .corruotionem et generationem alterius, sed necesse. est ut *ipsa corruptio unius sit generatio alterius.* Atqui, secundum systemata superius exposita, transsubstantiatio veluti scinditur in *duas* actiones *distinctas* et *diversas,* nempe *desitionem fanis* et *corporis Christi adductionem aut reproductionem, quin appareat nexus intrinsecus* inter utramque : mera enim successio nexum intrinsecum non constituit.

670. (B) *Systema veram conversionem supponens.* Qua ratione permotus, *L. Billot* vestigiis inhaerens veterum

1 S. Bellarminus, I. III, c. 18; cfr. Pesch, n. 695.

2 " Melius ergo dicitur actio *constitutiva,* corporis Christi sub speciebus, con-notando etiam desitionem substantialem panis; nec enim unitio secundum se, nec desitio secundum se, est adaequate conversio, sed utraque simul componit conversionem constantem ex utraque mutatione, ex desitione et unitione (Lugo, disp. VII, n. 89.)

3 Suarez, disp. 50, s. 4; Lessius, *De perfect, divinis,* 1. XII, n. 119; Billuart, diss. I, a. 7.

* *De sacram.* I, p. 336 ; ita etiam Van Noort, n. 346; J. Pra, *Etude thiol, sur l'Eucharistie,* in *Quest. eccUs.,* p. 38 sq.

^ojasucorum
docui trahssui
destructionem l onem per adducti
pro^üçdonis viam, sed esse *conversionem*^ videlicet _.,r
tan actionem qua Deus immediate quidquid entitatis est ip^
substantia panis*mu tat* in id quod est entitatis in substantif,
corporis Christi *pmexisteâtis et non mutati,* ita ût tota mu-

dimensiones. Juxta hanc expositionem, Christus in consecratione nil patitur, nil recipit, sed fit præsens ubi antea non erat, non quidemlbcaliter, sed~sacramentaliter, ex hoc soto quod, vi conversionis, jam continetur realiter sub dimensionibus panis, sub quibus substantia panis antea continebatur.

Hanc expositionem *probabiliorem* existimamus : (a) quia conformior est definitioni Tridentinæ : melius enim salvat veram notionem qualis a concilio traditur, nempe *conversionem* totius substantiæ panis in corpus Christi, dum in actione adductiva aut productiva, non plene salvari videtur : hæc enim actio est circa corpus Christi, non autqnjprpprie conversio, — Çb) Melius explicat' cur Christus praesens sit
'*'t^sulTspectebus*muïafiôneéiTTocatisaÎibne; acîicTenîm
divina qua fit conversio non exercetur in corpus Christi, sed
in. *substantiam panis* quæ con itur in corpus, Domini
Hoc autem corpus, *tm sc immutatum* manens
ubi non erat antea, nenwe sub accidentibu

aimensiones^propnas^s ujit *con-*
tinens ipsi extrinsecum. mirafeiii
'et singulari conversione
conciliorum. — (d) Consonat cum *Catech. Tridentirfo* 2, juxta

irisChristi substantem,
*(Vomini nostri mutatione convertatur^* At^z/^enim Christus
aut *generatur,* aut *mutatur,* aut *augescit,* sed in sua substantia
totus permanet... non quod ipsum corpus assumptum de

' Bittremieux, *De transsubstant, quid sentierit S. Bonavenlttra,* in *Collectait iranasc., Jan.* 1933, p. 26-39.

* P. Π, c. IV, nn. 37, 39

cælo descendat, sed quod ipse panis et vinum in corpus et sanguinem Christi transmutentur".

sæpe sæpius utitur verbo *conversionis,* et quidem *substantialis* et *totalis;* minime vero verbo actionis *adductivæ, productives* aut *reproductives,* sed.semper asserit transsirbstantiationem ^^*cofndérsïbnéin^SxA'az.* virtut^peractam, qua irtota substantia panis convertitur in totam substantiam corporis Christi et, in solutione difficultatum, semper ad hanc notionem recurrit, ita ut fateri debeamus, juxta^jus mentem^ac verba, transsubstaptiationem/^^ *acttonemsrfn? Citciljrcbhversiv^m κΓ‹Λ^'β~'* ^ -3"

§ II. De speciebus manentibus[2].

PTridentinum, transsubstantiat.ionem definiendo, addit . ^*v^menlibiis^untaxat speciebusf** Quæ ouidem vocantur *species* qm^ sen^t^c^ns^lfen^^, et fzi-iz'û^^z^quaferius ' alicui subjecto inhærere naturaliter indigent. De quibus duo inquiruntur : i° num *objectivant habeant realitatem;* 2° num *sine subjecto* maneant.

I. De ctiva realitate sued

671. i° Status quæstionis. (A) *Erraverunt :* i) *Gilbertus Porretanus* (f 1154) et *Petrus de A Iliaco* (f 1420), episcopus Cameracensis, qui docere videntur accidentia simul cum substantia panis desinere ; 2) *Cartesiani,* qui docentes essentiam corporum in *extensione actuali* consistere, eo ipso dicunt accidentia non realiter distingui a substantia, nec proinde ab ea separari. Peracta igitur consecratione, species eucharisticæ non objectiva realitate gaudent, sed sunt meræ *impressiones sensortails,* immediate a Deo in sensibus nostris productæ [3] ; 3) *Dynamistæ,* qui substantiam in viribus sim-

[1] Quam quaestionem integram legent studiosi lectores.

*S. Thomas, 3, g. 77, a. 1-7^ ejusqoe commentatores; J. Salier, *Historia scholastica* ^zzrjiarzj/zÿarzzw, 1867; L. Billot, th. XLVI-XLVIII; F. Jansen, *D, T, C.y* art. *Eucharistiques* (accidents), V, 1368-1452; E. Hugon, *op. cit.* p. 255-260 et 280-292; Hervé, n. 46-59.

[3] Ita Em. Maignan, *Sacra philosophia,* 1662; J. Saquens, *Philosophia Maignani scholastica,* 1703 (ab *Indice* prohibita).

plicibus reponentes, eo ipso docent, desinente nucleo virium qui substantiam constituebat, desinere phænomena externa, et *impressiones,* qua antea a viribus simplicibus producebantur, directe a Deo in sensibus nostris producix.

(B) *Doctrina Ecclesia* est objectivam realitatem specierum, etsi non directe definitam, esse *theologice certam* et *fidei proximam.*

secratiorie, objectivam "re hargticæ, pera^_ atem servanti Cer-

(A) *Tradit,* (a) *Patres* enim sedulo in Eucharistia *duas res* distinguunt : unam *terrestrem,* alteram *cœlestem,* unam *sensibilem,* alteram *intelligibilem,* et asserunt rem visibilem esse figuram aut typum rei invisibilis nempe corporis Christi ; et duplici hoc elemento utuntur ad defendendam duplicitatem naturarum in Christo contra Monophysitas, et realitatem humanæ naturæ illustrant ex realitate specierum eucharisticarum.

Ita S. *Irentzus* docet eucharistiam duabus rebus constare, *terrena* et cælesti3; S. *Chrysostomus* scribit "in *sensibilibus* spiritualia largiri "4 ; S. *Augustinus :* " Quod *videtis,* panis est et calix ; quod autem *fides vestra* postulat instruenda, panis est corpus Christi, calix sanguis Christi "5.

Immo quidam dicunt manere cum Christi corpore ipsam substantiam panis; quod, ex dictis, intelligi debet de *complexu accidentium.* Ita *Theodoretus;* cum enim Monophysitæ dicerent corpus Christi in divinam substantiam mutari sicut panis convertitur in corpus Christi, ita eos redarguit : " Captus es retibus, quæ ipse texuisti. Neque enim post sanctificationem mystica symbola recedunt a sua natura; manent enim in priore substantia et figura et forma, et visibilia sunt et tangibilia, qualia erant prius Atqui hic modus arguendi, manifeste objectivam realitatem specierum supponit6.

* Apnd Jansen, *D. T. C.,* 1444-1450.

' J. Salier, *Historia scholastica specierum eucharisticorum,* 1867 ; *F.* Jansen, *Accidents eucharistiques,* in *D. T. C.,* L V, 1368-1452.

3 *Adv. hares.,* 1. IV. c. 18, n. 5; JourneI, 234.

4 *In Matth.,* homil. 82, n. 4; JourneI, 1179.

6 Cfr. J. Lebreton, Zz *dogme de la transsubstantiation et la christologie anfiochienne du S.*, in *Report of the XIXth euchar. Congress** p. 326-346

673. (b) *Scholastici* unanimiter id docent[1], non ut meram opinionem, sed ut *rem certam in doctrina fidei* : (a) Berengarium confutando, utrumque elementum, visibile et invisibile, diserte inculcant, immo aperte dicunt elementum sensibile non esse phantasticum, sed reale. (b) Postea, rem philosophice exponentes, declarant divina virtute accidentia panis et vini, peracta consecratione, sine subjecto manere.

674. (c) Quam doctrinam *Ecclesia sua auctoritate* firmavit : 1) *Lateran.* ***IV*** docet corpus et sanguinem Christi contineri *sub* speciebus panis et vini[2] ; *Florentinum* declarat totum Christum contineri *sub* specie panis, et totum sanguinem *sub* specie vini " 3; atqui hic loquendi modus clare significat *species* esse *realitatem* visibilem et sensibilem, quæ invisibilem realitatem continet atque manifestat. 2) In C. *Constantiensi* (1415), a Martino V confirmato, hæ Wicleffi propositiones damnatæ sunt : " Substantia panis materialis et similiter substantia vini materialis remanent in sacramento altaris. Accidentia panis non manent sine subjecto in eodem sacramento " 4. Ex quo sequitur non manere substantiam, sed *manere accidentia* panis et vini; o<? autem nomine tunc significabatur objectiva realitas. 3) In C. *Tridentino* dicitur : " manentibus duntaxat *speciebus* panis et vini tunc enim temporis vox *species* unum significabat, *quando substantiæ opponebatur,* nempe *accidentia sensibilia* per oppositionem ad species *mere intentionales.*

675. *(W\Rat. theol.* (a) *Ex verbis consecrationis.* Verba " *Hoc est corpus meum——Hic est sanguis vietis* " significant quod idem toto tempore quo verba proferuntur; secus"propositio falsa esset. Atqui si *realiter* non maneant accidentia panjs^ et vini, niLsensibile manet quod sit idem toto tempore ^prolationis : iJsTenim desinunt cum ipsa substantia panis, non manet *infinç* prolationisayquid sensibile quod qrat *in principio;* 2) sffeiurâriïur in *aha accidentia* quæ prioribus succedunt, non manet illud idem sensibile quod in principio erat; ergo, ut vera sint verba formæ, necesse est ut accidentia realiter maneant

1 F. Jansen, *D. T. C.,* 1377 sq. — ' D. B., 430. — 3D. B., 698.
4 D. B., 581, 582.

(b) Ex *natura sacramenti.* Eucharistia est verum sacramentum in quo inveniri debet *signum sensibile* corpus Christi continens et manifestans; atqui, si species non objectivam realitatem habent, sed sunt tantum *impressiones sensoriales* a Deo immediate productæ, nullum manet signum sensibile, nullum sacramentum.

(C) *Ex modo loquendi et agendi Ecclesiæ.* Dicunt enim Ecclesiæ pastores species eucharisticas *frangi. circumgestari, manducari,* aliquando *corrumpi.* Atqui hæc omnia bene intelliguntur de speciebus objectivis, non autem de impressionibus sensorialibus, quæ nec moventur, nec manducantur, nec corrumpuntur.

(d) *E testimonio sensuum.* Sensus enim nostri percipiunt quantitatem, colorem, gustum panis et vini. Ergo si accidentia non realiter permanent, invincibiliter decipimur, cum nec ratio nec fides medium suppleat errorem detegendi: 1) non *ratio,* quæ e contra dicit sensus non decipi circa *accidentia* quæ sunt eorum objectui proprium; 2) nec *fides,* quæ docet *solam substantiam* panis et vini mutari. — E contra, si accidentia objectiva realitate gaudent, non decipiuntur sensus qui judicant accidentia remanere. Ergo.

Ratio suadet hujus objectivæ realitatis *convenientiam*[1]. Convenit siquidem ut accidentia objective maneant: 1) Cum enim nobis repugnet carnem et sanguinem hominis sumere, decebat ut caro et sanguis Christi nobis sumenda proponerentur sub speciebus objective manentibus panis et vini quæ cibum nostrum frequentius constituunt. 2) Id etiam postulat necessitas alicujus signi sensibilis, quo nobis manifestetur præsentia realis Christi sub hoc signo latentis. 3) Dum *invisibiliter* corpus et sanguinem Domini nostri sumimus sub speciebus objectivis panis et vini, augetur meritum fidei nostræ.

II. De modo existendi specierum[2].

676. Status quæstionis. (A) Post transsubstantiationem, accidentia non amplius inhaerent substantiae panis et vini, quæ desiit; *Quomodo ergo permanent?*

[1] S. Thom. arisen

[2] *Eucharistiques,* in *D. T. C.,* V, 1368-1452.

(B) *Errores,* (a) Ii omnes qui admittunt substantiam panis et vini manere simul cum corpore Christi, eo ipso tenent accidentia inhærere substantiæ panis et vini, sicut antea.

(b) *Abtelardus* putabat accidentia *in aere* manere, sicut, recedente corpore odoriüero^pdor in aere manet· — Quæ. explicatio enim e subjpcto pr^pncT®, n suam minat

677. *(ç£/ Recentes atomistæ,* qui, quædam principia a *dynamisiis* mutuantes, *atomista-dynamistæ dicuntur,* ut *Tongiorgi',* asserunt divinam virtutem efficere ut in loco ubi erat panis, resistentia seu vis resistendi habeatur eodem modo et ordine quo a panis atomis exercebatur.

Ex hoc sequitur manere extensionem, figuram, cohæsionem ac cetera accidentia, et undas luminosas ac sonoras in illa superficie eodem modo modificari ac prius in superficie panis : unde nihil apparet immutatum sensibus nostris.

In hoc systemate salvatur quidem objectiva specierum realitas, sed non satis clare apparet quomodo *maneat* numerice identicum aliquid panis et vini : non est conforme *Tridentino : "manentibus* speciebus panis et vini", et dictis Pa.trum et theologorum.

esse impbnderabilem, quæ, Deo juvante, præstat in spatio ea phænomena quæ præstabat materia ponderabilis.

In hoc systemate servatur quidem objectiva realitas specierum, sed ponitur, præter accidentia, aliqua substantia, scilicet *materia imponderabilis :* si hæc est pars substantiæ panis, non satis verificantur verba *Tridentini :* "manentibus *duntaxat* speciebus"; si vero est substantia extranea, accidentia manentia non possunt dici accidentia panis.

(e) Recenter *P. Leray* docuit accidentia panis et vini sustentari ab *ipso corpore Christi,* quatenus nempe quædam elementa hujus corporis, ut hydrogenium, oxygenium, azotum, etc., quæ hoc corpus constituunt vere sustentant elementa panis quorum locum tenent λ — Quæ theoria adversatur doctrinae *Catech. Tridentini* asserentis ^Kciâentia **patiis** viril 'nOrP- posse ÔfirîstT corpori4 et

l *Instit. philosophica,* t. II, Cosmologia, 1869, n· 228-240.

' *Instil, philos..,* vol. II, 1875, Cosmo!., th. 26.

3 P. Leray, *La constitution de l'univers et le dogme de l'Eucharistie,* 1900, ubi asserit accidentia panis et vini sustentari ab ipso corpore Christi "en ce sens que certains des éléments de ce corps, carbone, hydrogène, oxygène, azote, supportent réellement et en toute rigueur les accidents particuliers des éléments du pain qu'ils remplacent" *(Annales de Philosophie chrit.,* nov. 1901, p. 175). Quod systema confutavit Lehu in *Revue thomiste,* mars, mai, juillet 1901.

sanguini inhærere, ri. 674. Et merito; nam substantia corporis humani non potest accidentibus panis vestiri; et insuper corpus Christi glofiosum, hæc accidentia in se accipiendo, fieret album, rotundum, etc., sicut ipse panis; quod certo fieri nequit.

Z 678 (C) *Communis et vera doctrina.* Juxta *TJiomistas* et plerosque theologos omnium scholarum, s nsticæ sunt *:fsa accidentia fanis ei vini, sui 'siibjecfo seu 'sine 'substantia.* Distinguunt enim pane et vino, sicut in qualibet corporea substantia, substantiam cui competit esse *in se,* et accidens cui competit esse in alioytanquam in subjecto. Sed inter accidentia, alia sunt *aSsotüfa,* quantitas scilicet et qualitates (sapor, odor, color, etcj quæ substantiam entitate determinata perficiunt; alia *moaalia* quæ absoluta gradu et mensura modificant, ut magnitudo quantitatis, intensitas qualitatis. Porro hæc omnia accidentia, absoluta çtjnodalia, in substantia naturaliter sustentantur *jiediante quantitate* quæ est eorum immediatum subjectum. Si Deus per miraculum *quantitatem* causaliter sustentare potest *in seipsa,* cetera accidentia huic adhærentia permanebunt sine propria substantia. Hoc autem facere valet : jam enim, ante consecrationem, quantitatem sustentabat *mediante substantia;* post consecrationem eamdem im-

tudinem et exigentiam ad inhaerendum alicui substantiae

panis, subtracto subjecto, accipere a Deo extraordinariam *facultatem in se subsistendi* .^omnia alia accidentia, color, gustus, et etiam odor quantitati vel moli inhaerebunt. Etenim in quantitate'dimensiva duo consideranda sunt : i° naturaliter *indiget subjecto substantiali* ad existendum et operandum; 20 naturaliter est *subjectum immediatum aliorum accidentium* sensibilium; siquidem color, gustus, odor aliaque hujusmodi substantiæ adhærent mediante quantitate dimensiva, quæ directe substantiæ inhæret. Verba consecrationis, quibus destruitur prior ordo naturalis, ita ut sine subjecto substantiali quantitas dimensiva existât et operetur, nullo modo destruunt alterum ordinem naturalem; manent enim accidentia, et ideo cum ipsis manet eorum naturalis ordo ad invicem : unde manifestum est|quod quantitas dimensiva, post consecrationem, est subjectum aliorum accidentium, sicut erat ante consecrationem^

Accidentia eueJia non inhærent proprio fiib est ex tliâsi transsubstantiatione, cum *tota substantia* cui inhaerebant, in substantiam corporis Christi conversa fuerit.

Hæc sententia fluit ex *verbis consecrationis : Hoc est corpus meum.* Nam, ut ait *Angelicus',* necesse est aliquid remanere identicum *ante* et *post* consecrationem, et quidem *sensibile,* ut verum sit quod dicitur : *Hoc est corpus ineum.* Et quia substantia panis non manet, necesse est dicere quod maneat id quod est praeter substantiam panis. Hujusmodi autem est accidens panis. Remanent igitur accidentia panis etiam post conversionem prædictam. Aliunde non manet substantia panis. Ergo manent *sine suo subjecto.*

Quod quidem non repugnat; nam accidentia *realiter* a substantia distinguuntur, ideoque divina virtute ab ea separari valent. Indigent quidem, ab aliquo sustentari. Sed non repugnat ut Deus ea sustentet *in seipsis,* eis tribuendo virtutem specialem in qua seipsis spstentari valgnt. Nec^Â^ ;' jdeojessant esse accidentia, durnm^o

jSosiHvarn '1licui subj^fb^mhaefeiiai. Id enim quod constituit essentiam accidentis non est *inhæsio actualis,* sed *exigentia* inhærendi proprio subjecto.

680. *?>.Ajcciaentia nullisubjecto in ærent.* (a) Accioenfta riSprio"subjecto, id oquè subjecto

(b) Aliunde id constat *auctoritate Ecclesiæ :* i)ex damnatione errorum *Wicleffi,* n. 674. Nonnulli dicunt ex hac damnatione inferri quidem in eucharistia panis accidentia manere sine subjecto, id est *sine substantia panis,* sed exinde non sequi quod ipsa sint sine ullo subjecto. Sed error Wicleffi fuit duplex, ut ex ejus scriptis constat, scilicet substantiam panis in sacramento remanere, et accidentia panis remanere non posse sine ullo subjecto; uterque error

damnatus fuit, proindeque contradictoriæ, utrique oppositæ, tanquam veræ habendæ sunt.

2) Insuper, etsi *Tridentinum* noluit hoc systema definire, ejus mens satis clare apparet ex verbis "*manentibus duntaxat speciebus panis et vini*". Nam interpretatio concilii recte exponitur a *Eateclusmo Trident :* "Tertium restat "quod in hoc sacramento maximum atque admirabile videatur, quod quidem jam duobus aliis explicatis, facilius a pastoribus tractari posse existimandum est, panis videlicet et vini *species* in hoc sacramento sine aliqua re subjecta constare : nam, cum antea demonstratum sit corpus Domini

mam *ea*

supra omnem naturæ ordinem, ipsa se, nulla alia re nisa, sustentent : *hæc perpetua et constans fuit catholicæ ecclesiæ doctrina*

681 *ccidenfia eucharistica, divina virtu.te? in seip-*
P veruni. fl ^*coininùjiiter* ac

(À) Etsi accidentia eucharistica nulli inhæreant subjecto, in esse permanere valent, dummodo causa superior supplere possit id quod ante consecrationem præstabat substantia panis et vini. Atqui Deus, utpote causa efficiens totius entis, præstare potest, et quidem *eminentiori modo,* quidquid antea causabat substantia panis et vini : qui enim virtutem sustentandi accidentia concesserat s jtantiæ creatæj potest directe et perfectius operari. Ergo eus efticèrepotest ut
T accidentia in *se ipsis* sustententur.

(B) Quia vero non sunt jnultiplicanda miracula sine necessitate, sufficit üt *quantitas in se* sustentetur et cetera accidentia in ea inhæreant. Nam, ut ait *E. Hugon 3,* in ordinario rerum cursu "accidentia directe afficiunt quantitatem, et, mediante quantitate, ipsam substantiam. Cum autem abest substantia panis, naturalis persistit lex ut accidentia

sustententur *in quantitate,* quæ ipsa a Deo (in se; sustentatur; et hinc congruus servatur ordo, nec multiplicantur absque ratione miracula ".

682. 4° *Accidentia eucharistica possunt ea omnia agere et pati quæ ageret vel pateretur substantia panis et vini.*^ Certum est.

Experientia constat; nam, post consecrationem, accidentia eucharistica nutriunt, calefiunt, corrumpuntur sicut antea.

Res autem sic explicatur : actio seqùitur esse eiqué pro-^j^rtionatur : atqui^ virtute di^ma, j^ccTdehtjous 'confertur vi/^ remanendi in eodem esse quo3 habebant ânfeTconsecratio^' *Them; ergo* retment vim agendi et patiendi ea quæ antea et'patieÉantûf;

683. 5° Eodem modo explicatur quomodo ex *speciebus* ^^*aicSartStias corruptis aliquid genereturA*

Non fit quidem *ex speciebus* spontanea generatio, prout veteres scholastici putabant; sed vermes generantur *in speciebus* ex *ovulis* huc diversimode asportatis.

Fit tamen quædam generatio seu productio novæ substantiae : non ex corpore et sanguine Christi quæ nullam mutationem patiuntur; nec ex substantia panis et vini quæ desiit 'nec revertitur. — Quomodo igitur? i) Juxta *Scotum* et *Vasquez,* ultimo instanti creatur nova substantia quam naturæ cursus postulat; sed novum

o. *nomam* anosque, ueus, vi prions n^raçjjli, oat üt ^præsiare possit quiSquïd^uost^tirageiet^^ntHasîgÎnif viftû^ tem habet ut ex ea generari possit quidquid ex ipsa substantia panis aut vini generari potuisset.

ISTI

Duo sunt exponenda : i° *doctrina catholica;* 2° *philosophica* hujus doctrinæ *expositio.*

I. Doctrina catholica de Christi præsentia sub speciebus.

Christi præsentia sub speciebus latentis est : i° *permanens ; 2° integra.*

1· De permanentia Christi in eucharistia[1].

684. Errores. Circa permanentem Christi praesentiam in Eucharistia enaverunt *Lutherani :* alii cum *Bucero* tenent eum esse praesentem solum "*in usu* ", id est, quando recipitur, non vero extra sumptionem; alii cum *Chemnitio* volunt ipsum adesse -Jn *tota actione aena",* videlicet a consecratione usque ad communionem, et etiam immediate post cœnam, si ad ægros deferatur, non autem quando in de servatur

ristia,, in.dependenfer ab üsu, quamiÏÏ
species remanent incorrupt».

Quando autem species totaliter corrumpuntur, scilicet quando talis mu
et vini, I
cum enim praesentia Christi speciebus sit adnexa, cum ipsis speciebus esse desinit.

JUE "Si quis dixerit, peracta consecratione, in admirabili Eucharistiæ sacramento non esse corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, sed tantum in usu, dum sumitur, non autem ante vel post, et in hostiis seu particulis consecratis, quæ post communionem reservantur vel supersunt, non remanere verum corpus Domini : A. S."

Probat. (A) *Script.*^ ex verbis ins
comedite : hoc est corpus meum ". I
vera statim ac prolata; atqui prolate

independenter ab usu/Christus præsens est in eucharistia? Unde *Trident.* 3 : " Nondum eucharistiam de manu Domini Apostoli acceperant, cum *vere* tamen Ipse affirmaret corpus suum esse quod praebebat ".

Quod quidem argumentum contra Bucerum valet; Chemnitius autem Traditione confutatur.

„686. (B) *Traditione.* Ex *Ecclesiæ praxi :* (a) 'praxi *communionis Soînesticæ;* ex *Teidullian*^ constat fideles, tempore

1 Suarez, disp. 46, sect. 8; S. Bellarminus, l. IV, 2 sq.; Rosset, *De Euch. Sarram* n. 273 sq· ' de Augustinis, ih. 7; S. Many, *Pralectwnes*

persecutionis, eucharistiam in proprias domos asportass^ ut seipsos communicarent i^em *ano* qui addit fideles habuisse arcas in quibus eam recondebant; immo interdum navigantes secum eam habebant, ne, adveniente naufragio, sine sacra communione e vita exirent, ut narrat S. *Ambrosius'S.* — Quoad *Græcos, S. Basilius* ait : " Alexandriæ autem et in Ægypto, unusquisque etiam de plebe ut plurimum habet domi communionem, et, quando

(b) Ex praxi *asservandi eucharistiam* in ecclesiis aut

ægrotante accepisse exiguam eucharistiæ partem ad eam seni graviter decumbenti deferendam 5; pariter 5. *Chrysastomus* supponit etiam SS. Christi sanguinem in ecclesiis servari6; constat insuper ex usu in ecclesiis habendi vas argenteum vel aureum, sub forma columbæ aut turris, in quo eucharistia servabatur 7.

jfc) Præsèrtim vero ex conc. *Nicæno* (can. iβὺ praecipiente ne presbyteri ægrotos sine viatico mon patiantur.

Atqui hujusmodi facta omnino probant in primis Ecclesiæ saeculis creditum fuisse Christum existere in eucharistia non solum ipso momento communionis, aut etiam a consecratione ad communionem, sed modo permanenti

Quod sane constat exemplo *Tharsicii,* qui, sacram eucharistiam deferens, paganis *calestia membra* tradere noluit (supra, n. 648).

(d) Ex antiquissima disciplina celebrandi in ecclesiis ritus orientalis *missam præsanctificatorum,* in qua nulla fit consecratio, sed sacerdos sumit hostiam præconsecratam et reservatam^8 quod hodie etiam in latinis ecclesiis fit fefférVl* ma is hebdomadae.

I, ii81; Journel, 301; cfr. *Ad uxorem,* II, 5
L., I, 1296. — a *De la is,* 26, *P. L.,* IV, 486-487.
De Excessufratris sui ityri, 1. I, n. 43, *P. L.,* XVI, 1304.

• *Ep. ad Innocentium* Z, n. 3, ubi scribit *(P. G.,* LI, 533) : " Locum, in quo sancta condita servabantur, ingressi sunt milites... et sanctissimus Christi sanguis effusus est

7 Martene, *De antiquis Eccles, ritibus,* 1. I, c. 5, art. 3.

8 Hujusmodi facta aliaque multa fusius exposita vide apud Corblet, *Histoire du sacr. de ΓEucharistie,* 1. XII ; S. Many, *op. cit.,* n. 18.

687. (C) *Ratione convert.* Eucharistia instituta fuit

atqui cibus, etiamsi ad usum sit ordinatus, est quid permanens ex natura sua; ergo pariter eucharistia debet esse permanens, nec consistere in re transitoria, sicut cetera sacramenta.

De integritate præsentiæ Christi sub speciebus

688. Doctrina catholica his verbis *Tridentini*l continetur :

" Semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem *verum Domini* nostri *corpus verumque ejus sanguinem sub panis et vini specie* una cum ipsius *anima et divinitate existere :* sed corpus quidem subjspecie panis, et sanguinem sub vini spécieux vi verborum f'îpsum aute^^rpus sub specie ^rirû, at sanguig^a sub .specie panis, aniinamque sub utraque vi naturalis illius connexioms et concomitanfiæ, qua partes Christi Domini, qui jam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur : divinitatem porro propter admirabilem illam ejus cum corpore et anima hypostaticam unionem. Quapropter verissimum est *tantumdem* sub *alterutra specie* atque sub *utraque contineria totus* enim ^et *integer* Christus, sub *panis specie** et Sub *quavis* ipsius speciei *Parte; Potus* item stib *vini specie** et sub *ejus partibus* existit

µ * Ad quam doctrinam exponendam, duo declaranda sunt : 1°*factum* hujus præsentiæ; 2° *modus* quo producitur.

Quoad factum ipsum, tria probabimus : i° Christum esse *totum sub qualibet specie;* 2° sub *singulis cujusque speciei partibus separationefacta;* 30 imo etiam *ante separationem.*

*Duæpriores assertiones defide sunt** *tertia autem theologice certa;* ait enim *Trid.* 2 .: " Si quis negaverit, in venerabili sacramento eucharistiæ sub *unaquaque specie** et sub *singulis cujusque speciei partibus** separatione facta, *totum Christum* contineri, A. S. "

689. (A) Christus est totus sub qualibet specie. — *Defide.*

(a) *Script,* i. Ex verbis *promissionisfffj* Christus dicit : i) " Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in *me* manet et *ego* in illo et mox addit : " Qui manducat

nu et ipse vivet propter me "... " Qui manducat *hunc panem,* vivet in æternum . Erga^qui eucharistiam accirnt, imo î^z^w'fhunc'panéi^) fotum Utiristumliareî^me/ego^

— 2) Ex verbis *institutionis : "* Hoc est corpus meum"; hæc enim vera non sunt nisi sub speciebus lateat corpus Christi *verum* ac *vivum,* ^male, est, nempe cum sanguine, anima et divinitate, 1. e. totus tus Christus. — 3) *Confirmatur* ex verbis circa *usum :* " Quicumque manducaverit panem hunc, *vel* biberit calicem Domini indigne, reus erit *corporis çt sanguinis* Domini Ex quibus verbis insinuatur eum esse corporis et sanguinis Christi reum qui indigne sumit *solam* speciem panis : sequitur ergo sub *sola* specie panis esse corpus et sanguinem Christi una cum ejus anima et Divinitate quæ a corpore et sanguine sunt inseparabiles.

(b) *Traditione. E Patribus.* Juxta S. *Cyrillum Hier.* per communionem *Christiferi* sumus, idest, totum Christum gerimus; secundum S. *Cyrillum Alex.* 3, " *corpus* et *sanguinem... vivificam* et *sanctificantem Christi virtutem* suscipimus". Addit S. *Casarius Arei.* : "Totum unus, totum duo, totum plures sine diminutione percipiunt ".

2) Ex *Ecclesiæ praxi,* quæ totum Christum sub *una* specie adorat, conservat, et, jam a pluribus sæculis, fideles communicat. Unde canit S. Thomas *Sion) :*

Caro cibus; sanguis potus;
Manet tamen Christus *totus*
Sub utraque specie.

(c) *Rat. theol.* Corpus Christi, ex jam dictis, vere in eucharistia continetur. Atqui, ubi aliquid vere continetur, ibi præsens est *totaliter* seu cum omnibus quæ ipsi unita sunt actualiter. Jamvero corpus Christi est actualiter uni-, tum ejus sanguini et animæ, juxta illud S. *Pauli® :* " Christus resurgens ex mortuis jam non moritur". Aliunde Verbum est indissolubiliter unitum corpori et animæ Christi. Ergo totus Christus vere est præsens sub qualibet specie.

' *I Cor.,* XI, 27 ;cfr. /ogg., VI, 58. — * *Calech.,* 22, c. 2, Journel, 845.
3 In *Matth... c.* 26, v. 27, Journel, 2101.
4 HomiF. 5 de paschate, Journel, 2230.
* S. Thomas, 3, q. 76, a. 3; L. Billot, th. XLII ; Hervé, p. 63.

,690 sens suh sing s partibus cujusq

(a) *Script.* In ultima coena Apostoli ex *eodem calice* biberunt juxta illud : " Et accepto calice, gratias agens dedit eis. et biberunt ex illo omnes/'<?? atqui certum est singulos Apostolos totum Christum accepisse, cum non possit ejus corpus in frusta dividi; ergo erat totus sub qualibet parte speciei vini.

(b) *Tradit.* 1) *Ex Patribus.* Loquens de pane consecrato dicit *S. Ephrem*3 .· " Particula e micis ejus millia millium sanctificare valet ". 5. *Casarius IVasianz.* 3 .· " Corpus divinum absque sectione dividitur et absque defectu participatur ",

2) *Ex Ecclesiæ praxi.* Dum sacerdos communionem distribuit, si hostiarum numerus non sufficiat ad omnes communicandos qui ad sacram mensam accedunt, potest, justa de causa, hostias in varias partes frangere, easque fidelibus distribuere. Ratio est quia, ut, cum S. Thoma, canit Ecclesia *{Lauda Sion) :*

Fracto demum sacramento
Ne vacilles, sed memento
Tantum esse *subfragmento*
Quantum toto tegitur.

(C) *Rat. theol.* Vi *transsubstantiationis, tota substantia* panis et vini convertitur in *substantiam* corporis et sanguinis Christi ; ergo substantia corporis Christi est sub speciebus panis eo modo quo substantia panis erat sub speciebus; sed substantia panis et vini est tota in qualibet parte, cum quaelibet pars, post separationem, sit vere panis et vinum ; ergo idem dicendum dq^ubstantia corporjs Christi.

reparations iibstratur : si speoîijm^^plura frusta confringitur, imago in eo antea repraesentata jam m singulis partibus apparet; ita, quando species franguntur, Christus in singulis partibus invenitur, quinjamen ejus corpus dividatur.

; Çhristus es sub sin partibus
peciei, etiam ante separationem riimresLi

Hymni et sermones, IV, 4, Journel, 707
Dialog., HI, 169, Journel, S06.

(a) *Indent.* absolute et sine restrictione declarat *totum et integrum Christum sub utraque specie et sub qüavTs ipsius speciei parte existere*J, n. 688.

(b) Ex dictis, substantia corporis et sanguinis Christi est sub speciebus eo modo quo erat substantia panis et vini cujus locum tenet; sed, substantia panis est tota sub quali-
bet parte, etiam ante divisionem, cum substantia de se non habeat extensionem neque partes. — Insuper, si Christus non esset præsens sub singulis partibus ante separationem, separatio, etiam a laicis et mulieribus facta, Christum addu-,
φ. ceret in singulas partes; quod quidem est prorsus inauditum, r·
et christiano sensui adversum. ' v '

692. libe

statuiintu

sanguis sub specie vini; *cetera* autem per concomitantiam.
Vb verbtpiiin^üÎ^d^^nÏTd/mtur^uoÎ'veifes^^ri^ *t

significatur. Atqui verba consecrationis *expresse* et *directe significant* solum corpus præsens esse sub specie panis, et solum sanguinem sub specie vini. Ergo vi verborum solum Christi çorpus ponitur sub specie panis et solus sanguis sub specie vini

omitantiæ illud ponitur npod realeni et
ariam

---------, -------r_„_ r----- o----------—---------x , sanguis et anima Christi; sub specie vini, una cum sanguine corpus et anima, quia "Christus, resurgens ex mortuis jam non moritur". 2) Insuper, sub qualibet specie est *persona Verbi,* quia unio hypostatica manet, in. aeternum,.. 3) *Quantitas dimenstva* corporis Christi, cum omnibus dotibus naturahbus et supernaturalibus quæ corpus gloriosum constituurft,
~est etiam sub speciebus, propter cxyinexionem quam habef
<:um substantia/ 4) *Vi autem,*
ristia, una cum Verbo sunt Pater et Spiritus Sanctus, cum

hypostatice unitur coV sanguini Christi. Verbum

Pus*U0r*is* O ò uçxl opnïtur in

euçJ^anspa gst^orçus ^^J^oxistit (ïη *propria specte,* t^mpprp ii- + gj

corfus Christi glonosutn quale est ι\

Si vero, ut recte ait S. *Thomas* «, " in triduo mortis Christi, hoc sacramentum celebratum tuisset, non fuisset sub specie panis anima Christi, quia realiter non erat corporis ejus unita; et similiter nec sub specie panis fuisset sanguis, nec sub specie vini corpus, propter separationem utriusque in morte

II. Philosophica declaratio status Christi sub speciebus.

Tria sunt declaranda : i° *expositio* et *confutatio* systematis *cartesiam;* 2° *expositio doctrines scholastica;* 30 *solutio difficultatum.*

694. i° Cartesianorum systema *exponitur et confutatur.* (A) *Exponitur. Cartesiani* iique omnes qui admittunt essentiam corporum in *actuali extensione* sitam esse, duplici modo explicare conati sunt modum existendi Christi in eucharistia.

(a) Alii, cum *Simonnet*2, dicunt corpus Christi virtute divina, per quamdam *condensationem,* ad staturam minutissimam redigi ita tamen ut servetur debita membrorum proportio, inter se et quoad locum, et in hoc statu microscopico sub singulis specierum moleculis replicari, quemadmodum in retina oculi immensum etiam cæli terræque spatium depingitur, servato ordine partium et absque ulla confusione.

(b) Alii autem putant partes corporis Christi sese mutuo *penetrare,* ita ut, vi hujus *compenetrationis,* singulæ partes corporis localiter sint in qualibet sensibili hostiae particula λ

(B) *Confutatur.* Quae duo systemata rejicienda sunt : (a) *falso innituntur principio* quod essentia materiae in *actuali extensione* sita est : hodie enim praecipui philosophi docent hanc extensionem non esse nisi unam ex proprietatibus corporum nec omnino essen-

Cartesianorum varias explicationes exponit

tialem (b) aliquid *ridiculum* præ se ferunt : quis enim serio cogitare potest de innumeris illis corpusculis Christi quæ ç cælo descendunt et sub singulis specierum moleculis replicantur, aut de multiplicibus organis sese mutuo compenetrantibus? Nonne tali descriptione dogmata nostra non solum incredulorum sed et fidelium irrisionem incurrunt? 9 (c) fidei catbolicæ non sunt consona : corpus enim *microscopicum* et *condensatum,* aut cujus partes mutuo sese *compenetrant, omnino differt* a corpore Christi vero, quale in cælo existit, dum catholica Traditio unanimiter docet corpus Christi in eucharistia esse *substantialiter* idem ac corpus quod in cælo est et nullam mutationem pati.

695. .2° Scholastici vero, rati *actualem extensionem ad essentiam corporis non pertinere,* rem exponunt modo rationi magis consentaneo. Duplex est theoria : modernorum, præeunte *Suarezio;* antiquorum, qui S. *Thornam* ducem agnoscunt.

(A) Doctrina Suarezii 3. _(a) *Si* per seipsam habet partes *integrates* i duplex : *interna,* quæ consistit in butione partium, ita ut una pars ab altera distinguatur; *externa.* consistit ^*fdifihutione^yii^di^iiinloco^^C^* ■^jÛs^partessünt veFê^ab invicem distante^ ^*èt ffactualitér'^Î·* fensæ. Jamvero quantitas *interna* est *essentialis,* nec potest a corporea substantia separari; quantitas autem *externa,* utpote non essentialis, per divinam potentiam suspendi valet.

(b) Quibus positis, ita exponitur status Christi in eucharistia. Corpus Christi in cælo præsens quidem est *localiter* et *circumscriptive,* cum quantitate sua dimensiva et omnibus accidentibus suis, modo tamen glorioso quem genitus scrutari nequimus. Sed in eucharistia præsens est cum quantitate sua *interna,* non autem cum quantitate sua *externa,* nec *circumscriptive,* sed instar substantiæ spiritualis.

1 D. Nys, *Cosmologie,* n. 172 sq. : Dr W. Minjon, *Das Wesen der Quantilaet,* in *Jahrbuch fur Philosophie undspekul. Theol.,* 14 Jahrgang, S. 47.

2 Ita, v. g., DD. de Pressy, *Instruet, pastorale... sur Taccord de lafoi et de la raison dans le mystère de Teucharistie,* rem sic exponit : " Il se détache du corps visible autant de corps invisibles qu'il y a de parcelles sensibles de pain dans chaque hostie, et chacune de ces parcelles se convertit en la substance d'un de ces corps invisibles

3 Suarez, disp. 48; Lessius, *De perfect, divinis,* l. XII, c. 16; Franzelin, th

CAPUT I

v<Λ Çfc.

Itaque tale corpus est corpus *organisaium,* cujus membra sunt ab invicem distincta et in proprio ordine, ita ut. v. σ caput connectatur collo, collum autem pectori. Non autem corpus Christi præsens est in eucharistia cum quantitate *externa;* ex dictis enim, ejus corpus est *totum sub singulis fartibus cujusque speciei;* atqui corpus *externe extensum* non potest existere totum in diversis partibus, sed diffunditur per spatium, ita ut partes ejus variis spatii partibus respon-

localiter extensum sub speciebus eucharisticis, sed *àpïiitldinaliter* tantum per suam quantitatem internam. Corpus itaque veluti *in punctum* contractum, ita diffunditur in speciem consecratam ut, instar substantiæ spiritualis, sit totum sub tota specie panis et totum sub singulis ejus partibus.

Nec dicatur hoc esse impossibile; nam quidquid ad rei essen tiam non pertinet, ab ea, I7eo‘ sic 'volente, separari potest; atqui *actualis externa extensio* ad corporis essentiam non pertinet, sed est tantum una ex ejus naturalibus proprietatibus; potest enim corpus concipi sine actuali externa extensione, tanquam compositum ex materia et forma : quod plane sufficit ut a spiritibus distinguatur.

696. (B) Doctrina S. Thomæ1. S. Doctor, veterum Scholasticorum doctrinam exponens, necnon *Thomistæ* ac

statum et præsentiam in eucharistia declarant.

Distinctionem inter quantitatem *intentam* et *externam* non agnoscunt, sed asserunt corpus Christi esse.præsens in eucharistia *pet modum substa iæ* loeoqpe *jnon tocatiter^t^* circumscriptive, nec *'nitive* sed *modo omnino speciali svÿ'* sacramentalîtér; et ‹ je *consectaria* deducunt qùoad unÎo-^ nem inter corpus C t > y r

actiones Christi in eucharistia apparitiones miraculosas — et regulas doquendi de coq dem per partes explicabimus.

Sum. theol., 3, q. 76, et Summæ commentatores; Gonet, *Clypeus,* disp. V, ; KfHugon, p. 201-279; L. Billot, th. XLII-XLV; Hervé, η. 67-78;

697. (a) Christi coepti Kodum Wsfàîfttir st ,prj»sens in eucharistiae fluit ex dictis delrans^ubs-"*

tantiatione, n. 070. Cum $r ^aliter conversio substantiæ sub speciebus est *tota* et *soi* ^•^his Christi, cetera ‘autem it

À^'-pdncoinitântiamfi

Quo posito, modus quo Christi corpus est in eucharistia sic declarari potest. Hujusmodi corpus, quod existit in cælo cum quantitate sua in proprio et commensurate loco, *vi verborum consecrationis,* existere incipit sub speciebus eucharisticis, non quidem localiter, sed per *modum substantia,* quatenus succedit substantiæ panis, accidentibus remanentibus; unde, sicut substantia panis, ante consecrationem, tota præsens erat sub suis accidentibus et qualibet accidentium parte, ita corpus Christi, *post* et *per* consecrationem, est totum sub qualibet parte accidentium panis.

Insuper, *vi naturalis concomitantice,* tota quantitas dimensiva (extensio) corporis et sanguinis Christi, cum ceteris accidentibus, fit præsens sub speciebus eucharisticis : corpus enim Christi impassibile et glorificatum separari nequit ab his dimensionibus et accidentibus quæ ad ejus integritatem et ornamentum requiruntur. — Sed, quia quantitas (cum ceteris accidentibus), est ibi per concomitantiam seu per connexionem quam habete cum. substantia, ibi est non modo sibi.proprio.seu locauter. *èedpermodum substantiæ^,*

/NÎTj-r «-/ -- 4;y

Magnum proinde est discrimen 'inter modum quo est quantitas panis et modum quo est quantitas corporis eucharistici : quantitas panis est secundum modum proprium, quantitas corporis Christi eucharistici est ad modum substantiæ, nec proinde ad locum applicatur per proprias dimensiones

sti non —x -jpoppjç loquendo ^^_ocali£er e _*lpcaiiter* in

loco es icitur qty est itn*circumscriptive sii* medum quanti? cTimensivæ, vel *definitive* seu ad modum animæ informantis corpus.) Atqui corpus Christi non est præsens *circumscriptive* nam, etsi habeat dimensiones, non tamen pereas comparatur ad locum, sed mediantibus hostiæ dimensionibus, sub quibus latet, ideoque non commensura-

tur loco circumscriptive 2) Nec est præsens *definitive;* quod enim est definitive in loco non potest esse in alio ; sicut anima quæ est definitive in corpore, sed alibi non xistit; atqui Christi corpus ita est sub una hostia, ut possit sifhul esse sub aliis innumeris, nempe, ut ait S. Thomas l, "ubicumque fuerint panis dimensiones conversi in ipsum"; oZ non est in loco definitive

declarat *Tridentinum* 3 : "Neque enim hæc inter se v pugnant ut ipse Salvator noster ad dexteram Patris assideat juxta modum essendi naturalem, et ut multis nihilominus aliis in locis *acramentaliter* præsens sua substantia nobis adsit, ea existendi itione quam, etsi verbis exprimere vix possumus, possibilem *tt»* tamen esse Deo, cogitatione per fidem illustrata, assequi possumus «Y^et constantissime credere debemus".

pne in eucharistia sacramentaliter. Hæc enim præsentia est omnino *singularis* et *mirabilist* quia *non datur aliud simile exemplum.* Differt enim a modo quo Christi corpus præsens est *in cælo,* ubi est circumscriptive ; a modo quo *accidentia eucharistica* præsentia sunt, cum a loco circumscribantur; et a modo quo substantia panis erat in loco : hæc enim comparabatur ad locum mediantibus *propriis* dimensionibus, quæ in ipsa erant ut in subjecto, dum corpus Christi est in loco mediantibus *alienis* dimensionibus quæ ipsi non inhærent. — Merito, itaque hæc præsentia a *Tridentino* vocatur *sacramentaÏïsl* quia nonnisi in hoc sacramento verificatur.

/ β£0Γ°1 -?£ia· W *unio7[ejnter speaes^et corjnis Christi" i}H<ec unio^nonCesl'in^sivalqualis* inter substantiam et accidentia existit : accidentia enim eucharistica non sustentantur per corpus Christi nec ei inhærent, sed virtute Dei sustentantur in seipsis, mediante quantitate, absque ullo inhæsionis subjecto. 2) *Non est proprie physica,* qualis, est inter partes ^ejusdem compositi physici ; cOrpus/epirn Christi, cum ipsis compositum physicum non constituit. 3) igitur unio prorsus *singularis,* quæ *sacranientalis* dicitur.

A/V

l *In* 4, dist. 10, q. I, a. 3, sol. 2. — ' Sess. XIII, cap. I, D. B., 874.

qnàtgiips, ex/J r unjim sacramentum effici|ur. constat
Specubus pi-ou *onttnezz/%*3rpus^ÎÎÎristi.

Proinde/ sp ies, quæ antea significabant substanti panis, post consecrationem significant ccypus Christkæpse-_ ubstanLia, panis = Ærj^s'iâÊ^C^st^Y^ peciebus quam&m hæ incorruptæ^nariënb et,"^ IIS co esinit esse in eucharistia.

701. (b) *De actionibus et passionibus Christi in eucharistia.*

I.) *Anima Chnsti in eucharistia exercere potest omnes actus immanentes seu interiores;* id est, actus cognitionis et visionis' beatifîcæ, amoris Dei et proximi, etc. Ratio est quia hæc anima tota et integra est cum omnibus facultatibus et operationibus propriis. *zy JbL (*

2) Christus in euçharistia *concomitante)· exercere valet omnes actus quos exercet in calo; χ\3.ψ,* propter novum exi4- ^tATencfi7modum <jei *extnnsece* advenientem, non desinunt in c ^eucharistia illi actus^v. g., pro nobis ifrterpèllafe potest,'I

Communiter asseritur Christum *fidd^poisc''exercere n eudîaristia actus vitte drgatiîccè ^relaté'acCres huic sacrdme exteriores;* nam acfus hujusmodi supponunt contactum externorum agentium in organa sensuum; atqui in statu sacramentali deficit ille contactus, cum corpus Christi sit ·& præsens *per modum substantice.*

vP Quidam tamen theologil putant defectum hujusmodi contactus C' *v fi* suppleri posse *miraculose,* modo nobis ignoto, per divinam virtu- A/Cptem. Et hæc est pia opinio.

Quidquid sit, Christus certo cognoscit scientia etiam humana, Ð *pr . fit* sAj v· g-› *per visionem beatificam,* non solum omnes labores, angores, persecutiones et triumphos *totius Ecclesiæ,* sed etiam intimos K*j'* affectus et cogitationes singulorum fidelium;quæ sane consideratio 'H *tfit* l *t* maxime devotionem fovet. , *1* .

|) Corpus Christi in Eucharistia *non potest agere* aut *pati actione corporea;* actio enim vel passio corporea exerceri nequit *per* vei *in* corpus Domini quod est in eucharistia *per modum substantia.* Hinc *non videri* potest naturaliter

l Cienfuegos, *Vila abscondita,* disp. II, sect. 1-2; Franzelin, th. XI; Dalgairns, *Holy communion,* gallice *La sainte communion,* t. I, c. 4, η. 159 sq.; E. Hugon, p. 277-278,

oculo corporeo, etiam *glorioso,* cum sit ad modum substantiæ, nec emittere possit species sensibiles seu imaginem sui qua videatur.—Proinde injuriosæ tractationes solas species attingunt, non autem ipsum Christi corpus quod lædi non potest

5) Christus in eucharistia *non moveturper se, sed tantuin per acddens.* "Non est enim *per se* in loco, sed tantum *mediantibus speciebus;* ergo ipse *proprie* non transit de loco in locum; sed, cum sub speciebus *contineatur,* cum eis et per eas acquirit et amittit præsentiam in singulis locis per quæ hostia transit.

ilis *fit, cessât* et *multiplicatur Çhnsti.* Ex idictis.enim, η.'ὸΣβ, *sinosui mutatione* per conversio-

dêsitîoriem speciêrum absque sui mutatione. y

Ante divisionem specierum, Christus non est pluries in eucharistia : quamdiu enim *continens* (species quæ continet Christum) *indivisum* manet, Christus *semel* tantum præsens est; fracta autem hostia, Christus toties præsens est quot, factæ sunt partes hosjiæ^ seu quot sunt diversa continentia; tota autem mutatio est; in specie, nop autem in corpore Christi. Quæ quidem omnia fluunt ex eo quod Christus est præsens *per modum substantia.*

♦u

702. (C) *De apparitionibus miraculosis in eucharistia.* Aliquando, miraculose apparuit Christus in eucharistia, sub forma pueruli vel hominis, aliquando etiam sanguis ex hostia aut ex calice effluxit, prout factum est tempore S. Thomæ, in pago *Bolsena.* Quæ apparitiones possunt esse *subjectiva,* per immutationem quæ fit a Deo in sensibus personæ videntis; vel *objectiva* per immutationem quæ divinitus fit, extra videntem, ex parte specierum.

Juxta 5. *Thomam* τ, quem communiter sequuntur theologi,. Christi apparitiones sùnt meræ ôguræ sensibiles divinitus for? matæ siye m intuentium, Ysive in rebus contiguis, non autem ipsum us 'Christi nam nunquam aut raro legitur

' S. Thom., 3» ȹ 79? ?- 7-8. —*Scotùta* et *Dynamista* contendunt tamen non repugnare ut idem corpus sit circumscriptive in pluribus simul locis; quod sic explicat Palmieri, *CosmoL·,* th. io : elementa inextensa, quibus constat corpus, naturaliter sunt simul in pluribus partibus, σ, i, r, loci alicujus continui, proindeque divinitus fieri potest ut simul sint in partibus *dt* loci alicujus issiti. Hæc autem theoria communiter a theologis rejicitur.

Christum, post suam ascensionem, in terris apparuisse, cum idem corpus non possit esse circumscriptive in duobus locis simul, in caelo et in terra.

Si, ante communionem, species omnino mutatae apparent, non sunt sumendae, sed reverenter servandae; tunc autem, ut habeatur verum ac integrum sacrificium, iterum corpus et sanguis Domini consecrentur ac sumantur 1.

703. (d) *Regulæ loquendi de Christi corpore eucharistico.*

am specierum attn ipso Christo præ

1) Attributa quæ *præsentiam* denotant, abstrahendo ab modo,' *propre* Œhsfo tribuuptur, quia ejtis corpus cùm eBus unitur ; ita' dici' potest Christum esse in altari, in ciborio, ore suscipi.

2) Attributa quæ dicuntur de speciebus, quatenus sunt *signum sacramentale* continens m, Christo tribui oos- sunt per *metonymiam :* recte igi ooÊest corousXhristi videri, tangi, moveri, medianti!

era cies spectant, prout/» *seipsi.* nequeunt; ita^ dici ,nequi ^durnTzélreratumT^tc.^

(μΛ704. 3° Solvuntur praecipuae difficultates. Cum /^^transsubstantiatio sit mysterium *proprie dictum,* contra P protestantes et Rationalistas, ostendere satis erit difficul- fltate^ quas movent *non probare* in dogmate nostro aliquam .yjfyifiossibilitatem *involvi.* Hic enim repetere possumus quæ *Augustinus de* virginali -Ghjisti. partu scripsit : " De^ J mus £)'eum ' afiquKi posse qiiod nos /fateamur, iBvQ^tigare

Præcipuas autem difficultates *philosophicas* secundum / principia superius exposita solvemus.

Istæ ex triplici præsertim capite desumuntur : 1) ex *multipra- ft ψ senfia* corporis Christi ; 2) ex *permanentia accidentium* panis et rinri 3) ex *connexione inter accidentia illa et corpus Christi.*

a- 4. ad 3.
XXXIII, 519

(A) Ær

705. (a) Impossibile est idem corpus esse simul in pluribus locis; atqui posita reali præsentia, corpus Christi esset simul in pluribus locis, scilicet in cælo, et super omnia altaria in quibus panis et vinum consecrantur; ergo.

Resp. 1) Juxta modernos Schdfasticos^sic respondetur; *dist. majorem :* quando agitur de corpore *actualiter* extenso, *transeat;* quando agitur de corpore *aptitudinaliter* extenso, *nego;* corpus enim aptitudinaliter seu inteme extensum non circumscribitur a spatio, proindeque potest esse simul in pluribus locis, sicut, v. g., substantia animæ est præsens omnibus partibus corporis nostri. Dixi *transeat,* quia, juxta Scotistas et Dynamistas, minime repugnat corpus extensum in pluribus simul locis esse, ut supra exposuimus. *Contradistinguo minorem :* corpus Christi est quidem in cælo cum extensione sua *actuali,* sed in eucharistia existit *sine locali extensione,* seu per *modum substantia,* ac proinde potest in pluribus locis simul existere.

2) Ad mentem 5. *Thoma,* respondetur : Idem corpus non potest esse simul in pluribus locis præsentia *locali, concedo;* non potest esse in uno loco præsentia locali, et alibi per *modum substantia, nego;* repugnat qqidem corpps, vere ej proprie .*multilocatum;* quia a seipso. localiter Sistaxef et'à seipso divideretur; sed contradictio evanescit, quando corpus est *localiter* in uno tantum loco, et alibi per *modum substantia :* tunc enim a seipso non distat, nec dividitur. Jamvero corpus Christi est *localiter* quidem in cælo, non est autem in eucharistia localiter, sed per modum substantiæ.

70ó. (b) Non possunt *contradictoria* de eodem ente prædicari; atqui si corpus Domini præsens esset simul in pluribus locis sub variis speciebus, contradictoria de eo dici possent, v. g., ipsum simul moveri et quiescere, moveri simul ad dexteram et ad sinistram, cum motum specierum sequatur.

Resp. Distinguo majorem : non possunt contradictoria de eodem prædicari *sub eodem respectu,* concedo; *sub diverso respectu,* nego. Nulla enim est contradictio in eo quod idem corpus sub diverso respectu quiescat et moveatur, v. g., qui in curru vehitur simul quiescit et movetur; ita pariter corpus Christi quatenus continetur sub talibus speciebus movetur, quia species ipsæ moventur, sed quatenus continetur sub aliis speciebus quiescit, quia species ipsæ quiescunt.

(B)

707. Sensus nostri non possunt universaliter nos decipere; atqui, posita transsubstantiatione, sensus nostri universaliter deci-

piuntur cum nobis referant in eucharistia adesse panis et vini gustum, colorem, etc., ac proinde panem et vinum; ergo.

Resf>. Sensus nostri nos non decipiunt, quando circa *proprium* et *modo debito* exercentur, concedo; *secus,* nego; jamvero *proprium* sensuum est judicare de accidentibus corpo- non autem de substantiis; igitur quatenus affirmant esse 'colorem, gustum, etc., panis et vini, non decipiuntur, quia de facto 0 hæc accidentia seu phænomena realiter existunt, juxta doctrinam supra expositam. Si autem ex illis accidentibus concludere velint ipsam substantiam panis et vini remanere, decipiuntur, quia judicant de *objecto non suo,* de objecto quod ad solum intellectum pertinet, .cujus officium est judicare de substantiis. Intellectus autem non decipitur, quia per fidem illuminatus, scit panis et vini substantiam non amplius in eucharistia existere x.

708. *Instant :* Accidentia panis et vini, etiam post consecrationem, *vim nutriendi retinent;* atqui non possunt nutrire, nisi remaneat substantia panis et vini; ergo.

Resp. Nego minorem ; nam, ut ait *S. Thomas,* "in ipsa consecratione, sicut substantia panis in corpus Christi miraculose, c q ji- / f vertitur, *itâmiracufose\acciitentibus*CQnfeîûjr quo^z/^ÎÎyÎSw^^uoâ est propnum substantiæ : et per consequens quod *omnia possint facere et pati quæ substantia* posset facere et pati, si substantia adesset; unde sine novo miraculo et inebriare et nutrire et incinerari et putrefieri possunt, eodem modo et ordine ac si substantia panis et vini adesset " 2.

Facile etiam explicatur quomodo *venenatæ species* possint communicantem necare; nam venenum, utpote materia extranea, in corpus et sanguinem Christi non mutatur, sed cum panis et vini accidentibus miscetur, proindeque suos lethales effectus, etiam peracta consecratione, producere potest.

709. *Instant iterum :* Si species eucharisticæ analysi chimica resolvuntur, nihil in ipsis invenitur nisi panis et vini substantia; ergo talis substantia sub eis manet.

Resp. Analysis chimica non attingit *vere substantiam* sensu philosophico intellectam, sed solum proprietates quæ ex dictis eædem manent.

(C) *Ex unione Christi cum accidentibus.*

P7IO. *Obj.* Indecens est docere Christum dentibus atteri, manducari, in stomachum transire, etc.; atqui, posita ejus præsentia sub speciebus, hæc omnia dici debent; ergo.

Resp. (a) Nego Christum dentibus atteri, si verba *sensu proprio* sumuntur; nam ut canit Ecclesia : " A sumente non concisus, non confractus, non divisus, integer accipitur ", Etenim species eucharistiae possunt quidem dentibus dividi, sed Christus ipse non dividitur, cum, ex supra dictis, corpus ejus in eucharistia sit per modum substantiæ, ac proinde inalterabile.

(b) Nullum autem inconveniens est in eo quod dicatur ejus corpus manducari, transire in stomachum; hoc enim est solum mutatio localis, et non repugnat Christum transire ex uno loco in alium simul cum speciebus et ratione specierum. Quando autem species jam stomachum ingressæ sunt, paulatim dissolvuntur per agentia chimica quæ in eo sunt, et, speciebus integre dissolutis, corpus Domini cessat sub illis existere.

711. *Nota apologetica.* Si qui autem systema *scholasticum* admittere nolint, ea quæ sunt de fide aut certa firmiter teneant, et, quoad solutionem difficultatum, præ mente habeant peritissimos hodiernarum scientiarum cultores suam ignorantiam fateri circa metaphysicam corporum compositionem, multilocationem, etc.; et scientias nonnisi circa *phenomena* versari. Jamvero, ex dictis, phaenomena sensibilia eadem manent post consecrationem ac antea. Nihil ergo valent contra fidem catholicam argumenta e scientiis physicis deducta '.

§ IV. De cultu Christo in eucharistia debito[3].

712. *i° Errores.* (A) *Calvinistcz,* aliique Protestantes realem præsentiam Christi rejicientes, eo ipso cultum eucharistiæ tribuendum esse negant, immo Catholicos sacram hostiam adorantes tanquam idololatriæ reos accusant[3]. (B) Multi etiam *Lutherani,* licet realem præsentiam admittant, adorandam esse eucharistiam denegant, ut quid contrarium institutioni Christi et praxi Apostolorum, aut etiam periculosum.

2:à^eszs ı' ünriSLUS ln eucnaristia cultu latriæ est "adorandus.

Dicitur : " *Christus in eucharistia* ", quia adoratio nostra non sistit in speciebus eucharisticis, sed terminatur ad ipsum Domi-

1 Cir. J. H. Newman, *Apologia,* part. VIL
1 <7^1.^1265-127A rÇf. Corblet, *op. cit.,* 1. XVIII; H. Thurston, in period. *The Month,* jun.-sept. 1901, april 1907, etc., gallice redditum cara *A. Boudinhon, Rev. du Cl. Jr.,* t. XXIX, p. 258 sq. ; t. LVI, 150, 549.

3 "Sicuti protestantes omnes profitentur doctrinam de transsubstantiatione esse falsam et Scripturæ adversari, ita unanimiter sentiunt consecratæ hostiæ adorationem idololatriam quamdam præ se ferre " (Hodge *, *op cit*,, vol ' III, p. 682)

num; objectum *primarium* hujus adorationis est Christus, qui, ut Deus-homo, *ratione sui* adoratur; objectum autem *secundarium* sunt *species,* quatenus propter unionem cum Christo, eodem actu cum ipso coadorantur. Quare *Tridentinum* * declarat hoc SS. Sacramentum adorandum esse *cultu latrice.* Nomine autem sacramenti intelligitur *persona Christi una aim speciebus.*

Thesis *defide* est, ex *Trident.*8 : " Si quis dixerit, in sancto eucharistiæ sacramento Christum unigenitum Dei Filium non esse cultu latriæ, etiam externo, adorandum, atque ideo nec festiva peculiari celebritate venerandum, neque in processionibus, secundum laudabilem et universalem Ecclesiæ sanctæ ritum et consuetudinem, sollemniter circumgestandum, vel non publice, ut adoretur, populo proponendum, et ejus adoratores esse idololatras : A. S. "— Quam doctrinam ita contrahit *Codex* (c. 12 " Christo Domino, etiam sub speciebus sacramentalibus, debetur cultus latriæ ",

(A) *Script.* Juxta S. *PaulundQ* ipsum nomen Christi est adorandum : " In nomine Jesu omne genu flectajtj
terrestrium, et infernor Ergo.a fortiori
:ia Patens.

(B) *Traditione,* (a) Ex *Patribus :* v. g., S. *Chrysostomo* dicente 4 ; " *Adora* et communica"; S. *Augustino :* " Nemo illam carnem manducet *nisi prius adoraverit"* 5; 6 *Cyrillo HierosolA :* " Post communionem corporis Christi, accede et ad calicem sanguinis illius, non extendens manus, sed pronus *adorationis* in modum..."

(b) Ex *praxi* Ecclesiæ, quæ antiquitus praescripsit Christum adorandum esse in eucharistia, ut constat ex *Liturgiis,* in quibus reperitur usus hostiam et calicem elevandi post consecrationem, et sacram hostiam adorandi ante communionem?; et canendi : " *Adoremus in æter.num Sanctissimum Sacramentum";* et ex festo *Corporis Domini.*

* Sess. XIII, cap. 5, D. B., 878. — ' Sess. XIII, can. 6, D. B., 888.
Philip., II, 10, — * *Homil. 3 in ep. ad Ephes.*
s *In Ps. 98,* n. 9. — 6 *Catech. mystag.,* 5, n. 21.
7 " In Ecclesia Occidentali, maxime in Galliis, diebus præcipuis quibus universus populus ad sacram Synaxim accedere tenebatur, sollemni ritu ad communionem invitabatur his verbis : Venite, populi... manibus mundis pænitentiæ munus communicemus, quoniam Agnus Dei propter nos Patri sacrificium propositum est : *ipsum solum adoremus... "* (Martène, *De Antiq. Rit.,* l. I,

(c) E *conditis,* præsertim *Tridentino' ;* "Nullus itaque dubitandi locus relinquitur quin omnes Christi fideles, pro more in catholica Ecclesia semper recepto, *latries* cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim ideo minus adorandum quod fuerit a Christo Domino ut sumatur institutum. Nam illum eumdem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem Pater æternus introducens in orbem terrarum dicit : " *Et adorent eum omnes Angeli Dei",* quam Magi procidentes adoraverunt.,, "

..JC) *Rat. theoL* Christus, cum sit Deus>homo, adorandus est etiam cultu externo, ubicumque invenitur, idque eo ferventius quo magis seipsum pro nobis humiliat. Atqui vere et realiter præsens est in Eucharistia, ex dictis antea, ibique suam majestatem abscondens se plus humiliat quam in passione juxta illud S. Thomæ : " In cruce latebat sola deitas, at hic latet simul et humanitas

714. 3° *Pracipui modi hunc cultum exhibendi.* (A) *Antiquissima estpraxis conservandi SS. Sacramentum,* (a) Jam enim mos invaluit, ab initio sæc. II', conservandi partem specierum consecratarum pro *agrotis* aut *confessoribus fidei* communicandis; — permittendi fidelibus ut domi asportarent hostias ad se ipsos aut alios fratres communicandos; — imo ad episcopos mittendi hostias consecratas, in signum ecclesiasticae communionis, (b) Postea, a sæc. XIV0, servata est species panis non solum pro communione ægrotorum, sed ut adoraretur Christus sub speciebus eucharisticis latens. .. . , *r û*

pxihde na,|a est *pia* ,et *utilis* praxis frequenter *visitandi eramentum.* -"SiquidemChristus perpetuo in Eucharistia remanet : 1) ut *Deus,* quem adorare debemus; 2) ut *benefactor,* a quo novas gratias accipere possumus; 3) ut *amicus,* cujus deliciæ sunt esse cum filiis hominum, et quem singulariter diligere debemus; 4) ut *exemplar* omnium virtutum, quas exercere debemus; jamvero propter hæc omnia frequenter visitandus est£?

c. 4, a. io, η. 6.) Ritus *devotionis* non Um antiquus est quam ritus adoratio-
r nis; videtur introductus tempore Berengarii, in reparationem injuriæ huic
'Sacramento illatæ; sed praxis Eucharistiam adorandi multo antiquior est.

l Sess. XIII, cap. 5, D. B., 878.

' " Maxime tandem in votis habemus, ut fideles doceantur bona quamplurima
K ipsis obventura, si Dominum sub speciebus sacramenulibus inter nos hospitem
/sæpius invisant. Pastoris ergo munus erit, et verbis et exemplo ad hoc pientis-

(B) Optimo consilio instituta fuit, sæc. XIII0, *sollemnitas corporis Christi,* ac *processio sollemnis,* (sæc. XIV°), qua circumfertur SS. Sacramentum, in catholicis regionibus. Conveniebat enim specialem sollemnitatem institui : (a) ad gratitudinem nostram Redemptori pro tanto beneficio exprimendam; (b) ad repræsentandum Christi triumphum, confundendosque ejus adversarios; (c) ad fidem fidelium magis ac magis excitandamO

(C) Pia et utilis est praxis ab Ecclesia instituta, sæc. XVI°, *exponendi SS. Sacramentum.* Convenit siquidem, quibusdam saltem diebus, Christo latenti in Eucharistia publicos solvi honores, ut injuriæ eidem inflictæ reparentur, ac fideles propius accedant ad thronum gratiæ, novasque benedictiones a Domino accipiant.

(D) Cum vero Cor sacratissimum Jesu institutionem eucharistiæ inspiraverit, atque sub speciebus indesinenter vivat, et nos ad se vocet, inde nata est *devotio erga Cor eucharisticum,* qua recogitantes amorem Christi seipsum nobis dantis, et nos Ipsi damus cor nostrum, ad Eum amandum amore gratitudinis, reparationis et amicitiæ, et Eumdem adorandum atque imitanduma.

Corollarium pietatis.

715. Post descripta tot tantaque mirabilia in transsubstantiatione instituta, Christum sub speciebus latentem totis medullis cordium *adoremus* et *amemus.*

i° *Adoremus in æternum* sanctissimum Sacramentum. Ibi enim invenitur Deus-homo, idem qui, in sinu Mariae Virginis conceptus, ab Angelis et præsertim a piissima matre adoratus est; qui, in Bethlehem natus, a pastoribus et a magis divinos honores accepit ; qui in Nazareth obscuram et humilem vitam agens, a B. Virgine et a S. Joseph, cultu latriæ veneratus est ; qui, per vitam publicam, a S. Petro aliisque ut Christus filius Dei vivi agnitus est; quem in cruce morientem centurio tanquam Filium Dei adoravit;

simum officium suos incitare "... *(Cone. Balt. II,* n. 269.) — Cf. S. Alphonsus Liguori, *Visite al Santissimo Sacramento,* Introduct. ; Bourdaloue, *Essai (fOctave iu S. Sacrement ; Retraite,* 4e jour.

1 Fk.Faber, ,7^g. *$·* *Sacrament,* passim, præsertim 13-38, 129 sq., 311, 516, 555, 561 ; Bourdaloue, 1. cit.

▮ De cultu eucharistici Cordis Jesu cfr. Lepidi, *De cultu CordisJesu eucharistici,* 1905; Castelain, C. SS. R.,Z> *Coeur Eucharistique,* 1920, et *De cultu eucharistici CordisJesu,* 1928, ubi hæc devotio theologice expenditur ac multa documenta atque opera recensentur.

cui redivivo, Thomas, primum incredulus, sed mox conversus, ita salutavit : *Dominus meus ac Deus meus.*

Cum angelico Praecentore eucharistiae, canamus :

Adoro te devote, latens deitas,
Quæ sub his figuris vere latitas :
Tibi se cor meum totum subjicit,
Quia te contemplans totum deficit.

Cum eo Christum eucharisticum laudemus :

Lauda Sion Salvatorem
Lauda ducem et pastorem
In hymnis et canticis.

Quantum potes, tantum aude,
Quia major omni laude,
Nec laudare sufficis.

2° *Amemus, redamemus* Eum qui, cum dilexisset suos in mundo, usque in finem dilexit eos. Et sane, cum sit amor donum sui, seipsum cuique nostrum se tradidit, nec tradere desinit :

Se nascens dedit socium,
Convescens in edulium,
Se moriens in pretium
Se regnans dat in præmium.

Nosmetipsos itaque et omnia nostra demus, non semel, sed iterum atque iterum. Sit Jesus totius vitæ nostrae centrum, Eum semper *præ oculis* habeamus, juxta illud : " Oculi mei semper ad Dominum ", ut Eum contemplantes tanquam perfectum exemplar, Ejus virtutes imitemur; Eumdem indesinenter *in corde* gestemus, ita ut interiores Ejus dispositiones intima cordis nostri penetrent; Eum tandem *præ manibus* feramus, ut omnes et singulæ actiones ad Ejus honorem et gloriam tendant

Jesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro fiat illud quod tam sitio :
Ut te revelata cernens facie,
Visu sim beatus tuæ gloriæ.

CAPUT II

DE SACRIFICIO MISSÆ

716. Christus, præsens in eucharistia per transsubstantiationem, ibi seipsum offert ut *victimam* ad Deum adorandum, et seipsum præbet ut *cibum* ad fideles nutriendos *tum*. Quia vero Christus non fit cibus nisi quatenus est hostia, et communio est pars integrans sacrificii, primum de sacrificio agendum est in hoc capite; postea de sacramento seu communione in tertio capite r.

Ad exponendam doctrinam *dogmaticam* et *moralem* de sacrificio missæ, sex erunt articuli :

I. De *notione* et *existentia;*
II. *De essentia;*
III. De *effectibus;*
IV. De *ministro ;*
V. De *subjecto* seu de iis pro quibus offertur;
VI. De praecipuis *præceptis liturgicis.*

Art. L Notio et existentia sacrificii eucharistici

§ I. NOTIO SACRIFICII EUCHARISTICI2.

Duo exponemus : I° notionem sacrificii *in genere;* 2° notionem sacrificii *missæ.*

J. Notio sacrificii in genere.

717. Hanc notionem jam exposuimus in *Tr. de Verbo Ineam.,* n. 1202-1207. Quia vero nostris diebus multum de hac notione disputatum est, breviter rem denuo expendemus et, pro modulo nostro, elucidabimus.

Vox sacrificium *{sacrum acere}* designat actionem qua aliquid sacri efficitur.

* Quem ordinem sapienter proposuit P. Vigué, *Sur Γordonnante du traité de tEucharistie,* in *Rev. Apologétique,* I et 15 déc. 19 3.

Species. Quadruplex species sacrificii distin guitur (a) ratione ^*btaiena* .· sacrificium *improprie* dictum *proprie dictum.* i) Prius est omne opus bbhum/sfve inter num sive externum in honorem Dei elicitum, juxta illud *Psalmista* l .· " Immola Deo sacrificium laudis et S. *Augustini*3 .· " Omne opus quod agitur ut sancta socie reamus Deo ". 2) *Proprie dictum,* quod. m suo generic^ conceptq, juxta pmn]UO res sensibilis Deo 'soff offertur e aliquo modo imm utatur ' acT' eum adorandum.' ÔeAjïïo tantum hic agitur.

(b) Iterum, ratione *offerentis,* sacrificium est *privatum* vel *publicum :* prius a persona *privata* offertur nomine proprio; posterius a *legitimo ministro* nomine totius societatis. De hoc ultimo tantum agimus, cum, sub lege^christiàna on detur sacri mm verum nisi sim et sociale

il *latreuticum*

primano

Dei exce) *eucnaristicum.* in quantum gratias ueo agimus "p :ns ab eo a,ccepti$· 3) *tfnbetyqtonum,* in imus nova quibus *in^lgen^s^* beneficia; uaténus, culpas nostras expiantes, vehiæ

pfiysïca irrimolatïoinie

719. 20 Notio sacrificii publici seu socialis. Cum hodie diversæ sint opiniones, post brevem harum recensionem, *communiorem* sententiam declarabimus.

(A) *Opiniones minus probabiles,* (a) Nonnulli, cum *Suarez*\ putant solam immutationem, ad verum sacrificium requisitam, eam esse quæ perficit et transmutat *in melius* rem sensibilem oblatam : ita, in eucharistia, panis et vinum in aliquid melius mutatur, corpus et sanguinem Christi.

(b) Alii putant *essentiam* sacrificii in *sola oblatione* sitam

A· XLIX, 14- — 3 *De Civit. Dei.* X, Suarez, disp. 73, sect 5; Lahousse,

esse, absque ulla immolatione proprie dicta 1, cum vera immolatio desit in quibusdam sacrificiis et in sacrificio missæ.

(c) Pauci asserunt essentiam sacrificii consistere in *communione,* cum sacrificium nihil aliud sit nisi *convivium sacrificale a.*

fi 720. (B) *Communior sententia* tenet ad sacrificium proprie dictum, ex *jure positivo divino,* horTsofum oblationem requiri, tanquam actum essentialem, sed etiam *quamdam destructionem* victimæ sive pnysicarri sive æquivalentem 3. Non enim requiritur victimæ destructio cruenta, dummodo sit realis : "Sacrificia proprie dicuntur, ait S. *Thomas* 4, quando *circa res oblatas aliquid fit,* sicut quod animalia occidebantur et comburebantur, quod panis frangitur et comeditur et benedicitur. Et hoc ipsum nomen sonat, nam sacrificium dicitur ex hoc quod homo aliquid sacrum facit... Unde *omne sacrificium est oblatio,* sed non convertitur", id est, non omnis oblatio est sacrificium. — Insuper, quando victima semel immolata fuit, non requiritur nova immolatio, sed sufficit nova oblatio cum repræsentatione immolationis jam factæ, præsertim si ipsa victima, immortalis facta, vere præsens est et seipsam denuo offert. Quod quidem melius ex dicendis intelligetur.

721. Diximus : *exjure positivo divino :* non enim constat solo jure naturali requiri *immolationem* ad verum sacrificium. Ratio quidem naturalis ostendit *convenientiam* hujus immolationis sive ad agnoscendum Deum esse supremum Dominum, dominum vitæ ac mortis, sive ad expiandum peccatum, quod morte legitime punitur; sed ejus *necessitatem* non demonstrat. —-

, -beo, ex *institutione divina,* victimæ immolatio requiritur tanquam *conditio sine qua non* sacrificii, i) Quod sane apparet ex *sacrificio Christi,* quod est exemplar omnium sacrificiorum. Deus enim *voluit* ut redimeretur homo per

1 Ita præsertim M. Lepin, *L'idée du sacrifice de la Messe,* p. 727-737, qui tamen agnoscit *veram* immolationem in sacrificio crucis; et *mysticam,* non realem, immolationem in missa requiri, ex ordinatione divina, ut *conditionem* necessariam.

2 Ita J. Bellord, in *The Ecclesiastical Review,* 1905, P- 206 sq.

3 F. Cimetier, *Oblation et immolation, Rev. d'Apol.,* juin 1927.

4 *Sum. theol.,* 2a 2®, q. 85, a. 3, ad 3.

cruentum sacrificium crucis, ut probatum est in *Tr. de Verbo Incarn.,* n. 113S sq.; *ex se* quidem quælibet actio Christi, propter infinitam dignitatem personae, sufficiens fuisset ad hominem redimendum ; sed, ex voluntate Dei, cetera opera Christi, etsi ad reparationem nostram aliquid conferentia, eam non effecerunt nisi in relatione cum sacrificio crucis : "Dicendum est, ait S. *Thomas*x, quod non sunt *deputata* ad redemptionem humani generis a Deo Patre et Christo aliæ passiones Christi absque morte Christi igitur sacrificium fuit simul *oblatio* et *immolatio* seu oblatio victimæ immolatae. Oblatio est quidem pars *essentialis* et*formalis* sacrificii; sed immolatio est *conditio necessaria* ex ipsa voluntate Dei.

2) Quia vero sacrificia in lege mosaica instituta, erant *figurez* sacrificii Christi, pariter aliquam immutationem importabant, nempe mactationem animalium, liquorum effusionem, fructuum et panis consecrationem, qua res hujusmodi ab usu profano subtrahebantur ut in gloriam Dei cederenta.

3) Imo etiam patriarchae, ante legem mosaicam, Deo sacrificia offerebant "secundum sui temporis congruentiam", sub instinctu divino, ita tamen ut aliquid fieret circa rem oblatam.

Sacrificium itaque, ex institutione divina, duplici constat elemento, *oblatione* et *immolatione,* ita tamen ut *oblatio* sit elementum *formale* et victimæ *immolatio* elementum *materiale*.

722. 30 Definitio sacrificii proprie cUcti juxta communiorem sententiam. Sacrificium, ex instifufione divina, est j *oblatio rei sensibilis, cum aliqua eius immolatione, a legitimo ministro soli Deo rite facta, ad significandos interiores religionis sensus, quibus agnoscitur supremum Dei dominium.*

Sacrificium est in genere *signi,* quatenus est actio quædam *externa,* quæ suam excellentiam desumit ex eo quod

1 *Quodlibet* 2, q. I, a. 2.
1 Qaod declaravimus in 7r. *de Verbo Incarnato,* n. 1203-1204.
3 Ita S. Thomas, j\2*,q. icr - —'

per eam homo significat seu exprimit interiorem adorationis affectum quo se totaliter Deo devovetr.

Dicitur : (a) *Ôblatio :* omne enim sacrificium est *essentialiter* oblatio, etsi non omnis oblatio sit sacrificium. Cum enim Deus sit primum hominis principium, benefactor excellens, et finis ultimus, jus habet ut hæc omnia a creatura rationali agnoscantur. Atqui homo non potest ea omnia agnoscere nisi se totaliter Deo offerat in cultu latriæ. - .. *TT*

(b) Oblatio *rei sensibilis :* Res enim oblata debet esse sensibilis;, nam sacrificium proprie dictum est aliquod signum et actus *cultus fi'' externi* et *publici,* ac proinde consistere debet in oblatione victimæ sensibilis, qua offerens significet velle seipsum Deo dedicare; oblatio mere interna non esset nisi sacrificium improprie dictum.

•(c). *aliqua immolatione.* In hoc apparet^sacnficua^rziw-*'^lid oblatione* dïscriçoen. Immolatio autem victimæ duplex esse potest : vel*phys'icà* 'tfëmuctio, ut fiebat in holocaustis; VeT *inoratis* immutatio, qua victima in statu humiliori constituitur, ut fiebat in libationibus, in quibus liquor effusus in statu decliviori et ad de?-tructionem sui vergente constituebatur. Unde èblatib s'îrie.immo- ^ 'v'^Hafimw5ion'est/r^'r/?

(d) A *legitimo ministro :* cum enim sacrificium proprie dictum sit actus *cultus publici,* nomine societatis oblati, nemo potest illud offerre, nisi *specialiter* ad hoc munus *deputetur :* " Omnis pontifex, ex hominibus assumptus, pro hominibus *constituitur* in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et *sacrificia " (Hebr.,* V, i).

(e) *Soli Deo rite* facta, ad *significandos interiores religionis sensus,* quibus agnoscitur *supremum Dei dominium.* Finis essentialis et praecipuus sacrificii est Deum agnoscere ut primum principium, supremum dominum et finem ultimum; hoc autem *significat* oblatio victimæ. Ita sacrificium est in genere *signi,* quatenus exterius manifestat interiorem religionem -qua homo se Deo^totaliter devovet. Sensus'"â'ü't&rri feligionis^praecippi sunt *adddralw,* qua Deus agnoscitur ut supremus Dominus, *gratiarum actio* pro beneficiis acceptis, *reparatio* prô peccatis commissis, ac *venia imploratio :* cum, in statu *natura lapsa,* divina majestas per peccatum offensa fuerit, homo, per sacrificium, se mortis reum profitetur, et per hoc, offensam Deo irrogatam reparare intendit, veniamque impetrare; tandem *supplicatio* pro novis beneficiis quibus indigemus.

Duo igitur actus *essentiales* sacrificii sunt *oblatio* et *immolatio*

| S. Thom. a» *2X,* q. 85, a. 2; L. Billot, p. 586; M. Lepin, *op. cit.,* P· 737 sq·; L.~Vërnele, *L'idie du sacrifice, Rev. d'Apol.,* avril et mai 1927; E. Masure, *Le sacrifice de l'Eucharistie, Rev. d'Apol.,* août, sept., oct. 1927

victimæ. (Juia vero hms olterentium est est elementum *integrans,* nempe *communio*

Notio sacriflcii missae

723. (A) *Quoad nomenl.* Apud *Gracos,* sacri era, λειτουργία seu ritus. Apud *Latinos,* vocatur *sacrificium, oblatio, agenda* seu actio per excellentiam ; sed præsertim *missa;* hoc nomen, quarto sæculo introductum, communiter derivatur â latina voce *mitto,* quia, post sermonem, ante offertorium, catechumeni dimittebantur, juxta illud 5. *Augustinil :* " Post sermonem, fit *Missa* catechumenis, manebunt fideles"; hinc etiam hodie, in fine sacrificii dicitur : " Ite, missa est ", id est recedite, vobis datur *missio* seu licentia abeundi 3. 0 _

(B) *Quoad rem,* sacnnqum.fmissæ definitur^ 3d r^en *Trideniini* Λ- *qcrifiçiwn noves Cegis, iiCquo Christus pffe et incruente.immolatur, sub specie* anis et vini, *per hominem ministrum, pro Ecclesia, ad a* endum Dei dominium *supremum, nobisque applicandum passionis.* Dicitur 'Y '

(a) Sacrificium *Nova Legis,* ut sic distinguatur a sacrificiis *V. Legis* quæ solum figurativa erant, dum sacrificium missæ est figurarum adimpletio. ~ .

(b) In quo *Christus,* etc.quibus verbis indicatur tum *victima,* tufh*principalis sacerdos,* qui Christus est; ipse enim realiter præsens in eucharistia, seipsum Deo offert : hæc est nova oblatio victimæ jam in cruce immolatæ.

(ÿ Sub *speciebus,* etc. : hic indicatur *modus* quo fit sacrificium missæ; Christus enim non actualiter immolatur *moàQ.yisibili* et *cruenta* super altare, ut in cruce factum estr sed* moao *-mysticoetidcrueritc,* ^uateriussensibiliter, per separationem specierum, exprimitur vera separatio corporis et sanguinis olim in cruce peracta. Itaque adest actualis *mystica* repræsentatio immolationis jam *in cruce peracta;* evhæc duo sufficiunt ad sacrificium, ut infra dicetur.

(d) Per hominem *ministrum :* id est per *sacerdotem* legitime consecratum, qui est minister *visibilis* et *secundarius* hujus sacrificii, dum Christus ipse remanet *principalis* minister *invisibilis.*

A. Fortescue, in *The Calhot, Encyclop^fite^NoiV.,* t. IX, p. 791. *Sentio* XLIX, 8, *Pi L,* XXXVlil, 324.-– *S. Ambrosius* primus

(e) Pro *Ecclesia, primario* pro universali Ecclesia militante/ sed *secundario* tamen pro Ecclesia in purgatorio patiente, immo et in honorem Sanctorum qui Ecclesiam triumphantem constituunt.

(f) Ad *agnoscendum,* etc. : quibus verbis duplex *finis* sacrificii missæ innuitur, *primarius* quidem *gloria Dei, secundarius* autem , *applicatio fructuum* passionis *unicuitpte* fidelium.

Hanc definitionem esse legitimam ex thesibus sequentibus probabitur. Hinc sacrificium missæ : r) convenit quidem cum sacramento eucharistiæ, in eo quod utrumque est *signum sensibile* et *sacrum,* ad gloriam Dei et salutem animarum conducens; 2) sed sacrificium a sacramento differt : (a) ratione *essentiel :* prttts- enim essentialiter consistit »r 4i/ww—-q^tra—5'iet4ma—-imm€4atury—posterius—in—*suscopUoue* -victimæ-ja-m-^mmolatæ ; (b) ratione *finis :* prius *primario* ad Dei gloriam et cultum, posterius *directe* ad nostram sanctificationem refertur; (C) ratione *subjecti :* prius directe et per se pro *multis* offertur multisque prodest, dum posterius directe *soli* suscipienti prodest.

§ II. De existentia sacrificii missæ[1].

724. *Errores.* . (a) *Lutherus* doctrinam de sacrificio Missæ primum retinuerat ; postea autem, suadente diabolo, ut ipse fatetur, f eam ut impiam et sacrificio crucis injuriosam rejecit[3], (b) *Calviniste,* qui præsentiam realem negant, eo ipso rejiciunt sacrificium Missæ, immo doctrinam catholicam exhibent ut multis abusibus ansam præbentem λ (c) *Anglicani,* sub Henrico VIII, sacrificium Missæ retinuerant, paucis in liiurgia mutatis, sed, sub Eduardo VI, declaratum fuit " missarum sacrificia blasphema figmenta esse et -, , perniciosas imposturas" (art. XXXI). Nostris tamen diebus, ' l quidam inter Anglicanos, *Ritualiste* vocati, tum præsentiam realem, tum sacrificium missæ de novo admittunt. (d) Juxta

[1] Sj/Thom., q. 83, a. i; Suarez, disp. 74; S. Bellarminus, l. V, c. 5-27; Lugo, disp.XIX, s 2; rouin, *De Sacrificio etuh.,* q. IV; Billuart, diss. VIII, a. i; Franzelin, *De Sacrificio,* th. 8-11 ; Stentrup, *Soteriologia,* th. S4-S7; Rosset, n. 1024 sq.; de Augustinis, th. 14-15; Pesch, n. S52 sq.; Billot, th. 53; Sasse, th. 20-24; DD. Ruch, in *D. T. C., Messe,* 795-964.

* Cf. O' Connor, *Luther's own Statements,* p. 13, ubi narrat se media nocte cum diabolo disputasse, posteaque argumenta refert, quibus diabolus Missam, præsertim privatam, impugnat.

[3] Iu Hodge ·, *System theol.,* Ill, p. 688.

.*tfodernistas,* Cœna Domini fuit cœna communis, cujus missa est merum memoriale.

'^#25. *Thesis, :* Missast verum et proprie dictum sac^incium w. Legisp *ut* jfrankrasf Novatores, ex *Trident.*l : " *Si* quis dixerit, in Missa non offerri Deo verum et proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud quam nobis Christum ad manducandum dari : A. S. " — Damnantur Novatores ut *hæretici,* quia negant vere offerri Deo proprie dictum sacrificium; juxta eos, in eucharistia non fit oblatio corporis Christi Deo ut glorificetur, sed homini ut ab eo spiritualiter nutriatur.

y 726. i° Probatur Scriptura. (A) Ex *Vet. Testamento.* (a) *Psalmista* jam prænuntiaverat Messiam seu Christum *sacerdotem* fore®: "Juravit Dominus, et non pænitebit eum : tu es *sacerdos* in æternum secundum ordinem *Melchisedech* ". Hunc psalmum messianicum esse, et ad Christum referri, constat ex N. Testamento® Unde sic : Christus est sacerdos secundum ordinem Melchisedech, ac proinde^acrificium offerre debuit simile sacrificio *panis et vini* quod Melchisedech obtulit 4; atqui non est aliud sacrificium panis et vini in nova Lege nisi sacrificium eucharisticum ; ergo sacrificium a Psalmista prædictum est sacrificium eucharisticum.

(b) Sed celebrius atque efficacius est vaticinium *Malachite,* in quo, post prædictam veterum sacrificiorum abrogationem, novum et perfectius annuntiatur sacrificium : " Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum :et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda "©

Quæ quidem verba de sacrificio Missæ prædicata sunt, ut a *Trident.* 6 declaratur: " Et hæc quidem illa munda oblatio est., quam Dominus per Malachiam nomini suo... in omni loco mundam offerendam prædixit ".

' Sess. XXII, can. i, D. B., 948; 938-941. — ' *Ps.* CIX, 4.
3 XXII, 42-45; ZΛτΛγ., VI, 20; VII, 17. etc. — ‹ *Çen.,* XIV, ıß.
* *Malach.,* L IQ-U. tf. Corlnv. vol. II, p. 398 sq.; Knabenbauer, *Comment, in Proph. minores,* 1886, in h. loc.; A. Van Hoonacker, *Les douze petits prophètes,* 1908, p. 711-714.
* Sees. XXII, cap. i, D. B., 939.

Revera ibi prænuntiatur sacrificium : i) *novum,* cum sit judaicis sacrificiis subrogandum : " l^unus non suscipiam de manu vestra " anrfvox'heEgÎica *minchah,* quæ latinæ vô'ci ^/zf/Z^espondet, sensu *sacro* seu liturgico, prout hic sumitur, designat sacrificium praesertim incruentum 1 ; quæ interpretatio *contextu* firmatur, nam eadem vox *minchah,* versu io, ad designanda Judæorum sacrificia usurpatur, quæ certe vera sacrificia erant ; insuper voces hebraicæ *muqtar, muggash,* quæ stant pro *sacrificatur* et *offertur,* sunt *sacrificales,* seu de sacrificiis proprie dictis prædicantur; tandem sacrificia improprie dicta semper in usu fuerunt, nec proinde tam emphatice prædici indige-

offertur; siquidem " *ab ortcc solis usque ad occasum"* totum orbem terrarum designat, ut patet ex parallelis locis2,3 aliunde additur " *in gentibus* ", quo vocabulo plurali populi Israelitis alieni designabantur; tandem *"in omni loco"* dicitur per oppositionem ad sacrificia judaica quæ in *uno* loco offerebantur; 4) *muyffum^sz.yi* purum et Deo gratum.

Atqui hoc sacrificium non potest esse sacrificium Aaroniticum, nec paganum, nec sacrificium crucis, sed est sacrificium missæ. 1) Non est sacrificium *Aaroniticum,* quod declaratur abrogandum esse, et in solo templo Jerusalem offerebatur; 2) nec sacrificium a *gentibus paganis* oblatum, quidquid contendunt *Liberales*3, cum Prophetae istiusmodi sacrificia abhorrerent; 3) non est sacrificium *crucis :* licet enim sit novum et perfectum, tamen non est oblatum in omni loco, sed in uno, prope Jerusalem.

1 Hac de re audiatur protestans auctor, A. Cave * *(The Scripture doctrine of sacrifice.* 1877, p. 479) : *"Minchah.* a radice *manach* (dare) multiplici sensu adhibetur, qui clarissime semper ob contextum detegitur, atque eamdem ideam exprimit fundamentalem. Aliquando ad farinæ oblationem significandam adhibetur, prout in Levitico describitur; aliquando ampliorem habet sensum et incruenta sacrificia exhibet per oppositionem ad cruenta, exempli gratia *Ps.* XXXIX, 7; *Isa..* XIX, 21; *Dan..* IX, 27. Aliquando vero sacrificium cruentum, sicut agni oblationem mane aut vespere factam, exempli gratia *III Reg..* XVIII, 29; *IV Reg..* Ill, 20; *Ps.* CXII, 2; *Dan..* IX, 21

* *Ps.* XLIX, 1; CVI, 3; CXII, 3·

3 Dicunt quidem Prophetam loqui de sacrificio quod jam existit *"offertur".* Sed immerito; nam sæpe Prophète tanquam présentes describunt res futuras (v. g., *Isa..* VII, 14), quia nempe eas vident absque respectu temporis.

Remanet igitur ut sit *sacrificium missæ,* quod est simul *novum,* quatenus veteribus sacrificiis successit ;*proprie dictum,* ut infra ostendetur; *universale,* utpote celebratum ubique terrarum; *mundum,* cum hæc sit oblatio munda, quæ nulla offerentium iniquitate possit inquinari.

727. (B) *Ex N. Test.* (a) *Ex verbis de institutione eucharistia :* in ultima coena, Christus, eucharistiam instituendo, verum sacrificium, licet incruentum', obtulit Atqui voluit illud renovari ab Apostolis eorumque successoribus; quodquiHem fit in missa. Érgo in missa verum offertur sacrificium. — *Minor* constat ex dictis n. 595.

Probatur *major* i° Christus enim non simpliciter dixit : " Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus ", séd'addiciït de'corpore " quod pro vobis datur " τό ὑπερ ὑρών διδόρενον, "quod pro vobis traditur", et de sanguine "qui pro vobis effunditur " ἐχχυνόρενονί Atqui hæc verba : 1) *Ex se* significant corpus et sanguinem Christi oblata fuisse in verum sacrificium. Nam locutiones : *corpus tradere, sanguinem effundere in remissionem peccatorum* sacrificium indicant, ut patet ex comparatione cum verbis Moysis sacrificium offerentis.ad vetus Testamentum confirmandum 1.

2) ïmo significant sacrificium fieri *hic et nunc.* Nam, in textu *grceco* tempus præsens adhibetur : *datur, traditur, effunditur;* et sanguis Christi fundi dicitur *in calice :* " Hic calix novum testamentum est in meo sanguine "<& ergo in ccena verum sacrificium oblatum est.

3) Verba exhibent corpus et sanguinem Christi *ab invicem separata* sub speciebus distinctis panis et vini ; atqui hæc separatio sacramentalis, conjuncta cum præsentia Christi antea immolati, sufficit ad sacrificium, incruentum quidem, sed verum, ut infra explicabitur.

2° *Ex circumstantiis confirmatur.* 1) Christus instituit eucharistiam, "*pridie quam pateretur",* ut esset memoriale

1 " Hoc est corpus meum quod pro vobis datur " *(Luc.*^ XXII» 19); ""quod pro vobis tradetur" *(T^Çor^* XI, 24); ""Hic est sah'gû'ïs*meîïs* Novi Testamenti, qui pro multiTeffundetur" »XIV, ›- ""qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum " (JZgZ/Λ., XXVI, *2&)·*

2 ""Hic est sanguis foederis quoi pêpTgit Dominus vobiscum *(£xod.,* XXIV, 8 ; cfr. AWr., IX, 19-22). — 3 XXII, 20.

suæ passionis et sui sacrificii in cruce; atqui eucharistia perfectius sacrificium Crucis repraesentat et commemorat, si ipsa est verum sacrificium corporis et sanguinis Christi.

2) Christus instituit eucharistiam ut *Novum Pascha Nova Legis,* antiquo Paschati Veteris Legis substituendum ; quapropter eam instituit eo *tempore quo* paschale sacrificium celebrabatur ; et quidem *sub speciebus panis et vini,* quæ in sacrificiis antiquis adhibebantur, præsertim in paschali celebratione :* Atqui antiquum Pascha erat verum sacrificium. Ergo et Novum Pascha, id est, eucharistia.

Hoc autem sacrificium, etsi *in se* sufficiens ad nos redimendos, *de facto* nos non redemit, quia Deus positive statuerat nos nonnisi per sacrificium crucis redimendos esse : " Una oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos " 2.

728. (b) *Ex doctrina S. Pauli.* 1) De *sacerdotio* Christi. Ex textibus quibus Christus exhibetur ut *sacerdos " secundum ordinem Melchisedech"* 3 et quidem " *in cfternum* " 4, Cum.enim sacerdotium sit propter sacrificium, distinctio skcerdotii ^Sesumrtür ex modo' sacrificandi. Atqui' sacrificium Melchisedech fuit sacrificium in pane et vino. Ergo Christus sacrificium obtulit in pane et vino : quod fit in missa quatenus ccenam continuat. Ut enim advertit S. *Cyprianus* 5, Christus fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedech, non solum quia habuit sacerdotium levitico sacerdotio praecellens, sed etiam quia " obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est *panem* et *vinum,* suum

1 Hac de re animadvertit protestaris auctor, A. Cave ;* *op. cit.,* p. 432-439 : ''Voluisse Dominum nos edocere Ccenam cum veteribus sacrificiis aliquo modo connecti, ex sequentibus conjicere possumus : primo, ex tempore quo fuit instituta; secundo ex symbolis a Domino nostro adhibitis; tertio, ex verbis quibus convivas est allocutus... Ccena dici potest aliquo modo sacrificium; relationem manifestam ad praescriptiones mosaicas de sacrificiis habebat.. Sacrificium cœnæ est ideo intime cum sacrificio paschali connexum, Caivarii expiationem nobis in mentem revocans". Idem tradit Stephens *The Theology of the New Testament,* p. 132. —a *Hebr.i* X, 14. — 3 *Hcbr.,* VII, 17.

4 " Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes^ idcirco quod morte prohiberentur permanere; hic autem, eo quod maneat in ætemum, sempiternum habet sacerdotium ". *Heb.,* VII» 23-24.

5 *Epist. 63,* ad Cæcilium, n. 4, Journel, 581; cf. *Trident^* sess. XXII, cap. 1; D. B., 938.

scilicet corpus et sanguinem — Præterea, si Christus habet sacerdotium *perpetuum,* utique etiam in terra, ut satis indicat textus Apostoli, usque in saeculi finem apud nos necesse est offerat per ministros. Atqui nullum aliud sacrificium offert in terra nisi suum corpus et sanguinem in eucharistia.

2) communione cum victima. S. Paulus communionem ~ ^uMéucharisticam comparat communioni cum victimis sive c^a^^-^judaicis sive paganisQ: " Calix benedictionis, cui benedici-

'mus, nonne communicatio sanguinis Christi est?... Videte

ja ⁷ ⁂Λ Israel secunc^um carnem : Nonne qui edunt hostias partici-

ἰϊΛ' ,β Opes sunt altaris? Quid ergo? dico quod idolis immolatum

, sit aliquid, aut quod idolum sit aliquid? Sed quæimmo-

'P ,/L lant gentes, dæmoniis immolant et non Deo. Nolo autem

F *l/A.* vos SOCIOS fieri dæmoniorum. Non potestis calicem Domini

p ^^T^bibere et calicem dæmoniorum". Atqui hæc communio

jAr erat participatio veris victimis in vero sacrificio immolatis.

𝒿𝒿 \· Ergo etiam communio eucharistica est participatio victimæ

β^Λ'ἰ ·" in ver0 sacrificio immolatæ.

Of

729 2° Traditione probatur. (A) *Ex Patribus.* Patres docent missam esse sacrificium verum, a sacrificiis antiquæ legis distinctum eaque complens et perficiens : quod probant variis Scripturæ locis et variis analogiis explicant.

(a) Jam *tribus prioribus sæculis,* clare asserunt missam esse sacrificium verum a Prophetis annuntiatum, idemque accurate describunt.

Ita auctor *Doctrina duodecim Apostolorum* (Didacbe) et *S. Justinus* animadvertunt in celebratione eucharistiæ impleri vaticinium Malachiæ2; 5. *Irenaus* declarat sacrificia Judæorum non amplius esse Deo acceptabilia, sed ab Ecclesia Deo offerri sacrificium panis et vini, a Malachia prænuntiatum, sacrificium corporis et sanguinis Christi, cujus oblatione fideles participes fiunt cælestium donorum 3; 5. *Cyprianus,* tota epistola ad Cæcilium, disserit de sacrificio eucharistico quod offerri debet sicut " Dominus et Deus noster, sacrificii auctor et doctor, fecit et docuit "4, et accurate describit hujus sacrificii materiam, nempe panem et vinum, quod fit ipsius corpus et sanguis.

l *Heb.,* XΠI, Ig

*~*Didache, c. 14; Dial. cum Tryph.,* η. 116, *P. G., VI,* 746 sq.

730. (b) *A sæc. IV ad VI : Patres* insuper ostendunt intimam esse connexionem inter sacrificium eucharisticum et sacrificium crucis cujus est continuatio, et in utroque eamdem esse victimam.

Ita, inter *Grcecos, S. Cyrillus Hierosol.*[1] totum *ritum* sacrificii Missæ describit, ubi offertur eadem propitiationis victima ac in cruce, præcipue vero *anaphoram* seu canonem, nempe *prajationem,* in qua sacerdos fideles invitat ut, depositis curis, cor sursum habeant in cælo; *invocationem angelorum,* cum quibus Deum laudamus dicendo : *Sanctus,* etc.; *epiclesim,* qua Deus exoratur ut faciat panem corpus Christi; *sacrificium ipsum* incruentum et propitiatorium, seu "Christum mactatum pro peccatis nostris"; *commemorationem vivorum* et eorum qui in pace dormiunt; postea exponit *orationem dominicam, communionem* et *gratiarum actionem.* Exinde apparet valde antiquam esse sacram liturgiam quoad partes essentiales, et in ea inveniri quidquid sacrificium constituit.

5. *Greg. Nyssenus*[2][3] de sacrificio missæ scribit : " Arcano sacrificii genere, quod ab hominibus cerni non poterat, seipsum pro nobis hostiam offert et victimam immolat, sacerdos simul existens et agnus Dei "

S. Joannes Chrysost. docet Christum, sacerdotem et hostiam in cruce, quotidie a sacerdotibus offerri in memoriam ejus mortis, ita ut una eademque sit hostia ac ea quæ in cruce oblata est : " Offerimus quidem, sed ejus mortem revocamus in memoriam, et ipsa *una* est non multæ... quoniam semel fuit oblata sicut illa fuit in sancta sanctorum "[3]. Hujus autem sacrificii excellentiam ita describit[4] : " Cum enim videris Dominum immolatum et jacentem, et summum sacerdotem sacrificio incumbentem ac precantem, omnesque pretioso illo sanguine rubentes, an putas te cum hominibus et in terra esse, annon potius in cælos translatum?"

Inter *Latinos, S. Ambrosius*[5] describit principem sacerdotum "offerentem pro nobis sanguinem suum"; et addit : "Sequimur, ut possumus, sacerdotes, ut offeramus pro populo sacrificium, etsi infirmi merito, tamen honorabiles sacrificio... Ipse (Christus) offerre manifestatur in nobis, cujus sermo sanctificat sacrificium quod offertur ".

5. *Augustinus* ostendit hoc sacrificium, in Antiqua Lege praefiguratum, esse passionis Domini commemorativum : " Hujus sacrifi-

[1] *Caiech.,* XXIII, quæ tota legenda est, *P. G.,* XXXIII, 1109-1128.
[2] *In Christi resur.,* orat. I, *P. G.,* XLVI, 612; Journel, 1063.
[3] *Homil. in ep. ad Hebr.,* XVII, 3, *P. G.,* LXIII, 131; Journel, 1222.
[4] *De sacerdotio,* l. III, 4, *P. G.,* XLVIII, 642; Journel, 1118.
[5] *Enarr. in Ps. 38,* 25, *P. L.,* XIV, 981; Journel, 1260.

ciî caro et sanguis ante adventum Christi per victimas similitudinum promittebatur, in passione Christi per ipsam veritatem reddebatur, post ascensum Christi per sacramentum memoriæ celebratur ”

731. (c) *A scec. VIe ad XIII* duo præsertim inculcantur : *natura* hujus sacrificii quod *quamdam immolationem* involvit, ejusque *effectus.*

1) *Graeci* praecipue *immolationem* Christi in eucharistia exponere satagunt. *Eutychius Constantinop.* ait Christum *mystice immolari,* ejusque mortem per fractionem panis repraesentari[1]. *Nestorius* scribit Christum in Eucharistia *figurative crucifigi* et gladio sacerdotalis orationis *mactari*[3]. Quod et antea 5. *Gregorius Naz.* jam dixerat : ‘‘Quando incruenta sectione secaveris corpus et sanguinem dominicum, vocem adhibens pro gladio ”[4].

2) *Latini* hanc immolationem pariter declarant, sed insuper sacrificii eucharistici *effectus,* qui iidem sunt ac sacrificii crucis. 5. *Gregorius M.* asserit per oblationem hostiæ salutaris expiari culpas defunctorum, et narrat quomodo Justus monachus a purgatorio liberatus fuerit post triginta missas pro eo celebratas[5]. Alios effectus praeclare describit, simulque dispositiones ad eos consequendos necessarias, praesertim contritionem : “ Hæc namque singulariter victima ab ætemo interitu animam salvat... Hinc ergo pensemus quale sit pro nobis sacrificium quod pro absolutione nostra passionem unigeniti Filii semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora, ad sacerdotis vocem cælos aperiri, in illo Jesu Christi mysterio angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena cælestibus jungi, unumque ex visibilibus atque invisibilibus fieri? Sed necesse est ut, cum hæc agimus, *nosmetipsos Deo in cordis contritione mactemus,* quia qui passionis dominicæ mysteria celebramus, debemus imitari quod agimus ”[6].*

Juxta *Ven. Bedami,* Christus ‘‘lavat nos a peccatis nostris quotidie in sanguine suo, cum ejusdem beatæ passionis ad altare memoria replicatur

Paschasius Radbertus testatur Redemptorem quotidie in altari peragere quod tempore passionis gesserat, ideoque fideles a peccatis quotidianis vi eucharistiæ liberari[8].

[1] *Cont. Faustum,* XX, 21. *P. L.,* XLII, 385; Journel, 1604.
[2] *Sermo de Paschale,* II, 3, *P. C.,* LXXXVI, 2393, 2396.
[3] Ap. Loofs, *Nestoriana,* p. 241.
[4] *Epist.* CI, ad Amphiloc., *P. G.,* XXXVII, 28α
[5] *Dialog.,* IV, 55, *P. L.,* LXXVII, 418.
[6] *Dialog.,* IV, 58, 59, *P. L.,* 425. 428. — [7] *Homil.,* I, 14, *P. L.,* XCIV, 75.
[8] *De corpore et sanguine Christi, P. L.,* CXX, 1294, 1328.

Quæ omnia contrahens, 5. *Thomas* ' docet Eucharistiæ celebrationem esse immolationem, quia est repræsentativa passionis Christi, quæ est vera ejus immolatio, et quia per earn participes efficimur fructus dominicæ passionis.

(B) Ex *liturgiis,* quæ, licet in multis ritibus discrepantes, disertis vocibus testantur Missam esse *plenum et verum sacrificium, oblationem et immolationem;* præcipue vero in *anamnesi,* quæ consecrationem sequitur, manifeste supponunt missam esse sacrificium commemorativum passionis et mortis Christi, immaculatam *hostiam,* qua ejus fructus nobis applicantur a.

(C) Ex *Conciliis : Ephesino*\ ubi dicitur Incruentam celebramus in ecclesiis sacrificii servitutem"; *Later. IV,* in quo asseritur Jesum Christum esse sacerdotem et sacrificium 4; *Constantiensi* damnante propositionem 5am *Wicleffi :* " Non est fundatum in Evangelio quod Christus missam ordinaverit "5; *Tridentino* jam citato, n. 725. — *Codex,* c. 801, 802, idem docet.

Scriptura igitur et Traditione constat missam vere esse sacrificium. — Quod ita evidens est ut ipsi Protestantes fateantur antiquissimos Patres sacram eucharistiam pro Novæ Legis sacrificio habuisse6.

732. 3° Ratione suadetur. (A) *Ex intima unione inter religionem et sacrificium.* Tanta est connexio inter religionem et sacrificium proprie dictum, ut, si posterius deest, prior sit incompleta et veluti manca.

Quod probant : 1) *Divina littera,* ex quibus liquet cultum et sacrificium coæva fuisse, et religionem floruisse vel defecisse florentibus aut deficientibus sacrificiis; 2) *Gentilium historia,* cum, ubicumque religio vigeat, sacrificia quoque sint in usu; 3) et *ratio ipsa,* quæ dictat supremum Dei dominium agnoscendum esse aliquo actu exteriori soli Deo exhibendo; nec ad hunc finem attingendum nobiliorem actum excogitari posse quam sacrificium, vi cujus *publice* et *practice* declaratur solum Deum jus habere ad

l *Sum. theol.,* 3, q. 83, a. 1. — Cfr. A. Gaudel, in *D. T. C., Messe,* 1057.

° *Constit. Afost.,* ap. Kirch, Enchir. 3, n. 683-684; F. Cabrol, *D. Archèol.* t I, 1880, 1898; E. Brightman. *Liturgies eastern and -western,* 1896.

3 Labbe et Cossart, *Sact. concilia,* t. III, col. 412.

4 D. B., 430. — SD. B., 585.

6 Ita, inter alios, Grabius, *Adnot, ad S. Irenaum.* 1. IV, c. 32. Cfr. J. Ritrière, in *D. T. C., Messe,* 1085-1143.

existentiam, creaturas autem ex se ad nihilum tendere. — Non datur ergo religio sine sacrificio.

Atqui, sublato sacrificio missæ, nullum esset sacrificium in N. Lege, cum sacrificium crucis, utpote in actu *transitorio* consistens, amplius non existât, sicque pejor esset Christianorum quam Judæorum Gentiliumve conditio.

(B) *Ex præeminentia N. Testamenti relate ad Test.* Sane N. Testamentum multum superat V. Testamentum, quod novum præfigurabat. Atqui sub Antiqua Lege vera erant sacrificia. Ergo sub Nova Lege, verum esse debet sacrificium. Nullum autem aliud ibi datur nisi sacrificium missæ.

Neque dicere oportet sacrificium crucis semel oblatum, propter infinitum suum valorem, plane sufficere; sicut enim, peracta redemptione per sacrificium crucis, conveniens fuit sacramenta institui quibus fructus passionis unicuique fidelium applicarentur ad eos sanctificandos; ita omnino decebat perenne sacrificium institui, quo sacrificii crucis effectus perpetuo renovarentur, ad Deum glorificandum.

733. *Objic. Protestantes :* (A) Ex S. Paulo *(Heb.,* VII, 23-25), unus est tantum sacerdos, Christus; atqui ubi est unus sacerdos, ibi unum est sacrificium, scilicet sacrificium crucis.

Resp. Distinguo majorem; unus sacerdos *principalis, concedo;* unus sacerdos *secundarius, nego.* Etsi enim Christus est solus supremus sacerdos, tamen cum visibiliter non maneat in terra, instituere voluit sacerdotes secundarios, qui ipsius ministri essent, ejus vicarii, et nomine ipsius sacrificium crucis renovare possent, juxta illud : " Hoc facite in meam commemorationem "; quo pariter sensu Paulus scribit : " Sic nos existimet homo ut ministros Christi" (Z *Cor.,* IV, 1).

(B) *Instant :* Ex eodem Apostolo *(Heb.,* VII, 27; X, 12, 14) unicum adest sacrificium, scilicet sacrificium crucis; immo si aliud daretur, prioris excellentiæ derogaretur.

Dist. antecedens : unicum est sacrificium, quoad *substantiam, concedo;* quoad *modum offerendi, nego.* Siquidem sacrificium Missæ est substantialiter idem ac sacrificium crucis, cum eadem sit victima, idem principalis offerens, iidem fructus; differt tamen ab eo quoad modum offerendi, cum unum cruento modo, alterum incruento offeratur. S. Paulus excludit quidem omne sacrificium substantialiter a sacrificio crucis distinctum, præsertim sacrificia V. Legis, minime vero sacrificium eucharislicum, de quo ipse loquitur non semel, ut diximus in thesi.

Nec potest dici sacrificium missæ derogatorium esse sacrificio crucis; nam omnis valor, omnes fructus sacrificii missæ ex sacrificio crucis promanant, ac proinde ejus efficaciam non minuunt, sed potius manifestant, sicut fructus, qui ex arbore pendent, ejus fecunditatem ostendunt; neque tamen inutile dici valet, cum sit applicatio unicuique fidelium fructuum sacrificii crucis, prout fit per ipsa sacramenta, sub diverso tamen respectu, cum sacrificium primario tendat ad gloriam Dei.

Art. II. De essentia sacrificii missæ*.

Probata sacrificii missæ existentia, jam ejus *essentia* declaranda est.

734. Status quæstionis. (A) Omnes catholici theologi admittunt : (a) Missam esse verum et *proprie dictum sacrificium oblatum in persona Christi;* (b) sacrificium *reprcesentativum sacrificii crucis,* ut constat tum ex Scriptura, tum ex Patribus quos supra allegavimus, præcipue vero ex *Tridcntino* declarante Christum Ecclesiæ suæ reliquisse visibile sacrificium " quo cruentum illud semel in cruce peragendum *reprcesentaretur,* ejusque memoria in finem usque sæculi permaneret"2; (c) Christum esse hujus sacrificii *sacerdotem principalem* simul et *victimam : " Una* enim *eademque est hostia, idem nunc offerens* sacerdotum ministerio, qui seipsum in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa" 3; (d) Christum offerri et immolari *sub speciebus panis et vini :* " Corpus et sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit;ac sub earumdem rerum symbolis Apostolis... ut offerrent præcepit"·»; (e) immolationem Christi in missa esse *incruentam :* " In divino hoc sacrificio, quod in missa peragitur, idem ille Christus continetur et *incruente* immolatur" 5.

' Suarez, disp. 75; S. Bellarminus, l. V, c. 27; Lugo, disp. XIX; Drouin, q. V; Billuart, diss. VIII, a. 2; Franzelin, th. 16; Rosset, n. 1083 sq.; Stentrup, th. 91-97; de Augustinis, p. III, a. 5; Pesch, n. 886 sq.; L. Billot, th, 54; Vacant, *Histoire de la conception du sacr. de la Messe,* p. 44-60; M. Lepin, *op. cil.·,* A. Michel, in *D. T. C.,* 1143-1316.

' Sess. XXII, cap. i, D. B., 938.

3 Sess. XXII, cap. 2, D. B., 940. — Unde panis et vinum, quæ ab Ecclesia offeruntur, non sunt proprie *res oblata in sacrificium,* cum convertantur in corpus et sanguinem Christi, sed Christus ipse sub speciebus panis et vini.

4 Sess. XXII, cap. 1, D. B., 938. — s Sess. XXII, cap. 2, D. B., 940

(B) Nunc quæstio est : (a) in *quanam actione* mîssæ reponenda sit *essentia* sacrificii, utrum nempe in *consecratione,* an in *communione,* vel in *utraque* simul; (b) et insuper sub *quo formali respectu* consecratio dici possit constituere essentiam sacrificii.

I. In quanam actione missæ essentia sacrificii consistat?

735. Ad solvendam hanc quæstîonem, præ oculis habenda sunt hæc tria : i) sacrificium missæ in *persona Christi,* principalis sacerdotis, offertur; 2) *commemorare* debet atque *reprczsentare* sacrificium crucis; 3) secundum *ritum Melchisedech,* id est, cum pane et vino, offerri debet.

Quibus positis, omnes theologi hodie fatentur essentiam sacrificii missæ non consistere : 1) in *oblatione* panis et vini quæ non a Christo, sed ab Ecclesia instituta est; et est *tantum prceparalio* ad sacrificium ipsum, cum Christus ipse, vera hujus sacrificii victima, non sit adhuc præsens; et aliunde hæc oblatio ad validitatem non requiratur; 2) nec in oblatione quæ fit *post canonem :* " Unde et memores, nos servi tui, sed et plebs tua sancta offerimus ", quia non fit in persona Christi; 3) neque in *fractione hostice,* quæ aliquando omittitur, et quæ aliunde non ipsam victimam sed tantum species consecratas attingit. — Sed controvertitur utrum essentia missæ reponenda sit in *sola communione,* an in *sola consecratione,* vel *in utraque.*

72,6. (A) Juxta *DD. Belford',* essentia missæ m *sola communione* consistit :nam, secundum recentiores historicas inquisitiones, id quod est maxime essentiale in conceptu sacrificii, est *communio* cum divinitate per quoddam convivium sacrificale.

Quæ theoria communiter ut *falsa* rejicitur; nam : (a) *factis contraria est :* apud *Judaos,* in quibusdam sacrificiis, præsertim holocaustis, tota victima comburebatur in honorem Dei sine ullo sacrificali convivio; apud *Gentiles,* pleraque sacrificia in cruenta mactatione victimæ sita erant, et sacrificales epulæ quæ sæpe hanc mactationem sequebantur, non erant nisi sacrificii complementum, nempe signum reconciliationis cum divinitate jam sacrificio peractæ3;

' *The Amer. Ecclesiastical Review*, Philadelphia, 1905, I sq.; 258 sq.

3 Dollinger, *Heidentum undJudenlum; The American Eccl. Review,* 1905, PP· 378 sq.;457 sq.JSB sq.;6i2 sq.;J. Pohle, *Vogmaiik,* III, 1910,317-327.

jamvero essentia sacrificii reponi nequit in elemento quod sæpe deest, et, quando existit, tanquam merum complementum habetur, (b) *Nec dogmati catholico consentanea :* i) exinde enim infert *Bellord* mortem Christi in cruce non esse sacrificium *ex se,* sed quatenus cum ccena eucharistica sumitur; e contra, secundum doctrinam catholicam a Patribus et Tridentino expositam, mors Christi est verum sacrificium, ita ut cœna eucharistica suam sacrificalem significationem desumat e sacrificio crucis; 2) insuper sacrificium directe in gloriam Dei, communio autem directe in utilitatem communicantis tendit. Dici igitur nequit essentiam sacrificii missæ in sola communione consistere. ....

737.(B) Juxta *Doni. Soto,J. de Lugo, S. Bellarminum, S. Ligorium,* etc., essentia sacrificii consistit *turn in consecratione tum in communione.* Quod duplici modo explicatur : (a) *J. de Lugo* agnoscit quidem victimam jam immolari per consecrationem quæ eam reponit in statu decliviori; sed ipsa sumptio ad substantiam et integritatem hujus sacrificii pertinet : " nam per ipsam adhuc magis consumitur et destruitur victima" x.

(b) Alii autem, cum S. *Bellarmino-* et S. *AlphonsoS* putant in consecratione offerri victimam, sed in communione celebrantis eam destrui.

Quæ opinio, etsi non omnino improbabilis, communiter hodie rejicitur.

738.(C) Sententia longe *communior* docet essentiam sacrificii eucharistici in *consecratione sola utriusque speciei* consistere, ita ut communio ipsius sacerdotis 4 ad ipsam oblationem sacrificam non pertineat, sed sit tantum pars *integrans,* quatenus victima, sub speciebus panis et vini, ordinem dicit ad sumptionem. Unde merito sacerdoti communio *præscribitur,* et quidem *sub gravis.*

1 *De Euchar.*^ disp. XIX, sect 5.
' *De Missa,* 1. I, c. 27.
3 *TheoL mor.,* 1. VI, n. 305.

4 Communionem *populi* ad essentiam missæ non spectare ex eo patet quod *Tridentinum* declaravit licitas esse missas in quibus nullus fidelium communicat (sess. XXII, cap. 6 et can. 8, D. B., 944, 955).

5 Imo, si sacerdos celebrans post consecrationem deficiat, nec corpus et sanguinem sumere valeat, alius sacerdos, etiam *non jejunus,* species consecratas sumere debet ut *integretur* sacrificium *{Missale,* de defectibus missæ, tit X, η. 3).

(a) Etenim non inveniuntur in *communione* tria ad sacrificium missæ requisita, i) Non fit in persona Christi, sed est unio inter communicantem et Christum. 2) Sumptio non est apta ad repræsentandum sacrificium crucis : siquidem in victimæ participatione per communionem non invenitur ratio oblationis et sacrificii seu *directa Dei glorificatio,* sed tantum bonum hominis seu intima unio inter Deum et hominem per Christum. 3) Insuper communio non aliam mutationem implicat in corpore Christi nisi mutationem localem, quatenus ex ore in stomachum transit : *species* quidem consumuntur, non vero corpus Christi quod tantummodo desinit esse sub speciebus quando substantialiter in stomacho alterantur.

(b) Econtra in *sola consecratione utriusque speciei* inveniuntur tres conditiones requisitæ : 1) Fit enim consecratio *in persona Christi,* cum sacerdos, personam Christi gerens, ipsa verba Domini recitet. 2) Commemorat atque repraesentat sacrificium crucis, nempe per *separationem specierum* qua vivide repraesentatur separatio corporis a sanguine Christi. 3) Fit cum *pane et vino,* quatenus hæc elementa per consecrationem convertuntur in corpus et sanguinem Christi, manentibus speciebus panis et vini. — Ergo in sola consecratione sita est essentia sacrificii missæ.

739. Dictum est : *in consecratione utriusque speciei.*

Etsi consecratio unius tantum speciei sit *valida,* in quantum vere ponit sub hac unica specie corpus et sanguinem Christi, *communiter* tenetur consecrationem *utriusque speciei* ad essentiam sacrificii pertinere, ex *jure divino,* ita ut, si una tantum consecraretur species, sacrificium esset quidem *inchoatum,* sed *non perfectum.* Constat :

1) *Ex ipsa institutione :* Christus enim sacrificium cœnæ sub utraque specie obtulit, et præcipit ut idem ritus in sui commemorationem fieret ; ergo ad essentiam sacrificii missæ, *jure divino,* pertinet consecratio utriusque speciei.

2) Ex eo quod missa sit *repræsentatio sacrificii crucis :* in cruce enim sanguis a corpore Domini fuit separatus; atqui sacrificium missæ nonnisi utriusque speciei consecratione hanc separationem repræsentare potest ; ergo.

3) Ex *Ecclesiæ praxi.* antiquissima, hodie in *Cod.,* c. 817, ita expressa : " Nefas est, urgente etiam extrema necessitate, alteram materiam sine altera... consecrare"; quæ lex ita urgetur ut, etiam in regionibus ubi difficillime procuratur aut servatur vinum, nunquam in hac lege dispensetur.

II. Sub quo formali respectu in consecratione adsit ratio sacrificii?

740. *Sensus* quæstîonis est quomodo in consecratione inveniatur essentia sacrificii missæ, quomodo nempe Christus, vera hujus sacrificii victima, *offeratur* et *incruente immoletur.*

Jamvero diversa hac de re systemata ad tria genera revocari possunt : i° alia *physicam* et *actualem* immutationem requirunt; 2° alia tantummodo *symbolicam* aut *mysticam;* 3° alia putant *solam* requiri *oblationem* absque actuali immolatione victimæ^

741. i° *Systemata quæ physicam et actualem destructionem* requirunt.

(A) *S. Bellarminus, Lugo et S. Alphonsus* putant physicam destructionem victimae, quæ fit in communione, constituere simul cum consecratione, essentiam sacrificii. — Quæ opinio jam exposita et confutata fuit, n. 737-738.

742. (B) Juxta *Suarez t,* consecratio est sacrificium quatenus per eam *destruitur panis ut producatur Christus;* nam, inquit, ad sacrificium sufficit *immutatio transformativa* in *melius;* atqui hæc immutatio invenitur in consecratione qua *panis* et *vinum destruuntur* ut aliquid melius producatur, nempe Christi corpus et sanguis.

Quod tamen admitti nequit. Nam : 1) genuinae notioni transsubstantiationis adversatur, quæ requirit *intrinsecum nexum* inter panis destructionem et corporis Christi productionem (n. 669); 2) nec conciliatur cum vera notione sacrificii : si enim mutatio sacrificalis ponitur in *destructione panis,* non ipsa victima, i. e. Christus, mutatur, sed tantum panis; si vero ponitur in *productione corporis Christi,* omnino absonum videtur rem aliquam *sacrificari* quando et quatenus *producitur.*

' *De Euch.,* disp. 75, sect. 5; Scheeben, *Myst. des Christenth.,* § 72.

743. (C) Secundum *Lugo* [1] et *Franzelin* [2], consecratio ideo est sacrificium, quia per eam Christi humanitas ponitur in *statu decliviori* et ita *aquivalenter* immolatur, in quantum, sub speciebus panis et vini, in statu *cibi* et *fotus* ponitur, et ita naturali sensuum exercitio privatur.

Hoc autem systema *rejiciendum est.* Nam : 1) falso asserit Christum in altari esse sine quantitate dimensiva, in statu decliviori et ad naturales sensuum operationes inepto, cum Christus ipse non mutetur (sed solum panis et vinum) et vere in statu suo glorioso maneat, nn. 670, 697; 2) exinde sequeretur sacrificii essentiam in consecratione *unius speciei* validum esse; nam *status declivior* consecratione unius speciei producitur.

744. 20 *Systemata qua mysticam immolationem tantum requirunt.* Tria distinguuntur : (A) *Vasquez* [3] duplex distinguit sacrificii genus : *absolutum :* quod *ex se* rationem habet sacrificii, v. g., sacrificium crucis; et *relativum,* quod rationem sacrificii habet non *ex se,* sed ex alio, quale est sacrificium missæ quod suum valorem ex ipso sacrificio crucis obtinet. Jam vero ad sacrificium *absolutum* requiritur quidem mactatio victimæ; sed ad sacrificium *relativum* sufficit repraesentatio hujus mactationis; ita, in missa, per consecrationem cruentum Christi sacrificium repraesentatur.

Hoc autem systema prout *insufficiens* rejicitur; nam : 1) missa communiter habetur ut sacrificium non tantum relativum, sed etiam *absolutum,* ideoque aliquam immolationem, etsi incruentam, requirit, juxta *Tridentinum* [4] : "In divino hoc sacrificio idem ille Christus continetur et *incruente immolatur,* qui in ara crucis seipsum cruente obtulit"; quare instituit "se ipsum ab Ecclesia per sacerdotes signis visibilibus immolandum". 2) Revera sola repraesentatio alterius sacrificii, *quatenus précise est reprcesentatio,* non sufficit ad peragendum *actuale* sacrificium; sicut enim antiqua sacrificia non solum repraesentabant mortem Christi, sed simul *in se* aliquam immolationem habebant, ita sacrificium missæ non solum mortem Christi repraesentare debet, sed etiam aliquam immolationem prae se ferre.

747. (B) *LessiusS,* quem sequuntur *Gonet, Billuart, E. Hugon,* docet consecrationem esse verum sacrificium, quia *ex se* tendit ad veram et realem separationem sanguinis

[1] Disp. 19, sect 5. — a Th. XVI.

[3] In 3, disp. 222, c. 7-9; cfr. Coghlan, *De SS. Euch.,* p. 466 sq. ; J. Lebreton, *D. A.,* 1582-1583.

[4] Sess. XXII, cap. r et 2, D. B., 940, 938.

[5] *De perfect, divinis,* l. XII, c. 13, n. 97; cfr. Gonet, *Clyfeus,* disp. XI, a. 2, n. 61; Billuart, diss. VIII, a. 2, dico 3°; E. Hugon, p. 366-368.

a corpore efficiendam, quæ solummodo impeditur per divinam legem *concomitantia;* seu, aliis verbis, verba consecrationis *virtutem* habent hanc separationem efficiendi, ideoque adest immolatio non solum symbolica sed et virtualis.

Objicitur tamen consecrationem *ex se* non tendere ad separationem efficiendam; nam *ex se* tendit ad producendum Christum qualis est in statu suo naturali; atqui, post resurrectionem, Christus est in statu naturali impassibili et glorioso; ergo, non obstante vi verborum, Christus in eodem statu *ex se* producitur. — Respondet tamen *E. Hugon,* p. 367, "verba efficiunt præcise statum illum in quo ponuntur humanitatis partes in eucharistia. Vi ergo sui verba separationem important; imo efficiunt quando lex concomitantiæ illorum effectum non impedit" (ut factum fuisset in triduo mortis).

748. Ad præfatam difficultatem vitandam, *L. Billot*[1], cum non paucis discipulis, docet consecrationem esse actionem sacrificativam, non quatenus *ex se* apta sit ad mortem inferendam nisi alia causa impediatur, sed quatenus per consecrationem Christus sub speciebus sacramentalibus sistitur in *externo habitu mortis,* qui aptus est ad immolationem mysticam huic sacrificio propriam. Quando enim victima sub aliena specie offertur, necesse non est ut realiter immoletur, sed satis est ut præsens sistatur sub externo habitu mortis. Atqui *vi verborum* corpus et sanguis sensibus nostris ita exhibentur ac si essent separata in morte. Ergo Christus coram Ecclesia apparet in statu mortis, et id sufficit ad repræsentandum Deo valorem crucis infinitum nobis applicandum, simulque infinitas adorationes quas nomine Ecclesiæ, cujus est caput, Patri actualiter offert.

Objicitur tamen in hac theoria immolationem Christi in altari esse *mere symbolicam,* ideoque sacrificium missæ non esse *in se* sacrificium proprie dictum, cum victima non immoletur vere, sed secundum *apparentiam externam tantum.* — Respondetur autem: hæc difficultas valeret, si ageretur de sacrificio independente a sacrificio crucis, in quo *nova* satisfactio requireretur. Sed in missa nova satisfactio non præbetur, sed ea offertur infinite abundans quæ jam in cruce oblata fuit ad applicandum nobis fructus sacrificii crucis, et ad gloriam Dei promovendam. Atqui, ad hunc

[1] Th. LIV, § 3; cfr. Van Noort, n. 469-475; L. Labauche, p. 303. — Cui opinioni affinis theoria quam proponit H. Lamiroy, *De essentia sacr. missa,* 1919, asserens Christum poni in statu immolationis. *Ami du Clergé,* 1921, p. 458 sq.

finem obtinendum, sufficit ad verum sacrificium externus habitus immolationis, præsertim cum conditio victimæ, sub aliena specie præsentis, non aliam immolationem patiatur.

749. 30 *Systemata quæ solam oblationem requirunt sine actuali immolatione.* Duo sunt praecipua.

(A) *M. de la Taille* [1] ita rem *exponit,* i) Duo sunt sacrificia in N. Lege : sacrificium a *Christo* oblatum et sacrificium quod *Ecclesia* offert.

(a) Sacrificium *ipsius Christi offertur* in Ccena, *completur in cruce* per immolationem et continuatur *in calo* modo tamen *passivo.* i) Itaque cœna et crux non sunt duo sacrificia distincta, sed *unum* sacrificium : " In ccena *inceptum* est sacrificium illud quod in *cruce* erat *consummandum.* Reperitur quidem *immolationis realitas* in passione mortis; at in *symbolica immolatione cana* elucet potissimum oblationis liturgicæ proprietas. *Unum* proinde numero fuit sacrificium redemptionis in cruce et in ccena; nec computandum unum sacrificium præliminarium in ccena, alterum in cruce succidaneum; sed in ccenaculo *incruenta* oblatio fiebat *cruenta* immolationis in calvaria perpetiendæ " [2].

Etenim ad sacrificium, præter immolationem victimæ, requiritur ejusdem oblatio *sensibilis, ritualis* et *liturgica :* immolatio fit quidem in cruce, sed oblatio fit in ccena et continuatur in tota passione, et ita apparet unitas amborum partium constitutivarum.

2) Sacrificium Christi, " oblatum in ccena et redditum in passione *consummationem* aliquam accepit in resurrectione et ascensione, perseveratque in aeternum..., evasit quidem per resurrectionem gloriosum, per ascensionem caeleste; immortalitas autem vitæ ætemæ illud effecit perenne... Perseverat igitur Christi sacrificium, *non* quidem *activum ;* sacrificatio enim transit, nec iteratur..., sed perseverat utique sacrificium *passivum :* hostia enim durat in suo esse hostiæ acceptatae " [3].

(b) Ex hac doctrina fluit natura sacrificii missæ quod *Ecclesia* offert. Cum enim Christus maneat in statu victimae, non indiget de novo immolari : consecratione enim in altari ponitur ut *hostia jam immolata* et perseverans in suo esse hostiæ; nihil igitur manet nisi ut hæc hostia ab Ecclesia offeratur, prout fit in sacrificio missæ.

Quod melius intelligitur ex comparatione inter *canam* et *missam.* 1) In ccena Christus offertur ut hostia mox *immolanda;* in altari,

[1] M. de la Taille, *Mysterium fidei,* 1921 ; *Esquisse du Mystère de lafoi,* 1924; *The last Supper and Calvary, a reply to Critics* in *Eccles. Review,* jily and august 1924, pp. 1-23, 122-145.

[2] *Mysteriumfidei,* p. IOI. — [3] *Op, cit.,* p, 130-143.

ut hostia jam immolata 2) In cœna Christus seipsum offert ad crucis immolationem; in altari, per Ecclesiam, ministerio sacerdotum offertur.

Paucis verbis, *unica* fuit Christi immolatio, et quidem *in cruce* peracta; sed plures factæ sunt aut fiunt *oblationes* unius ejusdemque hostiæ, in cœna, in cruce, in cælo, in altari.

750. *Critica.* Hæc synthetica expositio sacrificii Christi acutum simul et profundum ingenium certe ostendit; sed pauca in hac expositione rejicienda videntur

1) Admitti nequit cœnam et immolationem crucis *unum* constituere sacrificium: nam *Tridentinum* duas oblationes agnoscit, unam in ccena, alteram in cruce : " Deus et Dominus noster, etsi semel seipsum in ara crucis morte intercedente Deo Patri *oblaturus* erat (en oblatio crucis)... in ccena novissima... corpus et sanguinem suum, sub speciebus panis et vini, Deo Patri obtulit (en oblatio cœnæ). Duo igitur sunt sacrificia distincta, unum *incruentum,* secundum ordinem Melchisedech, in ccena ; alterum cruentum in cruce (supra, n. 727).

2) Nec admitti potest sacrificium crucis *ex se,* absque prævia oblatione cœnæ, *non sibiplane sufficere.* Id enim adversatur *Tridentino* supponenti crucis sacrificium *in se* et *ex se,* independenter a cœna, esse sacrificium plenum et perfectum : " Qui (Christus) in ara crucis semel seipsum cruente obtulit... " 3. Adversatur pariter communi Patrum et theologorum doctrinæ asserenti sacrificium crucis esse sacrificium *per excellentiam, omnino* et *in se* perfectum, ad quod tanquam ad centrum cetera referuntur. — Revera sacrificium crucis, ab ipso Christo libere oblatum, nulla indigebat rituali aut liturgica oblatione; hæc quidem necessaria esse potest in sacrificiis a societate institutis, ut clare appareat eorum sacrificalis natura, sed minime requirebatur in sacrificio cujus Christus ipse erat sacerdos simul et hostia, Christus, inquam, qui, a primo instanti, a Deo ut sacerdos consecratus fuerat, et jam seipsum ut victimam obtulerat : " *Ecce venio ut faciam, Deus, voluntatem tuam* " 4, hanc oblationem sæpius ac libere per totam vitam renovaverat, ac moriens in cruce perfecit dicens : " *Consummatum est* " 5.

3) Nec ulla apparet ratio cur distinguatur sacrificium duplex, unum a Christo, alterum ab Ecclesia oblatum. — Nam Christus ipse est *principalis offeretis* sacrificii missæ sicut et sacrificii crucis,

' *Ami du Clergi,* 1923, p. 65 sq. ; E. Hugon, *Revue thomiste,* juL-sept. 1922; Barrois, *Rev. des Se. phil. et thdol.,* april. 1925.

' Sess. XXII, cap. i; totum legatur caput, D. B., 938.

1 Sess. XXII, cap. 2, D. B., 940. — 4 *Hebr.,* X, 9. — 5*Joan.,* XIX, 30.

sacerdos autem non est nisi *secundarius offerens :* " Idem nunc offerens sacerdotum ministerio qui seipsum tunc in cruce obtulit " [x].

4) Neque dici potest Christum in cælo pro nobis interpellare modo *mere passivo. Nam, in* evangelio et epistolis, Christus exhibetur tanquam *active orans* ut Pater Spiritum mittat, et semper vivens ad interpellandum (active sane) pro nobis.

75U (B) Difficultates prætati systematis devitat *schola oratoriana - sæc.* XVIII', etsi in alias incidat

(a) *Exponitur.* Juxta hanc scholam, sacrificium essentialiter consistit in *oblatione,* n. 719.

i) Christus, a Deo unctus *sacerdos* a primo instanti suæ conceptionis, eodem momento Patri sese offert ut *victimam,* et hanc oblationem sæpius in vita renovat, sed præsertim in sua passione. — Oblatio autem *perficitur* in ara crucis, in qua vere mactatur; hæc autem immolauo non est ipsa sacrificii essentia, sed conditio a Deo imposita ut sacrificium sit omnino acceptable et propitiatorium. — *Consummatur* in resurrectione et ascensione, quibus ostenditur sacrificium Christi esse Deo acceptable.

2) Sacrificium Christi *in calo continuatur :* Dominus enim non cessat ibi esse sacerdos, semper vivens ad interpellandum pro nobis; non potest utique pati aut mactari, sed Patri indesinenter offert praeteritas passiones et mortem, ad Eum glorificandum nobisque fructus suæ passionis applicandum, simulque renovat interiores religionis sensus jam in sua vita, passione et morte expressos, ex quibus desumitur externi sacrificii valor.

3) Exinde intelligitur in quo consistat sacrificium missæ : Christus siquidem, vere et realiter sub speciebus præsens, ibique per separationem specierum crucis immolationem mystice repraesentans, seipsum actualiter offert ut victimam jam immolatam, simulque de novo exprimit interiores religionis sensus in cruce et cælo elicitos. Ita verum habetur sacrificium, relativum et absolutum : *relativum* quidem, quia, per separationem specierum, repraesentatur immolatio in cruce peracta, *absolutum,* quia *nava* adest oblatio suiipsius, per ministerium sacerdotis et quidem modo visibili manifestata, quæ ad essentiam veri sacrificii sufficit.

x *Trident.* sess. XXII, cap. 2, D. B., 940.

' Ad rem S. Thomas : " Alio modo potest considerari occisio Christi per comparationem ad voluntatem patientis, qui *voluntaru se obtulit passioni*^ et ex hac parte habet rationem hostiæ ", (3, q. 22, a- 2, ad 2).

752.(b) *Critica,* i) Multa quidem in hac synthetica expositione omnino Traditioni consentanea sunt, nempe oblationem esse essentialem sacrificii partem, — praecipuum sacrificii valorem ex interioribus religionis sensibus oriri, — missam esse vere sacrificium a sacrificio crucis distinctum, illud repraesentans simulque suam vim ab eo desumens, — principalem ministrum esse Christum, secundarium autem esse sacerdotem quatenus hic est alter Christus, etc.

2) Sed pauca tamen contra hanc theoriam *objiciuntur :* non enim constat *solam oblationem,* absque aliqua immolatione, ad sacrificium proprie dictum sufficere, cum, teste S. Thoma, non omnis oblatio sit sacrificium. — Nec oblationem Christi in cælo esse sacrificium *proprie dictum,* etsi Christus active seipsum offerat atque pro nobis intercedat, cum deficere videatur illa *mystica immolatio,* quæ cum oblatione ad verum sacrificium probabilius requiritur : adest quidem sacrificium *late sumptum,* præsertim *latreuticum,* quod nomine omnium electorum offert summus sacerdos, et quidem modo perfectissimo; sed, deficiente omni immolatione, non videtur esse sacrificium proprie dictum.

753. Conclusio. In tanta opinionum diversitate, quæ *probabiliora* videntur, exponemus. Putamus sacrificium missæ essentialiter consistere in *consecratione,* quatenus hæc est *simul oblatio* et *mystica immolatio,* ita tamen ut oblatio sit veluti *forma,* et immolatio *materia* hujus sacrificii; seu, aliis verbis, missa consistit in *oblatione victimæ mystice immolatae.*

(a) Communiter enim admittitur, contra *Vasquez,* missam esse sacrificium non solum *relativum,* sed etiam *absolutum :* 1) ut *relativum,* est vivida *repraesentatio* sacrificii crucis : *idem* est *offerens principalis,* nempe Christus, sub speciebus vere latens, summus sacerdos semper vivens ad interpellandum pro nobis, qui seipsum offert sacerdotum ministerio; *eadem* est *hostia,* Christus olim in cruce immolatus, cujus immolatio per specierum separationem repraesentatur; iidemque *fructus,* qui in missa actualiter applicantur; 2) ut *absolutum,* aliquam immolationem prae se ferre debet, non quidem cruentam, cum hæc post resurrectionem sit impossibilis, sed *incruentam* ideoque *mysticam.*

(b) In quo autem consistat hæc mystica immolatio? Duæ opiniones sunt vere probabiles : 1) sententia *L. Billot*

η. 748, qui censet ad sacrificium sub specie *aliena* oblatum sufficere immolationem *externam* et *apparentem ;* 2) sententia quorumdam *thomistarum,* n. 747, qui putant non sufficere mere apparentem immolationem, sed requiri *virtualem,* in quantum verba consecrationis *ex se* virtutem habent separandi corpus a sanguine, etsi *de facto* nulla separatio fiat propter concomitantiam corporis et sanguinis sub alterutra specie.

(c) Utrique tamen explicationi addendum est Christum, sub speciebus vere latentem in statu victimae, nomine proprio et totius societatis, Patri offerre *interiores sensus religionis,* nempe adorationis, gratitudinis, pænitentiæ; et pro tota societate Christiana novas gratias postulare gemitibus inenarrabilibus; et ex hac præsertim interna oblatione, exterius manifestata, ut supra dictum est, fluere efficaciam hujus sacrificii, cum Deus respiciat magis ad interiores amoris et obedientiæ sensus quam ad externam immolationem [x].

754. Corollarium : comparatio sacrificii missæ cum sacrificio crucis et sacrificio cœnæ.

Ex hucusque dictis colligi possunt similitudines et discrimina inter sacrificium missæ et sacrificium crucis aut cœnæ.

i° Comparatio sacrificii missæ et sacrificii cnicis.

Sacrificium Missæ est idem *substantialiter* ac sacrificium crucis ; in utroque enim *eadem* est *hostia, idem principaliter offerens,* juxta *Trident. 3 :* " Una eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio qui seipsum tunc in cruce obtulit"; ideoque iidem effectus, nam missa applicat fructus sacrificii in cruce peracti : " oblationis cruentæ fructus per hanc incruentam uberrime percipiuntur "[3].

Differt tamen *accidentaliter* missa a sacrificio crucis : (a) *modo offerendi :* in cruce Christus oblatus est cruente, in altari incruente offertur ; (b) ratione *offerentis :* in cruce

[1] Quod quidem, jam a S. Thoma breviter expositum, et, post eum, a ceteris theologis, clarius ac fusius a schola oratoriana declaratum fuit. Cfr. Lepin, «Z, p. 489-496, 749-756.

[2] Sess. XXII, cap. 2, D. B., 940. — [3] *Ibidem.*

Christus *solus* et *directe* seipsum obtulit, in missa se offert sacerdotum ministerio, qui vere sunt ministri, licet secundarii, instrumentales atque a Christo dependentes; (C) ratione *victimæ*^ quæ in cruce erat passibilis et mortalis, dum in missa est impassibilis et immortalis; (d) ratione *effectuum :* in cruce solutum est pretium redemptionis, in altari nihil novi meretur, sed solum merita crucis nobis *applicantur.*

Missa itaque essentialiter pendet a sacrificio crucis.

2° Comparatio sacrificii missæ et sacrificii cœnæ.

Sacrificium missæ pariter idem est substantialiter ac sacrificium in ultima coena peractum : eadem est hostia, idem principalis offerens. Ab eo tamen differt *accidentaliter :* (a) ratione *hostiæ,* in coena oblatus est Christus mortalis, in missa offertur immortalis; (b) ratione *offerentis,* in coena Christus per se ipsum obtulit sacrificium, in Missa per manus sacerdotis illud offert; (C) ratione *relationis ad mortem Christi,* coena significabat mortem Domini in cruce futuram, dum Missa significat mortem jam praeteritam.

Art. III. De effectibus sacrificii missæ

Ex essentia sacrificii missæ fluunt ejus effectus seu efficacia ad Deum glorificandum hominesque sanctificandos.

Dicemus : i° *Quinam* sint. 2° *Quomodo* producantur. 3° Quisnam sit *valor* sacrificii Missæ.

§ I. Quinam sint effectus sacrificii missæ ?

755. Modo generali sacrificium missæ eosdem effectus producit ac sacrificium crucis, cum sit idem substantialiter. Est igitur *lati^ulicupTfizA* agnoscendum supremum Dei dominium ; *eucharïstÎcuiïi,* ad gratiasJDeo agendas pro præteritis beneficiis offertur; *impelratorium,* ad nova beneficia obtinenda dirigitur; *pfopitiaioidum,* ad Deum placandum, pro peccatis, poenis et satisfactionibus offertur.

'I Suarez, disp. 79 ; S. Bellarminus, l. VI, c. 1-7; Lugo, disp. IX, sect. 9 Drouin, p. VII, c. 2; Billuart, diss. VIII, r. 3; Franzelin, th. 12-13 Rosset, n. 1167 sq. ; Stentrup, th. 98-110; L. Billot, th. LX ; E. Hugon, p 374-3S5-

Erraverunt Protestantes, speciatim negantes missam vim habere propitiatoriam aut impetratoriam.

756. *Thesis :* Sacrificium Misssg ηρη*soïunÎïatreu-^' ticum est et eucharisticum, sed énam^iînpetratorium, et propitiatorium.

De fide est, ut constat ex *Trid. :* " Si quis dixerit, Missæ ~ sacrificium tantum esse *laudis* et *gratiarum actionis,* aut nudam commemorationem sacrificii in cruce peracti, non autem *propitiatorium* r; vel soli prodesse sumenti, neque pro vivis et defunctis, pro peccatis, poenis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus offerri debere : A. S. " a.

757. *Probatur argum. generali :* (a) Ex dictis supra, sacrificium missæ idem est substantialiter ac sacrificium crucis, ac proinde eosdem effectus substantialiter producere debet : nam, juxta liturgiam, " quoties hujus hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur"; et juxta *Tridentinum :* "cujus quidem oblationis cruentæ fructus per hanc (missam) uberrime percipiuntur". Atqui sacrificium crucis quadruplicem effectum supra recensitum habuit, ut fatentur ipsi Protestantes ; ergo.

(b) Insuper sacrificium missæ sacrificiis antiquæ legis successit, ut constat ex textu Malachiæ supra exposito, immo eis valde præstat; atqui sacrificia A. Legis hunc quadruplicem effectum obtinuerunt, ut in *Tr. de Verbo Ineam.* (n. 1209) exposuimus. Jure ergo *Trident. 3* de oblatione sacrificii Missæ ait : " Hæc denique illa est, quæ per varias sacrificiorum, naturæ et legis tempore, similitudines figurabatur; utpote quæ bona omnia, per illa significata, velut illorum omnium consummatio et perfectio complectitur".

758. *Argumento speciali.* Quia vero *Protestantes* modo speciali negaverunt missæ sacrificium esse propitiatorium et impetratorium, argumenta specialia contr^ illos adducimus.

(A) Quoad effectum *propitiatorium.* (a) l^ern est sacri- ▬▬▬▬MΓ cis, cujus merita applicat. Atqui, in cruce Christus fuit propitiatio pro peccatis nostris.

l Qnæ vox, tempore *Tridentini,* designabat non solum id quod hodie *propi· (ia/arium* vocamus, sed etiam *impetraiorium* effectum, quia Deum propitium reddendo, eum inclinamus ad novas gratias largiendas.

' Sess. XXII, can. 3, D, B., 950. — 3 Sess. XXII, cap. 1, D. B., 939.

XS

(b) Christus, sacrificium cœnæ offerendo, expresse dixit : " Hic est sanguis meus... qui pro multis effundetur in *remissionem peccatorum* " 1 ; atqui sacrificium missæ idem est ac sacrificium cœnite : " Hoc facite in meam commemorationem"; ergo missa in remissionem peccatorum offertur.

(c) Confirmatur ex antiquis *Liturgiis,* in quibus missa offerri dicitur pro peccatis et ignorantiis populi, ad expianda delicta, in veniam delictorum populi, in requiem et refrigerium patrum nostrorum, qui obdormierunt 2

(d) E *Tridentino* : " Docet sancta Synodus sacrificium istud vere*propitiatorium* esse, per ipsumque fieri ut, si cum vero corde et recta fide, cum metu et reverentia, contriti ac pœnitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur et gratiam inveniamus in auxilio opportuno." (D. B., 94θ·)

(B) Quoad effectum *impetratorium,* res constat (a) ex variis *liturgiis,* in quibus declaratur Missam offerri pro communi ecclesiarum pace, pro recta mundi compositione, pro iis qui infirmitatibus laborant, qui afflictionibus premuntur, uno verbo pro omnibus beneficiis spiritualibus et temporalibus 3.

(b) *Rat. theologica.* 1) Sacrificium missæ nobis applicat merita sacrificii crucis; atqui in cruce Christus nobis meruit bona tum spiritualia tum corporalia ad salutem conducentia; ergo. 2) Aliunde, ut animadvertit S. *Bellarminus* 3, " si oblatio eucharistiæ pro pepcatis dimittendis valet, certe etiam pro aliis necessitatibus, quæ a peccatis ortæ sunt, valere debet " 4.

Nec obstat Christum non esse nunc in statu orandi ; licet enim Christus in cælo vel in SS. Sacramento non oret ea ratione quæ defectum potestatis importat, vere tamen Patri suam voluntatem repræsentat circa ea quæ vult hominibus concedi ; et hæc est oratio late sumpta, quæ eo efficacior est in divino sacrificio quo Dominus acceptabilior est apud Patrem.

(C) Quoad *utrumque* probatur e *Patribus,* inter quos allegare sufficiat : 1) Pro *Græcis, S. Cyrillum Hierosol.s*

' J/αZ/Λ., XXVI^S.

'TFTSTC . Hieros., *Catech. myst,*9 V, n. 10, *P. G.,* XXXIII, 1117; *Consi. Apostole* ap. Kirch, n. 616, etc.

3 Ap. Kirch, n. 617-619. — 4 *De missa*9 1. II, c. 3.

5 *Catech. myst., N*9 8-9, *P. G.,* XXXIII, il 16; Journel, 851-852.

cujus catecheses doctrinam catholicam ita exprimunt ; " Super illam propitiationis hostiam obsecramus Deum *pro communi ecclesiarum pace,* pro recta mundi compositione, pro imperatoribus, pro militibus et sociis, pro iis qui infirmitatibus laborant... et universim *pro omnibus qui opis indigent...* Postea recordamur eorum quoque qui obdormierunt... deinde et *pro defunctis* sanctis patribus et episcopis et omnibus generatim qui inter nos vita functi sunt, maximum hoc credentes adjumentum illis fore, pro quibus oratio defertur, dum sancta et tremenda hic jacet victima

2) Pro *Latinis,* audiatur S. *Augustinus* l propitiatorium effectum describens : " Hoc enim a patribus traditum *universa* observat *Ecclesia,* ut pro iis, qui in corporis et sanguinis Christi communione *defuncti* sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur ac pro illis quoque id offerri commemoretur... Non omnino ambigendum est ista *prodesse defunctis,* sed talibus qui ita vixerint ante mortem, ut possint iis hæc utilia esse post mortem..." — Effectum autem *impetratorium* produci asserit S. *Gregorius M.2* : " Hinc ergo pensemus quale sit pro nobis hoc sacrificium quod pro absolutione nostra (i. e., pro salute) passionem unigeniti Filii semper imitatur

§ II. Quomodo producuntur effectus SACRIFICII MISSÆ.

759 I. Praenotanda... (A) *Varii offerentes.* In missa tres sunt offerentes : 1) *Christus,* principalis offerens, çujus oblatio est infiniti valons *ffs^cêrdos,* secundarius oîfërens? qui ■'nomifiél. Christi ' ritum sacrificalem perageris pc&iit opus quod est latreuticum, satisfactqnum et meritorium^ 3) *Ecclesia,* quæ per sacerdotem sacrificat, et cujus preces' efficaciam habent specialem, quia est sponsa Christi.

(B) *Varii modi* quibus sacrificium missæ operan potest. Effectus obtinentur : (a) *tx'opéré' operato* vel ex *opere ope-'rantis':* 1) priori modo, si ex *dignitate victimes oblatæ* et

rentium; 2) *ex opere operantis,* st obtinentur ex merito Ecclesiæ, shcèrâbtis âut fidelium?'

b) Vel *infallibiliter* aut *fallibiliter* 1) *infallibiliter,* qbando producuntur semper,' môdoïàcrificîufn validum sif'; 2) *fallibiliter,* quando effectus pendent a conditione quæ deesse potest.

(C) *Immediate* vel *mediate,* prout effectus sine aliquo medio obtinentur, vel mediante alio effectu.

760. (C) *Modus mio pjOducupitijr ec(us ex parte offerentium. Exparte Ch l,* qui t _ palis, offerens et simiil hostia infiniti valons, omnes effectus sacrificii producudtur *ex opere operato.* Nam ipse applicat satisfactiones et merita suæ passionis ac mortis, ideoque efficacia sacrificii, ex hoc capite, tota fluit ab infinita dignitate ejus personæ, independenter a dispositionibus et· meritis ceterorum offerentium ; et sane nulla est ratio cur omnes effectus, etiam impetratorius, non producantur *ex opere operato,* dummodo nullus sit obex ex parte eorum quibus fit applicatio.

(b) Ex parte *sacerdotis,* missa, prout est actio personalis, est valde excejlens propter excellentiam ipsius sacrificii ab eo peracti ; séa opéfàtürZ^hnâneffectus&&r^ <!^r^' *opefanli^* iHeoq^^éér^ë^ctius^^^^Tervëntrôr est oblatio missæ; si igitur sit in statu gratiæ, hæc actio est non solum latreutica, sed etiam meritoria *cie condigno,* satisfactoria et impe-

p0s,sît^rif dunreffectus satisîactô'i' 'l'

(c) Ex parte *Ecclesiæ,* oblatio missæ est *latreutica, eucharistica* et *ivipetratoria, non* autem *meritoria* aut *satisfactoria,* quia, cum sit corpus morale, mereri aut satisfacere nequit; sed, cum sit sponsa Christi, est quidem *ex cpere operantis* sed *infallibilis,* quia non pendet a sanctitate sacerdotis aut fidelium; — et tamen eo efficacior quo sanctiora sunt membra ex quibus hic et nunc constat, cum merita membrorum in ipsam Ecclesiam redundent.

761. II. Doctrina theologica : i° Effectus *latreuticus* et *eucharisticufV^y*

Ex parte Christi, producitur ex opere operato, infallibiliter et *immediate.* Certum est

Etenim, independenter a sanctitate et merito sacerdotis vel fidelium, per solam immolationem Christi in altari, Deus perfectissimam adorationem et eximias gratiarum actiones accipit, cum ibi renovetur adoratio et laus condigna, olim in cruce divinæ Majestati oblata hæc est oblatio quæ " nulla indignitate aut malitia offerentium inquinari potest "[1].

Ex parte *sacerdotis, ex opere operantis,* et quidem *infallibiliter,* dummodo bonis dispositionibus præditus sit

762. 2° Quoad effectum *propitiatorium,* distinguendum.

(A) Ex parte *offerentium,* Christi, Ecclesiæ et sacerdotis, ut supra, n. ;6o.

(B) Ex parte eorum *pro quibus* missa offertur, distin-

ex opere operato, sed mediate tantum^ et. non infallibiliter : " **Hujus oblatione pïa-**catus Dominus gratiam et donum pæriïtentîæ^concedens, peccata etiam ingentia dimittit "[2]? Christus siquidem seipsum tanquam victimam offert, ut suæ satisfactiones nobis applicentur; Deus'autem, hac oblatione placatus, gratiam pænitentiæ peccatoribus concedit Hic tamen effectus *non* producitur *infallibiliter,* quia, licet peccator recipiat gratias actuales ad pænitentiam agendam, dispositiones requiruntur quæ deficere possunt.

(b)Q na *temporalis, peccatis debita, per tnficium missie^ex opere opprato, immediate,* [3] *iiifallibiliter remittitur, saltem partialiter^.* Remittitur :l:) *ex opere operato.* Nam, ex *Tridentino,* missa offertur pro vivis atque defunctis, pro poenis et satisfactionibus; atqui pœnæ, ab animabus

1 *Trident.* sess. XXII, cap. 2, D. B., 940.
2 *Trident.y* sess. XXII, cap, 2, D. B., 940.
3 Praetermittimus poenam *aternam,* quæ simul cum culpa remittitur,

Purgatorii solvendæ, non possunt remitti ex opere operantis, cum animae sint incapaces merendi et *active* satisfaciendi; ergo pro eis pœnæ remittuntur ex opere operato, seu independenter ab earum merito. 2) Remittitur *immediate,* cum hic agatur de merâ condoriàtione pœriæ f *infallibiliter,* cum nullajïlîà conditio requiritur 'praetei^ rehiissionem culpæ ; 4) *hon . semper ex integra* ifenepiâcitum jjp'rætcrea mensbra remi positionibus eOrum pro quibus offertur

763. 30 *Effectus impetratorius sacrificii missæ obtinetur quidem ex opere operato, sed per modum impetrationis, non autem infallibiliter.* Ita *communiter.*

(a) Producitur *ex opere operato :* nam *Trid.* declarat missam offerri non solum pro peccatis, poenis et satisfactionibus, sed etiam pro " *aliis necessitatibus".* Hæ autem necessitates nihil aliud sunt nisi bona spiritualia vel temporalia, quibus indigemus; ergo saenneiuni missæ gratias illas' obtinet. Revera Christus, seipsum offerendo, rogat Patrem, ut, propter merita sua, gratiæ nobis tribuantur; porro ejus preces non possunt non exaudiri.

(b) *Non autem infallibiliter :* nam, quamvis sacrificium missæ *ex se* sk efficax ad. gratias obtinendas, hae' tamen sequuntur legèrff impetrationis^ ideoquè non recipiuntur 'nisi adsint requisftæ.conditiones ex parte postulantis, eorum 'proquibüs postulantur, et pbjecti qi quæ conditiones aliquando deficere possunt.

7b4. 40 *Tandem omnes effectus supra descnptz producuritur etiam ex opere operantis. Certum est.* Nam, præter intrinsecum valorem, duo sunt consideranda in sacrificio missæ : preces sacerdotis celebrantis necnon fidelium, qui et ipsi aliquo modo offerunt, et preces Ecclesiæ, cujus nomine offertur sacrificium. Atqui ex utroque capite sacrificium vim aliquam desumit, et quidem eo majorem quo sacerdotis et astantium preces sunt ferventiores, et eorum cum Christo unio, principali offerente, intimior; ergo ex opere operantis fructus missæ augentur.

1 S. Thoin., 3, q. 79, a. 7, ad 2.

765. Corollaria ; (A) Missa sacerdotis, in statu mortalis peccati celebrantis, æque valet ac missa boni sacerdotis, quoad effectum *principalem* qui provenit *ex opere operato* ipsius Christi vel *ex opere operantis Ecclesiæ;* nam duplex ille effectus a voluntate sacerdotis non pendet; quo sensu dicit *Tridentinum* : " Et hæc quidem illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate aut malitia offerentium inquinari potest ". Sed fructus *secundarius,* qui ex orationibus sacerdotis, ut privatæ personæ, provenit, evidenter ex ejus devotione pendet, ac proinde, sub hoc respectu melior est missa boni quam mali sacerdotis 1 (cf. n. 778).

(B) Proinde sacerdos qui, accepto stipendio, missam in statu mortalis peccati celebravit, obligationi suæ substantialiter satisfecit; convenit tamen ut piis orationibus compenset quod defuit ex parte fructus secundarii. _>--/'··

§ III. De fructibus et valore missæ.

I. De fructibus missæ.

' 766. Fructus^ missæ sunt *'bonajjuce homipifois confefuntufintuitu hujus sacrificii.* Differunt ab ejus finibus et effectibus.

Ratione *personarum* quibus confen

tmgui^iructus>j (a;, *generalis,* cujus participes sunt omne! fideles, sive'vivf stve defuncti, et *indirecte* infideles? ûf'fianî Ecclesiæ membra. *'-tTTt rJ^.t va.* . , . ?

(b; *Specialis,* seü *medius, intentionalis,* quem sacerdos celebrans *determinatis personis* "et pro *determinato fine* applicat?

(C) *Speciatissimus,* qui celebranti sacerdoti ita *proprius* est ut aliis cedi nequeat, saltem totaliter.

II. De valore missæ

767. i° Notio et species. Valor missae est *virtus intrinseca* quam missa ex *dignitate sua* habet certos effectus producendi. Quare valor est veluti *causa* fructuum.

Hic autem valor spectari potest dupliciter : i) *in se,* seu, ut aiunt, in *actu^primo,* quoad *sufficientiam;* 2) quoad suam *Realem efficaciam* et applicationem, seu in *actu secundo.*

768. 2° Doctrina theologica. (A) *Valor missæ, in sc spectatus seu in àctu primo, eïl infinitus intensive et extensive.* Certum est.

(a) *Intensive.* Id enim est infiniti valoris intensive, in quo Deo offertur victima infinite pretiosa, et quidem a sacerdote infinitae dignitatis. Atqui in missa victima et principalis offerens est Christus ipse, qui, ut persona divina, est infinitæ dignitatis. Ergo missa *in se* infinitum valorem habet intensive.

(b) *Extensive.* Valor infinitus *extensive* is dicitur qui se extendit ad omnes effectus, et non minuitur ex eo quod pluribus applicatur. Atqui missa, cum sit oblatio victimæ infinitæ facta-a sacerdote infinitæ dignitatis, sufficiens est *in se* ad omnia peccata expianda omniaque bona impetranda, etiam pro omnibus hominibus. Ergo missa *in se* valorem habet infinitum extensive.

Ratio utriusque asserti desumitur ex eo quod sacrificium missæ sit substantialiter idem ac sacrificium crucis, ideoque eosdem effectus producit. Atqui sacrificium crucis, propter dignitatem victimæ et offerentis, est infiniti pretii.

,-769. (B) *Valor missæ, in actu seçundp^quoad efficaciam, est znfinitus quoad effectum latreuticum, nnitus autem quoad*

(a) Quoad effectum *latreuticum* (ideoque eucharisticum), infimtusi; nam, etiam in una missa, a Christo Deo offertur adoratio et gratiarum iictib quæ, ex jam dictis, Deo infinite placet, ob dignitatem hostiæ et offerentis.

(b) Quoad effectum *propitiatorium* et *impetratorium,* missa in sua applicatione *finitos* fructus producit.

Etenim pÔëna peccatis debita non remittitur nisTsecunr dum dispositiones 'subjecti; et bona pariter secundum cujusque dispositiones largiuntur. Atqui hujusmodi dispositiones, quamtumvis perfectæ supponantur, sunt semper finitæ seu limitatæ. Ergo...

770. Qua occasione a theologis quæritur num sacrificium missæ, pluribus a sacerdote applicatum, *æqualiter singulis* prosit ac *sipro uno oblatum fuisset.*

Hic non agitur de fructu *generali,* cujus omnes fideles participes

sunt, et qui *certo* non minuitur pro numero fidelium; fideles enim assistentes simul cum sacerdote sacrificium offerunt, et pro multitudine offerentium multiplicantur oblationes, singulisque oblationibus respondet secus fructus. Nec de fructu *speciatissimo* qui sacerdoti celebranti proprius est ; unde si sint plures concelebrantes, ut in missa neo-sacerdotum, non minuitur fructus cuique proprius. Sed de fructu *speciali* seu *medio,* quem sacerdos determinatis personis applicat.

(a) Quibus nrænotatk

finitum in sua applicatione, roter oiures flmsüm,^inusrosmprô-. desse debet quani sPuni applicaretur; applicatio enim pendet ab' intentione sacerdotis; hæc autem, quando plura objecta simul comprehendit, minus determinate ideoque minus efficaciter in singula fertur. Nam, ut ait *L. Billot,* " hæc est natura actus humani, ut quanto-plura objecta per modum unius comprehendit, tanto minus determinate seu minus distincte feratur in singula ". Confirmatur ex damnatione propositionis ab *Alex.* P7Z infra relata, ex qua infertur contra justitiam peccare eum qui pro pluribus unum sacrificium offert; non enim ita esset, si sacrificium singulis prodesset ac si pro uno offerretur..

(b) *khxaffymtànt* quia saçrificium mi^a^tpote^demjub^ag^ tialiter ad sacpficium cru — ' ' — prodesse unicuique ac si

æqua

(c) Cum utraque opinio sit *probabilis, in praxi* certo peccaret contra justitiam sacerdos qui acceptis duobus stipendiis, unicum sacrificium offerret, ut constat ex damnatione hujus propositionis ab *Alex. VII* (1665). " Non est contra justitiam pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, et sacrificium unum offerre. Neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam, promissione etiam juramento firmata, danti stipendium, quod pro nullo alio offeram"λ Ratio est quia nemo debito *certo* satisfacere potest per solutionem *dubiam* *.

Potest tamen sacerdos, salvo jure illius pro quo missa offertur, ejusdem fructum intentione *secundaria* uni vel pluribus aliis applicare. Imo *expedit* ut, præter intentionem absolutam celebrandi

- Cajetanus, in 3"°, q. 79; Joannes a S. Thoma, disp. 32. a. 3; Gonet, *Clyfteus,* disp, il, a. 5, n. 99; Salmant, disp. 13, dub. 6; E. Hugon, p. 496. — Utramque opinionem expendit A. Michel, in *D. 7\ C.,* Messe, T294-129S.

3 D. B., il 10; et Codex, c. S25, 2°.

4 Unde damnatio hujus propositionis quæstioncm inter theologos agitatam non dirimit, sed præcavet abusus qui certo evenirent si una missa posset quis satisfacere obligationi ex pluribus stipendiis acceptis orire.

pro tali vel tali fine, habeatur conditionata intentio, quæ valeat in casu quo prior intentio valere nequit.

771. Missa pro seipso vivo. Multo magis expedit missas pro *seipso vivo* celebrare aut celebrandas curare quam pro seipso mortuo. Id enim aperte tradit *Benedictus XV*; " Considerandum præcipue est fructus, qui ex sacro percipiuntur, hominibus longe uberius vivis prodesse quam vita functis, cum iis bene animatis et dispositis, magis directe, certius atque abundantius quam his applicentur". Ita enim 1) *tutius* animæ nostræ providemus quam hæredibus bona relinquendo cum onere curandi ut missæ celebrentur post obitum nostrum; 2) insuper viventes *certius* participamus omnes fructus sacrificii quod non tantum defunctis sed etiam vivis prodest; et quidem *abundantius,* cum missis, pro nobis celebratis, assistere valeamus et bonis dispositionibus fructum uberiorem percipere. Quod quidem fidelibus exponere multum expedit.

Curent etiam Pastores sedulo fideles docere methodum qua pie ac devote missam audire valeant. " Sæpe ac diligenter doceant divini hujus sacrificii dignitatem ac præstantiam, uberrimosque fructus qui in pie ac devote Sacris stantes deriventur" '.

Art. IV. De ministro sacrificii missæ

772. Post dicta de existentia, essentia et effectibus missæ, de ejus *ministro* agendum est.

Minister *secundarius* missæ proprie dicitur *qui sacrificium peragit nomine Christi et vi potestatis ab eo accepter.*

Dicemus : i° de ipsa *ministri persona',* 2° de ejus *obligationibus.*

§ I. De ipsa persona ministri.

Duo expendemus : 1° *quisnam* sit minister; 2° quænam *dispositiones* in eo requirantur.

I. Quisnam sit minister sacriûcii missæ?ⵔ

773· Errores, (a) *Montanistæ* (sæc. III) contendebant potestatem consecrandi non solum viris sed et *mulieribus* competere.

(b) Sæc. XIII, *IValdenses* jus consecrandi concedebant omnibus et solis *viris probis,* idemque denegabant *improbis,* etiam sacerdotio initiatis, i' ' ' *'4*

* *C. Ball. II,* 365. Cf. Bona, *De sacrificio Missa;* Chaignon, *Le prêtre à l'autel;* Bacuez, *Le Divin Sacrifice;* C. Grimaud, *Ma Messe,* 1927.

J S. Thomas, 3. p., q. *82,* a. i, 2, 5; Suarez, disp. 77; S. Bellarminus, l. IV, c. 16; brouin, q. V'i, Billuart, diss. VIT, a. 1-2; Hervé, n. 145-164.

(c) *Lutherani* et *Calviniste* docuerunt omnes christianos esse sacerdotes, ac proinde potestate gaudere cœnam consecrandi

(d) *Janséniste,* essentiam sacrificii in sola communione reponentes, docebant fideles missæ assistentes, esse simul cum sacerdote, *vere* et *immediate* ministros sacrificii.

Quid de istis erroribus sentiendum sit declajabit sequens:

774. *Thesis:* Christus est quidem principalis minister sacrificii missæ, sed soli sacerdotes supt proprie ministri secundarii immediati, et cum eis fideles mediate offerunt.

Probatur per partes.

i° Christus ipse est principalis offerens. *Communiter ac vere* 2.

(a) E conciliis : i) E *Later. IV* 3. " Idem ipse *sacerdos* et sacrificium Jesus Christus 2) E *Tridentino* 4 : " Idem nunc *offerens* sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit ". Christus igitur, qui seipsum hostiam in cruce obtulerat, seipsum nunc offert sacerdotum ministerio. Atqui hæc verba intelligi nequeunt eo tantum sensu quod Dominus sacrificium missæ instituit, sed intelligi debent ac de facto communiter intelliguntur eo sensu quod *vere, proxinie_^principaliter* seipsum offert in missa novo voluntatis actu *(offerens).*

(b) Ex verbis *consecrationis.* Hæc enim verba " *hoc est corpus meum* " vera esse nequeunt nisi Christus ipse, ministerio sacerdotis, eadem tanquam principalis offerens sua faciat.

(c) E *Traditione :* 1) Inter *Patres,* pro Græcis audiatur S. *Chrysostomus* 5 : " Non enim homo est qui facit ut proposita (panis et vinum) efficiantur corpus et sanguis Christi, sed *ipse Christus,* qui pro nobis crucifixus est ". — Inter Latinos, S. *Ambrosius* 6 : " Etsi nunc Christus non videtur

* Cfr. Hodge *, vol. III, p. 690; Lichtenberger ·, *Encycfop.,* t. XI, p. 374.

' Ita contra paucos, quibus recenter adhæsit M. de la Taille, *Mysterium,* Elucid. IX, p. 103; *Elucid.* XXIII, p. 295, et alibi passim.

3 Cap. I, D. B., 430. — ⁴ Sess. XXII, cap. II, D. B., 949.

5 *De prodit. Judce,* hom. I, n. 6, *P. G.,* XLIX, 3S0; Journel, 1157.

6 *In ps.* 38, 25 ; Journel, 1260.

offerri, tamen ipse offertur in terris... imo *ipse offerre* manifestatur in nobis, cujus sermo sanctificat sacrificium quod offertur

2) Inter *theologos, S. Thomas f sæpe* asserit sacerdotem consecrare *in persona Christi,* non propria virtute sed sicut ministrum Christi, in *cujus persona* consecrat hoc sacramentum, sacerdotem gerere *imaginem* seu vices Christi; atqui id nil aliud significat nisi Christum esse principalem offerentem. Quod aperte declarant *Salmanticenses*[2] : " Atque ideo (Christus) est *immediatus* offerens in ratione præcipue sacerdotis, oblatione *formali, actuali* et *elicita* ",

(d) *Rat. theol.* Christus manet sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech; atqui sacerdotium suum non exercet secundum ordinem Melchisedech nisi offerendo, sacerdotum ministerio, corpus et sanguinem suum sub speciebus panis et vini.

775. 2° Omnes, et jsoli sacerdotes sunt .proprie ^loquendo imnisirfsecundariisacrïflcii missæ.

Defide est ex Trident. 3 : " Si quis dixerit his verbis : *Hoc facite in meam commemorationem,* Christum non instituisse Apostolos sacerdotes, aut non ordinasse ut ipsi aliique sacerdotes offerrent corpus et sanguinem suum, A. S. "

I. *Script.* (A) Ii soli potestatem habent eucharistiam consecrandi et sacrificium missæ offerendi, quibus Christus eam contulit. Atqui solis Apostolis eorumque in sacerdotio successoribus hanc potestatem contulit, dicendo : "Hoc facite in meam commemorationem"[4]. Etenim : ex *contextu* apparet solos Apostolos fuisse tunc præsentes in ccenaculo tanquam Christi convivas, ac proinde ipsis, ut *sacerdotibus,* non autem omnibus laicis hæc verba fuisse dicta.

(B) Ex *ep. ad HebræosS* offerre sacrificium est *proprium munus* sacerdotis Omnis namque pontifex... pro homi-

[1] *Sum. theol.,* 3, g. 82, a. 1 ; a. 3; a. 5; q. 83, n. i, ad 3.
[2] *De euchar.,* disp. 5CÏÏI, dub. 3, n. 49 50.
[3] Sess. XXII, can. 2, D. B., 949.
[4] *Luc.,* XXII, 19. — [5] *Hebr.,* V, I ; cfr. VIII, 3.

nibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut *offerat* dona et *sacrificia* pro peccatis Ergo non est munus cujuslibet christiani, sed solius sacerdotis.

776. II. *Tradit.* (A) *Ex Patribus,* (a) *Ineunte sæc. III* jam S. *Ignatius* validam esse eucharistiam " asserit quæ sub episcopo peragitur, vel sub eo cui ipse concesserit"[1]. S. *Justinus*[3] scribit *eunt qui fratribus præest* eucharistiam conficere; per hujusmodi verba designari episcopum vel sacerdotem patet ex eo quod postea additur sacram communionem *a diaconis* distribui.

(b) *Sæc. III* S. *Cyprianus* commendat presbyteris, qui detentos martyres invisunt, ut hoc caute faciant, "ita ut *presbyteri* quoque, qui illic apud confessores *offerunt,* singuli cum singulis diaconis per vices alternent, ne ex hoc invidia concitetur "[3]. Postea rem lucidius declarat[4] : " Utique ille sacerdos vice Christi vere fungitur qui id quod Christus fecit imitatur et sacrificium verum et plenum tunc offert in Ecclesia Deo Patri ".

(C) *Scec. IV* S. *Chrysostomus* scribit : " Oblatio eadem est, quisquis offerat, sive Paulus sive Petrus; eadem est quam Christus dedit discipulis et quam nunc *sacerdotes* faciunt "[5]; et in *Tr. de Sacerdotio* sacerdotum excellentiam extollit ex eo præcipue quod corpus et sanguinem Christi conficiunt[6].[7]

B) E *Conciliis,* præsertim *Nicæno I* reprobante diaconos ui, in quibusdam ecclesiis, jus sibi usurpaverant communionem presbyteris distribuendi[7] : " Nec regula nec consuetudo tradit ut ab his qui *potestatem non habent offerendi,* illi qui offerunt corpus Christi accipiant

(C' Ex *praxi Ecclesiæ ;* nam historice constat presbyteros, non sine magno vitæ periculo, in carceres penetrasse, ibique sacrificium missæ obtulisse, ut martyres sacris mysteriis

[1] *Sniym.,* VIII, i, *P. G.,* V, 713; Journel, 65.
[3] *Apolog.,* I, 65, *P. G.,* VI, 428 ; Journel, 128.
[4] *Epist.* LXIII, 14, *P. L·,* IV, 385; Journel, 5S4.
[5] *HomiL* in ep. II ad Tina., II, 4, *P. G.,* LXII, 612; Journel, 1207.
[4] *De sacerd.,* III, 4, *P. G.,* XLVIII, 642.
[7] Hefele-Leclcrcq, ZZ/rA *des Conciles,* L I, p. 610.

reficerent ; quod quidem prorsus inutile fuisset, si omnes etiam fideles consecrare potuissent.

(D) Ex *Codice,* c. 2322, § 1, laicus aut clericus qui non est sacerdos simulans missae celebrationem, eo ipso excom municationem contrahit, aliasque poenas incurrit.

3° Fiâeles per sacerdotes offer

(A) *Aliquomodo offerunt,* quatenus sacerdos, nomine totius Ecclesiæ, sacrificium offert, secundum verba liturgiæ : " Orate, fratres, ut *meum* ac *vestrum* sacrificium acceptabile fiat... Memento, Domine famulorum... pro quibus tibi offe-rimus, vel *qui tibi offerunt* hoc sacrificium ",

(B) *Mediate* tantum et *improprie,* quia non sunt sacerdotes proprie dicti sed solum *mystice,* quatenus repræsentati per Christum, summum sacerdotem ejusque ministros sacer-dotes, simul cum eis *mediate* offerunt.

(L'< *dps'.* À

r Omnes siquidem fideles sunt sacerdotes.*impropnç dicti,* eo sensu o^o^possînc efdebeanT^^spiritualeS ht^Jaas ofrèFre D'éOj^ut ^S?. PetruSy explicavit, et exhibér^corporasua'fiostîam viventem^ sanctam, Deo placentem, ut ait S. Paulus sed non sunt sacer-dotes proprie dicti, nec proinde possunt offerre sacrificium proprie dictum ex dictis in thesi.

Fideles autem dicuntur offerre sacrificium missæ non quidem immediate et proprie loquendo, sed mediate et improprie, et qui-dem triplici modo : (a) *generatim,* quatenus sunt membra Ecclesiæ, cujus nomine sacerdos sacrificium offert ; (b) *speciatim,* quatenus sacrificio missæ assistunt, et sese uniunt sacerdoti celebranti; (c) *specialius,* quatenus cooperantur sacrificio, sive ministrando altari, sive materiam sacrificii præbendo, aut stipendium erogando.

778. *Corollarium.* Ad valide consecrandum sufficit in ministro potestas ordinis et intentio faciendi quod facit Ecclesia, uti explicavimus ubi de sacramentis. Unde sacer-dos hæreticus, schismaticus, excommunicatus aut etiam degradatus, valide, etsi illicite, consecrat, dummodo, præ-ter intentionem, materiam et formam servet in iis quæ ad validitatem requiruntur.

Attamen, cum ab unitate Ecclesiæ sit præcisus, ejus

missa non gaudet iis fructibus qui oriuntur *ex opere operantis Ecclesia.* Si vero sit in bona fide et statu gratiæ, iis fructibus gaudet qui procedunt ex opere operantis ipsius sacerdotis x.

Notandum. Sacerdotes valide concelebrant dummodo eodem moraliter momento verba essentialia pronuntient. Id constat ex usu utriusque ecclesiæ, orientalis et latinae. Sed, in ecclesia latina, " non licet pluribus sacerdotibus concelebrare, pneterquam in missa ordinationis presbyterorum, et in missa consecrationis episcoporum". *(Cod.,* c, 8o).

II. De dispositionibus ministri.

Conditiones requiruntur ex parte *corporis* et *animi.*

i° Dispositiones ex parte corporisa.

Tres sunt : *immunitas ab irregularitate, jejunium* 3 et *vestis conveniens.*

779. i° Immunitas ab irregularitate. Nam, ex *Cod.,* c. 984, 2°, irregulares sunt ex defectu, ideoque missam celebrare licite non possunt " corpore vitiati qui *secure* propter debilitatem, vel *decenter* propter deformitatem, altaris ministerio defungi non valeant. Ad impediendum tamen exercitium ordinis legitime suscepti gravior requiritur defectus ". Tales sunt cæci, utraque manu carentes, leprosi, etc. — De quibus defectibus judex est Ordinarius. Aliquando *indulta* a S. Sede conceduntur quibus ab hac irregularitate dispensatur.

780. 20 De jejunio eucharistico statuit *Codex,* c. 808 : " Sacerdoti celebrare ne liceat, nisi jejunio *naturali a media nocte* servato ". Quæ prohibitio ita gravis est ut, ex can. 2321, sacerdotes non jejuni qui missam celebrare præsumpserint " suspendantur a missæ celebratione ad tempus ab Ordinario secundum diversa rerum adjuncta præfiniendum".

1 Cappello, *op. cil.,* n. 5^7î M. de la Taille, Elucid. XXXIII.

2 S. Thom., 3, q. So, a. S; Suarez, disp. 68, sect. 3; Lugo, disp. 15; S. Alphonsus,T. ΛΙ7"η. 271 sq.; Marc, n. 1556 sq.; Lehmk., n. 159 sq.; Many, n. 171; Prümmer, n. 198-204; Hervé, n. 152-156.

3 De vestibus sacris atque aliis liturgicis pnescriptis infra agemus.

781. Dantur tamen causæ excusantes, quæ ad duas revocari possunt, *necessitatem* et *dispensationem.*

(A) *Necessitas* quintuplex distinguitur :

(a) *Necessitas sacrificium perficiendi :* nam lex circa integritatem sacrificii est divina et legi ecclesiasticæ praestat.

Hinc si sacerdos, post consecrationem, recordatur se non esse jejunum, debet tamen sacrificium missæ perficere; item si sacerdos animadvertit se, communionis instanti, pro vino sumpsisse aquam; si vero sacerdos post consecrationem deficit, alter, etiam non jejunus, si præsto non sit jejunus, complere debet sacrificium.

(b) *Necessitas vitandi scandalum* vel *infamiam;* nam lex naturalis potior est lege ecclesiastica etiam stricta.

Itaque si sacerdos in publico celebrans recordatur, missa jam incoepta, se non esse jejunum, et non potest *sine scandalo* aut *infamia gravi* discedere; item die dominica aut festo obligationis, parochus non jejunus potest, deficiente alio sacerdote jejuno, pro populo missam celebrare, si ex non celebratione *scandalum* timetur, prout sæpe contingit, nisi pastor sit optime notus: secus vero si nullum timetur scandalum, vel si notum est parochum non esse jejunum : quo casu scandalum ex ipsa celebratione oriretur

(c) *Necessitas vitandi irreverentiam* in sacramentum, quia, cum lex jejunii lata sit ad reverentiam sacramenti, eo ipso cessat quoties hæc ipsa reverentia contrarium postulat *{Cod.,* c. 858).

Proinde, si periculum sit ne sacra hostia pereat, vel male tractetur ab hæreticis; item si sacerdos post ablutionem inveniat particulas sacras in eadem missa consecratas; vi ejusdem principii, si hostia palato adhæreat, post sumptionem calicis, potest aquam sumere ut hostiam deglutiat.

(d) *Necessitas ministrandi viaticum moribdndo :* probabile est licere sacerdoti non jejuno missam celebrare, immo binare, remoto scandalo, ad ministrandum viaticum aliis aut sibi in casu extremæ necessitatis, si species consecratæ desint : lex enim divina viaticum recipiendi legi ecclesiasticæ anteponi debet. — Quod *raro* accidit, ‹ um eucharistia in ecclesiis servari debeat pro infirmis.

l Non pauci theologi, propter similem rationem, putant neo-sacerdotem, qui inadvertenler et clam jejunium violavit, celebrare posse primam missam, ad quam audiendam parentes, cognati et amici multi coadunati sunt. Ita Lacroix, *Theol. mor.*9 l. VI, n. 582; Génicot-Sals.» II, 202^; Cappello, η, ï2, etc.

(e) *Nécessitas propriam vitam tuendi,* nempe *si* sacerdos non jejunus jubetur, sub comminatione mortis, celebrare missam, nisi id fiat in contemptum religionis.

782. *(W) Dispensatio* Recenter, ab anno 1923, 5. *Officium,* ad quod spectant omnia quæ jejunium eucharisticum respiciunt pro sacerdotibus missam celebrantibus, aliquas dispensationes in hac lege concessit sive per *indulta, sive* tribuendo facultatem Ordinariis dispensationes dandi, *in casibus urgentioribus,* his tamen conditionibus, ut nonnisi aliquid per *modum potus* vel *medicinæ, exclusis inebriantibus,* sumere permittatur, *efficaciter scandalum removeatur,* ac quamprimum 5. *Sedes* de concessa dispensatione *certiorfiat.*

Insuper dispensatio concedi non debet nisi cum *spirituale fidelium bonum id exigat* 3. Aliquando tamen S. Officium concedit dispensationem ob privatam ipsius sacerdotis utilitatem 3.

Indulta concessa respiciunt casum *binationis,* et quidem diebus dominicis aut festis de præcepto, quando missam dicunt extra paræcialem ecclesiam, in loco dissito; aut casum in quo curam animarum habentes missam *tardiore* hora celebrare debent ob bonum fidelium.

Itaque hæc dispensatio præsumi non potest, et, quando concessa, stricte intelligi debet. Sedulo igitur tenor indulti generalis aut particularis inspici debet, ne nimis extendatur.

783. 3° De veste conveniente statuit *Codex,* c. 8n :

§ i. Sacerdos, missam celebraturus, deferat vestem convementem quæ ad talos pertingat et sacra ornamenta a rubncis sui ritus præscnpta.

à 2 Abstineat autem a pileolo et annulo, nisi sit S. R. E. Cardinalis, Episcopus vel Abbas benedictus, aut nisi apostolicum indultum eorumdem usum in missa celebranda eidem permittat '.

De sacris *ornamentis* dicemus infra, ubi de liturgicis pne-

t. II, 192S, p. 265-266. — ' *Ami du Ctergi.* 1923, p. 758. — 3£. *O.*. I jul. 1931 *{Periodica.* 1932, p. 105-108).

2° Dispositiones animæ [*]

Dispositiones quæ canonice requiruntur[2], sunt *; status gratiæ,* debita *præparatio* et *gratiarum actio.*

784. i° Status gratiæ. *Ad licitam missæ celebrationem, requiritur status gt;atiæ, prudenter existimatus; quo deficiente, præmitti debet confessio sacramentalis, nisi necessitas excuset.*

Dicitur : *"Prudenter existimatus"*, quia cum nemo absolute certus sit, absque speciali revelatione, se esse in statu gratiæ, sufficit prudens existimatio, qua quis *nullius mortalis peccati conscius est.*

Probatur per partes :

P Pars : Requiritur status gratiæ prudenter existimatus.

(a) *Script.,* ex S. Paulo [3] : "Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat... qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit". Atqui probatio de qua agitur est discussio propriæ conscientiae et excussio omnis saltem mortalis peccati, ut ex *contextu* et *Traditione* constat; ait enim *Trident.* [4] : "Ecclesiastica consuetudo declarat, eam *probationem* necessariam esse, ut nullus *sibi conscius mortalis peccati,* quantumvis sibi *contritus videatur,* absque *præmissa sacramentali confessione* ad sacram eucharistiam accedere debeat : quod *a christianis omnibus,* etiam ab iis sacerdotibus, quibus *ex officio incubuerit celebrare,* hæc sancta Synodus *perpetuo servandum esse decrevit, modo non desit illis copia confessoris.* Quod si, necessitate urgente, sacerdos absque prævia confessione celebraverit, *quamprimum confiteatur".*

(b) *Rat. theol.* i) Eucharistia per modum *cibi* fuit instituta; atqui cibus jam supponit vitam; ergo eucharistia jam

[*] S. Thom., 3, q. 8o, a. 3-6; Suarez, disp. 66; Lugo, disp. XIV; S. Alphonsus, n. 255 sq.; Marc, n. 1547 sq.; Lehmk., n. 149 sq.; Prümnier, n. 191-195; DD. Durieux, *E'Eucharistie,* 1925, n. 91-96.

[2] Aliæ dispositiones ad uberiorem fructuum perceptionem desiderantur : (a) *fides* viva, qua quis intime persuasum habeat Christum esse vere et realiter in altari præsentem, cum omnibus thesauris suis; (b) *singularis reverentia* erga Majestatem divinam; (c) sincera *humilitas* ex indignitate nostra oriens; (d) ardens *desiderium* Christum suscipiendi; (e) flagrans erga ipsum *caritas.*

[3] *I Cor.,* XI, 28 sq. — [4] Sess. XTII, cap. 7, D. B., SSo.

supponit gratiam sanctificantem, quæ est animæ vita. 2) Sancta sancte tractanda sunt; atqui Christus, auctor sanctitatis, est vere præsens in hostia quam consecrat et accipit sacerdos; ergo sacerdos celebrans in statu gratiæ esse debet.

785. 2° *Pars : Sacerdos conscius peccati mortalis tenetur confiteri.* (A) Quando quis *certe conscius* est alicujus peccati mortalis, quod per sacramentum pænitentiæ non fuit antea remissum, non potest, quantumvis contritus, ad sacramentum eucharistiæ accedere, absque prævia sacramentali confessione. Patet 1) ex *Trident,* supra citato, et cx alio loco ubi excommunicatus declaratur qui contrarium docuerit : Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam, publice disputando, defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus existât " 2) Ex *Codice,* c. 807 : ° Sacerdos sibi conscius peccati' mortalis, quantumvis se contritum existimet, sine præmissa sacramentali confessione, missam celebrare ne audeat ".

(a) In casu mortalis peccati *dubie commissi,* non adest obligatio stricta confitendi, quamvis in praxi *suadenda* sit confessio in hoc casu, nisi quis sit scrupulosus; si autem peccatum sit *certum,* et ejus *remissio dubia,* juxta æquiprobabilistas, adest obligatio confitendi; juxta probabilistas, talis obligatio non urget.

(b) Qui ante communionem recordatur pi ceati mortalis, quod *cx inculpabili oblivione* non declaravit in confessione, non tenetur ante communionem confiteri, quia tale peccatum fuit indirecte per absolutionem remissum.

786. (B) *Nisi necessitas excuset.* Qui conscius est peccati mortalis potest, per exceptionem, celebrare post elicitum actum perfectae contritionis, sine confessione, dummodo adsit *simul necessitas celebrandi,* et *defectus confessarii.* Constat ex can. 807 : " Quod si, deficiente copia confessarii et urgente necessitate, elicito tamen perfectæ contritionis actu, celebraverit, quamprimum confiteatur". S

1) Adest autem *necessitas :* a) quando agitur de consecranda hostia pro moribundis; (b) quando missæ celebratio non potest omitti sine scandalo, v. g., si sacerdos jam altare

l Sw, XIII, can. ir. D. B., S93.

ascenderit, aut a fortiori jam inchoaverit sacrificium; (C) quando sacerdos debet celebrare *ex officio,* in die festo, aut cantare missam pro defunctis, præsente cadavere, non autem si agitur de missa quotidiana.

2) Adest *defectus confessarii* : (a) quando nullus est sacerdos *præsens* qui *facultatem habeat absolvendi.*

Proinde: 1) si vicinior ita distat ut, spectatis circumstantiis temporis, locorum et sanitatis, sine magno incommodo adiri nequeat, censetur non præsens; 2) idem dic quando adest confessarius, sed *non approbatus,* aut approbatus qui *nolit* aut *non possit* audire confessiones :*

(b) Quando *non potest confessio fieri* sacerdoti *pressenti, sine gravi damno,* distincto ab incommodo ipsi confessioni intrinseco, v. g., timore bene fundato scandalum praebendi.

Cavendum est tamen ne humano pudore quis decipiatur, et m praxi, ut conscientiæ pax servetur, confessio præmittatur quotiescumque possibilis est.

787. *De clausula "quamprimum".* Sacerdos qui, urgente necessitate, absque praevia confessione, celebravit, debet quamprimum confiteri.

(a) Hæc obligatio est *pro sacerdotibus,* non pro laicis, immo pro sacerdotibus celebrantibus, non pro iis qui communicant more laicorum. (b) Est obligatio *vera,* non autem merum consilium, ut constat ex prop, ab *silex. VII* damnata-, (c) Obligatio debet *quamprimum* adimpleri, i. e., *intra triduum,* juxta communem interpretationem, seu prima data opportunitate. Insuper si sacerdos prævideat futuram esse necessitatem celebrandi sequenti die, et adsit copia confessarii, non potest diutius differre. Ab^I/ex. *VII* damnata est sequens propositio : "Illa particula *quamprimum* intelligitur cum sacerdos suo tempore confitebitur" λ

788. 2° Debita præparatio proxima et gratiarum actio. In *Codice,* c. 810, præscribitur : "Sacerdos ne omittat ad eucharistici sacrificii oblationem sese *piis precibus disponere,* eoque expleto, *gratias Deo* pro tanto beneficio agere". Quod quidem *sub levi* tantum obligat.

Preces recitandæ arbitrio sacerdotis relinquuntur. Juxta *missalis* rubricas, ante missam *matutinum* cum *laudibus* absolvi debet;

' Hodie non excusatur amplius a confessione qui in casum *reservatum* inciderit; nam, ex c. 900 et 2254, quilibet confessarius potest, his in circumstantiis, absolvere ab omnibus censuris et peccatis.

' D. B., 1138. —3 Ibid., 1139.

sed *probabiliter,* id non^obligat nisi eos qui in choro officium divinum persolvunt. — Laudabiliter recitantur orationes in missali posîtæ, aut in breviario, ad *Primam·,* sed quælibet oratio sufficit, etiam *mentalis.*

Idem fere dicendum de *gratiarum actione.* Juxta *missale,* sacerdos, missa finita, redit ad sacristiam, dicens canticum *Benedicite,* cum aliis orationibus suo loco positis. Revera hujusmodi orationes, quæ in *missali* aut *breviario* leguntur, pietatem omnino redolent, sed, præter *Benedicite,* non præscribuntur. — Omittere autem omnino gratiarum actionem, absque ratione, esset leve peccatum.

789. Scholion de presbytero assistente, ministro inserviente, et litteris commendatitiis. — a) Ex *Codice,* cc. 812, Si3, hæc statuuntur de *presbytero assistente* et *ministro inserviente:*

Can. 812. "Nulli sacerdoti celebranti, præter Episcopos aliosque prælatos usu pontificalium fruentes, licet, sola honoris aut sollemnitatis causa, habere *presbyterum assistentem*

Exceptio admittitur in prima missa solemni primi sacerdotis; et quoad canonicos et dignitates, si adsit *immemorialis* consuetudo.

Can. 813. § i "Sacerdos missam ne celebret sine *ministro* qui eidem inserviat et respondeat.

§ 2. Minister missæ inserviens ne sit mulier, nisi, deficiente viro, justa de causa, eaque lege ut mulier ex longinquo respondeat nec ullo pacto ad altare accedat

Minister inserviens *sub gravi* requiritur, excepto casu *necessitatis* vel specialis *induits.* ~ ~~~

Necessitas habetur, si missa celebrari debet : 1) ad viaticum ministrandum; 2) ne fideles vel sacerdos missa careant die de præcepto; 3) ne missa interrumpatur, quando nempe minister, missa incepta, discedit nec alius est præsens.

Indultum conceditur pro missionum regionibus, dummodo tamen unus saltem sit assistens ad populum repraesentandum.

790. b) Quoad *extraneos* sacerdotes, *litteræ 'commendatitice.* ex *Cod.,* c. 804, requiruntur, ut, in quantum fieri potest, missa non celebretur nisi a legitimis et bonis sacerdotibus.

"§ i. Sacerdos extraneus ecclesiæ in qua celebrare postulat, exhibens authenticas et adhuc validas litteras commendatitias sui Ordinarii, si sit saecularis, vel sui Superioris, si religiosus, vel Sacræ Congregationis pro Ecclesia Orientali, si sit ritus orientalis, ad missæ celebrationem admittatur, nisi interim aliquid eum commisisse constet, cur a missæ celebratione repelli debeat.

§ 2. Si iis litteris careat, sed rectori ecclesiæ de ejus probitate apprime constet, poterit admitti ; si vero rectori sit ignotus, «admitti

adhuc potest semel vel bis, dummodo, ecclesiastica veste indutus, nihil ex celebratione ab ecclesia in qua litat, quovis titulo, percipiat, et nomen, officium suamque dioecesim in peculiari libro signet.

§ 3. Peculiares hac de re nonnæ, salvis hujus canonis praescriptis, ab Ordinario loci datæ, servandæ sunt ab omnibus, etiam religiosis exemptis, nisi agatur de admittendis ad celebrandum religiosis in ecclesia suæ religionis ".

§ II. De obligationibus ministri».

Dicemus de ministri obligationibus : i° quoad *missæ celebrationem; 2°* quoad missæ *fructuum applicationem in celebratione* missæ.

I. De obligatione celebrandi.

Hæc obligatio oriri potest ex *ordine, ex officio,* ex *beneficio,* aut ex *præcepto* vel *promissione.*

791. i° Ratione ordinis : (A) *Omnes et singuli sacerdotes, non legitime impediti, sub gravi tenentur aliquoties saltem celebrare, exjure divino.* Ita communiter[1]

(a) *Script. :* 1) Quisque tenetur susceptum officium aliquoties saltem exercere ; atqui officium sacerdotis est offerre sacrificium, juxta illud S. Pauli : "Omnis namque Pontifex... pro hominibus constituitur... ut offerat dona et *sacrificia* "[3]. 2) Christus jam apostolis eorumque successoribus, nempe sacerdotibus, dixerat[4] : " Hoc facite in meam commemorationem ". Atqui aperte declarat *Tridentinum*[5] : " Christus Apostolis eorumque successoribus ut offerrent *præcepit* per hæc verba : Hoc facite, etc. "

(b) *Rat. theol.* Juxta *Trident.,* " sacrificium et *sacerdotium* ita *Dei ordinatione* conjuncta sunt ut utrumque in omni lege exstiterit". Ergo qui sacerdotium accipit, eo ipso se obligat ad aliquoties offerendum sacrificium.

[1] S. Thom., 3, q. 82, a. 10; Suarez, disp. 80; S. Alphonsus, l. VI, n. 313 sq.; Mare, n. 1602 sq.; Lehmk, ή. 191 sq.; Many, *De Missa,* η. I-I42; DD. Durieux, n. 26-82; Prümmer, n. 245-280.

[2] Hoc quidem negarunt pauci veteres theologi, v. g., 5. *Bonaventura, Gabriel, Cajelanus, Lugo.* Omnes tamen concedunt sacerdotem qui, ex mera desidia et negligentia, nunquam sacrum facit, peccatum *grave* committere.

[3] *Hebr.,* V, i. — * *Luc.,* XXII, 19.

[4] *Trident.,* sess. XXII, cap. I, D. B., 938.

(B) *Quoties hac oblatio* ex se *urgeat,* non tam aperte constat. 1) Sacerdotes omnes obligatione tenentur Sacrum litandi pluries per annum ; curet autem episcopus vel superior religiosus ut iidem saltem singulis diebus dominicis aliisque festis de præcepto divinis operentur. 2) Ex decreto autem S. *C. Concilii* (1696), "qui sine justa causa, ter vel quater in anno non celebravit, peccat *mortaliter,* et potest ab Episcopo puniri"[1]. Unde peccat saltem *venialiter* qui sine causa celebrare omittit diebus dominicis et festivis de præcepto [1].

Ut autem *in praxi* sacerdotes ad quotidie celebrandum incitentur, sæpe hæc verba 5. *Bonaventurce* [3] meditentur : " Sacerdos qui non 0β1εΗτ3ζ quantum in ipso est, privat Trinitatem laude et gloria, angelos lætitia, peccatores venia, justos subsidio et gratia, in Purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam Christi speciali beneficio, et seipsum medicina et remedio contra quotidiana peccata et infirmitates Recogitent insuper verba pii auctoris de *Imitatione Christi :* " Quando sacerdos celebrat, Deum honorat, angelos lætificat, Ecclesiam ædificat, vivos adjuvat, defunctis requiem præstat, et sese omnium bonorum participem efficit " (lib. IV, c. v, 3).

792. 2° Ratione officii. *Omnes pastores animarum tenentur sub gravi celebrare missam singulis diebus dominicis etfestivis de præcepto per se,* aut *per alium* si quis legitime impeditur. Ratio est quia hisce diebus fideles sub gravi tenentur missam audire; atqui non possunt huic præcepto satisfacere, nisi pastores *per se* aut *per alium* missam cele-

[1] Primis Ecclesiæ temporibus non omni die Missa celebrabatur, sed solum *die dominica,* ut probabiliter infertur ex *Act.* XX, 7, ***I*** *Cor.,* XVI, 2, et 5. *Justino* (ApoL I, 67), qui de Christianis conventibus agens, solius meminit diei Dominicæ; certe quotidianam celebrationem non patiebatur frequentium persecutionum furor. — Sed, jam a secundo sæculo, viguit usus *tribus diebus* per hebdomadam celebrandi, Dominica, quarta, sextaque feria, ut liquet ex Tertulliano, *De Oratione,* c. 19. — Quibus paulo post *sabbatum* additum fuit, ut tradit S. *Basilius* (Ep. XCIII, ad Cæsaream). — Tempore 5. *Augustini,* varîæ erant ecclesiarum consuetudines; nam, ut ipse ait (ep. 54 ad Januar.) : " Alibi nullus dies prætermittitur quo non offeratur, alibi sabbato tantum et Dominico, alibi tantum Dominico — Sexto tamen sæculo, jam usus prevaluerat quotidie ubique celebrandi, ut constat ex *Ordine Gelasii :* immo per plura sæcula, scilicet usque ad tempora Alexandri II (1061), pluries celebrare licebat una die, pro cujuscumque sacerdotis arbitrio. Cf. Martene, *op. cit.,* l. I, c. II, a. 3; Martigny, *op. cit.,* verbo *Messe; American Eccl. Review,* mart. 1892, p. 119 sq. Many, *op. cit.,* p. 20-24.

[3] *De praparat. ad Miss.,* c. 5.

brent. Aliunde his diebus pastores tenentur offerre *pro populo*, n. 813.

Insuper *per accidens* teneri potest pastor celebrare, v. g., si urgeat necessitas consecrandi ad viaticum ministrandum, si fideles occasione exsequiarum missam petant; si ex non celebratione fideles scandalizarentur; porro hodie, in plerisque regionibus catholicis, facile scandalizantur, si sciant pastorem aliquem non celebrare aliquoties in hebdomada.

Vicarii parochiales, utpote parochorum adjutores quoad curam animarum, iisdem fere obligationibus tenentur.

793. 30 Ratione beneficii. Quædam sunt beneficia quibus annectitur onus missam celebrandi sive quotidie, sive certis diebus : quicumque beneficium hujusmodi acceptaverit, ex *justitia* tenetur onera missarum implere.

Extensio hujus obligationis ex ipso tenore fundationis pendet : fundator enim beneficii determinare potest non solum missarum *numerum,* sed etiam *alia adjuncta,* qualitatem missæ, locum, tempus, etc. Huic obligationi beneficiatus satisfacere potest non solum *per se,* sed etiam *per alium,* nisi contrarium expresse aut æquivalenter statutum fuerit.

Pariter applicatio missarum secundum fundatoris intentionem facienda est : si nihil hac de re statuit, recte præsumitur eum voluisse ut sibi missæ applicentur; si vero *certum* numerum missarum sibi applicandum esse præscripsit, aliarum applicatio libera esse censetur.

Quando beneficiatus onus missæ quotidianæ suscepit per se aut per alium celebrandæ, curare debet ut per alium missa dicatur quoties ipse non celebrat. Si vero *per se* quotidie celebrare tenetur, missam aliquando omittere potest ex justa causa, quin per alium supplere teneatur. Legitima hujusmodi causa censetur : *infirmitas brevis* (si enim *diuturna,* per alium supplere debet); *rationabile impedimentum,* quale est iter legitimum, defectus requisite devotionis aut dispositionis (dummodo diu non perseveret), necessitas pia exercitia annuæ recollectionis peragendi, etc.

794. 4° Ratione præcepti vel promissionis. (A) Aliquando enim missæ celebrationem, cum vel sine applicatione missæ, legitimi Superiores ecclesiastici præcipere possunt : 1) *R. Pontifex* omnibus sacerdotibus sive sæcularibus sive religiosis; 2) *episcopus* sacerdotibus suæ dioecesis,

discrete tamen et raro, præsertim si agitur de applicatione; 3) *Superiores regulares* suis subditis, etiam in virtute sanctae obedientiæ, præscribere valent ut celebrent secundum intentionem determinatam a constitutionibus aut ab ipsis superioribus, salvis tamen exceptionibus a constitutionibus vel a legitima consuetudine sancitis (ita *Cappello,* n. 696).

(B) Aliquando etiam sacerdos missam celebrare tenetur ratione *promissionis,* quando stipendium accepit ad celebrandum tali vel tali die; vel ratione *voti* (promissionis Deo factæ), si serio et ex animo se obligandi voverit.

Gravitas autem obligationis pendet ab *intentione* promittentis aut voventis necnon a *natura* vel *circumstantiis* voti vel promissionis. *Sub levi* tantum obligat, quando quis ex *mera liberalitate* promisit. Si vero promissio est *onerosa,* probabilius *sub gravi* impleri debet.

II. De applicatione fructuum missæ.

795. Applicatio missæ est *actus voluntatis, qzio sacerdos sacrificium offert pro aliqua persona vel ad determinatum finem.* Differt ab obligatione celebrandi : potest enim quis ad celebrandum teneri, quin obligetur fructum missæ applicare.

Duo exponemus : i° *regulas generales* de applicatione missæ; 2° *obligationem applicandi e variis titulis* ortam.

Regulæ generales.

796. i° De objecto applicationis. (A) Hoc objectum *non est :* 1) *fructus generalis* qui ab Ecclesia percipitur ex ipsa celebratione missæ, sine speciali applicatione, ex eo quod sacerdos vult celebrare ad mentem Ecclesiæ; 2) nec fructus *specialissimus,* qui semper percipitur a sacerdote digne celebrante, nec alienari potest; attamen expedit particularem finem intendere, v. g., acquisitionem alicujus virtutis, ad uberiores fructus percipiendos.

(B) Objectum autem *estfructus specialis* seu *medius.* Hic enim omnino pendet ab intentione celebrantis. Certum est :

(a) Christus enim, sacerdoti conferendo potestatem *pro aliis* offerendi, eidem tanquam suo ministro commisit potestatem fructum hunc specialem applicandi.

(b) Constat insuper *ex antiqua* et *universali Ecclesiæ praxi,* quam Ecclesia pluries approbavit : 1) pastoribus praecipiendo pro *suis ovibus* certis diebus applicare sacrificium, ut infra probabitur; 2) damnando errorem synodi *PistGriensis],* ut falsam reprobantis opinionem invectam in populum " quod illi qui eleemosynam subministrant sacerdoti sub conditione quod celebret unam missam, specialem fructum ex ea percipiant "; addit enim *Pius VI,* valere specialem applicationem " quam pro determinatis personis aut personarum ordinibus faciendam commendat ac præcipit Ecclesia ",

Si sacerdos nulli applicet fructum specialem, hic generalem Ecclesiæ thesaurum ingreditur.

797. 2° De modo hanc applicationem faciendi. Ut valida sit applicatio fructus specialis, quatuor conditiones requiruntur :

(a) Fieri debet *ab ipso celebrante,* qui tamen celebrare potest *ad intentionem* ejus pro quo missa offertur.

(b) Fieri debet *saltem ante secundam consecrationem,* ita ut *invalida* esset si fieret tantum post calicis consecrationem : nam sacrificii effectus producitur eo tempore quo sacrificium completur, nempe peracta utriusque speciei consecratione. — Valida quidem esset, si fieret ante consecrationem calicis, juxta communem sententiam; sed multo melius est ut fiat antequam missa incipiatur, ut ita preces quæ consecrationem præcedunt prosint eis pro quibus offertur.

(C) Hæc autem determinatio debet esse *saltem habitualis,* id est, antea *habita* et *non retractata,* quia applicatio se habet per modum donationis verbalis, quæ, semel facta, valet donec revocetur. Ita, v. g., intentio initio mensis facta pro toto mense valet, si non retractatur.

Si quis, prioris intentionis immemor, alteram elicit intentionem, ea prævalebit quæ *prædominans* fuerit in mente sacerdotis. Generatim posterior prævalet, nisi priorem sacerdos ita formaverit, ut voluerit hanc prævalere, etiamsi ex oblivione eam mutaturus sit. — In *dubio* autem sufficit

[*] D. B., 1530.

ut sacerdos alia die ei applicet cui prima vice missa non fuit applicata.

(d) Intentio determinari debet *saltem implicite :* fructus enim alicui personæ aut personarum societati non prodest, nisi hæc vere, etsi implicite, determinetur.

798. Unde si plures missæ *confuse* a diversis personis accepte snnt, valida est intentio offerendi *ad intentionem dantium,* si tot missæ celebrantur quot stipendia data fuere; aut si quis dicat : offero pro eo qui prior dedit stipendium, qui prior inscribitur in libro missarum aut fundationum. — Valet etiam intentio ita expressa : offero pro anima magis derelicta, aut quæ est magis Deo grata. — Non valet autem hic applicandi modus : offero ut Deus ipse applicet, quia sacerdotis est applicationem facere.

Quidam offerre volunt secundum *intentiones B. M. Virginis;* ut applicatio certior sit, melius est dicere : offero pro personis aut societatibus aut animabus in Purgatorio quæ magis placent B. Virgini

Insuper, quoties id fieri potest, melius est nosse personam et intentionem pro qua sacrificium offertur; quod, in sacristiis, ex registro missarum cognosci potest.

799. (e) Intentio debet esse *absoluta,* vel *absoluta aquivalens,* secundum dicta n. 423. Valet proinde cum intentione de præsenti aut de præterito, v. g., offero pro Petro si jam mortuus est, dummodo tempore consecrationis conditio verificetur. — Imo, juxta Card. Gaspari, ɳ. 471, valet conditio de futuro contingenti, si consensus alligatur non ipsi facto sed actuali prævisioni divinæ, v. g., offero pro Petro, si Deus præviderit eum cras esse moriturum.

Obligatio missam applicandi e variis titulis orta.

Hæc obligatio oritur e triplici præsertim titulo : i° ex accepto *stipendio;* 2° ex missis *fundatis;* 30 ex munere *pastorali.*

i° Obligatio applicandi ratione stipendii.

800. (A) Notio et origo stipendii, (a) Stipendium (a voce *stips,* quæ significat eleemosynam seu honorarium) est pecuniæ summa vel res pretio æstimabilis, quam fideles sacerdotibus offerunt ut missa pro ipsis vel ad eorum intentionem applicetur.

(b) Primis temporibus, fideles, cum ad Sacra peragenda conveniebant, panem et vinum afferebant, ex quibus sumebant sacerdotes ea quæ ad sacrificium necessaria erant, cetera autem in proprium usum servabant.

Postea autem usus invaluit ut alia, scilicet oleum, lac, mei, fructus, etc., ad altare offerrentur in sacerdotum commodum. Immo etiam pecunia primum in gazophylacium immitti, deinde ad ipsum altare coepit offerri, non quidem ut soli sacerdoti offe-· renti, sed clericis in communi prodesset.

Cum vero labentibus temporibus communis vita clericorum cessasset, certa pars bonorum Ecclesiæ ad singulorum sacerdotum sustentationi subveniendum detracta est; et circa sæc. VIII, mos invectus est ut sacerdotes munera acciperent a fidelibus qui rogabant ut missæ fructus speciatim sibi applicaretur. Quod tamen non sine difficultate permissum est, nonnullis contendentibus hoc esse simoniacum. — Attamen praxis hujusmodi ab Ecclesia tolerata fuit, comrnunisque evasit, et S. Tbomæ' probata fuit : "Sacerdos, inquit, non accipit pecuniam quasi pretium consecrationis euebaristiæ, hoc enim esset simoniacum, sed quasi stipendium suæ sustentationis".

801. (B) Legitimitas ita in *Codice,* c. 824, § 1, exprimitur Secundum receptum et probatum Ecclesiæ morem atque institutum, sacerdoti cuilibet missam celebranti et applicanti licet eleemosynam seu stipendium recipere".

Etenim stipendium merito habetur ut medium partiale sustentationis, juxta 5. *Thornam.* Quo posito, sic arguere licet. Scriptura teste, "dignus est operarius mercede sua" a, et "qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt, et qui altari deserviunt cum altari participant" 3. Atqui sacerdotes pro populo christiano operantur, et, quando fructum specialem missæ alicui personæ applicant, jus habent ad aliquam compensationem consequendam tanquam medium partiale sustentationis 4. Ergo.

Quando stipendium acceptum est, oritur obligatio *justitiæ,* quia accipiendo oblationem, sacerdos eo ipso promittit se applicaturum missæ fructum specialem tali vel tali personæ, et si promissionem non adimplet, violat justitiam, et ad restitutionem tenetur.

1 *Sum. theol.,* 2ª 2æ, q. 100, a. 2, ad 2. — Cfr. Ortolan, *D. T. C.,* voce *Honoraires* de messes, cum auctoribus ibi allegatis; Bargilliat, *Les honoraires de messes,* 1905; A. Cance, *Le Code de droit can.,* t. II, 1928, n. 166176; F. Cimetier, *Pour étudier le Code,* p. 139-142.

4 Dicitur *partiale** quia sunt et alia media quibus providetur sacerdotum sustentationi, ideoque necesse non est ut stipendium sufficiat plene huic sustentationi.

2. *Objicitur* quidem a Protestantibus et Jansenistis hanc praxim esse *simoniacam* quia datur aliquod pretium pro re omnino spirituali. — Respondetur autem jus inesse Ecclesiæ determinandi media sustentationis pro sacerdotibus, dummodo simul abusus præcaveat. Jamvero Ecclesia hanc praxim per multa sæcula permisit simul leges statuendo ad abusus præcavendos. Ita vitatur labes simoniaca : non enim datur pecunia tanquam *pretium missa* (quod esset simoniacum), sed, *occasione* fructus missæ tali vel tali personæ applicati, fideles aliquid dant sacerdoti celebranti, ad ejus sustentationem [1]* : quod consentaneum est doctrinæ in Scriptura traditæ.

803. Rem aliter exponit *M. de la Taille* [3] /Fideles, stipendium dantes, id præstant quod primi Christiani agebant *materiam sacrificii* offerendo, et *mandatum* assignant sacerdoti materiam sacrificii ad Deum deferendi eorum nomine. Mandatum est *ex se* contractus *gratuitus* ideoque vitatur omnis simonia. — Accepto autem stipendio, sacerdos tenetur ex justitia sacrificium Deo offene, et quidem nomine eorum qui stipem dederunt. Dona autem sic oblata fiunt dona Dei, dona altaris, ex quibus victum accipere potest sacerdos.

Quæ theoria sane ingeniosa est; sed historice non constat mentem primorum Christianorum qui materiam sacrificii offerebant, fuisse ut sacrificii fructus sibi speciali modo applicaretur.

804, (C) Regulæ canonicæ de stipendio. *(Cod.**

Prcenotanda : i) Ex can. 824, § 2. " Quoties autem pluries in die celebrat, si unam missam ex titulo justitiæ applicet, sacerdos, praeterquam in die Nativitatis Domini, pro alia eleemosynam recipere nequit, exdepta aliqua retributione ex titulo extrinseco ". — Titulus extrinsecus est labor specialis oriens, v. g., ex cantu, longo itinere, hora inconveniente, etc.

2) Ex can. 825 : "Nunquam licet : *i°* missam applicare ad intentionem illius qui applicationem, oblata eleemosyna, petiturus est, sed nondum petiit, et eleemosynam postea datam retinere pro

[1] Res exemplo declaratur : si pictor vovisset gratis pingere in obsequium Ecclesiæ, contra votum non ageret, si ab Ecclesia peteret sumptus necessarios ad colores, tabulam, immo ad propriam sustentationem; ita pariter sacerdos contra præceptum gratis dandi quod gratis accepit non agit, si a fidelibus accipiat necessaria ad sacrificium, vel ad honestam sustentationem. (Cf. Lugo, disp. XXI, η. 13-14).

* *MyUeriumfidei*, p. 339 sq.; *Esquisse,* p. m sq.; cfr. *Ami du Clergé*, 1925, p. 162 sq.

missa antea applicata; (nisi forte in casu ubi oblator expresse monitus rem ratam habeat, ait *Vermeersch,* n. 297, 3).

20 Eleemosynam recipere pro missa quæ alio titulo debetur et applicatur ;

30 Duplicem eleemosynam pro ejusdem missæ applicatione accipere;

40 Alteram recipere eleemosynam pro sola celebratione, alteram pro applicatione ejusdem missæ, nisi certo constet unam stipem oblatam esse pro celebratione sine applicatione ",

3) Ex can. 826, ita definiuntur variæ missarum *species :*

"§ i. Stipendia quæ a fidelibus pro missis offeruntur sive ex propria devotione, veluti ad manum, sive ex obligatione etiam perpetua a testatore propriis heredibus facta, *manualia* dicuntur.

§'2. *Ad instar manualium* vocantur stipendia missarum *fundatarum,* quæ applicari non possunt in proprio loco, aut ab iis qui eas applicare deberent secundum tabulas fundationis, et ideo de jure aut S. Sedis induito aliis sacerdotibus tradendæ sunt ut iisdem satisfiat.

§ 3. Alia stipendia quæ ex fundationum reditibus percipiuntur, appellantur *fundata* seu *missa furidata.* "

805. (a) *Quantitas stipendii* ab episcopo determinari debet, secundum varias locorum consuetudines ; et omnes, sive regulares sive seculares, huic *taxæ* stare debent Constat ex *Codice,* c. 831 :

"§ i. Ordinarii loci est manualem missarum stipem in sua diœcesi definire per decretum, quantum fieri potest, in dicecesana synodo latum; nec sacerdoti licet ea majorem exigere.

§ 2. Ubi desit Ordinarii decretum, servetur consuetudo dioecesis.

§ 3. Etiam religiosi, licet exempti, circa stipem manualem stare debent decreto Ordinarii loci aut dioecesis consuetudini ".

Ex can. 832 : "Sacerdoti fas est oblatam ultro majorem stipem pro missæ applicatione accipere; et, nisi loci Ordinarius prohibuerit, etiam minorem. "

Hinc non licet stipendium supra pretium exigere; potest tamen sacerdos plus recipere, si *sponte* offertur, aut etiam si *labor extraordinarius* exigitur, v. g., pro missa inconvenienti hora celebranda, nullatenus tamen pro missa in altari privilegiato, in loco miraculoso, etc., dicenda. *Ex se* accipi potest stipendium minus, præseitim a pauperibus; sed regulariter non debet accipi ne talis praxis aliis sacerdotibus detrimentum afferat.

806. (b) *De numero missarum dicendarum.* 1) *Tot* missæ celebrandæ sunt *quot* stipendia accepta sunt, ex

can. *S2S* : " *Tot* celebrandæ et applicandae sunt missæ quot stipendia etiam exigua data et acceptata fuerint "[1]. Juxta communem sententiam, graviter peccaret qui vel *unicam missam* celebrare omitteret, quia gravitas materiæ non est mensuranda in ordine ad stipendium, sed in ordine ad fructum missæ, quo privatur qui eleemosynam tradidit; aliunde Ecclesia sub gravi sacerdotibus imponit obligationem adimplendi hunc contractum, ut constat ex ejus modo loquendi in decretis hac de re editis[2].

2) Sedulo pariter adimpleri debent *conditiones* contractus quoad *teinfus,* aliasque *circumstantias}* " Praesumitur oblatorem petiisse solam missæ applicationem ; si tamen oblator expresse aliquas *circumstantias* in missæ celebratione servandas determinaverit, sacerdos, eleemosynam acceptans, ejus voluntati stare debet " (Can. 833). Unde qui promisit celebrare in altari privilegiato, non satisfaceret obligationi suæ in alio altari celebrans; nec compensatio fieri potest lucrando indulgentiam plenariam defuncto applicabilem. Si quæ conditio apponitur impossibilis aut illegitima, monendi sunt fideles eam non posse impleri.

Ex can. S29 : " Licet sine culpa illius qui onere celebrandi gravatur, missarum eleemosynæ jam perceptæ perierint, obligatio non cessat. "

Ex can. 830 : "Si quis pecuniæ summam obtulerit pro missarum applicatione, non indicans earumdem numerum, hic supputetur secundum eleemosynam loci in quo oblator morabatur, nisi aliam fuisse ejus intentionem legitime præsumi debeat. "

807. (c) *De tempore utili quo missa: celebranda sunt.* 1) Qui, accepto stipendio, voluntarie celebrare *notabiliter* differt, peccat *graviter.* Notabilis autem dilatio dijudicari potest ex regulis a *Codice* statutis, n. 834 : " § 1. Missæ pro quibus celebrandis tempus ab oblatore expresse præscriptum est, eo omnino tempore sunt celebrandæ.

§ 2. Si oblator nullum tempus pro missarum manualium celebratione expresse præscripserit, missæ pro urgenti causa oblatæ quamprimum tempore *utili* sunt celebrandæ ".

[1] Ita quidem si *scienter* acceptata fuerint; si vero *inscii,* donatori remitti possunt.

[3] Communiter proinde rejicitur opinio quorumdam antiquorum (ap. S. Alphonsum, n. 317), juxta quos gravitas peccati pendebat a quantitate stipendii.

Jamvero *utile* tempus ad *manuales* missas celebrandas est *unus mensis* quando offertur unum stipendium, semestre pro *centum* missis; inter hæc duo extrema, longius vel brevius conceditur temporis spatium secundum majorem vel minorem numerum missarum, quin res mathematice determinari valeatx.

§ 3. " Quod si oblator arbitrio sacerdotis tempus celebrationis expresse reliquerit, sacerdos poterit tempore quo sibi magis placuerit, eas celebrare, firmo pnescripto can. 835 ", in quo scilicet cuilibet vetatur tot missarum onera *per se celebrandarum* recipere quibus *intra annum* satisfacere nequeat.

Dilatio unius vel alterius mensis ultra tempus utile ut *gravis* habetur.

2) Ex can. 836 : " In ecclesiis in quibus ob fidelium peculiarem devotionem missarum eleemosynæ ita affluunt, ut omnes missæ celebrari ibidem debito tempore nequeant, moneantur fideles, per tabellam in loco patenti et obvio positam, missas oblatas celebratum iri vel ibidem, cum commode poterit, vel alibi".

Quod valet de missis sive *legendis* sive *cantatis,* ex S. *C. Concil.,* 9 jul. 1921.

808. (d) *De transmissione missarum* (can. 837-841) :

Can. 837 : " Qui missas per alios celebrandas habet, eas quamprimum distribuat, firmo præscripto can. 841; sed tempus legitimum pro earumdem celebratione incipit a die quo sacerdos celebraturus easdem receperit, nisi aliud constet. "

Can. 838 : " Qui habent missarum numerum de quibus sibi liceat libere disponere, possunt eas tribuere sacerdotibus sibi acceptis dummodo probe sibi constet eos esse omni exceptione majores vel testimonio proprii Ordinarii commendatos ".

Can. 839 : " Qui missas a fidelibus receptas aut quoquo modo suae fidei commissas aliis celebrandas tradiderint, obligatione tenentur usque dum acceptatae ab eisdem obligationis et recepti stipendii testimonium obtinuerint".

Sacerdos transmittens missas ad Ordinarium vel ad S. Sedem, ipsa traditione ab omni obligatione liberatur; — ad alios autem

1 Ita ex decreto *Ui debita S. C. Condi.i* II maii 1904.

* Si specialis necessitas dioecesis exigat ut stipendia non transmittantur extra diœcesim, Ordinarius obtinere potest indultum ad hanc transmissionem prohibendam. Ex decisione *C. Conc.*^ 19 febr. I 921, *A. A.* 5-, XIII, 230, prohibitio concilii provincialis, missas mittendi absque consensu Ordinarii, sustinetur post *Codicem* quoad missas*fundatas* vel ad instar manualium vel manuales datas intuitu causæ piæ; in reliquis servandus est c. 838.

sacerdotes, non liberatur nisi ab his sacerdotibus testimonium obtinuerit acceptatæ obligationis et recepti stipendii.

Can. 840 : § i. "Qui missarum stipes manuales ad alios transmittit, debet acceptas *integre* transmittere, nisi aut oblator expresse permittat aliquid retinere, aut certo constet excessum supra taxam dioecesanam datum fuisse intuitu personæ. "

Tunc enim excessus est donum *superadditum,* non autem pars stipendii. — Si sacerdos celebraturus *sponte,* id est, nec rogatus nec interrogatus ', partem stipendii cedat, licite retinetur. Possunt pariter retineri expensæ pro expeditione missarum et stipendii'.

§ 2. " In missis ad instar manualium, nisi obstet mens fundatoris, legitime retinetur excessus et satis est remittere solam eleemosynam manualem dioecesis in qua missa celebratur, si pinguis eleemosyna locum pro parte teneat dotis beneficii aut causæ piae".

N. B. Cum in *Codice* nil speciale statutum sit de transmissione stipendiorum ad Orientales, regulae a S. *C. C.* traditae, 22 maii et 9 sept. 1907, tamquae *directives* saltem servari debent. Qui stipendia ad sacerdotes *orientalis ritus* vult mittere, id faciat per *Cong. de Prop. Fide* vel per delegatos apostolicos pro sacerdotibus sui districtus.

Licet tamen stipendia mittere in Orientem ad *sacerdotes latini ntus,* servatis regulis quæ praescribuntur pro Occidente. Possunt igitur directe mitti stipendia ad delegatos, vicarios et praefectos apostolicos.

809. *Scholion depermutatione missarum.* Sacerdos qui, accepto pinguiore stipendio, rogat alium sacerdotem ut pro sua intentione celebret, simul promitteris se alio die celebraturum esse juxta intentionem illius sacerdotis, probabilius immunis est ab omni peccato, etiam veniali λ Hic enim non habetur permutatio stipendiorum, sed missarum, et idem est ac si quis diceret : Ego pro te missam dicam tali die, si tu hodie pro me missam dicis.

810.(e) *De adnotatione missarum et episcoporum aut superiorum officio* (c. 841-844).

' *Anu du Clergi,* 1925, p. 807-811.

' Hinc administratores ecclesiarum, ex eleemosynis datis ad missas celebrandas, nihil possunt retinere pro expensis altarium, luminum, etc., nisi alii non sint reditus; et tunc id solum retineri potest quod pro uno tantum sacrificio expenditur. Attamen, si qua ecclesia paupertate laboret, potest Ordinarius permittere ut a sacerdotibus qui in proprium commodum inibi celebrant, propter utensilia ceteraque ad missæ sacrificium necessaria, moderata stipes exigatur. *(Codex,* c. 1303).

' Ita Billuart, diss. VIII, a. 6; Génicot, II, n. 231 ; Noldin, *De Sacram.,* n. 191 ; Priimmer, n. 277.

Can. 841 : "§ i. Omnes et singuli administratores causarum piarum aut quoquo modo ad missarum onera implenda obligati, sive ecclesiastici sive laici, sub exitum cujuslibet anni, missarum onera quibus nondum fuerit satisfactum, suis Ordinariis tradant secundum modum ab his definiendum.

§ 2. Hoc autem tempus ita est accipiendum ut in missis ad instar manualium obligatio eas deponendi decurrat a fine illius anni intra quem onera impleri debuissent; in manualibus vero, post annum a die suscepti oneris, salva diversa offerentium voluntate.

Can. 842 : Jus et officium advigilandi ut onera missarum adimpleantur, in ecclesiis saecularium pertinet ad loci Ordinarium; in religiosorum ecclesiis, ad eorum Superiores.

Can. 843 : § i. Rectores ecclesiarum aliorumque piorum locorum sive saecularium sive religiosorum in quibus eleemosynae missarum recipi solent, peculiarem habeant librum in quo accurate notent missarum receptarum numerum, intentionem, eleemosynam, celebrationem.

§ 2. Ordinarii tenentur obligatione singulis saltem annis hujusmodi libros sive per se sive per alios recognoscendi.

Can. 844 : § i. Ordinarii quoque locorum et Superiores religiosi, qui propriis subditis aliisve missas celebrandas committunt, quas acceperint missas cum suis eleemosynis cito in librum per ordinem referant curentque pro viribus ut quamprimum celebrentur.

§ 2. Imo *omnes sacerdotes* sive saeculares sive religiosi debent accurate adnotare quas quisque missarum intentiones receperit, quibusve satisfecerit

811. (f) Omnis *mercatura* species quoad missarum stipendia strictissime prohibetur ex c. 827 : "A stipe missarum quaelibet etiam species negotiationis vel mercaturæ omnino arceatur

Jamvero, juxta decretum *Ut debita*^ **n** maii 1904 : "Vetitum cuique omnino est missarum obligationes et ipsarum eleemosynas a fidelibus vel locis piis acceptas tradere bibliopolis et mercatoribus, diariorum et ephemeridum administratoribus, etiamsi religiosi viri sunt, necnon venditoribus sacrarum utensilium et indumentorum, quamvis pia et religiosa instituta, et generatim quibuslibet, etiam ecclesiasticis viris, qui missas requirant non taxative ut eas celebrent sive per se sive per sacerdotes sibi subditos, sed ob alium quemlibet, quamvis optimum, finem : constitit enim, id effici non posse, nisi aliquod commercii genus cum eleemosynis missarum agendo, aut eleemosynas ipsas imminuendo".

Nemini licet stipendia colligere *ut ex eis lucrum captet,* sive ex cambio monetae, sive partem sibi retinendo, etiam cum consensu celebrantium. Nec licet stipendia a missæ celebratione separare, aut in alias res commutare aut minuere; sed celebranti ex integro in specie sua sint tradenda. — Quod intelligi debet de stipendiis jam acceptis a fidelibus vel lociis piis; nam qui missas petunt ad *propriam suam intentionem* stipendia solvere possunt dando alias res, v. g., libros, vestes sacerdotales

Qui deliquerint contra canonem 827, prohibentem quamlibet speciem negotiationis circa stipem missarum, sive contra c. 828 præscribentem tot esse missas applicandas quot stipendia acceptata fuerint, sive contra c. 840 statuentem stipes remittendas esse integras ad eos qui missas celebrant, ab Ordinariis pro gravitate culpæ puniantur, non exclusa, si res ferat, suspensione aut beneficii vel officii privatione, vel, si de laicis agatur, excommunicatione[2].

20 Obligatip e missis fundatis orta.

812. (a) Notio hujusmodi missarum traditur in *Codice, c.* 1544 : § i. Nomine piarum fundationum significantur bona temporalia alicui personæ morali in Ecclesia quoquo modo data, cum onere in perpetuum vel in diuturnum tempus ex reditibus annuis aliquas missas celebrandi vel alias præfinitas functiones ecclesiasticas explendi, aut nonnulla pietatis et caritatis opera peragendi. § 2. Fundatio, legitime acceptata, naturam induit contractus synallagmatici : *do utJacias.*

(b) Conditiones *ut fundationes acceptari possint* (cc. 1546-1547). 1) "Requiritur consensus Ordinarii loci, in scriptis datus, qui eum ne præbeat, antequam legitime compererit personam moralem tum novo oneri suscipiendo, tum antiquis jam susceptis satisfacere posse; maximeque caveat ut reditus omnino respondeant oneribus adjunctis secundum cujusque dioecesis morem". 2) Pecunia et bona mobilia quamprimum caute et utiliter secundum prudens Ordinarii arbitrium, collocentur in commodum ejusdem fundationis cum expressa et individua mentione oneris.

[1] E decreto *C. Con.y* io jan. 1920, *A. A. S.t* XII, 70-73- In dioecesi N., ex antiqua consuetudine, parochi vicariis cooperatoribus menstruam mercedem 50*pesos* solvunt, imposita vicariis obligatione applicandi missam quotidie ad intentionem parochi qui sibi retinet stipendia missæ, non considerata summa ad quam hæc revera per mensem ascenderint — Hæc consuetudo *tolerari* potest; mens tamen Cong. fuit " quod Administrator Apostolicus operam navet ut in praxi ponatur statutum dicecesanum, vi cujus parochi cooperatoribus suis mercedem solvant 25 ponderum, adjecto quotidie stipendio integro juxta ta.xam, ita ut honorarium menstruum summæ 50 ponderum coæquetur

(c) De tabella *fundationum* (1548-1550) : "§ i. Fundationes, etiam viva voce factæ, *scripto* consignentur. — § 2. Alterum tabuLarum exemplar in Curiæ archivo, alterum in archivo personæ moralis, ad quam fundatio spectat, tuto asservetur". — In qualibet ecclesia onerum fundationibus incumbentium *tabella* conficiatur et servetur; et de onerum impletione exacta ratio Ordinario reddatur.

(d) Omnes conditiones temporis et loci adamussim serventur, in quantum moraliter fieri potest. Si reditus deficiant *in totum* sine pastoris culpa, non tenetur Missas celebrare; si in *parte,* et in tabulis fundationum designata fuerit *eleemosyna* pro qualibet missa, reducitur proportionate Missarum numerus. Si nihil hac de re in fundatione statutum fuerit, ad Episcopum aut Sedem Apostolicam recurrendum est, ex infra dicendis, n. 818.

3° Obligatio e munere pastorali orta.

813. (A) Existentia hujus obligationis. *Omnes pastores animarum tenentur exjure divino aliquoties offerre pro populo, et exjure ecclesiastico certis diebus infra enumerandis.*

(a) Jure divino *tenentur aliquoties.* 1) Id enim diserte asserit *Trident.*[1] : "Cum *prcecepto divino* mandatum sit omnibus quibus cura animarum commissa est, oves suas agnoscere, pro iis sacrificium offerre..." 2) Quod quidem præceptum infertur ex *ep. ad Hebr.*[3] : "Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut *offerat dona et sacrificia pro peccatis".* 3) Innititur etiam *jure naturali :* nam vi *quasi-contractus* inter pastorem et fideles initi, officium incumbit populo pastores sustentandi et pastoribus officium spiritualiter fideles suos pascendi eis ministrando quæ ad salutem prosunt; atqui unum ex efficacioribus mediis ad eos juvandos est certo sacrificium pro eis offerre; ergo...

814. (b) Jure autem ecclesiastico determinantur *ii qui offerre debent* pro populo, et *quibus diebus.*

i° Quinam tenentur? 1) *Cardinales* ad sedem suburbicariam promoti, aut ad aliam sedem tanquam episcopi residentiales (c. 240, § 1).

2) *Episcopi residentiales* (c. 339, §1), post captam sedis possessionem.

• Sess. XXIII, cap. I de Reform. — * *Hebr.,* V, I.

3) *Administratores apostolici permanenter constituti* (cc. 313; 3'5» § J)› postquam canonicam administrationis possessionem inierint.

4) *Vicarii et prcefecti apostolici,* sed tantum in diebus festis de præcepto, excepta Circumcisione, et in dominicis Paschatis et Pentecostes (cc. 306; 466, § 1).

5) *Abbates* vel *Prcelaii nullius,* qui præsunt territorio proprio, cum clero et populo, post captam canonice possessionem.

6) *Vicarii capitulares,* sede vacante (c. 440).

7) *Parochi,* capta possessione (c. 466, § 1).

8) *Quasi-parochi,* qui regunt partes vicariatus apostolici aut praefecturae apostolicæ, iisdem diebus ac Vicarii apostolici.

9) *Vicarii actuales,* qui nempe actualem habent curam animarum, quando *cura habitualis* ad personam moralem spectat, v. g., capitulum vel domum religiosam (c. 471, § 4).

10) Vicarii *oeconomi,* vacantem paroeciam regentes (c. 473, § 1).

Non tenentur autem episcopi *coadjutores* et *auxiliares,* vicarii *generales,* vicarii *substituti,* vicarii *adjutores,* vicarii *cooperatores, capellani* monialium, militum, collegiorum, nosocomiorum, rectores Seminarii (cc. 474; 465, § 4-5; 475, § 1 ; 451 ; 1368). Non tenentur episcopi *titulares,* sed eos decet *aliquoties ex caritate* pro sua dioecesi missam offerre.

Unam tantum missam *pro populo* dicere tenentur *episcopi* et *parochi oya* duas vel plures paroecias æque principaliter unitas regunt, vel, præter diœcesim aut parochiam, alias in administrationem habent (cc. 339, § 5 ; 466, § 2).

" Si quis autem eodem die urgeatur onere utriusque missæ et *pro populo* et *conroentuali,* hanc ipse celebret applicetque per se, illam per alium vel per se die sequenti" (c. 419, § 2).

815. 20 **Quibusnam diebus?** Omnibus diebus *dominicis,* et *festis de præcepto,* etiam *suppressis.*

1) Dies festi de præcepto in *universa Ecclesia* sunt, ex c. 1247 : " Festa Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniae, Ascensionis et sanctissimi Corporis Christi, Imm. Conceptionis et Assumptionis... sancti Joseph... SS. Pauli et Pauli Apostolorum, Omnium denique Sanctorum". I

2) *Dies festi suppressi :* feria 2 et 3a post dominie. Resurrectionis et Pentecostes : Purificatio, 2 febr.; Annuntiatio, 25 mart.; Nativitas B. V. Mariæ, 8 sept.; — S. Matthias, 24 aut 25 febr.; SS. Philippus et Jacobus, 1 maii; Nativitas S. Joannis Baptistae, 24 jun.; S. Jacobus, 25 jul.; S. Anna, 26 jul.; S. Laurentius, 10 aug.; S. Bartholomæus, 24 aug.; S. Matthæus, 21 sept.; Dedicatio S. Michaelis, 29 sept; SS. Simon et Juda, 28 oct.; S. Andreas,

30 nov.; S. Thomas, 21 dec.; S. Stephanus, 26 dec.; S. Joannes Apostolus, 27 dec.; SS. Innocentes, 28 dec.; S. Sylvester, 31 dec.; praeterea festum principalis *patroni* regni et patroni loci.

Si dies festus incidit in diem dominicam, parochus *unica* missa obligationi satisfacit.

N. B. In multis autem dioecesibus, vi indulti apostolici, diebus festis suppressis vel non, aut etiam quibusdam dominicis, missa non dicitur *pro populo,* sed pro speciali intentione, ea tamen lege ut integrum stipendium ad cancellariam mittatur pro piis operibus ab Ordinario determinatis. — De quo vide *Statuta dioccesana.*

816. (B) Qualitas hujus obligationis. Hæc obligatio est :

(a) *Gravis,* a qua non eximit consuetudo contraria vel paupertas.

(b) *Personalis,* seu *ab ipso pastore* adimplenda, nisi adsit *justa* et *legitima* causa (cc. 339, § 4; 466, § 1, etc.), qualis est infirmitas, longa absentia.

(c) *Realis,* id est, ita officio adnexa ut parochus, si legitime excusatur missam per se offerre, debeat per alium, dato stipendio, aut per se alio die pro populo celebrare. Unde quam primum tot missas applicet quot omisit (c. 339, § 6). Si, propter tenuitatem redituum, id fieri nequeat, recurratur ad S. Sedem, quæ hanc obligationem mitigat.

(d) *Localis,* eo sensu quod parochus regulariter pro populo celebrare debet in ecclesia parceciali, nisi rerum adjuncta missam alibi dicere exigant aut suadeant (c. 566, § IV), v. g., legitima absentia aut commoditas populi.

(e) *Die statuta,* nisi justa causa excuset, v. g., missa exsequialis, vel pro sponsis. — " Si festum ita transferatur ut in die *ad quem* non solum fiat officium cum missa festi translati, sed serventur quoque obligationes audiendi missam et abstinendi a servilibus, missa pro populo applicanda est in die *ad quem ;* secus, in die *a quo"* (c. 339, § 3).

De missarum condonatione et reductione.

817. (A) *Condonatio* est relaxatio missarum manualium vel fundatarum, quæ ex justitia celebrandæ erant, sed non fuerunt celebratæ. (a) Jamvero *solus Pontifex condonare*

potest, nisi tamen oblatores vel fundatores id expresse episcopo concesserint Ipse enim solus, ex thesauro Ecclesiæ, pro sacris omissis supplere valet, simulque piam voluntatem fidelium, ex quasi-contractu ortam, immutare.

(b) *Conditiones* hujus condonationis sunt ut : i) omissio ex *bona fide* facta, fuerit, non autem cum spe malitiosa absolutionem obtinendi; 2) ut reditus non sufficiant supplendis omissionibus; 3) si agitur de *manualibus,* ut sacerdos non valeat nisi cum gravissimo incommodo omissas missas dicere. Tunc imponitur salutaris pænitentia cum onere celebrandi determinatum numerum missarum x.

818. (B) *Reductio* missarum est imminutio quædam numeri missarum quæ in *posterum* celebrandæ sunt.

(a) Regulariter *solus Pontifex* eam concedere valet : ex c. 1517, § i. " Ultimarum voluntatum *reductio, moderatio,* commutatio, quæ fieri ex justa tantum et necessaria causa debent, *Sedi Apostolicce reservantur,* nisi fundator hanc potestatem etiam Ordinario loci *expresse* concesserit.

§ 2. Si tamen exsecutio onerum impositorum, ob imminutos reditus aliamve causam, nulla administratorum culpa, impossibilis evaserit, tunc Ordinarius quoque, auditis iis quorum interest, et servata, meliore quo fieri potest modo, fundatoris voluntate, poterit eadem onera æque imminuere, *excepta missarum reductione,* quæ semper *Sedi Apostolicæ unice* competit ". — Ratio eadem est ac supra, n. 817.

(b) Attamen, ex *speciali induito,* episcopus missas reducere potest, sed tantum juxta clausulas indulti. Ita " indultum reducendi missas*fundatas* non protenditur ad alias missas ex contractu debitas, nec ad alia opera piæ fundationis ; indultum vero generale reducendi onera piarum fundationum ita intelligendum est, nisi aliud constet, ut indultarius potius alia onera quam missas reducat" (c. 1551, § 2, 3).

(c) Condonatio et reductio missarum conceduntur, pro foro interno, a S. *Pcenitentiaria,* pro foro externo, a *C. Concilii,* et, in locis missionum, a 5. *C. de Prop. Pide.*

De tempore celebrandi missam.

819. i° *Quoad dies* .· " Missæ sacrificium omnibus diebus celebrari potest, exceptis iis qui proprio sacerdotis ritu excluduntur " (c. 820).

' Card. Gaspard, ɳ. 615; S. Many, n. 8r.

Jamvero, secundum ritum *romanum :* (a) *Feria sexta in Parasceve,* prohibetur missa proprie dicta; celebratur tantum missa quæ dicitur missa *prcesanctificatorum,* quæ non est vera missa, cum deficiat consecratio.

Si tamen deficerent hostiæ consecratæ (quod non nisi raro accidere potest), offerre liceret ad sacrum viaticum ministrandum.

(b) *Feria Va in Coena Domini* et *Sabbato Sancto,* non permittitur nisi missa cantata officio divino conjuncta. Licet tamen superioribus regularibus, feria V prædicta, privatam missam celebrare ad communionem suis subditis præbendam.

820. 2° Quoad horam, ex c. 821, § 1. " Missæ celebrandæ initium ne fiat citius quam una hora ante auroram vel serius quam una hora post meridiem " x.

Excusat autem gravis causa : 1) *necessitas* consecrandi ut *morituro* deferatur *viaticum; 2) gravis utilitas,* v. g., ut opifices summo mane missam audire valeant, — quando secus magna pars populi missa careret, — quando summo mane iter faciendum est; 3) indultum apostolicum, — aut dispensatio ab episcopo concessa in casu particulari, ad normam c. 81.

§ 2. " In nocte Nativitatis Domini inchoari media nocte potest sola missa conventualis vel parcecialis, non autem alia sine apostolico induito.

§ 3. In omnibus tamen religiosis seu piis domibus oratorium habentibus cum facultate sanctissimam eucharistiam habitualiter asservandi, nocte Nativitatis Domini, unus sacerdos tres rituales missas vel, servatis servandis, unam tantum quæ adstantibus omnibus ad præcepti quoque satisfactionem valeat, celebrare potest et sanctam communionem petentibus ministrare ",

821. 3° *Defacultate* plures missas eadem die *celebrandi.*

(A) *Regulariter* non licet .pluries in die celebrare, ex can. 806, § i : " Excepto die Nativitatis Domini et die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, quibus facultas est ter offerendi eucharisticum sacrificium, *non licet* sacerdoti *plures in* die celebrare missas ".

* Aurora incipit diverso tempore pro diversis *latitudinibus ;* in *Ordine officii dicendi* inseri solet tabella indicans auroram. — In privata celebratione missæ, sequi licet tempus *verum,* aut *medium* vel *legale ;* in publica celebratione, standum est communi loci usui (c. 33, § 1).

822. (B) Attamen, ex *induito apostolico* vel *potestati* facta ab *Ordinario* loci, licet aliquando *duas missas* eodem die celebrare seu *binart,* sub certis conditionibus.

(a) *Vera licentia* requiritur, expresse vel æquivalenter a S. Sede vel Ordinario concessa.

(b) *Vera necessitas,* requiritur ut Ordinarius permittere valeat, ex c. 806, § 2 : " Hanc tamen facultatem impertiri nequit Ordinarius, nisi cum, prudenti ipsius judicio, propter penuriam sacerdotum, die festo *de prcecepto notabilis fidelium pars missa adstare non possit ;* non est autem in ejus potestate plures quam duas missas eidem sacerdoti permittere". Quæ necessitas urget: 1) quando sacerdos duas regit paroecias distantes, nec facile populus potest in eadem ecclesia convenire; 2) quando una tantum est paroecia et ecclesia, nec omnes parochiani possunt eamdem missam audire, et aliunde non adest alius sacerdos.

Quando vera urget necessitas, si recursus ad episcopum sit impossibilis, licentia legitime praesumitur. — Pariter, si presbyter, qui facultatem binandi obtinuit, nequit celebrare, alius potest eum supplere.

(c) Si *utilitas* tantum habetur, privata aut publica, requiritur *indultum apostolicum.* — Quod pariter requiritur ut, ratione necessitatis, sacerdos *ter* in die celebrare possit.

(d) Poena contra delinquentes, ex c. 2321, consistit in suspensione a missæ celebratione ab Ordinario ad tempus praefinienda.

823. (C) *De stipendio accipiendo, s')* In die Nativitatis Domini, *tria* stipendia accipi possunt; in die Commemorationis omnium fidelium, *unum* tantum ; secunda missa pro omnibus fidelibus defunctis, tertia ad mentem S. Pontificis, sine stipendio, dici debet.

2) Aliis diebus, non licet duo stipendia accipere. Potest tamen sacerdos, per secundam missam, satisfacere obligationi caritatis. Potest insuper, intuiti laboris et incommodi *extrinseci,* aliquam remunerationem accipere imo et exigere restitutionem *impensarum* quas fecerit pro binatione, pro itinere, equo curru, etc.

3) Juxta 5. *C. Concil.,* 8 maii 1920, " loci Ordinarius, vi indulti apostolici, adigere valet presbyteros ut missam binatam vel pro populo dispensatam applicent in favorem piæ causæ ".

823bU. (D) *Ritus servandus* in casu binationis ita describi potest, ex 5. *C. Rit., 12* sept. 1857 :

1) Quando sacerdos eadem die duas missas celebrare debet, in prima dum divinum sanguinem sumit, eum diligentissime sorbeat.

A. A. S.» XII, 536,

Exinde super corporale ponat calicem et palla tegat; ac, junctis manibus, in medio altari dicat: " *Quod ore sumpsimus* ". Subinde, admoto vasculo, digitos lavet dicens: " *Corpus tuum,* etc. ", et abstergat. Quibus peractis calicem super altari manentem cooperiat, prout mos est, missamque prosequatur. 2) Si in *eadem ecclesia* iterum celebraturus sit, nihil speciale notandum nisi quod, in missa sequenti, tempore offertorii calix non erit extra corporale ponendus neque extergendæ erunt guttæ vini in calice dispersæ. 3) Si vero *dissitis in locis* celebrandum sit, completo ultimo evangelio, sacerdos, detecto calice, guttas pretiosi sanguinis, si quæ supersint, diligenter sorbeat, et quidem ex eadem parte calicis qua pretiosum sanguinem antea sumpsit. Postea in ipsum calicem tantum saltem aquæ fundat quantum prius vini posuerat, eamque circumactam ex eadem parte qua sacrum sanguinem biberat, in paratum vas demittat. Calicem subinde ipsum purificatorio abstergat ac demum cooperiat, atque ab altari discedat. In secunda missa aqua e calice demissa sumatur, vel in piscinam projiciatur.

824. Scholion de missis gregorianis. (a) *Notio.* Gregorianæ dicuntur triginta missæ *absque interruptione* dictæ pro aliquo defuncto.

Ex iis quæ narrat 5. *Gregorius* pia nata est fidelium persuasio his triginta missis, ex divina misericordia et S. Gregorii intercessione, liberari ab igne Purgatorii animam pro qua offeruntur.

(b) *Conditiones.* Præcipua est ut *triginta* missæ *sine interruptione* offerantur sive ab uno sive a pluribus sacerdotibus. Attamen, a feria Va in coena Domini usque ad Pascha exclusive, interrumpi possunt sine amissione privilegii. Si quadam die sacerdos impediatur, alium sibi substituere tenetur. Sola S. Sedes aliquam interruptionem concedere valet. Si igitur missarum celebratio absque culpa interrumpatur, vel simpliciter de integro repetendum est, nisi oblator explicite monitus id non exigat, vel ad 5. *Panitentiariam* recurrendum est. — Juxta quosdam, si sacerdos *inculpabiliter* interruperit uno die, non tenetur iterum incipere totum numerum, sed sufficit numerum trigesimum complere[3].

Art. V. De subjecto sacrificii missæ[3].

Subjectum sacrificii missæ sunt *ii omnes pro quibus offerri seu applicaripotest missa,* tum *vivi* tum *defuncti. {Codex,c.2>*

1 *Dial.,* l. IV, c. 55. — 2 Praxis recens et nova, *44 missarum* dicta, a S. Officio cum gravibus poenis fuit damnata (17 mart. 1934).

3 Suarez, disp. 78; Lugo, disp. XIX, sect. 10; Drouin, q. VII, c. r; Lehmk., n. 175 sq.; Marc, 1601; L. Godefroy, in *D. T. C.,* t VI, 940-941; Prümmer, n. 249-250; DD. Durieux, n. 22-25.

I. De vivis.

825. *Ex se* sacrificium missæ potest offerri pro *omnibus vivis, nisi specialis adsit Ecclesiæ prohibitio,*

i° Offerri potest pro *omnibus vivis.* Nam missa nihil aliud est nisi applicatio fructuum sacrificii crucis. Atqui sacrificium crucis oblatum est pro omnibus. Ergo fructus missæ omnibus vivis applicari potest.

2° Jure autem ecclesiastico quædam dantur restrictiones quoad *excommunicates, infideles, schismaticos* et *hcereticos.*

(a) *De excommunicatis* statuit *Codex,* c. 2262, § 2 : " Non prohibentur... sacerdotes missam *privatim* ac *remote scandalo* pro eo (excommunicato) applicare; sed, si sit *vitandus,* pro ejus conversione tantum ".

Dicitur : *privatim,* ideoque omitti debet *publica denuntiatio* vel ejus nominis in precibus publica expressio, aut solemnitas, ne forte scandalizentur fideles. Si excommunicat! sunt *tolerati,* offerri potest missa non solum ad eorum conversionem, sed etiam ad alium finem honestum; si sunt vitandi, ad eorum conversionem tantum x.

(b) De *apostatis, schismaticis* et *hæreticis* idem dicendum est ac de excommunicatis, cum sint et ipsi excommunicat! *{Codex,* c. 2314, § i).

826. (c) *De infidelibus.* Missæ sacrificium offerri etiam potest pro infidelibus, praecipue ea intentione ut convertantur, sed etiam propter alium honestum finem. Etenim S. Paulus postulat fideles publice orare " pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt"23 quorum plerique tunc temporis infideles erant. Constat ex responso S. Officii (1865), ubi declaratur missam celebrari posse, accepto stipendio, pro *Turearum* aliorumque *infidelium* intentione, dummodo non adsit scandalum, nihil in missa specialiter addatur, et nihil mali aut superstitiosi adsit in infidelibus missam postulantibus. 3

2 Pro excommunicatis principibus regnantibus licet non solum privatim, sed etiam *palam* offerre, ut provinciæ eis subditæ prospere gubernentur.

' *I Tim.*9 II, 1-2-

3 *ColUclatua,* n. 858 (877). — *Ami du Ckrgé,* t XXXVI, 1914, p. 129.

II. De Defunctis.

827. i° Principia generalia. Inter defunctos, alii sunt in cælo regnantes, alii in inferno, alii in purgatorio degunt,

(A) Sacrificium missæ non offertur *proprie* sanctis, cum teste *Tridentino* sacrificium missæ sit actus *latriæ* soli Deo offerendus; nec etiam proprie pro *sanctis,* cum poenam non habeant pro peccatis solvendam, nec gratiam acquirendam. Sed offertur *in honorem sanctorum,* ut Deo gratiæ reddantur de illorum victoriis, eorum patrocinia implorentur, et ipsi pro nobis intercedere dignentur, quorum memoriam agimus in terris[1].

(B) Missa offerri nequit nec directe, nec indirecte, pro *damnatis,* cum isti in statu æternæ reprobationis constituantur, ideoque sunt pænitentiæ incapaces; nec pro parvulis absque baptismo decessis cum hi sint in limbo a quo exire nequeunt, et in quo juvari non possunt.

(C) Pie et utiliter offertur sacrificium missæ pro *animabus in Purgatorio* detentis. De fide est ex *Trid.* declarante has animas " fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili sacrificio missæ juvari"; et definiente : "Si quis dixerit missæ sacrificium... neque pro vivis et defunctis offerri debere, A. S." [3].

(a) *Script.* Legitur enim Judam duodecim millia drachmas argenti misisse Jerosolymam ut offerretur pro peccatis mortuorum sacrificium [4]; atqui si sacrificia antiquæ Legis efficacia erant ad juvandas animas defunctorum, idem a fortiori valet de sacrificio N. Legis, quod est antiquorum consummatio.

[1] Sess. XXII, cap. 3, D. B., 941.

• Hanc praxim non esse derogatoriam mediationi Christi jam S. Thomas probaverat *(Sufflem.)* q. 72, a. 2), ostendens divinæ ordinationi consentaneum esse ut, sicut ultima per media reducuntur in Deum, ita nos, qui peregrinamur a Deo, in Eum reducamur per sanctos qui in patria Ei sunt propinquissimi. **Cfr. L. Billot, Th. LV.**

[3] Sess. XXV, de Purgat., XXII, can. 3, D. B., 950, 983.

[4] *II Machab.* XII, 43. — Protestantes equidem non admittunt hunc librum esse inspiratum, sed ejus valorem historicum denegare nequeunt, et hoc sufficit ut ostendatur quænam fuerit antiqua Judæorum fides circa preces et sacrificia pro defunctis.

(b) *Rat. theol.* Sacrificium missæ est satisfactorium et impetratorium; atqui sub utroque respectu mortuis prodesse potest ; quatenus *satisfactorium,* directe remissionem poenae obtinet, quatenus *impetratorium* viventibus gratias obtinet quibus excitantur ad bona opera facienda pro defunctis.

828. 2° Regulæ practicæ. Cum prorsus ignoretur quinam sint in Purgatorio, licet missam offerre pro omnibus defunctis, *nisi specialis adsit Ecclesiæ prohibitio.*

Jamvero regula generalis Ecclesiæ est ut quibus deneganda fuerit sepultura ecclesiastica, denegari debeant suffragia publica : " Excluso ab ecclesiastica sepultura deneganda quoque sunt, tum quaelibet missa exsequialis, etiam anniversaria, tum alia *publica* officia funebria" *(Cod.* c. 1241).

Ecclesiastica autem sepultura privantur qui *sine baptismo* decesserunt (c. 1239, § 1). Insuper ex c. 1240, § 1, sepultura privantur, nisi ante mortem aliqua dederint pænitentiæ signa : 1) notorii apostatæ, notorie addicti sectæ bæreticæ vel schismatici aut sectæ massonicæ aliisve ejusdem generis; 2) excommunicari vel interdicti *post* sententiam condemnatoriam vel declaratoriani} 3) qui se occiderint deliberate; 4) mortui in duello aut ex vulnere inde relato; 5) qui mandaverint suum corpus cremationi tradi, et in hac voluntate perseveraverint usque ad mortem, etiamsi crematio, ad normam c. 1203, § 2, non sequatur; 6) alii peccatores publici et manifesti.

Pro his omnibus igitur missa applicari nequit etiamsi applicatio tantum sacerdoti et ei qui dat eleemosynam nota esset. Cum enim a 5. *Officio* quæsitum fuisset " an liceat missam offerre pro illis qui in manifesta haeresi moriuntur, præsertim quando hujusmodi applicatio nota esset, — an liceat etiam in casu, quo hujusmodi applicatio missæ tantum sacerdoti, et illi qui dat eleemosynam nota esset", S. Officium *negative* ad utrumque respondit 7 Aprilis 1875. Quod quidem sancitum est ne forte ex contraria praxi deducatur omnes christianismi formas esse æqualiter bonas, et sic via indifferentismo paretur. Attamen qui, a nemine rogatus, privatim missam applicaret pro hæretico materiali, qui bona fide et in gratia divina e vita migrasse videtur, sub hac prohibitione probabiliter non caderet, juxta probabilem opinionem. Pro eis etiam, juxta omnes, missa offeri potest *indirecte,* id est, missa offerri potest pro omnibus defunctis, cum intentione subveniendi etiam animæ illius defuncti, si Deo placeat

Card. Gaspard, n. 4S9; Marc, η. ι6οι.

Art. VI. De liturgicis praescriptis circa missam.

829. Cum missa sit inter omnes liturgicas actiones præstantissima, diligenter servandi sunt omnes ritus ad ejus dignam celebrationem institutix.

Ex multis liturgicis praeceptis, nonnisi *praecipua* hic exponere possumus, pro ceteris ad *canonistas* et *liturgistas* remittentes. Res scitu magis necessarias exponemus : 1° de *loco* celebrationis; 2° de *altari* ejusque apparatu; 3° de *sacris vasis, linteaminibus* et *vestimentis;* 40 de *ritibus.*

I. De loco celebrationis».

830. i° **Régulai** *Jure communi regulariter illicitum est sub gravi celebrare extra locum sacrum,* i) Ex *T'ridentino* 3 .· " Ne patiantur (Episcopi) privatis in domibus atque omnino extra ecclesiam et ad divinum tantum cultum dedicata oratoria, ab eisdem Ordinariis designanda et visitanda, sanctum hoc sacrificium a quibuscumque peragi ", 2) Ex *Codice,* c. 822, § 1 : " Missa celebranda est super altare consecratum et in ecclesia vel oratorio consecrato aut benedicto ad normam juris ",

831. Itaque (a) *jure communi,* missa celebrari potest solummodo in *ecclesiis* 'vel oratoriis *publias,* postquam hæc *consecrata* vel saltem *benedicta* fuerint

1) "Ecclesiæ nomine intelligitur ædes sacra divino cultui dedicata eum potissimum in finem ut omnibus christifidelibus usui sit ad divinum cultum publice exercendum" *(Cod.,* c. **u6i).**

2) " *Oratorium* est locus divino cultui destinatus, non tamen eo potissimum fine ut universo fidelium populo usui sit ad religionem

l " Quanta cura adhibenda sit ut sacrosanctum missæ sacrificium omni veneratione celebretur, quivis facile existimare poterit qui cogitarit maledictum in Sacris Litteris eum vocari qui facit opus Dei negligenter. Quod si necessario fatemur nullum aliud opus adeo divinum a christifidelibus tractari posse quam hoc ipsum tremendum mysterium, satis etiam apparet omnem diligentiam in eo ponendam esse ut quam maxima fieri potest interiori cordis munditia, atque exteriori devotionis specie peragatur". *{Trident.,* sess. XXII, Decret, de observandis... in celebrat, missæ).

3 *Codex,* cc. 822, 1161 sq. — S. Alphons., n. 356-359; Gasparri, **t** I, c. 3, n. 121-158; Many, *Prelect. de Locis sacris,* Parisiis, 1904, η. I-107; DD. Durieux, n. 120-134.

3 Sess. XXII, De observ. in cel. missæ.

publice colendam.... *Publicum,* si praecipue erectum sit in commodum alicujus collegii aut etiam privatorum, ita tamen ut omnibus fidelibus, tempore saltem divinorum officiorum, jus sit legitime comprobatum illud adeundi

Semipublicum, si in commodum alicujus communitatis vel coetus fidelium eo convenientium erectum sit, neque liberum cuique sit illud adire3;

Privatum seu *domesticum,* si in privatis ædibus in commodum alicujus tantum familiæ vel personæ privatæ erectum sit *(Cod.,*

k

(b) Facultatem celebrandi in oratoriis *semipublicis* Episcopi jure proprio concedere valent, et in concessione varias limitationes apponere possunt, v. g., quoad numerum missarum. Si vero nullæ limitationes appositæ fuerint, plures missæ celebrari possunt, etiam diebus solemnioribus, et omnes assistentes præcepto sacrum audiendi ibi satisfaciunt.

Non pauci dicunt Episcopos non posse *alia oratoria,* præter *principale,* erigere in piis communitatibus; alii vero contendunt hanc potestatem eis competere : hac enim fruebantur ante concil. *Tridentinum,* et aliunde hoc concilium eorum facultates non limitavit nisi quoad oratoria *privata;* revera, ex diuturna consuetudine, in quibusdam regionibus, ut in Gallia, hac facultate haud raro utuntur 3.

(c) Quoad oratoria *privata* seu domestica, hodie solus Rom. Pontifex concedere potest facultatem in eis celebrandi. Episcopus id facere nequit nisi per modum *actus transeuntis,* quando magnæ et urgentes adsunt causæ.

832. Exceptiones, (a) " Loci Ordinarius, aut, si agatur de domo religionis exemptæ, Superior major, licentiam celebrandi extra ecclesiam et oratorium super petram sacram et decenti loco, nunquam autem in cubiculo, concedere potest justa tantum ac rationabili de causa, in aliquo extraordinario casu et per modum actus" (c. 822, § 4).

(b) " Privilegium *altaris portatilis* vel jure vel induito Sedis tantum Apostolicæ conceditur. Hoc privilegium ita intelligendum est, ut secumferat facultatem *ubique celebrandi,* honesto tamen ac decenti loco, et super petram sacram,non autem in mari" (c. 822,§2-3).

1 Si ad oratorium e via publica nequit perveniri nisi per atrium domus vel per pratum, non erit publicum nisi dominus teneatur liberum fidelium accessum non impedire.

2 Decreta authentica *S.* Λ7Z. Gwf., n. 4007.

3 Obstare quidem videtur responsum *S.* *in Nïverntn.y* 8 mart. 1879 (Decreta authent., n. 3484); sed boc non est decretum *gtntraU,* Cfr. Many, *op, at.9* n. 100.

(c) Ad celebrandum *in navi,* hodie requiritur *speciale indultum apostolicum (Cod.,* 239, 8°; 349, i°) quod sub certis conditionibus conceditur, nempe : ut mare sit tranquillum; ut nullum adsit irreverentiæ periculum; ut alius assistat sacerdos qui, post consecrationem, pedem calicis teneat, aut saltem omne periculum effundendi pretiosissimum sanguinem alio modo praecaveatur.*

833.2° Regula 2 : *Non licet celebrare in loco sacro interdicto, exsecrato aut violato.*

(A) Locus *interdictus* dicitur in quo legitima auctoritate prohibetur divina celebrare officia.* Peccatum *grave* est missam in tali loco offerre.

834. (B) Locus sacer *exsecratur* quando amittit qualitatem loci sacri, id est, suam consecrationem aut benedictionem. Debet igitur de novo consecrari aut benedici, antequam missa ibi celebretur. Jamvero ecclesia suam consecrationem amittit, si *tota* aut ex *majori parte* corruat, non autem si ex minori tantum parte: quod communi hominum judicio aestimatur. Non exsecratur ecclesia, licet crusta parietum, in qua cruces depictae erant, etiam tota exciderit; sed iterum depingi vel apponi debent cruces in testimonium peractae consecrationis 3; neque si parietes et alia omnia *successive* reparentur, etiam cum intentione totum reparandi, dummodo, pro singulis reparationibus, pars destructa *minor sit parte remanente :* tunc enim semper eadem moraliter manet; — neque si, vi aut malitia hominum, redacta sit ad usus profanos; aliter tamen esset si episcopus, ob justas causas, jussisset ecclesiam ad usus profanos redigi.

Ecclesia *benedicta eodem modo* amittit suam benedictionem. Multi quidem doctores olim docuerunt benedictionem non amitti, etiamsi parietes ex toto corruant, quia, ut putabant, *benedictio adhceretpavimento.* Sed hodie hæc opinio communiter rejicitur; nam, juxta *Rituale Romanum,* non pavimentum, sed *soli parietes,* in parte superiori et inferiori, asperguntur aqua benedicta.

835. (C) Ecclesia violatur quatuor modis *(Cod.,* c. 1172, § 1) :

(a) Per *homicidium* vel *suicidium* voluntarium, graviter peccaminosum, in ecclesia patratum eique injuriosum. Ut dicatur *in ecclesia* patratum, requiritur et sufficit ut causa proxima mortis *in ecclesia* accipiatur, licet mors extra accidat. — Occisio hominis, ex justa sententia, in ecclesia patrata, violat eam, quia injuriosa est

1 5. *Rit. Cong.,* 4 mart. 1901 ; 5. *C. de Prop. Fide,* 7 mart, et 13 aug. 1902.

* *Cod.,* c. 2272 : " In interdicto locali particulari, si interdictum fuerit akare vel sacellum alicujus ecclesiæ, nullum sacrum officium seu sacer ritus in eisdem celebretur ". Cfr. *Tr. de Censuris.*

3 5. *C. Rit.,* 19 maii 1896 et 5 maii 1S82; Decr. authentica, nn. 3907 et 3545.

4 Locutione *in ecclesia* intelligitur totum spatium inter pavimentum et tectum

non reo quidem, sed ipsi ecclesiæ; idem dicendum de occisione hominis *in odium fidei.*

(b) *Per effusionem sanguinis humani* voluntariam, copiosam, graviter culpabilem, ecclesiæ injuriosam, prout dictum est de homicidio.

(c) *Impiis* vel *sordidis* usibus, quibus ecclesia addicta fuerit.

(d) *Per sepulturam infidelis* vel *excommunicati* post sententiam declaratoriam vel condemnatoriam.

Notari tamen debet his quatuor actibus non violari ecclesiam nisi sint *certi* et *notorii :* hic enim agitur de *morali* violatione ecclesiæ, quæ proinde pendet a communi hominum notitia et aestimatione. Si vero delictum, prius occultum, postea notorium fiat, ex eo tempore polluta censetur ecclesia.

Jamvero " in violata ecclesia, antequam reconcilietur, nefas est *divina celebrare offida,* sacramenta ministrare... " *(Cod.,* c. 1173, § 1).

" Non licet missam celebrare in templo haereticorum vel schismaticorum, etsi olim rite consecrato aut benedicto" (c. S23, § 1).

II. De altari ejusque apparatu[1].

836. i° De ipso altari. (A) *Non licet missam celebrare nisi in altari sive fixo, sive portatili seu lapide consecrato.*

Ex can. 1197, (a) nomine altaris *immobilis* seu *fixi,* intelligitur " mensa superior una cum stipitibus per modum unius cum eadem consecratis ".

(b) Nomine altaris *mobilis* seu *portatilis,* vocatur petra, ut plurimum parva, quæ sola consecratur, quæque dicitur etiam *ara portatilis* seu *petra sacra;* vel eadem petra una cum stipite qui tamen non fuit una cum eadem consecratus.

Ex c. 822, i° jam allegato, n. 830, nunquam licet celebrare sine altari fixo vel portatili. Ita etiam Rubrica Missalis.

Ex c. 823, § 2, " deficiente altari proprii ritus, sacerdoti fas est ritu proprio celebrare in altari consecrato alius ritus catholici, non autem super Graecorum *antimensiis.* § 3. In altaribus *papalibus* nemo celebret sine induito apostolico "[2].

Altare debet esse *consecratum* (c. 822, §1).

inferius et inter extremam absidem et partem intemam januarum, inclusis capellis et cryptis inferioribus ad quas a parte interiori ecclesiæ liber pateat accessus ; non autem sacristia, turris, spatium inter tectum inferius et tectum exterius, porticus, etc.

[1] S. Alphons., n. 360 et 369; 374 s.; Many, *De locis sacris,* n. 108-136; Ball. P., n. 1064 et 1076; DD. Durieux, n. 135-152.

[2] De *altari privilegiato,* in quo celebrans privilegium habet indulgentiam plenariam lucrandi pro anima pro qua sacrificium offert, statuit *Codex :*

Can. 916. — Episcopi, Abbates vel Praelati *nullius,* Vicarii ac Praefecti

(B) *Utrumque altare exsecratur :* (a) *amotione reliquiarum* in sepulchro contentarum, necnon fractione immo et sola apertione sepulchri ; (b) *fractura enormi,* nempe si tabula fuerit in duas aut plures notabiles partes divisa, aut si per fractionem divisa fuerit una ex crucibus lateralibus.

Sed insuper exsecratur *altare fixum,* non portatile; (a) si tota mensa altaris a suo stipite sublevata fuerit, etsi non omnino dimota : ratio est quia cum basi sua in loco juncturae mensa illa uncta fuit. Non autem exsecratur si totum altare, cum tabula et stipite remanentibus conjunctis, transferatur in alium locum; (b) si ecclesia ipsa exsecratur, exsecrantur etiam altaria fixa, quia sunt pars ecclesiæ, non autem portatilia.

837.20 De altaris apparatu. (A) *De mappis.* " Altare operiatur *tribus mappis* seu tobaleis mundis, ab *episcopo* vel ab *alio habente potestatem benedictis 1;* superiori saltem oblonga, quæ usque ad terram pertingat; duabus aliis brevioribus, vel una duplicata " 2. Mappæ debent esse ex lino vel cannabe, exclusa qualibet alia materia. Celebrare absque ulla mappa, extra necessitatis casum, grave peccatum est.

838. (B) *De antipendio* et *conopceo.* Altare ornari debet antipendio, coloris festo convenientis, nisi sit auro vel lapide pretioso jam ornatum, aut per modum tumbæ confectum : hoc autem benedictione non indiget. — Tabernaculum regulariter vestiri debet *conopceo* coloris diei, *violaceo,* non nigro, in missis pro defunctis.

839. (C) *De cruce.* Crux, cum imagine crucifixi, candelabris supereminens, in medio altari collocetur, in memoriam sacrificii

Apostolici et Superiores majores religionis clericalis exempta, possunt designare et declarare unum altare privilegiatum quotidianum perpetuum, dummodo aliud non habeatur, in suis ecclesiis cathedralibus, abbatialibus, collegiatis, conventualibus, parœcialibus, quasi-paroecialibus, non autem in oratoriis publicis vel semi-publicis, nisi sint ecclesiæ parœciali unita seu ejusdem subsidiaria.

Can. 917. — § i. Die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, omnes missæ gaudent privilegio ac si essent ad altare privilegiatum celebrate.

§ 2. Omnia altaria ecclesiæ per eos dies quibus in ea peragitur supplicatio Quadraginta Horarum sunt privilegiata.

Can. 918. — § I. Ut indicetur altare esse privilegiatum, nihil aliud inscribatur, nisi : *altare privilegiatum,* perpetuum vel ad tempus, quotidianum vel non, secundum concessionis verba.

§ 2. Pro missis celebrandis in altari privilegiato nequit, sub obtentu privilegii, major exigi missæ eleemosyna.

1 Episcopi hanc facultatem presbyteris delegare nequeunt sine induito pontificio (S. *Rit, C.,* 16 maii 1744) quod habent episcopi Galliæ (Many, η. 150); abbates aliique usum pontificalium habentes, possunt eas benedicere pro suis ecclesiis. — ' *Missale Rom.,* Rubr. gen., tit XX.

crucis quod in altari renovatur; nec sufficit parva crux sive super tabernaculum sive in ostiolo tabernaculi '. Hæc tamen praescriptio sub gravi non obligat. Non requiritur crux in altari ubi magna imago Crucifixi picta vel cælata invenitur. Non est de praecepto ut crux sit benedicta; ceteroquin simplex sacerdos eam benedicere potest.

840. (D) *De luminibus.* Toto tempore missæ ardere debent in altari *duce candela ex cera* apum confectæ. Sine *ullo lumine* celebrare, nisi in casu necessitatis ad viaticum consecrandum pro infirmo, *grave* peccatum est; cum *uno* cereo, est *veniale,* a quo excusat causa rationabilis. Si cerei inter celebrandum exstinguantur, iterum accendi debent, quin tamen interim sacrum interrumpatur.

Ratione *sollemnitatis,* licet plures candelas accendere, quæ pariter ex cera esse debent, non autem ratione *dignitatis* celebrantis, si hic sit episcopo inferior.

Non permittitur ut *ad cultum* super altare adhibeantur candelæ ex stearina; sed toleratur quædam mixtura cerae et aliarum materiarum ab Ordinario determinanda.

Illuminatio cum^zra, vel lux *electrica* interdicuntur super altare *aà cultum,* et coram reliquiis; tolerantur coram statuis extra altare; permittuntur extra altare ‘‘ad depellendas tenebras ecclesiasque splendidius illuminandas, cauto tamen ne modus speciem prae se ferat theatralem ” ’.

III. De sacris vasis, linteaminibus et vestibus[3].

841. i° De vasis sacris. Præscribuntur sub gravi calix et patena ad missam celebrandam. *Cuppa calicis* debet esse ex *auro* vel *argento;* permittitur *stannum,* sed in casu paupertatis tantum. Ex decreto *Pii IX,* 6 dec. 1866, permittitur *aluminium,* sub certis conditionibus. *Patena,* sicut ciborium, potest esse ex materia quacumque *solida* et *decenti.* Pars interior cuppæ et patenæ debet esse *deaurata,* saltem sub veniali. Calix et patena *consecrari* debent, sub gravi, ab Episcopo, non autem a simplici sacerdote nisi ex induito apostolico; nec dici potest per primam celebrationem bona fide factam hæc consecrari.

Exsecrantur vasa sacra si *notabiliter* franguntur, v. g., si foramen sit in fundo, si cuppa calicis separatur a pede *fixo* (non autem si a pede *tornatili}.* ‘‘Calix et patena non amittunt consecrationem ob consumptionem vel renovationem auraturæ, salva tamen, priore in casu, gravi obligatione rursum ea inaurandi ” (c. 1305, § 2).

* 5. *C. Rit.,* 18 sept. 1822. η. 262η — «5. *C. Rit.,* 4 jun. 1895, n. 3859.

3 Præter *Liturgùtas,* cfr. S. Alphons., n. 372 sq.; Ball. **P** n. io8o sq.; DD. Durieux, η. 157-175.

Exsecrantur si ab hæreticis profano usui devoventur, v. g., ad bibendum in mensa adhibentur. Quibus in casibus, nova consecratione indigent.

Vasa consecrata, dum actu *sacras species continent,* absque gravi peccato, extra necessitatis casum, a nemine tangi possunt nisi a sacerdote et diacono. Quando *non continent sacras species,* a clericis vel ab aliis qui eorum custodiam habent tangi possunt (C. 1306; § 1).

842. 2° De sacris linteaminibus. Tria ad missam sunt necessaria : *corporale, palla* et *purificatorium.* Hæc confici debent ex *lino* vel *cannabe,* vetito usu gossypii *(coton),* Corporale et palla benedici debent ab episcopo, vel ministro usum pontificalium habente, non autem a sacerdote nisi ex induito Pontificio. Purificatorium nulla indiget benedictione.

Exsecratur corporale si, propter *notabilem* lacerationem, sacram hostiam cum calice decenter continere non valeat; tunc, si reficiatur, nova benedictione indiget. Si vero solum perforatur, etiam in medio, non exsecratur quidem, sed, ante usum, foramen occludi debet.

Permitti potest palla in superiore parte panno serico aut ex auro vel argento aut acu depicto cooperta, dummodo palla linea subnexa calicem cooperiat, ac pannus superior non sit nigri coloris nec referat aliqua mortis signa. — Deficiente palla, loco ejus aliud corporale adhiberi debet.

Sedulo invigilandum est *munditiei* horum linteaminum. Quando post usum abluuntur, trina facienda est lotio : prima in vasis ad hunc usum exclusive destinatis, et quidem ab aliquo in sacris ordinibus constituto. Secunda et tertia lotio, etsi decentius a clericis, *a* laicis fieri possunt. Aqua primæ saltem lotionis in sacrarium projicienda est (c. 1306, § 2).

Quod diximus de tactu sacrorum vasorum dici debet etiam de sacris linteaminibus.

843. 3° De sacris vestimentis. Sex ad missam requiruntur : amictus, alba, cingulum, manipulus, stola et casula. Sine ulla veste sacra celebrare, aut sine alba vel casula, aut sine stola simul et manipulo, habentur ut peccatum grave, nisi obtineatur pontificia dispensatio.

(a) Amictus et alba ex lino vel cannabe confici debent. Cingulum potest esse laneum aut sericum, sed magis decet ex ino esse.

Planetas, stolas et manipulos ex serico aliave materia pretiosa onfici decet, etsi hæc materia non praescribatur. Prohibetur

tamen usus casularum aliorumque similium paramentorum ex tela gossypii aut lini aut etiam lanæ confectorum ;* pariter eorum quorum textura vitrea est mixta auro vel argento ·, vel quorum materia non est textilis. — Attenta ecclesiarum paupertate, tolerari potest panni genus quod, ex parte externa, ex filo serico integre contegitur, etsi habeat operis textilis fulcimentum ex gossypio, lana vel lino.

Velum calicis debet esse sericum.

(b) Vestimenta sacra (non autem velum calicis) benedici debent ab episcopo aut sacerdote indultum Pontificium habente.

(c) *Color* vestium debet esse conveniens officio et missæ diei. Attamen, ex consuetudine, paramenta ex *auro* contexta possunt adhiberi pro colore albo, rubro et viridi, non autem pro violaceo, nec a fortiori pro nigro.

(d) Exsecrantur vestimenta, ideoque nova benedictione indigent, quando non remanent apta ad usum ad quem destinata fuere, v. g., si casula in duas partes scindatur, si cingulum ita rumpatur ut nulla pars maneat ad cingendum sufficiens: non ita vero si novæ partes successive adduntur minoris tamen magnitudinis, ita ut vestis censeatur eadem moraliter.

IV. De sacris ritibus in missa peragendis.

844. i° Regula generalis. (A) Sacerdos celebrare debet secundum proprium *ritum* (c. 816); et "in lingua liturgica sui cujusque ritus ab Ecclesia probati" (c. 819). — " Reprobata quavis contraria consuetudine, sacerdos celebrans accurate ac devote servet rubricas suorum ritualium librorum, caveatque ne alias ceremonias aut preces proprio arbitrio adjungat " (c. 818).

(B) In ecclesia *latina,* excepto speciali privilegio, missa celebrari debet juxta rubricas *Missalis Romanis.*

Rubricæ *intra* missam servandæ sunt *præceptivce,* et quidem sub gravi aut sub levi pro subjecta materia. — Rubricæ vero *extra* missam servandæ, id est ante vel post, quales sunt preces in recessu ab altari dicendæ, communiter ut *directives* habentur.

' *S. C. Rii.,* 28 jul. 1881, in *Acta S. Sedis,* t. XIV, p. 144.

• S. *C. Rit.,* n sept. 1847, n. 2949.

3 *Rubrica* (ita vocaue quia in *rubro* scribi aut imprimi solent) designant ritus et ceremonias quæ in missa servari debent

845. 20 De omissionibus et additamentis. Illicitæ sunt sive omissiones sive additiones.

(A) Omissio est peccatum grave, quando voluntarie prætermittitur notabilis pars missæ, una præsertim ex his quæ *ordinaria* dicuntur, id est semper peragendæ sunt, quales sunt offertorium, preces canonis, preces ante communionem, etc. Omittere quamlibet orationem canonis integram, aut ceremoniam notabilem, quales sunt fractio et commixtio hostiæ, purificatio patenae aut calicis, tanquam peccatum grave habetur; pariter omittere, extra canonem, partes integras, v. g., confessionem cum omnibus quæ initio missæ recitantur, epistolam cum graduali, evangelium proprium, collectas missæ proprias (non autem commemorationes). Si quis vero aliquam partem omittit ob negligentiam culpabilem in causa, gravitas peccati dijudicatur ex ipsa omissionum causa eo instanti quo libere posita fuit, non autem ex omissionibus quæ reapse contingunt.

Omissio est peccatum *leve* quando praetermittitur pars minoris momenti; ita si omittitur pars *extraordinaria,* id est quæ non quotidie recitatur, ut *Gloria* aut *Credo,* generatim non excedit veniale.

(B) Non magis licet aliquid ritibus addere quam ab eis detrahere. *Grave* esset peccatum aliquid notabile addere, præsertim cum intentione novum ritum introducendi. Quod raro fit admodum. *Leve* est peccatum aliquid addere parvi momenti, v. g., aliquas preces vel jaculatorias orationes. Id tamen vitandum est ne forte ita novi ritus gradatim introducantur; plerumque tamen ita agentes in bona fide versantur, et formaliter non peccant. Monendi sunt tamen ut rubricas accurate servent.

846. 30 De missæ interruptione. Regulariter missa sine interruptione celebrari debet. Nihilominus licet eam interrumpere ex justa causa, quæ, canone nondum incepto, *gravis* esse debet, et, incepto canone, *gravissima.*

(A) *Post euangelium.,* licet eam interrumpere ad concionem faciendam, ad proclamationem bannorum, etc.

Ante offertorium, interrumpere fas est in gratiam Principis, Cardinalis, Episcopi, vel turbæ peregrinorum, qui alias die festo missam audire non possent; quo casu, sacerdos potest sacrum denuo incipere, ut fideles integram missam audire valeant.

Ante canonem, missam abrumpere potest ac debet sacerdos, si recordetur alicujus impedimenti, v. g., se non esse jejunum, se esse irregularem, dummodo id præstare valeat absque scandalo vel infamia, aut si excommunicatus vitandus adveniat, qui expelli nequeat, dummodo id fieri possit sine gravi incommodo (c. 2259, § 2).

847. (B) *Incepto canone* et a fortiori *peracta consecratione,* nonnisi ex *gravissima* causa interrumpi potest[1] : v. g.,ad moribundum baptizandum, absolvendum, vel ungendum si absolvi nequit; propter morbum celebrantis brevi transiturum. — Si missa post consecrationem interrumpitur, curare debet sacerdos ut remaneant adorantes coram SS. Sacramento; secus, in tabernaculum sacras species reponat ; rediens ad altare, etiam post aliquot horas, prosequi debet ubi desierat. Si ante consecrationem interrupit, et mora sit minor una hora, pariter incipit ubi desierat; si vero intercesserit mora unius horæ aut amplius, ab initio incipit.

Post communionem sacerdotis, licet de altari brevem exhortationem ad communicantes habere. Pariter vota religiosa emitti aut renovari possunt, ad normam Decreti generalis a 5. *C. Pit.* lati, 14 aug. 1894, et confirmati 5 jun. 1896 (nn. 3836 et 3912)'. Tempore quo solet communio fidelibus dispensari, licet in nosocomiis cum pyxide, sine velo humerali, sacram communionem deferre ad ægrotos decumbentes in cubiculis, ex quibus vox celebrantis audiri potest'.

848. (C) Si sacerdos inter celebrandum ex morbo deficiat, hæc servari debent Si deficiat ante consecrationem primæ speciei vel post sumptionem pretiosissimi sanguinis, nec ipse pergere valeat, nihil ab alio sacerdote supplendum est : in priori enim casu, sacrificium proprie nondum inchoatum est, in posteriori jam completum est

Si vero deficiat post consecrationem primæ speciei et ante sumptionem pretiosi sanguinis, et ipse post aliquam interruptionem sacrum perficere valeat, debet id præstare etiam non jejunus, etiamsi alius esset jejunus sacerdos : præceptum enim divinum, ut idem minister sacrum perficiat qui incepit, prævalet ecclesiastico jejunii praecepto. Si vero ipse celebrans sacrificium complere nequeat, alius sacerdos, etiam non jejunus, si jejunus non adsit, immo et irregularis aut excommunicatus, supplere debet, contri-

[1] In missa *sollemni,* quamdia a choro canitur *Sanctus,* celebrans consecrationem differre debet; ait enim *Ceremoniale Episc.,* l. II, c. 8, n. 70 : "Chorus prosequitur cantum; quo finito, et non prius, elevatur sacramentum",

' "Celebrans profitendum vota excepturus, sumpto SS. Eucharistiæ sacramento, absoluta confessione ac verbis quæ ante fidelium communionem dici solent, sacram hostiam manu tenens ad profitentes sese convertet : hi vero singuli alta voce professionem suam legant ac postquam quisque legerit, statim SS. Sacramentum sumet In renovatione autem votorum, celebrans ad altare conversus exspectet donec renovantes votorum formulam protulerint, qui nisi pauci sint, omnes simul, uno præeunte, formulam renovationis recitabunt, ac postea ex ordine SS. Corpus Domini accipient",

J S. C. Rit., febr. 1874, n. 3322.

donis actu elicito : lex enim de integritate sacrificii legibus ecclesiasticis prævalet.

Quando jam una hora post sacrificii interruptionem elapsa est, non urget amplius *obligatio* quaerendi sacerdotem qui sacrificium compleat, quia *probabiliter* deesset unio moralis inter duas missae partes ; sed in alia missa sumi debet species consecrata. Attamen, post plures horas, supplere *licet,* quia probabiliter unio moralis perseveraret.

849. 40 De missis in aliena ecclesia dicendis. Ex decreto generali, a *Leone* ***XIII*** approbato, 9 jul. 1895 (n. 3862), ceteris penitus abrogatis, hæc servanda sunt : " Omnes et singuli sacerdotes, tam sæculares quam regulares, ad ecclesiam confluentes vel ad oratorium *publicum* missas cum sanctorum tum beatorum, etsi regularium proprias, omnino celebrent officio ejusdem ecclesiæ vel oratorii conformes, sive illæ in Romano, sive in regularium missali contineantur : exclusis tamen peculiaribus ritibus ordinum .propriis. — Si vero in dicta ecclesia vel oratorio, officium ritus *duplici inferioris* agatur, unicuique ex celebrantibus liberum sit missam *de Requie* peragere, vel votivam, vel etiam de occurrente feria (vel suo officio conformem, ex alio decreto 14 mart. 1896, n. 3892); iis tamen exceptis diebus, in quibus præfatas missas rubricæ Missalis Romani vel *S. R. C.* decreta prohibent

' Idem dic de capella *principali* episcoporum, seminariorum, collegiorum, communitatum, etc., ex decreto 5. *Cong. Rit., 22* maii 1896, n. 3910.

CAPUT III.

DE SACRAMENTO EUCHAR1STIÆ.

Eucharistia est non solum sacrificium quo summe Deus glorificatur, sed etiam *sacramentum* quo fideles sanctificantur.

Disputabimus : i° de *existentia et natura* hujus sacramenti ; 2° de ejus *materia et forma ;* 30 de *effectibus ;* 40 de *ministro;* 50 de *subjecto.*

Art. I. De existentia et natura hujus sacramenti.

I. De existentia ».

850. *Thesis :* Eucharistia est verum et proprie dictum N. Legis sacramentum a Christo institutum.

De fide est contra *Protestantes,* qui asserunt eucharistiam esse meram commemorationem Cœnæ, et nullam producere gratiam ; præsertim *Liberales* et *Modernistas* qui contendunt eucharistiam esse *signum vacuum,* fraternæ caritatis symbolum (n. 605-607).

Istos errores jam damnavit *Tridentinum*2 definiens septem esse sacramenta, a Christo instituta, inter quæ recenset eucharistiam, et in tota sessione XIII disserens de sacramento eucharistiæ.

(A) Thesis constat ex omnibus testimoniis *Scriptura* jam allatis, ubi de præsentia reali, n. 609 sq. Satis erit proinde, ex his textibus, ostendere tria elementa ad sacramentum necessaria inveniri in eucharistia :

(a) *Signum sensibile,* scilicet species panis et vini : " Accepit Jesus *panem...* et accipiens *calicem"* 3.

(b) *Gratiæ productivum :* nam, teste Christo, eucharistia *vitam æternam* præbet 4, ac proinde *gratiamS,* quæ est me-

1 S. Thom., 3, q. 73, a. i ; Suarez, disp. 39 et 41 ; Lugo, disp. I, sect. 1; Billuart. diss. II, a. 3; Van NoorL n. 382.

1 Sess. VII, can. 1, sess. XIII, cap. 2 et 3, supra p. 417-418.

'*Matth.,* XXVI, 26-27.

4 "Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, et ego resuscitabo eum ". *(Joan.,* VI, 55).

5 "Qui manducat meam carnem., *in vu manet,* et *ego in eo...,* et qui manducat me, et ipse *vivet propter me ". (Joan.,* VI, 57, 58).

dium necessarium ad illam attingendam; insuper, ex dictis, eucharistia continet totum Christum, gratiæ fontem, ac proinde gratiam producere debet.

(C) *A Christo permanenter institutum ;* institutio enim propriis terminis describitur ab Evangelistis, et quidem ut *permanens* exhibetur, cum Dominus Apostolis dixerit ; " Hoc facite in meam commemorationem "; et insuper fidelibus præceperit eucharistiam recipere : " Nisi manducaveritis ", etc. Quod quidem fuse probavimus supra, n. 595-602. Ergo eucharistia est vere sacramentum.

(B) *Traditione :* (a) E testimoniis Patrum jam allatis, ubi de præsentia reali et de existentia sacrificii, nn. 632 sq., 730 sq. : ibi enim non solum asseritur præsentia Christi, sed ejus *actio vivifica in animam* per *communionem,* (b) Ex praxi antiquissima eucharistiam *servandi* non solum in ecclesiis, sed etiam in domibus privatis, ut fideles seipsos communicare possent; vel eam ad infirmos aut ad confessores fidei deferendi, n. 714. (c) Ex conciliis, praecipue *Florentino* declarante hujus sacramenti effectum esse adunationem hominis ad Christum, supra, p. 416; et *Tridentino* jam allegato.

(C) *Rat. convenientia suadetur.* Vita spiritualis vitæ corporali assimilatur; atqui in vita corporali, præter generationem, qua vita acquiritur, et augmentum, quo perfectio vitæ obtinetur, requiritur *alimentum,* per quod vita conservetur ; ergo pariter in vita spirituali, præter baptismum quo regeneratur homo, et confirmationem, qua roboratur, requiritur aliud sacramentum, quo nutritur ». — Quia vero per gratiam sumus filii Dei adoptivi, divinæque consortes naturæ, *divino cibo* indigemus, quo sane aptior nullus est quam panis vivus qui de cælo descendit, nempe Christus ipse seu ejus corpus et sanguis.

851. *Corollarium.* Ex hoc intelligi datur cur sacramentum eucharistiæ in *ultima cana convenienter institutumfuerit :* (a) ratione *contenti :* continetur enim ipse Christus in hoc sacramento; atqui congruum erat Christum *seipsum Apostolis relinquere* sub sacramentali specie eo precise instanti quo discessurus erat, sicut in

1 *Sum. theol.,* 3, q. 73, a. I; *Opusc.* 57.

absentia imperatoris exhibetur veneranda ejus imago; (b) ratione *significationis ;* eucharistia est signum *rememorativum passionis* Domini, sine qua non potest esse salus; ergo conveniebat hujusmodi signum nonnisi imminente passione institui; (c) ratione *finis ;* eucharistia est *pignus amoris* et ad inflammandam caritatem ordinatur; atqui ea quæ ultimo dicuntur, maxime ab amicis recedentibus, magis memoriæ commendantur et inflammant affectum; ergo eucharistia convenienter a Christo instituta fuit pridie quam pateretur.*

*1
Γ /

II. De natura hujus sacramenti'.

852. i° Definitio. Eucharistia, prout sacramentum, definiri potest : *Sacramentum N. L., in quo, sub speciebus consecratis panis et vini, corpus et sanguis Christi vere, realiter et substantialiter continentur, ad producendam gratiam per modum spiritualis refectionis.*

Dicitur : (a) *sub speciebus consecratis...* quibus verbis declaratur *materia remota,* scilicet panis et vinum, insuper materia *proxima,* nempe species seu accidentia panis et vini quæ post consecrationem remanent; tandem *forma* quæ in verbis consecrationis consistit; (b) *corpus et sanguis...* id enim singulare est in hoc sacramento non solum gratiam, sed ipsius *gratice auctorem* inveniri; (c) *ad producendam gratiam...* hic indicatur specialis gratia hujus sacramenti, gratia nempe *spiritualis nutritionis,* in anima producens effectus similes iis quos cibus materialis corpori præstat.

853. 2° Quæstiones theologicæ. Duæ solvendæ occurrunt : (a) In quo *essentialiter* consistat sacramentum eucharistiae? (b) Utrum sit sacramentum *unum* an multiplex ?

(A) Quoad *essentiam sacramenti,* id est, quoad rem cui proprie convenit nomen sacramenti :

(a) Quidam, ut *Lugo,* putarunt eam non solum in speciebus et corpore Christi, sed etiam *in consecratione* consistere. — Hoc autem admitti nequit, cum consecratio sit *transiens,* dum sacramentum eucharistiæ est quid permanens; aliunde consecratio est quidem causa *extrinsece* sacramentum efficiens, sed *non intrinsece* constituens; præterea non gratiam confert.

S. Th., 3› q- 73» a. 5-

' S. Thom., 3, q. 73, a. 2; Suarez, disp. 42; Lugo, disp. III; S. Bellarminus, I. IV, c. 6; Billuart, diss. II, a. 1, § 2, a. 2; Rosset, n. 364 sq.; de Augustinis, p. II, a. 1; L. Billot, th. XXXV. I

(b) Alii, post *Capreolum,* hanc essentiam reposuerunt *partim* irr *sumptione* seu communione; sed hoc pariter rejiciendum est, tum— quia communio est quid *transiens,* tum quia sumptio nihil aliud – est nisi *usus sacramenti jam existentis,* et sacramentum jam con-

toWe. u

(çq Alii, ut *Sylvius,* in ipso *corpore Cbrisk;* sed hoc fieri nequit; nam corpus Christi in eucharistia non est signum sensibile.

(d) Ahi, post *Suarez* tpnent, sacramentum æque constare speciebus et corpore Domini.

. (e) Probabilior au a est essentiam hujus sacrçiJ

ucÿpuf copisecraCs, quatenus

^*conti^enicorpu:* ^*isiiTairéctecjMà'^ 'vcCdfit·*

debus, cum in g

per *species ; in*

quæ ei conferunt virtutem sanctificandi, et ita sacramentum, in genere signi *efficaris* principalius per corpus Christi.

1) Talis esse videtur doctrina *Cat. Cone. Trid.* 2 : " Ipsæ autem panis et vini species veram et absolutam sacramenti rationem habent a

2) Id constituit essentiam sacramenti quod est signum *sensibile* et *permanens,* gratiam significans et conferens; atqui species consecratæ sunt signum sensibile et ex se permanens, quæ continent corpus Domini quamdiu integræ . supersunt; gratiam significant quæ datur per modum alimenti, et tandem gratiam causant, quia continent corpus Christi.

Unde, in hoc sacramento, species sunt *sacramentum tantum,* corpus Christi est *res* sacramenti et *sacramentum* gratia autem *res* tantum.

854. (B) Eucharistiæ sacramentum, licet sub duabus speciebus contentum, est tamen *unicum sacramentum,* non *materialiter* quidem, sed *formaliter.* — *Materialiter* est duplex : nam adest duplex consecratio et duæ sunt species consecratæ. *Formaliter* autem est *unum* in ratione sacramenti. Constat :

(a) *Ex Trid.* definiente septem esse sacramenta, nec plura nec pauciora; jamvero si adessent duo sacramenta eucha-

Suarez, disp. *42,* sect 3, n. *2.* — * Part. *2,* n. 8

–/· z z?. · ' / y/. Li *j* . . .

ristiæ, unum sub specie panis, alterum sub specie vini, non septem, sed octo sacramenta numeranda essent; ergo. — Quod confirmatur ex *Catech. Trid.,* p. 2, c. 4, n. 10.

(b) *Rat. theol.* Ibi enim est unicum *formaliter* sacramentum ubi est unica res significata et causata; atqui duæ species eucharisticæ unicam rem significant et producunt, nempe gratiam per modum convivii seu alimoniae ; ad pertectum enim convivium duo elementa requiruntur, scilicet cibus et potus, ac proinde species panis et vini unicam spiritualem refectionem, ac proinde unicum formaliter sacramentum constituunt.

855. *Corollaria :* (a) Ex hoc sequitur *non plus recipi sub duabus spedebus panis et vini quam sub una specie;* nam, ex dictis supra, quaelibet species totum Christum continet

(b) Item qui *plures particulas* simul, aut etiam post breve intervallum suscipit, *unicum sacramentum* recipit, quia hæc ad unicam referuntur spiritualem refectionem, unicum convivium efformant.

(c) Ut sacramentum vere suscipiatur, necesse est ut species consecratae *perveniant ad stomachum antequam dissolvantur;* cum enim hoc sacramentum sit institutum per modum alimoniae, sequitur leges refectionis materialis; cavendum est igitur ne sacrae species in ore dissolvantur.

Art. II. De elementis constitutivis seu de materia et forma sacramenti eucharistiæ.

Eucharistia, sicut cetera N. Legis sacramenta, constat *rebus* tanquam *materia,* et *verbis* tanquam *forma.* De utraque igitur dicendum est.

§ I. De materia l.

Duplex est materia : remota et proxima; materia *remota* eucharistiæ est panis et vinum ; materia autem *proxima* sunt species panis et vini consecratæ, de quibus jam satis dictum est. Agemus itaque : 1° De *pane;* 2° De *vino;* 30 De *consecratione* utriusque.

* S. Thom., 3, q- 74; Suarez, disp. 43-45; S. Bellarminus, l. IV, c. 7-11; Lugo, disp. IV; Drouin, q. ii; Corblet.o/. *cit.,* l. IV; Génicot, n. 168-172; DD. Durieux, n. 184-209.

I. De eucharistico pane.

856. Circa panem eucharisticum quidam adsunt *errores :* (a) Olim *Artotyritce* (ἀρτο *panis,* τυρό *caseus)* docuerunt eucharistiam cum pane et caseo simjd esse conficiendam, in memoriam patriarcharum qui panem et caseum comedebant, (b) *Calvinistes* - tenent,^ pane çt vjno deficiente, adhiberi posse quidquid panis analogice dici potest, seu qiiidqüid *cibi* rationem HaEet '. (c) *Grceci schismatici* contendunt solum panem *fermentatum* adhibendum esse. — Duo igitur investigabimus : i° Num requiratur *panis triticeusl* 20 Utrum *azymus* an *fermentatusl*

i° De pane triticeo. . a

" a valida eucharistiæ;

Defide est materiam esse panem, cum a *Trid.* definitum fuerit panem in corpus Christi converti ; *certum est* panem illum *triticeum* esse debere, contra *Cajetanum* qui putabat panem quemcumque esse materiam *validam,* dum modo aptus esset ad vescendum.

(A) *Script.* Id enim est materia necessaria eucharistiæ, quod Christus ipse adhibuit et adhiberi præcepit. Atqui Christus instituendo eucharistiam : (a) *panem triticeum adhibuit :* "Jesus, accepto pane, gratias egit, etc. dicens : Hoc est corpu^meum " 2 ; jamvero panis *simpliciter,* sine addito, est panis triticeus, ita ut si quis alium panem significare velit, aliud vocabulum addere debeat et dicere, v. g., panem hordeaceum ; quod sane confirmat traditio ac praxis omnium ecclesiarum 3 ; (b) eumdem *prcescripsit* adhiberi, cum dixit : " Hoc facite in meam commemorationem Ergo.

(B) *Trad.* 1) Ex usu antiquo et constanti utriusque Ecclesiæ; 2) ex *Florentino :* " Tertium est sacramentum eucharistiæ; cujus materia est *panis triticeus,* et vinum de vite " 4. 3) Ex *Missali* Romano : " Si panis non sit triticeus, non conficitur sacramentum 4) Ex *Codice, c.* 815, § 1 :

' Cf. Hodge ;* *Systematic theology*, vol. **III**, p. 616. — 2 Zv λ , XXII, 19.

3 Nonnulli idem probare volunt ex eo quod panis azymus, a Judæis adhibitus, fuerit triticeus : hoc tamen certum non est (Pesch, n. 758).

4 D. B., 698.

" Panis debet esse *mere triticeus,* et recenter confectus ita ut nullum sit periculum corruptionis ",

S58. Regulæ practicæ. (A) Juxta communem æstimationem, quinque conditiones requiruntur ad validitatem consecralfonis, ex. paile panis, nei pe ut sit

(a) *Nerzpiticeus,* ia est, e grani ftritici ta legümfpïbus unde si panis conficeremur ex aut etiam alüs cerealibus, ut a '£ria„millio aut maizio, con secratio invalida esset; si ex *horcL* ut" *selaii,* certo mora liter invalida. i v c ‘

Quidam putarunt *sfiltam* esse materiam *dubiam;* alii asserunt eam esse *validam* l .· hoc enim nomine non designatur eadem res apud diversos auctores.

Item *permixtio* alienæ substantiæ, in quantitate *notabili*^ materiam reddit invalidam '. *t rt* ,

(b) Ex farina cum *aqua naturali subacta;* hinc si panis

invalida aut saltem valde dubia aqua artificialis reddit materiam dubiam. , .

(C) *Igne coctus;* ac proinde inv et masjsa îarinæ nxa, vêl m aqua

. *fafib* (d) *J^on corruptus substantiaLiery* qùïa tunc desineret esse i panis.

(e) *Sensibles* pervius/secus nullum adesset signum sen- ' sibile.

(B) Insupe

l Revera, juxta peritos, spelta est una ex speciebus tritici, ex qua fit usualis panis optimus : " Généralement on considère comme autant de variétés du *blé froment* ou *blé proprement dit* les huit espèces alimentaires du genre *trilicum,* savoir blé ordinaire *(triticum sativum),* blé de Pologne *(triticum polonicum),* blé poulard *(triticum turgidum),* blé de Smyme *(triticum compositum),* blé amidonnier *(triticum amyleum),* blé locular ou en grain *(triticum monococcum),* blé épeautre *(triticum spelta)". (Nouveau Larousse,* II, II2). Unde merito ait Pescb (n. 759) : " Quod est certe triticum, licet fortasse vocetur *spelta, siligo*^ vel alio nomine, est materia sufficiens".

a Quare cavendum est ab adulterationibus quæ hodie hunt, miscendo fru« mento poma terrestria aliasve farinas. — 3 *Cod., c.* 815.

ad summum confcctæ 1, (b) Quoad formam in Ecclesia latina, *orbicularis,* seu rotundus; et insuper, pro celebrante, *major,* in quantum fieri potest, jn quo signum crucis sit i?/-" expressum ; non fractus nec maculatus.

20 De pane azy o et fermentato.

OJ^ncignimj Valide conficitur'eu char ia friopane tumin rmentato; *e e est ex V Florentino ;* "*Definimus* in azymo sive in fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici ", — Probatur :

(a) *Ex praxi Ecclesiæ.* A primis enim ^epulis,^cclesia latina nonnunquam saltem pane io, ecclesia græca pane fermentato generarim usaeS ulla fuit hac de re reprehensio ante tempora Photii ; immo quædam orientales sectæ azymo utebantur feria V majoris hebdomadæ ; Maronitæ autem et Armeni communiter eodem utuntur pane, idque ex antiqua suæ ecclesiæ traditione 2 Atqui talis praxis demonstrat validam esse utramque speciem panis, cum Ecclesia errare non potuerit circa rem tanti momenti.

(b) *Rat. theol.* Ad validam eucharistiæ consecrationem requiritur et sufficit panis verus; atqui uterque, sive fermentatus sive azymus, est verus panis.

Latini generatim *azymo* pane usi sunt : i) ad exprimendam puritatem in recipiente requisitam; 2) quia Christus adhibuit azymos panes, qui soli permittebantur pro celebratione Paschae; 3) ut facilius incorruptæ servarentur sacræ species.

1 " Hostiæ consecrate, sive propter fidelium communionem, sive propter expositionem SS. Sacramenti, et *recentes* sint et *frequenter* renoventur, veteribus rite consumptis, ita ut nullum sit periculum corruptionis, sedulo servatis instructionibus quas Ordinarius loci dederit" *(Cod., c.* 1272). —5. *Rit. Congregatio* (Decret., n. 2550 (4623), ad I, 1 et 2) damnat tanquam abusum consuetudinem consecrandi hostias a tribus mensibus tempore hiemis vel a sex mensibus æstate confectas.

*Cf. Martene, *op. cit.,* 1. I, c. 3, a. 7, n. 18 sq.; Chardon, *Histoire des Sacrements,* ed. *Migne,* p. 246. Revera in actis synodi Montis Libani, a. 1736, legitur : ‹r Qui mos (usus panis azymi) et in Ecclesia nostra et apud Armenos quoque in Oriente ab immemorabili tempore obtinuit; et authentica etiam hujus rei documenta proferre possumus ad ostendendum, in Syriaca nostra Ecclesia, azymorum usum jam inde ab ineunte sexto Christi sæculo viguisse *(Collect. Lacens.,* t. II, p. 190).

S60. (B) Ad **licita(a)** Quoad *niissank Græci* in pane*fermentato, Latini* m;*pane^asfmo* sub gravi consecrare

Hoc aperte constat : i) ex *C. Florentino :* " Sacerdotes Domini corpus conficere debere, unumquemque juxta suæ Ecclesiæ sive occidentalis sive orientalis consuetudinem"; 2) ex *Cod.,* c. 816 : " In missæ celebratione sacerdos, secundum proprium ritum, debet panem azymum vel fermentatum adhibere ubicumque sacrum litet ",

Licet tamen latino sacerdoti .uti fermentato pane ad complendum saènficium missæ, si, v. g., jam consecrato calice, ammadvertat panem azymum esse corruptum, et nullus alius sit nisi fermentatus; nam præceptum divinum de integritate sacrificii præferri debet ecclesiastico præcepto de azymo pane. Hæc est sola exceptio. Etiam *in itinere* sacerdos suum ritum servare debet.

(b) Quoad *communionem,* hæc statuuntur :

Ex can. 851 : § § 1. Sacraos sacram conjjnumonem dist^bual^ Cf.^Omnios fidelibus c um.

§ 2. Ubi vero necessitas urgeat nec sacerdos diversi ritus adsit, licet sacerdoti orientali qui fermentato utitur, ministrare eucharistiam in azymo, vicissim latino aut orientali qui utitur azymo, ministrare in fermentato; at suum quisque ritum ministrandi servare debet. ".

sa, sacramentum eue

P^r'^um'estfsed, urgen iaticqm moriendis fitu proprio necessitate, fas esto quolibet ritu illud accipere ".

II. De vino eucharistico.

pium : yinum deO^vite est materia consecrationis^7 *De fïcle^* est contra Aquarios, qui olim contendebant aquam solam adhibendam esse in calice consecrando, quia, juxta ipsos, vinum

a malo principio creatum fuerat[1]*: constat ex *Lateran. IV, Florent,* mox allegando et ex *Codice,* c. 814.

(A) *Script.* Materia *valida* eucharistiæ est id quod Christus adhibuit et adhiberi præcepit ; atqui (a) adhibuit vinum de vite, quia immediate ante vel post consecrationem calicis, dixit : " Non bibam de hoc genimine vitis usque in illum diem "[3]4etc.; (b) idem adhiberi præcepit, cum dixit : " Hoc facite in meam commemorationem ",

(B) *Trad.,* ex *Florent.* .· " Tertium sacramentum est eucharistia cujus materia est panis triticeus et *vinum de vite"*.

862. [2]0 RegulæjjpacticaeA (A) *Af^fiditate^^^f*

debet esse : (a) *vinuifiaevite :* sive *alt>um* sive rubrum : ex can. 815, § 2, " vinum debet esse naturale de genimine vitis et non corruptum ". Hinc amnis alius liquor ex jô^rnïsVeT ^amsTotc., esset'majeri^. *znvalidctlx^emaicTSe* vino imice ^■'confecto : non est enim de vite,

(b) *Exjîèssum'^e^uvis'maturÇp .-* hïnComphacii^n. *^verjus)* ""'"est" materîa^mvalioaY^jfapbn^esT vinum,~sea in via ad vinum, cujus naturam nondum induit.

(C) *Non corruptum* substantialiter : hinc acetum est materia invalida;jdem dic de spinuTyini.

(d) *Non.-* alii^liquori vel saccÉaro" in quanfitate *notabili* secus enim fieret nova synthesis chi-

1 Recenter A. Hamack *, *Brot und Wasser, die eucharistischen Elemente bei Justin,* contendit veteres Christianos indifferenter vinum aut aquam adhibuisse ad eucharistiam conficiendam; sed immerito, ut erudite probavit A. Scheiwiler, *Die EUmente der Eucharistie in den drei ersten Jahrhunderten,* 1903.

a *Marc.,* XIV, 25.

3 S. Alphonsus, l. VI, n. 206 sq.; Mare, n. 1522 sq.; Lehmk., n. 118 sq.

4 Relate ad *spiritum^ S. C. Inquisit.* sequens responsum edidit (31 Jul. 1890): " Dummodo spiritus *(alcool}* extractus fuerit ex genimine vitis, et quantitas alcoolica addita, una cum ea quam vinum, de quo agitur, naturaliter continet, non excedat proportionem *duodecim pro centum* et admixtio fiat quando vinum est valde recens, nihil obstare quominus idem vinum in missæ sacrificio adhibeatur ". Exposito autem dubio utrum vinum dulce, continens naturaliter duodecim pro centum spiritus, cui insuper *decem pro centum* adduntur ut melius conservetur, adhiberi possit in sacrificio missæ, responsum est *negative* (19 April. 1891). Attamen, ex recenti decisione 5 Aug. 1896, quando agitur de vinis dulcibus, quæ jam duodecim vis alcoolicæ gradus superant, licet eam quantitatem spiritus e vino extracti addere, quæ, una cum ea quam vinum naturaliter continet, non excedat proportionem septemdecim vel octodecim pro

mica, quæ, licet probabilissime valida, probabiliter tamen speciem mutaret.

(e). Dubitatur num vinum *congelatum* sit sufficiens materia; non igitur adhibeatur antequam liquefiat. Si species vini congelatæ fiant post consecrationem, debent liquefieri admotis pannis calidis.

^9^. liceJtatern requiritur insuper ut vinum : (aj^f^sît^escenTf^ikIeritaliquantulum acre, ait *Missale,* conficiens *graviter* peccat vΛiiiA km. expressum non faecatum, casu m necessitatis, licet uti musto vmo expresso ex üvîs'pas^%T2uÎnrnodo liquor ex colore et gustu çsse verum vinum x. (C) <*Puruni* non mix teri liquori etiam ny parva üàntitaî

864. 30 Aqua vino miscenda., (A) *Vino consecrando: cramenti,* *sed viprcecepti graviter obligantis.*

(a) Tale praeceptum clare .existere i) jam statuerat C. *Constantin.* Ill in *Trulio,* an. 680, contra Armenos; idem i contra Protestantes declarat *Trident. 3 :* " Monet S. Synous praeceptum esse ab Ecclesia sacerdotibus ut aquam vino dummodo admixtio fiat quando fennentatio fumultuosa defervescere inceperit. — Ex decreto 5 aug. 1896 et *22* maii 1901, licet uti vino ex musto obtento, quod ante fermentationem vinosam per evaporationem igneam condensatum est, dummodo decoctio hujusmodi fermentationem alcoolicam haud excludat, ipsaque fennentatio naturaliter obtineatur (*Collectanea* n. 2113). 'Additio autem *sacchari* ad-^num debile reddendum tolerabilias *on expedit *(Collectait.* ;* n. 1949). Panter non expedit uti chimico quodam processu ad vini pro missa naturalem acredinem corrigendam. Tandem præ oculis habenda sunt monita *C. Plcn. Balt.* II (373) : " Experientia compertum est vini genera quæ in hisce regionibus sub nomine vulgari *Port, madeira, sherry, malaga,* etc. vænire solent, maximam partem et plerumque substantialiter adulterari— Cfr. *Amer. Ec. Review,* June-July 1893, p. 428-56; Dec. 1896, p. 633.

1 Ita S. *Offic., 22* JuL 1706 et 7 Maii 1S79, *Collectan.,* n. 270, 1518 (697, 705). Modus quo hujusmodi vinum confici potest, sic describitur ; u Sumuntur, v. g., 4 libræ zebidi *(raisin),* franguntur, atque in apto vase tendantur, ac deinde totidem frigidæ aquæ libræ in idem vas infunduntur, eaque in infusione servantur per sex, octo, vel ad summum decem horas; extrahitur postea uvæ passæ materia, eaque ab exteriore aqua purgata panno stringitur vel torculari premitur. Liquor inde expressus vinum est, quo sine ulteriore diligentia utuntur, dum celebrant". ' J

1 Sess. XXII, cap. 7, et can. 9, D. B., 945, 956.

in calice offerendo miscerent "; et addit : " Si quis dixerit... aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, eo quod sit contra Christi institutionem, A. S. ". Idem constat ex *Codice,* c. 814.

2) Probatur etiam ex *Ecclesiæ praxi,* quam testantur *liturgice* orientales et occidentales; — concilia *Carthag. III,* an. 397, *Aurelian. IV,* an. 541; — et multi Patres, ut *S. Justinus, S. Irenæus, S. Cyprianus,* etc.[1]

3) Rationes propter quas aqua infunditur, sunt : ut Dominum imitemur, quia ipse, ut mos ferebat Judæorum, aquam cum vino miscuit; ut in memoriam revocetur aqua quæ ex latere Christi fluxit; ut significetur unio populi christiani per aquam in *Apocalypsi* repraesentati, cum Christo, per vinum significato '.

(b) Aqua *sub gravi* praecipitur, non ex jure divino, sed ex jure ecclesiastico, ut dicit *Trident.; non est autem necessaria ad validitatem,* nam Rubrica docet, sacerdotem, qui post consecrationem animadvertit nullam aquam fuisse in calicem infusam, non teneri aquam infundere, " quia non est .de necessitate sacramenti ",

865. (B) Aqua miscenda debet esse : 1) *naturalis,* 2) et quidem in *parva quantitate (Cod.,* c. 814); una^yeVâltefæ: jruttulà sufficitpraxi non.plus quam^octo^vel decem ^^ué^iîlaelnfancirdebent/quamvis^théoretice loquendo quinta ■^'pafs ftqÛæ acf vinum *i'* rum ' rfrnpn sufficiatT^ViniDs^' li&fefFusàTtempore o uncidmlt r, ante coti· crationem misceatur, non autem postea

m *in*

sanguinem ***iristi*** : (a) if enim *Trid.* nil amplius remanere, post consecrationém, nisi species panis et vini ; atqui hoc falsum esset, si substantia aquæ in calicem infusæ integra remaneret; ergo, (b) Insuper verba consecrationis, "hic est calix sanguinis mei "; supponunt pariter totum, quod in calice est, substantialiter converti in sanguinem Christi.

Controvertitur tamen inter Theologos utrum aqua *directe* convertatur in sanguinem Christi, an prius convertatur *in vinum* et

' S. Justin., *I Apol.,* c. 66; S. Iren., *Ad hares.,* l. V, c. 2, n. 2; S. Cyprian., *Ep.* 63, n. 13.

• S. Thom., 3, q. 74 › c. *Florent.,* supra, p. 416.

postea in sanguinem Christi. Multo probabilior videtur hæc ultima sententia; nam vinum est quædam *mixtura,* in qua jam invenitur aliqua proportio aquæ; hæc autem proportio non adulteratur^uando adduntur gaucæ guttulæ aq^æ Mixt iuitur, totajeonver

III. De conditionibus in utraque materia requisitis·.

Utraque materia débet esse : i° *verepræsens;* 2° *suffîaenter determinate- ip simul consecrate* in sacrificio., e

867. i° Vere ufæsens. (A) *Probatur":* ad valiant consecrationem, necesse est ut materia sit consecranti *sensibiliter* et *vere* præsens. X'erba enim *institutionis* et *forma* adhibitæ : *"Hoc est corpus... Hic est sanguis..."* exigunt ut materia sit vere præsens, ideoque sensibus percipi valeat.

(B) *Declaratur :* Xon requiritur ut *directe* percipiatur, materia; sufficit ut sive *in se,* sive *in alio,* ^cîerT vë^tangf^ *possit.*

Hinc : (a) valide consecrantur hostiæ sub aliis latentes, vinum in calice cooperto, hostiæ in ciborio clauso; valida est consecratio peracta a sacerdote cæco. (b) Invalida est consecratio hostiarum quæ longe distant (v. g., centum passibus), quæ in tabernaculo recluduntur, saltem multo probabilius, aut retro altare, quia tunc non censetur adesse nræsenlia.morali&z.

2° Su lenter terminata. (A) *Probatur :* ad üfliditatem eninvjrequiritur. ut materia sit, per consecrantis intentionem, *in individuo determinata :* id enim supponit ^pronomen "*hoc, hic".* Inténtio tamen sufficiali et si sacerdos explicitant intentionem non format, censetur agere secundum intentionem Ecclesiæ, et consecrare vehe ndquid,j_uxta rubricas,licite^consecrare potest

(B) *Exponitur :* (a) *invalida* est consecratio, si sacerdos dicit : volo decem ex hostiis hic præsentibus, aut mediam hostiæ partem nsecrare; pariter non censentur consecratæ illæ vini guttulæ quæ *'fexterius* cuppæ adhærent; (b) *valida* est consecratio, cum quis

' S. Alphons., l. VI, n. 211 sq.; Marc, n. 1525 sq.; Lehmkhul, n. 122 sq. Secundum *Rubricas* (De dcicciibus, Vil, i), " sacerdos talem semper intennem haltere deberet, scilicet consecrandi eas omnes (hostias) quas ante se âd consecrandum positas habet".

dicit : volo consecrare hunc hostiarum cumulum, has tres priores hostias cumuli; item valida est consecratio duarum simul hostiarum adjunctarum quamvis sacerdos putet unicam esse; (c) *dubia* est consecratio guttarum vini, quæ *intra* calicis cuppam existunt a massa vini separatæ; *dubia* est pariter consecratio ciborii a ministro, sacerdote' nullatenus advertente, allati, et ex oblivione extra corporale relicti ;* hostiarum quæ sunt subtus corporale aut mappam, aut extra lapidem sacrum et simul a cumulo separatæ, aut positæ fuerunt in corporali, inscio sacerdote : in his enim casibus dubitari potest num sacerdos eas consecrare intendat.

Hostiæ *dubie* consecratæ non sunt populo distribuendæ, sed vel sumendæ ab ipso sacerdote post sumptionem calicis, vel subsequent! die iterum consecrandæ sub conditione. Si hostiis consecratis misceantur *indiscernibiliter* aliæ non consecratæ in eodem cumulo, sacerdos *totum cumulum* consecret, sub tacita conditione : *" si non sint consecrata.*

3° aque simul consecrari

est, urgente etiam extrema necessitate, alteram materiam sine altera... consecrare"*(Cod.t* c. 817). (A) *Probatur :* consecratio utriusque speciei necessaria est praecepto divino, ita ut nunquam liceat unam speciem sine altera consecrare. Constat : (a) ex ipsis verbis Christi : " Hoc facite in meam commemorationem"; quibus verbis, ut declarat *Trident.*2, Apostolis praecepit ut consecrarent sicut ipse fecerat, proindeque sub duplici specie; (b) Christus instituit cons ationem euchanstiæz.p um *gacrt* Fatqui ad ^^crincium eue K ex â sen upiici& speciei/jgreujüs. repræsen ^fiaratiQ

(B) *Cdiitrovertiiur^^^xsy* num uq^jpècies valide^copsecran ;it sine altera, ^iwm esf quideip^conse^rtionem esse quarictosacerdos altwam consecrare n^nâiVquÎmvis de facto, propter aliquem defectum, eam non consecraverit; sed 'xmanclp sacerdos alteram consecrare non intèriclït, res dubia est; COThmunior sententia'" affirmat, quia, posita interitione vêreconse-

' Si vero sacerdos ciborium aspexerit atque consecrare intenderit, hostiæ valide sunt *probabilius* consecratæ, etsi momento consecrationis earum immemor fuerit : prior enim intentio non fuit retractata, sed virtualiler perseverat, licet ex oblivione ciborium sit extra corporale. Nihilominus, ob contrariam plurium auctorum sententiam, hostiæ*practice* ut *dubiee consecratæ* habendæ sunt.

▮ Sess. XXII, c. 1, D. B., 93S. Λ

oamji unam speciem, non videtur cur verba a Christo instituta suo effectu carerent, sed *Lugo'* negat, quia sacramentum a sacrificio separari non potest; atqui ad sacrificium requiritur consecratio utriusque speciei.

y (C) Quidquid est, *in praxi,* sacerdos nunquam intendere «potest consecrationem unius speciei sine altera, etiam ad viaticum ministrandum3.

§ Π· De FORMA SACRAMENTI EUCHARISTIÆ3.

Status quaestionis. Duplex est forma : una super .^panem, altera super calicem pronuntianda. Certum est 'jverba " *Hoc est corpus meum, Hic est calix Sanguinis mei",* l Qprtinere ad essentiam consecrationis, sed quaeritur num

(a) Juxta *Graecos schismaticos,* præter illa verba, requiritur oratio *epiclesis* dicta, qua Spiritus Sanctus rogatur ut panem convertat in corpus, vinum in sanguinem Christi; quæ oratio in liturgia græca plerumque *sequitur* verba consecrationis «.

(b) Insuper *quidam Greed* contenderunt ad essentiam consecrationis pertinere verba " *quod pro vobis tradetur* ", quæ in quibusdam liturgiis sequuntur ‘‘hoc est corpus meum — Inter *Latinos,* non pauci theologi asserunt, cum 5. *Thoma* 5, verba " *novi et atemi testamenti*^ etc. ", quæ in consecratione calicis pronuntiantur, esse pariter de essentia sacramenti.

(c) Nonnulli theologi, cum *Scoto* 6, tenent verba consecrationis non esse valida nisi præcedantur illis : ‘‘Qui pridie quam pateretur, etc. ", quia per ea sacerdotem in nomine Christi loqui manifestatur.

' Disp. XIX, n. 104.

3 Immo, juxta *Missale* (De defectibus, IV, 5), si sacerdos celebrans advertat, post sumptionem calicis, aquam in calice fuisse positam loco vini, ‘‘apponat aliam hostiam iterum consecrandam et vinum cum aqua in calice, offerat utrumque, ct consecret, et sumat, quamvis non sit jejunus Ita proceditur ut *prasen·tia simulianea* duplicis speciei consecratæ exprimatur mystica immolatio Christi.

3 S. Thoxn«K. 5 zS; Suarez, disp. 5S-60; S. Bellarminus, 1. IV, c. 12-15; Lugo, disp. XI; Billuart, diss. V; Corblet, 1. VI; S. Alphonsns, 1. VI, n. 220 sq.; Lehmk., n. 127 sq.; L. Billot, th. XLIX.

4 In *Constit. Apostolorum* (Kirch, n. 616) ita legitur:‘‘ Supra hoc sacrificium mittas Sanctum tuum Spiritum... ut exhibeat panem hunc corpus Christi et calicem hunc sanguinem Christi, quo participes illius ad pietatem confirmentur " — Nonnulli eruditi, ut F. Cabrol, *Canon romain* in *Kev. des Se. Ph. et Thiol.)* u III, 1909, putant in antiquissimis liturgiis *epiclesim* præcessisse verba consecrationis.

5 *Sum. theol.,* 3, q. /S, a. 3. — 6 *In IVSent.,* dist. VIII, q. 2, a. 2.

Ut certa ab incertis secernamus : i° probabimus consecrationem fieri *verbis a sacerdote prolatis nomine Christi,* non autem *epiclesi; 2°* expendemus quænam sint verba *essentialia* in utraque forma.

I. De verbis

ii câtâauïon autem verlja epiclésisx. Té m est ex *Florentino* 3 .· " Forma hujus sacramenti sunt *verba Salvatoris, quibus hoc confecit sacramentum*

i° *Scriptura* suadetur. Ex modo quo *Synoptici* et S. *Paulus* narrant eucharistiæ institutionem, n. 6i8, 630 sq., inferri potest eos tradere voluisse ea omnia quæ *essentialia* sunt ad conficiendum corpus et sanguinem Christi, juxta illud : " *Hocfacite in meam commemorationem* ". Atqui nil dicunt de invocatione Spiritus seu de *epiclesi,* sed referunt tantum ipsa verba quibus Christus consecravit panem et .vinum. Ergo hæc verba consecratoria plene sufficiunt, nec requiritur epiclesis.

873. 2° *Tradit, probatur.* (A) *Ex Patribus,* (a) Patres *latini* satis communiter affirmant eucharistiam confici verbis *consecratoriis* quæ Christus ipse protulit.

Ita *Tertullianus* asserit Christum panem fecisse suum corpus dicendo : hoc est corpus meum 3. 5. *Ambrosius' :* "Quid dicimus de ipsa consecratione divina, ubi *verba ipsa Domini Salvatoris operantur.* Nam sacramentum istud quod accipis, *Christi sermone conficitur...* Ipse clamat Dominus Jesus : *hoc est corpus meum".* — Idem docet 5. *Augustinus :* " Panis ille quem videtis in altari,

' Bessarion, *De sacramento eucharistia et quibus verbis Christi corpus conficiatur, P. G.,* CLXI, 494-526; Orsi, *Dissertatio theologica de invocatione Spiritus S. in liturgiis Gracorum,* Milani, 1731; Hoppe, *Die Epiklesis der griechisch.cn ät orientalischen Lilurgien...,* Schaffouse, 1864; Le Bachelet, *Consécration et epiclèse,* in *Etudes,* t. LXXV (189S), pp. 466-491, 805-819; P. Batiffol, in *Revue du Cl.fr.,* 1 sept 1908, p. 522; 15 dec. 1908, p. 640; S. Salaville, *Epiclèse eucharistique,* in *D. ri.,* I, 1585-1597, et in *D. T. C.,* V, 194-300; D. Cagin, *DEuchologie latine,* t. II; *DEucharistia,* 1912, p. 69-82.

a D. B., 698.

3 *ridv. Marcionem,* IV, 40, *P. L.,* II, 460, Journel, 343.

« *De mysteriis,* IX, 50-54, *P. L·,* XVI, 422-424.

sanctificatus est *per verbum Dei,* corpus est Christi " Hoc autem *verbum Dei* esse verba consecrationis ex contextu et locis parallelis constat. — Quod clarius exprimit unus ex S. Augustini discipulis, auctor anonymus *homilia de corpore et sanguine Christi*3 : "Nam visibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis et sanguinis sui *verbo suo* secreta potestate convertit, ita dicens : *Accipite et comedite, hoc est corpus meum ",* Ita etiam S. *Casarius Arei. :* " Antequam inv tione sancti nominis consecrentur, substantia illic est panis et vini, post verba autem Christi corpus et sanguis Christi "λ

S74. (b) *Greed* non tam clare loquuntur : i) a sæc. IV0 ad IXum, duo docent, nempe consecrationem fieri *virtute Spiritus Sancti,* qui in *epiclesi* invocatur, simulque *vi verborum* quæ *Christus ipse protulit,* sed quidam docere videntur consecrationem non esse completam nisi recitata epiclesi.

Ita S. *Cyrillus Hierosol.* ait : " Panis eucharistiæ *post invocationem Sancti Spiritus* non est communis panis, sed corpus Christi"* Ex altera parte, S. *Chrysostomus,* qui pluries idem docet ac S. Cyrillus, nihilominus aperte declarat panem in corpus Christi transformari per verba : *Hoc est corpus meum* 5.

2) Præsertim a *sac. IX ad XV*U"', multi Græci putant consecrationem fieri aut saltem perfici per verba *epiclesis,* moti præsertim auctoritate 5. *Damasceni.* Hic enim, timens ne pravo sensu intelligerentur verba liturgiæ in quibus dicitur panem et vinum esse *antitypa* corporis et sanguinis Domini, asserit hæc *ante consecrationem, non autem post,* adhiberi; porro præfata verba inveniuntur *initio epiclesis,* post recitata verba : *hoc est corpus meum;* et ita docet consecrationem *epiclesiperfici.*

Attamen haud pauci Orientales, ut 5. *Germanus Constantinop.,* antiquam doctrinam retinent, quod nempe consecratio fit *verbis consecratoriis* nomine Christi prolatis simulque virtute Spiritus 6.

875. Res autem ita explicari potest, cum *Ferraris'!* multisque aliis : — Tres divinæ personæ simul cooperantur

'*Serm.* CCXXVIII, *P. L.,* XXXVIII, 1099.

* Inter *opera S. Hieronymi, P. L.,* XXX, 272-275.

5 *Homil. de Paschale, P. L.,* LXVII, 1056, Journel, 2231.

* *Calèches.* XXI, 3, *P. L.,* XXXIII, 1089: Journel, 842.

s *De prodii. Judce,* I, 6, *P. G.,* XLIX, 380; Journel, J157. Alia testimonia vide ap. S. Salaville, in *D. T. C.,* V, 235 sq.

e Alia documenta vide ap. Salaville, l. c., 252-256.

i Prompta bibliotheca, verbo *Eucharistia,* ed. *Aligne,* t. III, 803. — Cui opinioni favent D. Cagin, *Paléographie musicale,* t. V, p. 85 sq.; Salaville, L c., 291-298.

ad transsubstantiationem, sicut ad Incarnationem, cum sit opus *ad extra,* et hæc cooperatio in precibus liturgicis describitur. In *præfatione,* gratiæ redduntur *Patri,* primo principio nostræ creationis et sanctificationis; in *prima parte canonis* (usque ad epiclesim exclusive), significatur opus redemptionis per *Filium* peractæ; in *epiclesi* autem declaratur actio sanctificatrix *Spiritus,* ea præsertim qua oblata *transmuterait* in corpus et sanguinem Domini. Hæc quidem transmutatio facta est *ipso instanti quo verba consecrationis a sacerdote prolata sunt,* nomine Christi ; sed, quia humana lingua non potest uno verbo et uno instanti hæc omnia exprimere, *successive* declarantur ea quæ *uno instanti* fiunt. Ita epiclesis, etsi verba consecrationis sequitur, *fusius exponit* id quod jam *peractum estτ,* sicut, in ordinatione, secunda manuum impositio, cum verbis : *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiserispeccata,etc.,* exph'citius declarat potestatem jam in prima impositione manuum collatam.

876. (B) Auctoritate *Conciliorum,* nempe *Florentini* et *Tridentini.* (a) *Scec. XVe,* res agitata fuit in *C. Florentino* inter græcos et latinos; post multas disceptationes, *Bessarion,* Nicænus metropolita, suo et aliorum græcorum nomine, latinorum argumentis acquiescens, ait : " Et quoniam ab omnibus sanctis doctoribus Ecclesiae, præsertim ab illo beatissimo J. Chrysostomo, qui nobis notissimus est, audivimus verba dominica illa esse quæ mutant et transsubstantiant panem et vinum in corpus verum Christi et sanguinem ; et quod illa verba divina Salvatoris omnem virtutem transsubstantiationis habent, nos ipsum sanctissimum doctorem et illius sententiam sequimur de necessitate"[2].

(b) Quare *Florentinuyi* declaravit formam hujus sacramenti esse " verba Salvatoris, quibus hoc confecit sacramentum ", — *Tridentinum* autem rem manifeste supponit, statuendo *statim post consecratiotiem* corpus Christi esse sub specie panis *ex vi verborum.*

(c) Auctoritate *Pontificum.* Cum enim quidam theologi catholici, ut *Catharinus, Toutdèi'Lebrun,* docerent verbis consecrationis effici quidem consecrationem, sed *dependenter ab epiclesi,*

[1] Quod jam exposuerat Bessarion, *op. P. L.t* CLXI, 516 : " Oportet hæc aliaque hujusmodi non tanquam in tempore *in quo* dicuntur, sed tanquam in tempore *pro quo* dicuntur ita intelligere ac si tempus illud maneret

[2] Mansi, *Concilia* XXXI, 1045.

ideoque in ritu græco consecrationem non perfici nisi recitata epiclesi, hæc opinio reprobata fuit a *Benedicto XIII,* 8 jul. 1729; et a *Pio VII,* 8 maii 1822, qui prohibet omnibus quominus sustineant ac tueantur illam opinionem a schismaticis hominibus propugnatam, consecrationem non consistere unice in verbis Christi, quibus utraque Ecclesia occidentalis et orientalis utitur, sed ad perfectam consummatamque consecrationem addi oportere precandi formulam, quæ in liturgia occidentali antecedit, in orientali subsequitur[1]; recenter autem a *Pio X* reprobante errorem docentium "sententiam suscipi posse quæ tenet, apud Græcos, verba consecratoria effectum non sortiri nisi jam prolata oratione illa quam *epidesim* vocant" [a].

Certum itaque est solis verbis consecratoriis, non autem epiclesi, fieri consecrationem.

30 *Rat. theol.* Id enim merito dicitur forma hujus sacramenti quod significat id quod in eo efficitur. Atqui verba consecrationis, et quidem sola significant id quod in eucharistia producitur, nempe conversionem panis in corpus Christi et vini in ejus sanguinem. Ergo hæc verba, et quidem sola, sunt forma hujus sacramenti.

II. De verbis in utraque forma necessariis.

878. [10] De verbis quæ consecrationem præcedunt et introducunt.

(a) Probabilius verba "*qui pridie quam pateretur,* etc.", non sunt ad validitatem necessaria. Nam ratio a *Scoto* allata, n. 871, non valet; necessarium est quidem ut sacerdos, verba consecrationis proferens, loquatur *in persona Christi;* sed ad hoc sufficit ut talem intentionem habeat, nec requiruntur verba historica quæ præcedunt.

(b) Attamen, *in praxi,* cum opinio Scoti probabilitate non careat, Rubrica .præcepit ut, quando consecratio iteratur, sacerdos^ verbis qui pridieTetc." ihcipiaÎTnam, quariâo agitur de validitate sacramenti, pars tutior sequenda est

879. [2ü] De forma super panem pronuntianda. (A) Ad validitatem certo requiruntur, juxta omnes, verba : *Hoc est corpus meum.*

[1] *Acia el Decreta cancel. recent.,* collectio *Laceruis,* t II, 551.
[a] *A. A. S.,* t III (1911), p. 119.

Quoad *mutationes* vel *omissiones* quæ occurrere possunt, hæc attendantur :

(a) Verbum *hoc* est essentiale, nec potest suppleri per adverbium ‘‘7z;?’’aut *“eae”;* si quis autem per ignorantiam mutaret pronomen *hoc* in pronomen *hic,* valida esset forma. Valida esset formula ‘‘hic cibus est corpus meum”, sed invalida esset formula ‘‘hic panis est corpus meum ”, quia sic implicaretur panem, dum remanet panis, esse simul corpus Christi.

Dubia est forma : “ illud est corpus meum ”, quia pronomen “ illud ” non est demonstrativum rei præsentis.

(b) Verbum *est* non potest suppleri per aliud, v. g., *“fit”* aut “ *transit in* ”, quia conversio illa debet exprimi ut simultanea et non successiva; in facto esse, non in fieri.

Dubitatur num subaudiri posset *“est”,* dicendo ‘‘hoc enim corpus meum sed communiter negatur, quia vox illa non habet solum sensum assertorium, sed etiam vim productivam corporis Christi.

(c) Verbum *“corpus”* non potest suppleri per aliud, v. g., per *carnem;* etiamsi enim caro aliquando designet totum hominem, tamen litteraliter nonnisi partem corporis significat, ac proinde dubiam redderet consecrationem.

(d) Pariter vox “ *meum* ” est necessaria nec potest suppleri per “ *Christi”;* quia si diceretur ‘‘hoc est corpus Christi ”, non apparet sacerdotem in persona ipsius Domini loqui.

Ex quo sequitur solam vocem *enim* essentialem non esse : ejus omissio esset proinde *venialis,* dum omissio voluntaria aliarum vocum *mortalis* esset.

(B) Certum est, contra Graecos, verba : “ *quod firo vobis tradetur”* non esse necessaria ad validitatem; nam a duobus evangelistis omittuntur, et insuper in *Missali* romano non inveniuntur.

880. 20 De forma super calicem pronuntianda. (A) *Ad validam consecrationem sanguinis Christi verba “Hic est calix sanguinis mei ”, vel “ Hic est sanguis meus ”, requiruntur.* Certum est, ex argumentis jam datis ubi de forma super panem pronuntianda.

(B) *Controvertitur* autem utrum verba praefata sufficiant, an *necessarium sit* sequentia verba addere : “ *Novi et æterni testamenti, mysterium fidei,* etc. ”

(a) Multi *Thomisiæ,* ut *Capreolus, Gonetus, Salmanticenses,* [1]

‘ Ita etiam M. de la Taille, *Mysterium...*, Elucid. 35, p. 455 sq.

asserunt ea ultima verba esse ad validitatem necessaria, quia pleraque in Evangelio continentur, cetera autem nobis per *Traditionem* transmissa sunt, insuper eadem verba determinativa sunt prædicati *"sanguis mous",* ita ut sensus propositionis non sit completus nisi postquam pronuntiata fuerunt.

(b) E contra *probabilius* docent alii *Thomiste,* ut *Cajetanus, J. a S. Thoma, Billuart,* aliique theologi, praefata verba non requiri ad validitatem sed tantum ad *integritatem* formæ. Nam nullus evangelista ea integra refert, immo quædam ex eis a nullo evangelista dantur; insuper quædam ex eis non inveniuntur in liturgiis græcis, quæ tamen ut validae reputantur; tandem sensus propositionis sat completus est quando verba *u sanguis meus"* pronuntiata fuerunt; alia verba quæ adduntur non magis necessaria videntur quam verba " quod pro vobis tradetur ", quæ, juxta omnes, ad validitatem non requiruntur.

(C) *In praxi* autem, præfata verba semper pronuntianda sunt, et quidem sub gravi, et si omissa fuerint, iteranda est consecratio sub conditione; nam quando agitur de validitate, tutior pars sequenda est.

881. *Explicantur verba forma,* (a) " *Calix sanguinis mei"* significat : sanguis meus in hoc calice contentus, ut sit fidelium potus.

(b) " *Novi et ceterni Testamenti" :* ita declaratur sanguine Christi veluti sigillatum esse *navum* Testamentum seu foedus inter Deum et hominem; vocatur *ceternum* per oppositionem ad *antiquum* quod erat temporaneum et abrogandum.

(c) " *Mysteriumfidei",* id est, sola fide credendum.

(d) " *Quipro vobis etpro multis effundetur",* videlicet non solum pro Apostolis, sed etiam pro omnibus aliis, qui multi sunt[*]

882. Corollaria, (a) Verba utriusque formæ pronuntiari debent *distincte, reverenter,* et *naturaliter,* nec mora ponenda est inter singula verba. e

(b) Verba pronuntianda sunt non solum historice, sed etiam *assertive,* cum intentione producendi quod significant.

(e) Non debet iterari consecratio, nisi probabiliter saltem quis dubitet se aliquid essentiale omisisse; tunc iteretur sub conditione.

[*] *Sum. theol.,* 3, q. 78, a. 3.

Art. III. Se efffdfiÊus stramenti ei^haristiæ.

883. Errores. Protestantes multi, post *Lutherum,* contenderunt primarium effectum hujus sacramenti esse *remissionem peccatorum mortalium mediante fide* quam excitat : " Per ipsum enim, inquiunt, fides excitatur, et per fidem peccata remittuntur " Alii dicunt, cum *Calvinistis,* per hoc sacramentum fidem directe excitari, et indirecte spiritualem delectationem, fiduciam, amorem et devotionema.

Ad quos errores confutandos satis erit doctrinam catholicam exponere de effectibus sacramenti.

884. Doctrina catholica. Jamvero uat *Evangeliis* et *Traditio,*
nutritur anima, et
i° Cum enim sit *cib* on primam, sed secundam gratiam
t>er se confert : ci ^nim norwxirodest nisi ^entipus.
2\ym^ver^ n^^u^Tt^mj/45 z/l^ios ^iiri^o intime"
adunatfet quidem sicut cibus cibanti ; confert igitur^atiam^
Christo unitivam et cibantemf6 Séipsum
jra&mæ ca
nos velit su;
vitæ æternæ *sœ^resuri*
nstia est *munioms* cum *ipso*

Quos effectus in duplici thesi expendemus : in *prima,* probabimus *gratiam habitualem secundam* produci ; in altera, gratiam specialem seu sacramentalem *unionis aim Christo* 3.

*%b-jgThesis I** Effectus {
ristiæ est augmentuin gra

1 " Est enim testamentum hoc Christi medicina unica praeteritorum, praesentium et futurorum peccatorum, modo indubitata fide ei adhaeseris et credideris tibi gratuito dari id quod verba testamenti sonant ", (Lutherus, *De Captivit. Babylonis,* in fine Tr. de Eucharistia).

* Cfr. Hodge *, vol. III, p. 648.

3 S. Thom., 3, q. 79; Suarez, disp. 63; Lugo, disp. XII; S. Bellarminus, l. IV, c. 17-18; Drouin, q. IX; Billuart, diss. VI, a. 6; Franzelin, th. 17-18; de Augustinis, p. II, a. 7; Billot, th. 51; Dalgairns, p. 154 sq.; Hurter,

De fide est contra Lutheranos ex *Trident.* l .· " Si quis dixerit vel præcipuum fructum SS. Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus provenire, A. S. " — Dicitur *per se,* quia *per accidens,* potest aliquando primam producere gratiam, in iis qui *attriti* et *bona fide* communionem recipiunt, ut jam explicavimus in *Tr. de Sacramentis,* n. 380.

(A) *Script,* (a) Eucharistia instituta fuit per modum *cibi* et *potus,* juxta illud : " Caro mea vere est cibusé?., accipite et comedite, etc. " ; atqui cibus non ordinatur *ex se* ad vitam dandam seu ad vivificandum mortuum, sed ad confortandum hominem jam vivum.

seipsum homo,et sic de pane illo edat..,qui enim manducat et bibit indigne, judicium (i. e., condemnationem) sibi manducat et bibit Ex his verbis homo debet seipsum probare seu suam conscientiam scrutari, ne indigne suscipiat sacram communionem; atqui talis probatio supponit statum gratiæ ad sacram communionem prærequiri : prorsus enim inutilis esset, si eucharistia *ex se* peccata mortalia remitteret.

Nec potest dici ad talem probationem sufficere *fidem;* nam, ut ex contextu apparet, S. Paulus hic Corinthios reprehendit non propter defectum fidei, sed propter ebrietatem, et caritatis defectum, quia pauperes a mensis suis excludebant; ergo requiritur non tantum fides, sed etiam peccati mortalis exclusio.

(B, *Tradit,* (a) Ex praxi primitivæ Ecclesiæ, quæ peccatoribus gravium criminum reis eucharistiam dare non solebat nisi *post longam panitentiam ;* quod quidem fieri non debuisset, si communio ipsa instituta fuisset ad remittenda peccata; hinc, inter missarum sollemnia, diaconi dicebant : "exite, catechumeni,*pamitentes, indigni".*

n. 469; H. Moureau, in *D, T. C,f* verbo *Communion^* t. III, 507-514; Bossuet. *Méd. sur VEvangile9* La Cène, irc part., 46e jour et suiv.

l Sess. XIII. can. 5, D. B., 8S7. — 6. — Nonnulli lhesim confirmant ex parabola hominis ad regias nuptias ingressi absque veste nuptiali *(Matth.)* XXII, n); sed, juxta communiorem interpretationem, hic non de communione, sed de vocatione ad fidem et in Ecclesiam ingressu agitur (Maldonat, in h. loc.) : potest Umeo hujusmodi parabola ^ensu *figurato* ad eucharistiam referri.

(b) Ex doctrina *Patrum :* Jam *Didaçhe* 1 docet fideles ad communipnem accedere posse, " poStéjtiam *dilicta vestra confessi estis ",* S. *fustinus* 3 declarat nulli alii licere esse eucharistiæ particeps " nisi ad *remissionem peccatorum* et regenerationem lavacro ablutus fuerit, et ita *vivat,* ut Christus tradidit ". — Quare Patres, cum S. *Cypriano* 3, graviter queruntur nonnullos, nondum pænitentia facta, sacrum communionem recipere : " Nondum pænitentia acta, nondum exomologesi (confessione) facta, nondum manu eis ab episcopo et clero imposita, eucharistia illis datur, cum scriptum sit : Qui ederit panem aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini".

Gratia igitur ab hoc sacramento collata non est prima, sed secunda seu gratiae_augmentum.

886. *Thesis IT :* Gr ^aeramen
u' 'Tva c istoT—et
juS
na

Probatur per partes.

887. 10 *Hæc gratia animam Christo specialiter conjungit,* immo nos *in Christum* veluti *transformat* per caritatem non solum *habitualem* sed etiam *actualem.* Certum es_t^_ Λ, 'A · Præ- J notamus hunc effectum, utpote *primarium,* semper produci in iis qui sunt recte dispositi, id est, jam in statu gratiæ constituti ; eique adnecti *jus* ad gratias *actuales* suo tempore conferendas, quibus ad actus amoris eliciendos excitemur.

Script. 1) Christus ipse declarat per sacram eucharistiam intimam unionem, ac proinde intimam amicitiam, inter *se* et *communicantem* produci : " Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem *in me manet et ego in eo* jam vero manere in altero et habere alterum manentem in se, est modus loquendi quo intima amantium conjunctio exprimitur.

⁸ *Didache, c. 14,* n. 2, Journel, 8.
' / *Apol.,* c. 66, *P. G.,* VI, 428, Journel, 128.
3 *Epist.,* XVI, 2, *P. L.,* IV, 251 ; Journel, 569, — Legantur etiam homiliæ
5. *Chrysostomi* insertas in *Breviario,* in officio Corporis Christi
'*Joan.,* VI, 57.

2) Ex verbis *institutionis* infertur : " Accipite et *comedite".* Eucharistia itaque est veluti sacrum convivium in quo Domini corpus et sanguis in cibum et potum nobis præstatur; atqui proprium est alimenti ut unum fiat cum comedente; ergo per eucharistiam *unum efficimur cum Christo.* Quod fit per caritatem : amans enim reputans bona amici tanquam sua, *manet in amato,* et agens propter amicum sicut propter seipsum, *habet amatum manentem in se,* quasi impressum in affectu suo per quamdam complacentiam. r. /..

'dum. est^aipi ppr sacram conynunic *nos* potias *transformari in Christum* quam Christun juxla illud ^*Augustùiî*l .* "Cibus sum grandium, cresce et manducabis me : nec tu me in te mutabis, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me Nec mirum ; nam potentius mutat in se quod debilius est; cum igitur Christus sit nobis potentior, nos in seipsum transformat, instillando in nos suos religionis, humilitatis, et præsertim caritatis sensus.

bus illustrant; juxta S. *Cyril. Hierosol.'** efficimur "*concorporet et consangues* seu *consanguinei Christi";* juxta S. *Cyril. Alex.*3, sicut si quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commisceat necesse est, sic qui carnem et sanguinem Domini recipit, cum ipso ita conjungitur, ut Christus in ipso et ipse in Christo inveniatur; teste S. *Augustino*,* Christo incorporamur ut in eo vivificemur, et, secundum 5. *Leonem* s, in Christum transimus ut in eo commortui, consepulti et conresuscitati, " ipsum per omnia et spiritu et carne gestemus". , ' H

(b) *Hujus unionis natura.* Quæ unio est omnino *ledits, intima et transforinaiiva*^quatenus videlicet Christus totum se in nos effundit, suam vitam suasque virtutes largiens, ut divino Exemplari conformes, fiducialiter dicere valeamus :

›, jam non ego, vivit vero in me Christus *"O Wtm* terirÛffifcty. *tystceuet 'substantialis :* non enim efficit ex

4 *Injoan^* Tract. XXVI, 13, *P. L.,* XXXV, 1 t 6î2 ; Journel. 1824
5 *Serm.* LXIII, 7, *P. L.,* LTV, 357; Journel, £206 *Galal..* II, 20.

Christo et anima nostra aliquid physice et substantialiter unum ; nec *corporalis* inter carnem Christi et carnem nostram, cum corpus Christi sub speciemus lateat. z Sed" est unio *moralis ç^giff^fiva, a*ua Christus, et apima effiountur moraliter *cor uwum et. anima una** consensione affecturnn, voluntatum et operationum.

am graham actually

paritatis erv

(a) Ex *ipso fine* eucharistiæ, qui, ex dictis, est specialis unio animæ cum Christo ; ad hanc vero plenam unionem non sufficit habitus caritatis, sed requiritur *actus* quo nempe ei *actu* adhæreamus sicut et ipse nobis adhæret; (b) ex ejus *natura;* eucharistia enim instituta fuit per modum cibi : " Caro mea vere est cibus " ; atqui de natura cibi est ut non solum habitualem, sed etiam *actualem* conferat vigorem; ergo pariter cibus eucharisticus nobis actuales vires præbet quibus promptiores efficimur ad Deum amandum eique serviendum. Merito itaque ait S. *Thomas^:* " Perhoc/^acramentum quantum, est ex sui virtute, non solum habitus gratiæ et virtutis confexiursed eüam *excitatur* in actum. secundum illud irCor^V, *caritas Christi*

890. 2° *Hæcgratia est gratia* Cibans, quatenus nempe *eucharistia nos spiritualiter nutrit,* juxta illud *Florentini** : "Omnem effectum, quem materialis cibus et potus quoad vitam agunt corporalem *sustentando, augendo, reparando* et *delectando,* sacramentum hoc quoad vitam operatur spiritualem ". Certum est.

Hic effectus nihil aliud est nisi unionis cum Christo *amplior declaratio,* ope analogiæ quæ inter cibum *materialem* et *spiritualem* existit.

(A) Vitam spiritualem sustentat per collationem *caritatis habitualis* et *actualis.* Prior nobis præbet principium permanens quo persistere valeamus in amore Dei, non obstante amore proprio : " Si quis ex ipso manducaverit, *non morietur...* Qui manducat hunc panem, *vivet in æternum"* 3. Posterior, actus fervoris excitando, nos *præservat afuturis*

peccatis, non quidem eo sensu quod nos impeccabiles reddit, sed *strenuos ad tentationes superandas. Tridentinum* [1] enim declarat eucharistiam "esse antidotum quo... a *peccatis mortalibus preeservemur*

Revera præcipuæ causae peccati sunt interior concupiscentia, dæmprçum impu^ tio, et mundi scandala; atqui eucharistia: i) *concupii^ntiarrc mifiiÎÎtfci^^ indirecte:* nam augmentum caritatis est diminutio concupiscentiae, cui directe opponitur; sed insuper, juxta *Suarez* aliosque graves theologos, etiam *directe,* quatenus carnis libido temperatur, imaginatio frenatur, et appetitus sensitivi passiones subduntur. Etenim caro nostra, ex susceptione eucharistiæ, specialem affinitatem acquirit cum carne Christi, vi cujus carnem nostram ut *suam* considerat; atqui talis affinitas carnem nostram mundat et sanctificat, nobisque veluti jus confert ut specialia auxilia obtine us ad resistendum tentationibus carnis.

941

num r nam/est repraesentatio mortis hristi, qua victus est diabolus, nosqüe nutrit sanguine Domini quo terribiles diabolo efficimur.

3) *Mundi scandala avertit;* nam Christus in eucharistia illuminat mentem nostram contra mundi fallacias, voluntatem roborat contra ejus blandimenta et voluptates, nosque docet contemnere vana hominum judicia.

Hinc merito vocatur eucharistia *panisfortium,* et Ecclesia canit: "O salutaris hostia... da *robur,* fer *auxilium";* et cuique communicanti dicit: "Corpus D. N. Jesu Christi *custodiat* animam tuam in vitam æternam". Scribit etiam 5. *Bernardus*[2]: "Si quis vestrum non tam sæpe modo, non tam acerbos sentit iracundiæ motus, invidiæ, luxuriæ aut ceterorum hujusmodi, gratias agat corpori et sanguini". Et 5. *Chrysostomus:* "Ab illa mensa recedamus tanquam leones, ignem spirantes, diabolo terribiles" [3].

891. (B) Vitam spiritualem **auget**: sicut cibus naturalis vires physicas auget, ita eucharistia hominem roborat ejus intimam unionem cum Deo perficiens; aliter tamen quam in confirmatione, quæ gratiam perficit contra exteriores impugnationes inimicorum Christi; nam "per hoc ^acraihentum augetur gratia et perficitur spiritualis vita, ad hoc quod homo in seipso perfectus exsistat per *conjunctionem ad Deum*" [4]. Quo sensu intelligi possunt verba

[1] Sess. XIII· cap. 2, D. B.t 875. — [2] *Serin. do Ççtna Dom^* n. 3.
[3] *In Joan.* homil. XLVI, 3, *P. G.f* LIX, 260.
[4] *Sum. theol.* 3, q. 79. a. I,

Christi : " Qui manducat me, et ipse vivet (magis ac magis) propter me

teste *Trulentino*^ " *antidotum* quo liberemur *a culpis quotidianis*

Sicut enim cibo materiali leves reparantur defectus corporales, ita cibo spirituali leves reparantur defectus ex concupiscentia orti. Revera communione caritas augetur et in *actum* excitatur; atqui nihil efficacius est ad remittenda peccata quam caritatis actus, juxta illud 3 : "Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum". Unde *Catech. Trident.* * ; " Quidquid enim cupiditatis ardore anima amisit, dum levi aliqua in re offendit, totum id eucharistia, eas ipsas minores culpas abstergens, restituit ".

Sed, ut hic effectus obtineatur, necesse est ut *non retineatur affectus* ad hæc peccata, sed habeatur *attritio* saltem implicita : remittj epim nequit pecc^tym cui adhaeremus affectu. z y

(b *irecie etiamremittfffjceiiatnffeccdto debitam.* Directe enim animam nutriendo, caritatem excitat; atqui caritatis actus est ex se satisfactorius, et remittit partem pœnæ temporalis secundum gradum et mensuram fervoris in anima existentis.

m a é

spijitus suavitatem ac a nem con

a) *Auctoritate. Clemens V* in cone. *Viennensi* id aperte docet : " In quo (sacramento) habetur omne *delectamentum* et omnis saporis *suavitas,* ipsaque *dulcedo Domini degustatur"* 5. Eodem sensu canit Ecclesia 6 Panem de caelo præstitisti eis, omne *delectamentum* in se habentem " ; et : " Dedit et *tristibus* sanguinis poculum

(b) *Rat. theol.* 1) Ex *natura* eucharistiae :est enim *cibus;* atqui cibus in homine sano quamdam delectationem producit ; ergo sacra communio spirituale d.electamentun\ i

.· *nà^inü^ne Christo conjungit*

serftiâ amici intime dilecti maxime delectat : " Esse cum Jesu dulcis paradisus" 7.

« /w».., VI, 58. — ' Sess. XIII, cap. 2, D. B., 875. — 3 *Luc.,* VII, 47.
‹ P. II, c. 4, n. 53. — 5 *Clement.,* l. III, t. 16, cap. ünicT
* In officio *Corporis Christi,* — *l De Imitat. Christi,* l. II, c. 8.

. Unde merito 5. *Thomas^}:* ‘‘Ex virtute hujus sacramenti... 'ahiifia spiritualiter delectatur et quodammodo inebriatur dulcedine bonitaps. divinæ ”. .

(c) Àlàmen'a^qüamïo" hic effectus im quia commu· means, alienis cogitationibus distractus, attendit: 2) yet.quia cor efus, rnUmani cælestem cibifm sapere nequit vel Quia corpus, adversa valetudine gravatum, prohibet ne anima spiritualem delectationem experiatur; 4) aut quia Deus vult animam probare, eam ad tempus privando spirituali dulcedine. . , . ££

suavitas *pon est*
■■*[ai*
uæ fit promptior

t n------- -----,a—— v---------- contristari debent animæ, quæ his consolationibus in sacra communione privantur, dummodo libenter Deo servire paratæ sim. ▌H

terna caritate. /Certum est ex *Tnaentino* affec' hortante “ ut omnes et singuli qui christiano nomine censentur, in hoc unitatis signo, in hoc vinculo caritatis, in hoc concordiæ symbolo jam tandem aliquando conveniant et concordent ”,

(A) *Script.* Post institutam eucharistiam, Christus hanc fraternam unionem mandato novo et orationibus advocat, quasi esset unus e primariis effectibus eucharistiæê); “ Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem siciit dilexi vos.. .t. .Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint”.

(B) *Tradit,* (a) Ex *Patribus. S. Ignatius* 3, fideles ad unitatem et concordiam hortari volens, utitur eucharistia tanquam incitamento : “ Studeatis igitur una eucharistia uti : una enim est caro D. N. Jesu Christi, et unus calix in unitatem sanguinis ipsius, unum altare, sicut unus episcopus...”

Multi, cum S. *Cypriano* 4, hortantur christianos ut inseparabili caritate uniantur, sicut panis et vinum ex multis granis et uvis aliquid unum efformant : “ Nam quando Dominus corpus suum panem vocat de *multorum granorum*

* S. Thom., 3, φ 79, a. 1, ad 2.
*Jodn.^Ul^* 34; XvÏÏ, ζϊ. — 3 *Ad Philad.,* c. 4, Journel, 56.
4 69 ad Magnum, n. 5.— Ita etiam S. Chrysostomus, *In ep. I ad Cor.,* homil. 24, n. 2, Journel, 1194; S. Augustinus, *Sermo* 227, Journel, 1519.

adunatione congestum, populum nostrum quem portabat indicat *adunatum;* et quando sanguinem suum vinum appellat de botris atque acinis plurimis expressum atque *in unum coactum,* gregem item nostrum significat commixtione adunatæ multitudinis copulatum ",

(b) Auctoritate *theologorum,* qui, cum S. *ThomaQ* docent eucharistiam esse sacramentum *unitatis et caritatis,* quo christiani membris ejus corporis mystici incorporantur : " Quicumque ergo hoc sacramentum sumit, ex hoc ipso significat se esse Christo unitum, et membris ejus incorporatum

(C) Auctoritate *Pontificum,* inter quos *Leo XIII* ait Christum eucharistiam Ecclesiæ reliquisse " tanquam symbolum ejus unitatis et caritatis, qua christianos omnes inter se con-

eue

IO

apiti; atqui membfa capiti unita eb ipso inter se uniuntur.

(b) Eucharistia est veluti *convivium* cujus participes sunt omnes fideles; porro qui ejusdem convivii participes sunt eo ipso communi caritatis nexu conjunguntur. Ergo eucharistia est sacramentum fraternæ caritatis.

8£5. *Gratia eucharistie^jus speciale ceiernanyfet gloriosam resurrectionem.* Certum est ex

S71US

Y

Quod quidem intelligi debet non eo sensu quod corpori nostro inseratur qualitas physica, instar seminis, sed quatenus per communionem *affinitas* quædam cum Christo contrahitur, ex qua, Deo sic volente, jus oritur ad resurrectionem.

(A) *Script.* Christus enim id aperte declarat : " Qui manducat meam carnem... habet vitam æternam, et ego resus-

* S. Thom., 3» Q- 73» a- a et 3 ; q. 79, σε *df ,* So, a.

* Encyci. *λ/tra iantatis.* Cfr. G. Gasqiie, *L'Eucharistie et le corfs mystique,* Pans, 1925; M. de la Taille, *Myster.,* Elucid. 36-37.

' Sess. XIII, cap. 2, D. B., 875.

citabo eum in novissimo die”1; quibus verbis resurrectio corporis tanquam præmium communionis promittitur.

·{?’/. M ⚹ -2 V ? . ?/y* p y~ I

(®) *Tradit,* (a) *Patres,* cum S. *Ignatio*a, eucharistiam vocant *pharmacum immortalitatis ;* cum S. *1remeo* 3, principium *resurrectionis :* “ Nostra corpora *ex ea nutrita,* et reposita in terram et resoluta, in ea *resurgent* in suo tempore, *Verbo Dei resurrectionem* iis docan quoddam *HmZlIfifyfârÎalilatis :* “ ; cum S. *Cyrill. Alex.,* N. Jesus Christus per carnem suam m nobis vitam integit, ac veluti quoddam semen immortalitatis inserit"·4; cum S. *Gregorio Nyss.,* docent corpus nostrum non fieri immortale nisi per *communionem cum immortali* Christo in eucharistia 5.

(b) *Pontifices,* ut *Leo XIII,* doctrinam Patrum et conciliorum confirmant dicendo : “ Corpori caduco et fluxo hostia illa divina ingenerat resurrectionem ; siquidem corpus immortale Christi *semen inserit immortalitatis,* quod aliquando erumpat ” 6.

(C) *Liturgia* hunc effectum aliosque ita contrahit : “ O sacrum convivium in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia et *futures gloriæ nobis pignus datur"* (Offic. festi Corporis Christi).

i (C) *Rat. theol.* Per dignam communionem caro nostra, caro Christi est incorruptibilis et glorificata; ergo pariter decet carnem nostram aliquando gloriosam et incorruptibilem reddi. –Mento igitur eucharistia vocatur *Tmanorlalifatispharmacurm^t '*

Notandum, de communione pro aliis. Sa, entunieucKansti ırçcli.et^x *ôfêratô^fàvi* : nisLJ7/7/zrxw>j sicuFcibÏÏs”noii nu£ *fyper'è operantis* âtÎîs. si comedentem ; sed in irecte ët ex dsse potes quatenus communicans ^4.'4'!.«a;-Jst-”ïiss: æg£ arctiorem Æum Christo ; 2^ pro^ûlii^'ï^/sj^Zrr *congruo* mereri val *JjfiJU/d*

'*Joan.,* VI, 55. — - *Ad Ephes.,* XX, 2, Journel, 43.
’ *a£u turres.,* \. V, c. 2, n. 2, *P. G.,* VII, 1x24, Journel, 249
4 *In Joan.y* L IV, c. 2.
s *Orat, catcchctica^ P. C.,* XLV. 93; Journel, 1035.
• *Lto XIII* Encycl. *Mira caritatis.* *fày*

em

896 fiiri&i£'suum effe
^’dixpit roprie loaueiiao eo cis^î^staniî^qu^sacræ spe
^cies Lnaucaiitur seu *ex* : r/dw/a^u/z^franseunt. *.1"*

Sed insu um noc sacramentum gra
m cause ex *opere Qperju* ^^re\josjecij^i?6r
'œ manent iri'stomacho n negari^'quia eucha

ristia operatur per modum manducationis, ac proinde non agit nisi ipso instanti quo sacræ species manducantur, (b) Alii probabilius, cum *Cajetano*, *Suarez* et *Lugo,* affirmant, quia eucharistia est cibus spiritualis ; atqui cibus non solum operatur tempore quo sumitur, sed quamdiu in stomacho remanet; ergo augetur gratia ex opere operato, quamdiu Christus manet iri corpore sumentis, dummodo per actus fidei, gratitudinis ac caritatis *augeaturfervor* subjecti.

Illud autem tempus diversum est pro diversa facultate digCStiva. rlimpnctnnp qualitate specierum, General i^iafçrs specips ïntra sernthoràn», ad'mininftïm cerçfotïb'iis intra^nam horam corrumpuntur, quia sp azymi noivtam cito quam fermentati panis consun constat ex recen-
t» ter observatis x.

Qz ✕' 2° Quando species sacramentales corrumpuntur, præsen-^.
J'7 tia physica Christi cessat: sed quæntur num et quomodo Christus unitus maneat communicanti, (a) Quidam dixe-
ftp‘runt *animam* Christi *replicalam* nobis manere unitam ; hoc autem vix concipi potest, cum ejus anima non separetur
Lp a corpore, (b) Juxta alios, remanet quædam unïo *moralis* ^omnino *specialis* inter animàmet CËnstum, Ùeum-norrypém, ^^vrfcujusjffiic curam singularem habet, animæ, propriumque ■^spiritum eidem igstiUat^M Spiritum Sanctum, eamque simul adjuvat ut" bona Opera p»erficiat,cjuxta illiidC^Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum ’’€>

l Cfr, *ï Université Catholique*^ Lugduni, 15 dec. 1893, p. 604-609; Card. Gasparri, n. 1194.

Joan.χ XVt 5^

Art. IV. De ministro eucharistiæ sacramenti

897. Duplex est eucharistiæ minister, minister *crans* et minister *dispensans* seu distribuens. De priori jam diximus ubi de sacrificio missæ, de ministro *dispensationis* agendum manet : i° de *ipso ministro;* 2° de *regulis* ab eo servandis.

§ I. De ipso ministro.

Duplex est minister : *ordinarius* et *extraordinarius.*

I. De ministro ordinario.

" Minister *ordinarius* sacræ communionis est *solus sacerdos" (Cod.,z.* 845, § 1). Ut *licite* sacram communionem distribuere possit, duplex conditio requiritur : i° potestas *ordinis ;* 2°*jurisdictio* vel *licentia.*

898. i° Potestas ordinis : *Minister ordinarius communionis est solus sacerdos,* id est, sive episcopus sive presbyter, et quidem ex *jure divino.* Certum est.

(A) Ex *Scriptura* infertur ; nam, ex dictis, n. 775, soli sacerdotes eucharistiam consecrare valent, quia ipsis solis dictum est : " Hoc facite in meam commemorationem ", Atqui, jure *ordinario,* ii soli eucharistiam dispensare debent, qui eam consecrandi facultatem habent, cum consecratio ad distributionem tanquam ad finem ordinetur; unde S. Paulus[2] sacerdotes vocat "dispensatores mysteriorum Dei ".

(B) *Tradit,* (a) Ex *Trident.*[3] declarante : " Semper in Ecclesia Dei mos fuit ut laici a *sacerdotibus* communionem acciperent, sacerdotes autem celebrantes seipsos communicarent ;.qui mos, tanquam ex traditione apostolica descendens..., retineri debet ".

(b) Ex *liturgia,* nempe *Officio Corporis Christi,* ubi canitur:

" Cujus officium committi voluit
Solis presbyteris, quibus sic congruit
Ut sumant et dent ceteris ".

[1] S. Thom., 3. p., q. 82, a. 3; Lugo, disp. XVIII; Drouin, q. IV, c. 2; Billuart, diss. VII, a. 3; S. Alphonsus, n. 230 sq.; Lehmkuhl, n. 134 sq.; Gasparri, n. 1068 sq.; P. Durieux, n. 249-257.

[2] *1 Cor.,* IV, i. — [3] Sess. XIII, cap. 3, D. B., 881.

(C) *Rat. theol.* Triplex assignatur a S. Thoma [1] : i) Sacerdos solus consecrat in nomine Christi; atqui Christus sicut consecravit corpus suum, ita et aliis dedit; ergo ad sacerdotem pertinet non solum consecratio sed et dispensatio corporis Christi. 2) Sacerdos constituitur *medius* inter Deum et populum; atqui ad mediatorem spectat non solum dona populi offerre, sed dona sancti ficata populo tradere. 3) Reverentia sacramenti postulat ut a nulla re tangatur nisi consecrata ; atqui solius sacerdotis manus consecrantur ad tangendum hoc sacramentum.

899. 2° Potestas jurisdictionis. (A) *Jurisdictio requiritur ad licitam communionis distributionem.* Certum est.

Cum enim *pascere gregem* sit proprium munus pastorum, iis tantum competit quibus cura animarum commissa est. Atqui praecipuum medium pascendi gregem est communionis dispensatio; ergo hæc est proprie munus pastorale.

900. (B) Hæc autem jurisdictio *est ordinaria* vel *delegata.*

(a) *Ordinaria* jurisdictione pollent qui vi sui muneris curam habent animarum : 1) *Ordinarii,* juxta tenorem c. 198; 2) *parochi* (c. 92› § 3, 4, § 3), et *quasi-parochi* (c. 216, § 3, 459, § 2, i°); 3) vicarii actuales, oeconomi, substituti, adjutores (cc. 471, 472, 465, 474, 475; 1923); 4) *superiores religiosi* (c. 514); 5) *rector Seminarii* (c. 1368); 6) *confessarius* ordinarius monialium vel qui ejus vices gerit; 7) *capellanus religiosafamilia* (c. 514, § 2 et 3).

(b) *Delegata* jurisdictione gaudent, qui *licentiam* acceperunt ab iis qui ordinariam aut quasi-ordinariam jurisdictionem habent, ad eucharistiæ distributionem sive explicitam sive tacitam, sive etiam praesumptam.

1) In casu *necessitatis,* ab ipso jure quilibet sacerdos facultate gaudet dispensandi communionem.

2) Ex *Codice* (c. 846, § 1), " quilibet sacerdos *intra missam,* et, si *privatim* celebrat, etiam proxime *ante* et statim *post,* sacram communionem ministrare potest"; etiam in *oratorio privato,* "nisi loci Ordinarius, justis de causis, in casibus particularibus id prohibuerit " (c. 869). Ratio est quia jus distribuendi communionem sequitur jus missam celebrandi.

3) In missis *non privatis,* sacerdos missam celebrans jus habet communionem dispensandi intra missam, tempore communionis.

[1] *Sxm. theol.,* 3, q. 82, a. 3.

4) ° Etiam *extra missam,* quilibet sacerdos eadem facultate pollet ex *licentia saltem prasumpta* rectoris ecclesiæ, si *sit extraneus* " (c. 846, § 2). — Sacerdotes *non extranei,* alicui ecclesiæ addicti, hanc facultatem habere censentur.

5) *Regulares,* in suis ecclesiis possunt communionem dispensare etiam tempore paschali; sed caritas Christiana postulat ut obtemperent parocho qui, tempore paschali, oves proprias communicare vellet.

II. De ministro extraordinario.

901. Ex *Codice,* c. 845, § 2, "extraordinarius (minister) est diaconus, de Ordinarii loci vel parochi licentia, gravi de causa concedenda, quæ in casu necessitatis præsumitur ".

i° Diaconus est *minister;* nam 1) vi suæ *ordinationis,* juxta *Pontificale,* diaconi sunt " comministri et cooperatores corporis et sanguinis Domini ". 2) Ex *praxi antiquissima;* teste S. *Justino* », " diaconi panem, vinum et aquam in quibus gratiæ actæ sunt unicuique præsentium participanda distribuunt et ad absentes perferunt"; insuper ex *Constit. Apostol.*2 (circa 400), diaconus, quando episcopus aut presbyter obtulit, " dat populo, non tanquam sacerdos sed tanquam ministrans sacerdotibus

2° Est minister *extraordinarius,* quia, cum sit tantum sacerdotis *adjutor,* ab eo pendet quoad exercitium suæ potestatis, ideoque ab eo *licentiam* obtinere debet, et quidem ab eo solo qui *jure proprio* communionem distribuere valet.

Ut licentia detur, *causa gravis* existere debet : 1) *viaticum* deferendum, si sacerdos absit aut commode illud deferre nequeat; 2) si communio distribuenda sit magnæ multitudini, et sacerdotes desint vel in audiendis confessionibus omnes sint occupati in magno festo; 3) si fideles legitime petant, absente vel infirmo parocho.

Licentia legitime *præsumitur* in casu *necessitatis,* si urgens sit causa et parochus adiri nequeat. Imo, in casu *extrema necessitatis,* absente aut impotente sacerdote, diaconus *debet* viaticum ministrare.

Diaconus qui *illegitime* communionem distribuit, peccat quidem, sed non fit irregularis quia non usurpat ordinem *non suum,* cum vi ordinationis sit minister communionis extraordinarius (c. 985, 70).

l *Apol.)* I, n. 65, *P.* (7., VI, 428; Journel, 128. — ' Journel, 1236.

902. Notanda. i° *De dispensatione communionis a clerids inferioribus et laicis.* Clerici inferiores non habent, vi suæ ordinationis, facultatem ministrandi eucharistiam. — Sed, in casu *extrema necessitatis,* deficiente sacerdote et diacono, possunt, cum licentia Ordinarii aut forsan parochi, viaticum moribundo dispensare, præsertim si hic sacramenta pænitentiæ aut extremae unctionis recipere non potuerit. — Imo, in casu generali *extrema necessitatis,* v. g., tempore pestis, deficientibus clericis inferioribus, Episcopus *pio laico* committere posset ministrationem viatici, prout fiebat primis sæculis.

Sed, extra casum extremae necessitatis, clerici inferiores et laici eucharistiam conferentes, irregularitatem incurrerent (c. 985, 70).

20 *De distributione communionis sibimetipsi.* (a) Si *sacerdos* celebrare nequeat atque simul desit alius sacerdos, debet *in mortis periculo,* seipsum communicare, et potest id facere sola devotionis causa; (b) *diaconus,* deficiente sacerdote, potest in *summa necessitate,* seipsum communicare; idem de *clericis inferioribus* et *de laicis,* deficientibus omnibus ministris, prout fiebat in primis sæculis.

§ II. De regulis a ministro servandis.

Quæ regulæ respiciunt : i° *custodiam ss. eucharistiæ;* 2° *communionem intra ecclesiam;* 30 communionem *infirmorum.*

I. De custodia ss. eucharistiæ.

Hujusmodi regulæ inveniuntur in *Cod.,* c. 1265-1275.

903. i° Quoad locum, (a) Ex c. 1265, *debet* servari "in ecclesia cathedrali et in ecclesia principe Abbatiae vel Prælaturæ nullius, Vicariatus et Præfecturæ Apostolicæ, — in qualibet ecclesia parœciali vel quasi-parœciali, — et in ecclesia adnexa domui religiosorum exemptorum sive virorum sive mulierum ".

(b) Custodiri *potest,* de licentia Ordinarii loci, in ecclesia collegiata et in oratorio principali sive publico sive semi-publico tum domus piæ aut religiosae, tum collegii ecclesiastici quod a clericis saecularibus vel a religiosis regatur.

" Ut in aliis ecclesiis seu oratoriis custodiri possit, necessarium est indultum apostolicum; loci Ordinarius hanc licentiam concedere potest tantummodo ecclesiæ aut oratorio publico ex justa causa et per modum actus ".

(c) " Nemini licet ss. eucharistiam apud se retinere aut secum in itinere deferre ",

(d) Ex c. 1266, "ecclesiæ, in quibus ss. eucharistia asservatur, præsertim parœciales, quotidie per aliquot saltem horas fidelibus

pateant". — Insuper, ex c. 1265, § r, in loco ubi asservatur, regulariter sacerdos semel saltem in hebdomade missam celebrare debet.

904. 20 Modus asservationis. (a) Custodia eucharistiæ ad *parochum aliumve sacerdotem* pertinet. Clavis tabernaculi a sacerdote, non autem a laico aut moniali custodienda est (c. 12691, § 4). Attamen retineri potest in sacristia aut alio loco clauso, cujus clavis committi potest sacristano, ut, absente ecclesiæ rectore, ab alio sacerdote adhiberi possit.

(b) Eucharistia servari debet in decenti tabernaculo super altari, " in tabernaculo inamovibili in media parte altaris posito " (c. 1269, § 1). Tabernaculum autem sit solide clausum, ab omni alia re vacuum, ac tam sedulo custodiatur ut periculum sacrilegæ profanationis arceatur. Gravi suadente causa, ab Ordinario loci probata, non est vetitum ss. eucharistiam nocturno tempore servari extra altare, super corporali tamen, in loco tutiore (v. g., *coffre-fort*\ dummodo lampas colluceat tota nocte ante hanc custodiam.

(c) Ex c. 1271, ‘‘coram tabernaculo, in quo ss. Sacramentum asservatur, *una saltem lampas* diu noctuque continenter luceat, nutrienda oleo olivarum vel cera apum; ubi vero oleum olivarum haberi nequeat, Ordinarii loci prudentiæ permittitur ut aliis oleis commutetur, quantum fieri potest, vegetalibus Si hæc deficiant, permitti potest lux *electrica x,*

(d) Non potest eucharistia servari continuo in duobus simul altaribus ejusdem ecclesiæ (c. 1268, § 1); neque in altari, quando immediate super illud est habitaculum cum lecto ».

(e) In ecclesiis cathédralibus, collegiatis et conventualibus opportunum est ut ss. eucharistia regulariter non custodiatur in altari majore, sed in alio sacello seu altari (c. 1268, § 3).

(f) Ex c. 1270, ‘‘particulæ consecratæ eo numero qui infirmorum et aliorum communioni satis esse possit, perpetuo conserventur in pyxide ex solida decentique materia, eaque munda et suo operculo bene clausa, cooperta albo velo serico, et, quantum res feret, ornato ".

Cetera vide apud *liturgistas.*

II. De communione intra ecclesiam.

905. Ordo præscriptus quoad communionem ministrandam respicit *tempus, ritum* et *defectus* qui occurrere possunt.

* 5. *Rit. C.,* 23 (cbr. 1916, Λ. *A. S.,* VIII, 72.
' *S. Rit. C.,* 24 jan. 1908, n. 4213.

(A) Quoad tempus, (a) Generatim ss. eucharistia dispensari potest qualibet die, excepto tempore interdicti localis et die Parasceves; tunc enim dari nequit nisi graviter decumbentibus. Hodie nil prohibet quin distribuatur Sabbato sancto, inter missarum sollemnia vel continuo ac statim ab iis expletis (c. 867, § 1-3).

(b) Permittitur sicut missa, ab aurora usque ad meridiem, immo et vespere, ex rationabili causa (c. 867, § 4); non autem noctu, nisi agatur de infirmis, aut adsit quædam necessitas.

(c) Communio non solum intra, sed extra missam dari potest; et si privatim celebratur, etiam ante et statim proxime post.*

(d) " Sacerdoti celebranti non licet eucharistiam *intra* missam distribuere fidelibus adeo distantibus ut ipse altare e conspectu amittat " (c. 868).

(e) Non debet dari communio in missa *Nativitatis,* quæ *media nocte* celebratur, nisi in religiosis seu piis domibus oratorium habentibus cum facultate asservandi ss. sacramentum (c. 821, § 3); aut ex speciali induito.

(B) Quoad ritum. Quando communio datur extra missam, hæc præcipue serventur : (a) duæ candelæ accendantur aut saltem una si altera inveniri nequeat; (b) minister, aut ipsius defectu, sacerdos ipse recitet *Confiteor;* (c) sacerdos, prius lotis manibus, indutus superpelliceo et stola coloris diei (vel alba) consuetas preces recitet, et Eucharistiam ministret; (d) ad altare reversus, dicat *" O sacrum convivium" cum* versiculo et oratione; (e) tandem, ablutis digitis, et ciborio reposito, det benedictionem.

(C) Quoad defectus, (a) Deficientibus hostiis, dividi possunt particulæ sacræ in duas vel tres partes, modo adsit justa causa; immo posset detrahi pars majoris hostiæ pro viatico deferendo, aut etiam ad communicandum fidelem, qui secus diu, aut non sine incommodo, exspectare deberet. Non licet autem devotionis causa, plures particulas, vel majorem, dare communicanti.

(b) Si hostia cadit in mappam, signetur locus, deinde abluatur, et aqua in piscinam projiciatur; si autem in terram, locus tegatur et postea abradatur et abluatur; si in sinum mulieris, aut intra vestes, ipsa mulier hostiam extrahere debet et reponere in ciborio; digiti vero illius postea abluantur, et aqua in sacrarium projiciatur.

* Olim disputabatur num sacerdos, paramentis nigris indutus, communionem ante, intra aut post missam, distribuere posset Hodie vero, ex decreto *S. C. R.* 27 Junii 1868, certo licet sive intra missam, sive immediate post, immo, data rationabili causa, immediate ante : omittenda est tamen benedictio. — Vetitum est autem communionem dare, sive intra sive extra missam, in altari ubi SS. Sacramentum exponitur, nisi consuetudo id ferat, deficiente alio altari.

III. De communione infirmorum'.

906. i° De infirmis in genere, (a) Ex c. S47, "ad infirmos *publice*1 sacra communio deferatur, nisi justa et rationabilis causa aliud suadeat". Rationabilis causa est ne exponatur sacramentum irreverentiis malorum hominum; quod in regionibus haereticorum aut in magnis civitatibus sæpe occurrit.

Quando defertur *occulte* seu privatim, decenter tamen ac religiose fiat, servato saltem sequenti ritu : " Sacerdos stolam semper habeat propriis coopertam vestibus; in sacculo seu bursa pyxidem recondat, quam per funiculos collo appensam in sinu reponat; et nunquam solus procedat, sed uno saltem fideli, in defectu clerici, associetur. Cum autem ad infirmi cubiculum pervenerit, sacerdos superpelliceum quoque induat cum stola, si illud antea non induerit "3.

(b) "*Jus* et *officium* sacram communionem *publice* ad infirmos, etiam non parcecianos, extra ecclesiam deferendi, pertinet ad *paro, chum,* intra suum territorium. — Ceteri sacerdotes id possunt in casu tantum necessitatis aut de licentia saltem præsumpta ejusdem parochi vel Ordinarii " (c. 848). " Communionem *privatim* ad infirmos quilibet sacerdos deferre potest, de venia saltem præsumpta sacerdotis cui custodia ss. sacramenti commissa est " *(c.* 849, § 1).

907· 2° Speciatim de viatico. " Sacram communionem per modum *viatici* sive *publice* sive *privatim* ad infirmos deferre, pertinet ad *parochum... n*

Sed episcopo decumbenti viaticum ministrare debent *dignitates et canonici,* secundum ordinem præcedentiæ (c. 397, 30).

Insuper, ex c. 514, § 1 : " In omni religione clericali jus et officium Superioribus est per se vel per alium ægrotis professis, novitiis, aliisve in religiosa domo diu noctuque degentibus causa famulatus aut educationis aut hospitii aut infinnæ valetudinis, eucharisticum viaticum et extremam unctionem ministrandi. § 2. In *monialium* domo idem jus et officium habet ordinarius confessarius vel qui ejus vices gerit. § 3. In alia religione laicali hoc jus et officium spectat ad parochum loci vel ad cappellanum quem Ordinarius parocho suffecerit ad normam can. 464, § 2 ".

Preces recitandæ inveniuntur in *Rituali,* tit. IV, cap. 4, n. 14-27.

1 DD. Jono, *La communion des malades** Museum lessianum, 1934.

' Modus *publice* deferendi communionem ad infirmos describitur in *Riluali** tit. IV, cap. 4, n. 10-13. Modus communionem ministrandi pluribus infirmis exponitur a 5. C. Λ7/., 9 jan. 1929. — 3 *A. A,* 5., t. IV, 725.

Art. V. De subjecto communionis [1].

908. Nomine *subjecti* designatur ille qui recipit aut recipere potest eucharistiæ sacramentum.

Juxta *Tridentinum* [2], eucharistia tripliciter accipi potest : *sacramentaliter tantum,* quando indigne a peccatoribus recipitur; *spiritualiter tantum,* quando, per fidem et caritatem, fideles voto seu desiderio ejus fructum percipiunt; *sacramentaliter* simul et *spiritualiter,* quando sacramentum digne et fructuose recipitur.

909. Jamvero *subjectum communionis sacramentalis capax* est *solus et omnis homo baptizatus jure non prohibitus.* Certum est ex can. 853 : " Quilibet baptizatus qui jure non prohibetur admitti potest et debet ad sacram communionem ",

Dicitur : (a) *Solus baptizatus,* quia baptismus est janua omnium sacramentorum ; unde non-baptizatus communicans reciperet quidem *materialiter* corpus Christi, sed non sacramentaliter et fructuose.

(b) *Omnis homo viator baptizatus,* etiam infans, amens, *capax* est communionem accipiendi; etiam *fructuose* nisi obicem ponat per peccatum mortale. Peccatores autem *sacramentaliter* quidem communicant, sed *nonfructuose,* nisi sint bona fide et attriti, (n. 380), aut nisi contritionis actum eliciant antequam sacræ species corrumpantur.

Angeli autem et animæ separatae, aut corporibus unitæ post universale judicium, non possunt communicare *sacramentaliter.*

(C) *jure non prohibitus :* Ecclesia enim, cui sacramentorum dispensatio commissa est, ex justa ratione, potest aliquos baptizatos, ceteroquin jure divino capaces, a communione prohibere. *Quinam* autem excludantur infra exponemus.

Quibus positis, de tribus agendum est : i° de *necessitate* seu obligatione eucharistiam recipiendi; 20 *de extensione* illius obligationis ; 30 *de dispositionibus* ad sacram communionem requisitis.

[1] *Codex,* c. 853-866. — [2] Sess. XIII, cap. 8, D. B., S8i.

§ I. De NECESSITATE HUJUS SACRAMENTI.

910. Status quæstionis. Duplex est necessitas, *medii* et *praecepti,* ut supra exposuimus, n. 498.

1° *Errores :* (a) *Calvinista* nonnulli, et quidam inter *Gracos schismaticos,* docuerunt communionem esse omnibus necessariam *necessitate medii* ad salutem.

(b) Insuper non solum *Graci,* sed *fdussita* et *Protestantes* plerique contenderunt communionem *sub utraque specie* esse jure divino præscriptam, ac proinde Ecclesiam catholicam carpunt eo quod sacramentum eucharistiæ mutilat dum solam speciem panis laicis tribuit

2° Doctrina autem *catholica* est sacramentalem communionem esse quidem necessariam necessitate *praecepti,* non autem necessitate *medii,* et insuper *usum calicis* non fuisse præscriptum a Christo, ita ut talis usus potuerit interdici propter rationes disciplinares.

I. De necessitate medii ».

Ad id melius exponendum, distinguendum est inter *realem* susceptionem eucharistiæ et *rem* huj'us sacramenti, quæ est unio cum Christo. Unde duplex thesis.

ultii absolute ,

essaria ssitate 'medii realis r ceptio eucha- ‹
stiæ.

Defide est pro parvulis : " Si quis dixerit parvulis antequam ad annos discretionis pervenerint necessariam esse eucharistiæ communionem, A. S. " 3.

Pro *adultis* certum est : Ecclesia enim eucharistiam amentibus et phreneticis non concedit et olim aliquando eam *lapsis* denegavit etiam in articulo mortis ; atqui nunquam denegatur instante morte sacramentum necessarium necessitate medii.

Dico *absolute,* quia dici potest, cum *Suarez* «, hoc sacramentum

* Littledale ;* *Plain Reasons,* p. 77.

' S. Thomas. 3 p., q. 80, a. 11 ; Suarez, disp. 40; Lugo, disp. III ; Drouin, q. 8, sect. 3-4; Billuart, diss. VI. a. 1, § i; de Augustinis, p. II, a. 6; Hurter, n. 475 sq-; Pesch, n. 803 sq.; H. Moureau, in *D. T. C.,* L III, 4S1-483.

3 *Trident.,* sess. XXI, can. 4. D. B., 937. — ‹ Disp. 40, sect. 2, n. 16.

moraliter necessarium esse ad perseverandum, quatenus is qui *voluntarie, diu* et *sine gravi ratione,* abstinet ab ejus receptione, non sine maxima difficultate in gratia perseverabit. Diximus insuper *realis receptio,* quia *votum* saltem *implicitum* suscipiendi eucharistiam dici potest necessarium necessitate medii pro adultis, ut exponetur in secunda thesi.

i° *Scriptura, ex* verbis Christi[l] : " Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit Exinde enim legitime infertur baptismo et fide, quæ per caritatem operatur, salutem obtineri posse sine reali eucharistiæ receptione.

2° *Tradit,* (a) Ex *praxi Ecclesiæ,* quæ peccatoribus gravissimorum criminum reis per longum tempus denegabat sacram communionem; quod fieri non debuisset si sacra communio necessaria esset necessitate medii.

(b) Ex *doctrina communi Patrum* de sufficientia baptismi ad salutem parvulorum, sine reali eucharistiæ susceptione; et ex ratione quam afferunt hujus sufficient!®, nempe, vitam spiritualem, in baptismo acceptam, satis esse ad vitam æternam, cujus jam est quædam inchoatio : hæc enim ratio valet etiam pro adultis qui, in impossibilitate versantes communionem suscipiendi, aliis mediis vitam spiritualem servant.

ip Rat. theologica. In tantum communio esset necessaria necessitate medii jn quantum sine^a vita gratiæ servari non posset ; atqui, etsi communio sit optimum medium ad tentationes superandas et præcavenda peccata/alia sunt tamen media ad vitam spiritualem servandam, imo et augendam, nempe oratio, virtutum praxis, frequens sacramenti pænitentiæ receptio, communio spiritualis, etc. Ergo dici nequit realem eucharistiæ perceptionem esse medium ad salutem necessarium.

912. Solvuntur Protestantium difficultates. (A) *Ex Scriptura* objiciunt verba Christi Nisi manducaveritis, etc." Sed hæc verba non probant necessitatem medii; nam (a) commode intelligi *possunt* de sola *necessitate prcecepti,* cum ad *solos adultos* dirigantur, qui soli hæc verba audire poterant; et insuper res præscripta, scilicet *manducatio,* non est ex se necessaria ad salutem; potest enim vita gratiæ in infantibus servari sine ullo actu ipsorum, in adultis per alia opera a communione distincta;

[l] *Marc.,* XVI, 16. — [*] *Joan.,* VI, 54.

(b) debent intelligi de solo præcepto, quia alibi declaratur baptismo, fide et caritate salutem obtineri posse.

(B) Objicitur SS. *Augustinum, Innocentium* ***I*** et *Gelasium* absolutam eucharistiæ necessitatem docuisse.

Sed hi doctores alibi declarant baptismum infantibus ad salutem sufficere : proinde eorum verba aliter intelligenda sunt, scilicet *non de read eucharistia receptione,* sed de *unione cum Christo,* quæ est effectus hujus sacramenti; ait enim 5. *Augustinus :* " Hoc est ergo manducare illam escam et illum bibere potum, in Christo manere et illum manentem in se habere "[1]. Itaque 5. *Fulgentius,* hæc verba exponens, declarat nullum "alienari ab illo panis calicisve consortio, etiamsi, antequam panem illum comedat et calicem bibat, de hoc sæculo in unitate corporis Christi abscedat

sto ftbEcc

Probatur. Etenim res hujus sacramenti est unio cum Christo et Ecclesia, ut docent Patres et theologi cum S. Thoma. Atqui nullus salvari potest nisi Christo et Ecclesiæ conjungatur, ut probatum est in *Tr. de Ecclesia* et *de Verbo Incarnato.* Ad rem S. Thomas[3] : "Res hujus sacramenti est unitas corporis mystici, sine qua non potest esse salus : nulli enim patet aditus salutis extra Ecclesiam ". Et alibi : " Duplex est modus percipiendi hoc sacramentum scilicet spiritualis et sacramentalis. Manifestum est autem quod omnes tenentur saltem *spiritualiter manducare,* quia hoc est *Christo incorporari.* Spiritualis autem manducatio includit *votum* seu *desiderium* percipiendi hoc sacramentum. Et ideo sine voto percipiendi hoc sacramentum non potest homini esse salus

[1] *In Joan.,* tr. XXVI, n. 18, *P. L.,* XXXV, 1614.

[2] *Epist.* XIP, ad Ferrand., n. 26, *P. L.,* LXV, 392. — Quidam tamen concedunt *S. Augustinum* vere docuisse infantes non posse salvari sine eucharislix receptione, sed in hoc deceptum esse nimio zelo probandi, contra l'elagianos, infantes non posse salvari sine baptismo qui dat jus ad recipiendam carnem Christi qua vitam æternam consequimur : " Si ergo, ut tot et tanta divini, testimonia concinunt, nec salus nec vita xtema sine baptismo et corpore Domini cuiquam speranda est, frustra sine his promittitur parvulis ". *De putator, merit, et remiss.,* I, 34, 26-28. Cfr. H. Moureau, l. cit., p. 482; Tixeront. II, 419.

[3] *Sum. theol.,* 3, q. 73, a. 3; q. 8o, a. Cfr. M. de la Taille, Elucid. XLIX, p. 5S7 sq.

Declaratur. Res hujus sacramenti percipi potest *voto* seu *desiderio* communionis. Hoc autem votum est *explicitum,* si quis actu cogitet de sacra communione et velit eam recipere; *implicitum* vero, si quis velit ea omnia accipere quæ ad salutem necessaria sunt : in hoc enim generali desiderio includitur votum communionem tempore opportuno accipiendi. Alterutrum sufficit.

II. De necessitate præcenti

(A) Præceptum *divinum* communiter admittitur contra paucos veteres theologos, et constat : (a) ex verbis Christi ipsius : "Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis"; quæ quidem verba grave præceptum sacramentaliter manducandi eucharistiam important sub gravissima poena, nempe privatione vitæ spiritualis.

(b) Ex *Tridentino,* quod, post descriptam hujus sacramenti institutionem, ait[1] : "Et in illius *sumptione* colere nos sui memoriam *præcepit* (Christus) suamque annuntiare mortem ".

(e) *Rat. theol.* Sacramentum hoc institutum fuit a Christo Deo per modum *alimonice* spiritualis; atqui sicut vita naturalis cibo alitur, ita et vita spiritualis cibo indiget; ergo Christus Deus vult nos eucharistia uti tanquam cibo, eamque saltem aliquoties in vita recipere.

(B) Præceptum autem *ecclesiasticum* constat ex conc. *Lateranensi IV :* " Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata confiteatur... suscipiens reverenter ad minus in Pascha eucharistiæ sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis, ob rationalem causam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum; alioquin et vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, et moriens Christiana careat sepultura "[2]. — Quod decretum, in *Codice,* c. 859, § 1, renovatum est.

[1] Sess. XIII, c. 2, D. B., 875. — [2] D. B., 437.

III. De communione sub utraque specie

915. *Thesis:* Communio sub utraque specie singulis fidelibus jure divino non praecipitur, sed solis sacerdotibus missam celebrantibus.

De fide est ex *Tridentino*[1]: "Si quis dixerit, ex Dei præcepto vel necessitate salutis, omnes et singulos Christi fideles utramque speciem SS. Eucharistiæ sacramenti sumere debere, A. S."

Sacerdotes autem missam celebrantes, sub *duplici specie* consecrare et communicare debent.

(A) *Ex Scriptura* non probatur necessitas communionis sub utraque specie, (a) Primus textus a Protestantibus allatus : "Nisi manducaveritis et biberitis, etc." probat quidem necessitatem recipiendi carnem et sanguinem Christi, sed *non modum sumendi sub utraque specie;* cum enim Christus totus sub qualibet specie contineatur, qui recipit unicam speciem potest vere dici corpus manducare et sanguinem Domini bibere3; jamvero hic non agitur de *modo* accipiendi, sed de *re ipsa.* Quæ interpretatio confirmatur ex eo quod pluries in eodem capite Christus loquitur de manducatione solius panis eucharistici tanquam ad salutem sufficiente : "Si quis manducaverit *ex hoc pane,* vivet in æternum" 4.

(b) Alter textus allatus : "Bibite ex eo omnes", ad *solos Apostolos* dirigitur, ac proinde solos ligat sacerdotes celebrantes; nam postea dicitur : "Hoc facite in meam commemorationem"5; quod solos respicit sacerdotes.

916. (B) *Traditione,* nempe ex *praxi Ecclesiæ.* Quamvis enim generatim communio sub utraque specie per undecim sæcula dispensata fuerit, exstant facta nonnulla ex quibus constat *aliquando* communionem sub *unica specie*

1 S. Tbom., 3, q. 8o. a. 12; Suarez, disp. 71; S. Bellarminus, l. IV, c. 20 28; Drouin, q. VIII, e. 2; de Augustinis, l. cit.; J. H. Newman, *Development,* p. 129; H. Ryder, *Catholic Controversy,* p. 138 sq.; Pesch, n. 816 sq.; E. Dublanchy, in *D T. C.,* L III, 552-572; H. Leclercq, in *Diet. d'ArchM. (Cabrot),* t. III, 2463.

' Sess. XXI, can. 1, D. B., 934. — 3 *Joan.,* VI, 52. — 4 *Joan.,* VI, 52. — 5 *Luc.,* XXII, 19.

datam fuisse, ac proinde hanc praxim non esse juri divino oppositam : (a) quandoque communio *ægrotis* dabatur sub sola specie panis[1]; (b) *infantibus* aliquando sola species panis, sæpius autem sola species vini præbebatur[2]; (c) tempore *persecutionum,* fideles domi asportabant eucharistiam sub unica specie panis, ut seipsos communicarent, item hæc sola species sæpe martyribus dabatur[3]; (d) immo, in *quibusdam ecclesiis,* fideles sub sola specie panis communicabant[4]; (e) tandem *die Parasceves,* in utraque ecclesia, Græca et Latina, a primis temporibus usque ad hodiernum diem celebrata fuit missa quæ vocatur *Præsanctificatorum,* in qua communio accipitur sub unica specie panis; immo, apud Græcos, tempore Quadragesimæ non consecratur nisi duobus diebus in hebdomada, ceterisque communio fit sub unica panis specie[5].

Merito itaque c. *Constantiense* (1415) declaravit : "Consuetudo communicandi sub una specie jam diutissime ab Ecclesia observata est "[6].

(C) *Objiciunt* adversarii hoc sacramentum sub *duplici specie* institutum esse.

Immerito tamen : nam unica specie sufficienter *significatur* specialis virtus hujus sacramenti, quæ in alimonia spirituali consistit, et pariter unica specie substantialiter *producitur* gratia huic sacramento propria, cum sub utraque specie Christus totus contineatur.

Dixi " *substantialiter",* quia, juxta quosdam theologos, major gratia accidentalis confertur per receptionem utriusque quam unius speciei; quod concedi potest, si caritatis fervor in sumptione secundæ speciei augeatur. Sed *ex se* non datur major gratia per

1 Eusebius, *H. E.,* lib. VI, c. 44, *P. G.,* XX, 629.

3 *Chroniconpaschale, P. G.,* XCII, 989. — Cf. Corblet, *op. cit.,* I. XIV. — Auctor recte animadvertit (p. 629) apud quosdam auctores catholicos assertiones nimis generales reperiri, quando, v. g., dicunt *semper* infantes et ægrotos sub sola specie vini fuisse communicatos, *nunquam* speciem sanguinis fuisse reservatam ; mutetur *semper* in *plerumque, nunquam* in *raro,* et tunc verba ictis respondebunt.

3 Tertullianus, *Ad uxor.,* l. I, c. 5, *P. L.,* I, 1296; S. Cyprianus, *De lapsis,* c. 26. *P. L·,* IV, 486; S. Basilius, *Epist.* XCIII, *P. G.,* XXXII, 485.

4 Sozomenes, *H. E.,* l. VIII, c. 5, *P. G.,* LXVII, 1528.

5 S. Cyprianus, *De lapsis,* c. 25, *P. L.,* IV, 484; S. Augustinus, *Epist.* CCXV1I, 5, *P. L.,* XXXIII, 9S4; *Op. imperfect, c. Julianum,* l. II, c. 30, *P. L.,* XLV, 1154.

4 D. B., n. 585.

duas species quam per unam, sicut in baptismo non confertur major gratia trina immersione quam una tantum.

917. *Corollarium. Ecclesia potuit legitime calicis usum laids interdicere, prout de facto interdixit.* Etenim, in rebus quæ jure divino determinate non sunt, Ecclesia jus habet leges prohibitivas statuendi, dummodo validæ adsint rationes. Atqui, ex dictis, usus calicis non fuit jure divino præscriptus et aliunde validæ erant rationes ad talem usum interdicendum, scilicet : (a) periculum *sanguinem sacrum effundendi;* nam, ut ait 5. *Thomas*[1] : "quia crevit multitudo populi christiani, in qua continentur senes, et juvenes, et parvuli, quorum quidam non sunt tante discretionis, ut cautelam debitam circa usum hujus sacramenti adhibeant, ideo provide in quibusdam ecclesiis observatur ut populo sanguis sumendus non detur, sed solum a sacerdote sumatur"; (b) difficultas *diu asservandi speciem vini,* quod facile acescit, et eamdem ad ægrotos deferendi; (c) *vini penuria* in quibusdam regionibus; (d) *nonnullorum repugnantia* a bibendo ex eodem calice, immo periculum contagionis, quod incurritur quando plures simul ex eodem calice bibunt; (e) tandem *confutatio hczreticorum* qui necessitatem sumptionis utriusque speciei falso asserebant[2].

§ II. De extensione præcepti communionis[3].

Probata necessitate eucharîstiæ, dicendum superest de extensione præcepti tum *divini,* tum *ecclesiastici,* relate ad communionem, necnon de iis qui *recipere prohibentur.*

I. De praecepto divino.

918. Præceptum divinum eucharîstiæ suscipiendæ obligat *per se* aut *per accidens :*

i° Per se. (A) Hoc præceptum per se obligat *in periculo mortis proximo,* et quidem *sub gravi,* juxta *communem* sententiam.

[1] *Sum. theol^* 3, q. So, a. 12.

[2] *Catech. Trident.,* de Euchar., n. 71. — Protestandum argumenta exposita vide apud Littledale ;* *Plain Reasons,* p. 77, confutataque apud Ryder, *Catholic Controversy,* p. 138. Objicitur quidem 5. *Gelasiuni* Papam (Decret. Grat., 3 p., dist. 2, c. 12) illos reprehendisse qui a calice sacri cruoris abstinebant; sed decretum illud latum fuit contra Manichæos Romæ latentes, qui, impia superstitione, a vino et a specie eucharistica vini abhorrebant; decretum igitur erat disciplinare, quod, mutatis circumstantiis, aboleri certo poterat

[3] Suarez, disp. 69-70; Lugo, disp. XVI; Drouin, q. VIII, c. i; Billuart, diss. VI, a. 1, § 2 sq.; S. Alphonsus, l. VI, 290 sq.; Pesch, n. 807 sq.; P. Durieux, n. 277-291.

Hoc supponere videtur C. *Ntcœnum* (can. 13), in quo statuitur *antiquam legem* servandam esse, nempe, ut si quis egreditur de corpore, *necessario viatico* non privetur. Revera, si hoc sacramentum sub præcepto cadit, eo saltem tempore recipi debet quo magis est necessarium ; atqui nulla major est necessitas quam in articulo mortis, tum ad superandas tentationes, tum ad offerendum Deo, cum Christo, propriæ vitæ sacrificium. — Unde, ex *Codice,* c. 864, § 1 : " In periculo mortis, quavis ex causa procedat, fideles sacræ communionis recipiendæ præcepto tenentur

Cui præcepto respondet obligatio viaticum ministrandi, ex c. 865 : "Sanctum viaticum ne nimium differatur; et qui animarum curam gerunt, sedulo advigilent ut eo infirmi plene sui compotes reficiantur

(a) Hinc, quando periculum *non* est *proximum* et *certum,* sed solum probabile, v. g., ante puerperium, aut longam navigationem, aut proelium, obligatio communicandi non est certa nec proinde urgenda.

(b) In eadem infirmitate, non datur *obligatio* bis recipiendi viaticum, etiamsi diuturna sit; id tamen *licet* et *decet* ex c. 864, § 3.

Qui mane, vel paucis antea diebus, ex devotione communicavit, probabiliter non tenetur stricte loquendo, superveniente proximo mortis periculo, viaticum accipere, cum jam satisfecerit fini præcepti. " Valde tamen *suadendum* est ut in vitæ discrimen adducti denuo communicent" (c. 864, § 2).

(B) Hoc præceptum insuper obligat *aliquoties in vita;* 1) nam eucharistia instituta fuit per modum cibi ; atqui de natura est cibi ut pluries sumatur in vita. 2) Insuper, ex dictis n. 913, votum saltem implicitum recipiendi communionem quisque christianus habere debet Atqui, pergit S. Thomas, " frustra esset votum nisi adimpleretur data opportunitate. Ergo omnes adulti jure divino tenentur, data opportunitate, eucharistiam sumere

Tempus autem non fuit a Christo determinatum, ideoque præceptum adimplet qui semel in anno communicat, tempore ab Ecclesia præfixo, cum hæc sit juris divini interpres.

919. 2° Per accidens. Hoc præceptum obligat *per accidens,* quoties sacra communio necessaria est ad superandas graves tentationes, aut officia ardua implenda; ad hoc sæpe quidem sufficere possunt alia remedia, ut orationes,

variaque pænitentiæ opeîa; sed negligi non debet medium efficacissimum ad animam confortandam contra omnes spirituales inimicos.

II. De præcepto ecclesiastico paschalis communionis.

Præceptum ecclesiasticum quatuor determinat, nempe *personas* quæ hac lege tenentur, *tempus, locum* et *ritum* communionis '.

920. i° Quoad personas. *C. Lateranense* ***IV*** et *Codex* declarant hoc præcepto teneri *omnes utriusque sexus fideles,* postquam ad *annos discretionis* pervenerint (supra, n. 914). Ad hæc ultima verba intelligenda, exponemus *antiquam* et *hodiernam* disciplinam.

(A) *Antiqua disciplina '.* (a) *Prioribus sceculis usque ad* ***XIP****'m,* sacra communio parvulis dari solebat statim post baptismum, et postea aliquoties, in pluribus saltem ecclesiis, antequam annos discretionis attigerint, præsertim in articulo mortis : infantes enim baptizati augmentum gratiæ communione suscipere possunt.

(b) *A sceculo* ***XIII****e ad* ***XVI****um,* sacra communio denegari cœpit parvulis qui rationis usum non adepti erant, ne acciperetur sine devota præparatione quæ multum auget sacramenti fructum. Quam praxim sancivit *Lateranense* (an. 1215). Sed de *cetate discretionis* a Concilio requisita non consentiebant theologi : alii id relinquebant judicio confessarii, alii putabant annum *septimum* generatim sufficere, alii autem annum *decimum* vel *undecimum* requiri.

(c) *A scec.* ***XVI°*** *ad* ***XIX****un,* post *Tridentinum,* in quibusdam regionibus, præsertim Gallia et Germania, statutis diœcesanis præfixa est ætas primæ communionis, et quidem satis provecta (ab *undecimo* ad *quartum decimum* annum), quo major esset instructio 3

' *Lateranense* decretum ita declaratur in can. 859, § 1 : " Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis, id est, ad rationis usum pervenerit, debet semel in anno, saltem in Paschate, eucharistiæ sacramentum recipere, nisi forte de consilio proprii sacerdotis, ob aliquam, rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum

' L. Andrieux, *La première communion, histoire et discipline,* 1911; A. Villien, *L'âge de la première communion,* in *Rev. du cl.fr.,* t. LXV (1911), p. 671-686; L LXVI, p. 33-55; P. Durieux, n. 308-317.

3 Major instructio desidera!«tur ut fideles firmiores essent in fide non obstantibus Protestandum impugnationibus.

ac devotio puerorum, uberioresque perciperentur fructus; insuper perfectior discretio putabatur necessaria ad communionem quam ad confessionem. Quam dilationem esse nimiam S. Sedes pluries animadvertit '.

921. (B) *Hodierna disciplina.* Ad praecavendos abusus qui ex longiore dilatione oriri possunt, S. *Cong. de disciplina sacramentorum,* decreto *Quam singulari,* a *Pio X* approbato, die 7a Augusti 1910, hæc statuit de communione parvulorum 3.

(a) " Ubi primum ad *annos discretionis* pervenerint, *obligatione* tenentur accedendi, saltem semel in anno, ad pænitentiæ et eucharistiæ sacramenta... Unam eamdemque ætatem àd utrumque sacramentum requirit Lateranense concilium, cum conjunctum confessionis et communionis onus imponit. Igitur, quemadmodum ad confessionem ætas discretionis ea censetur, in qua *honestum ab inhonesto distingui potest,* nempe qua ad usum aliquem rationis pervenitur; sic ad communionem ea esse dicenda est, qua eucharisticus panis queat a communi dignosci; quæ rursus eadem est ætas in qua puer usum rationis est assequutus.

(b) Ætas discretionis tum ad confessionem, tum ad s. communionem ea est, in qua puer incipit *ratiocinari,* hoc est *circa septimum annum,* sive supra, sive etiam infra. Ex hoc tempore incipit obligatio satisfaciendi utrique præcepto confessionis et communionis.

(c) Cognitio religionis quæ iq puero requiritur, ut ipse ad primam communionem convenienter se præparet, ea est, qua ipse *fidei mysteria necessaria* necessitate medii pro suo captu percipiat, atque *eucharisticum panem* a communi et corporali *distinguat,* ut, ea *devotione* quam ipsius fert ætas, ad ss. eucharistiam accedat.

(d) Obligatio præcepti confessionis et communionis, quæ puerum gravat, in eos præcipue recidit qui ipsius curam habere debent, hoc est in *parentes,* in *confessorium,* in *institutores* et in *parochum*...

(e) Semel aut pluries in anno curent parochi indicere atque habere communionem generalem puerorum, ad eamque, non modo novensiles admittere, sed etiam alios, qui parentum confessariive consensu, ut supra dictum est, jam antea primitus de altari sancta

' 5. *C. Concilii, 21* jul. 1888, in *Canoniste,* XII, p. 106 et 154; D. B., 854, 2137-2144. — 3 Æ *A. S.,* t. II, 577-583. — Occasio decreti fuit decisio *Capituli Argentinensis* quæ obstabat ne ætas primæ communionis, anno quarto decimo fixa, ad duodecimum annum reduceretur.

libarunt. Pro utrisque dies aliquot instructionis et præparationis praemittantur ”

922. Ex *Codice,* c. 854, hæc de communione puerorum statuuntur : “ § I. Pueris qui propter aetatis imbecillitatem nondum hujus sacramenti cognitionem et gustum habent, eucharistia ne ministretur.

§ 2. In *periculo mortis,* ut sanctissima eucharistia pueris ministrari possit ac debeat, satis est ut sciant Corpus Christi a communi cibo discernere illudque reverenter adorare.

§ 3. *Extra mortis periculum* plenior cognitio doctrinae christianæ et accuratior præparatio merito exigitur, ea scilicet qua ipsi fidei saltem mysteria necessaria necessitate medii ad salutem pro suo captu percipiant, et devote pro suæ ætatis modulo ad sanctissimam eucharistiam accedant.

§ 4. De sufficienti puerorum dispositione ad primam communionem judicium esto *sacerdoti a confessionibus* eorumque *parentibus* aut iis qui loco parentum sunt.

§ 5. Parocho autem est officium *advigilandi,* etiam *per examen,* si opportunum prudenter judicaverit, ne pueri ad sacram Synaxrm accedant ante adeptum usum rationis vel sine sufficienti dispositione, itemque curandi ut usum rationis assecuti et sufficienter dispositi quamprimum hoc divino cibo reficiantur H

De solemni communione. Omnino laudabilis est usus, qui in Gallia multisque aliis regionibus viget, *primæ communionis sollemnis.* Revera, ex statuto a S. Sede approbato, paulo post decretum *Quam singulari,* in plerisque Galliæ dioecesibus, duplex erit pro pueris prima communio : *privata,* absque sollemnitate, pro iis qui : 1) sufficienter norunt pro suo captu existentiam Dei remuneratoris, mysteria S3. Trinitatis et Incarnationis, quæ essentialia sunt circa sacramenta pænitentiæ et eucharistiæ; 2) quamdam devotionem ostendunt erga Deum, Christum sub speciebus eucharisticis latentem et B. Virginem; 3) promittunt, approbantibus parentibus aut iis qui curam habent religiosam puerorum, se assidue catechismis adsistendo, uberiorem fidei

cognitionem adepturos; 4) licentiam obtinuerunt a confessario, consentientibus parentibus aut iis qui puerorum curam habent.

(b) Postea vero *sollemnis,* ætate et modo hucusque assuetis, cum publica innovatione promissionum baptismalium, et quidem praeviis spiritualibus exercitiis x.

923. 20 Quoad tempus communionis paschalis, (a) Quisque fidelis adultus tenetur *semel saltem in anno* suscipere eucharistiam, et quidem *sub gravi;* nam delinquens olim poterat puniri excommunicatione et privatione sepulturae ecclesiasticae; quæ tamen pœnæ erant *ferendee* sententiæ, seu non incurrebantur nisi post judicium ab episcopo latum, nunc autem abrogatae sunt.

(b) Qui *sacrilege* communicat *non satisfacit* præcepto; contraria enim sententia expresse damnata fuit ab *Innocentia* Λ'Z(16/9)23 *Codice,* c. 861, expresse dicitur : " Praecepto communionis recipiendæ non satisfit per sacrilegam communionem ". Et merito : nam præceptum ecclesiasticum est solum determinativum divini præcepti ; porro divinum præceptum obligat non tantum ad materialem, sed etiam ad dignam et fructuosam eucharistiæ receptionem.

(C) *Tempus* annuæ communionis est tempus *paschale,* quod jure communi a *Dominica Palmarum ad Dominicam in*

1 De præparatione puerorum ad primam communionem vide Dupanloup, *Œuvre par excellence^* livre 4e; opus anglice redditum sub titulo *The Δ/inis· try of Catechising,* p. 361 sq.; W. Stang, *Pastoral Theology,* 1S97, p. 56; *Amer. Eccles. Review,* Dec. 1895, P· 401· — Hæc etiam notentur ex Concil. plen. Americæ Latinæ, an. 1899, n. 529 : ‘‘Cum compertum sit eos qui primum ad eucharisticam mensam accedunt, fructus uberrimos referre, si ad eam digne percipiendam sacris exercitationibus per aliquot dies excitentur, et si auspicatissimi hujus diei sollemniter splendidiore cultus majestate celebretur, ejusdemque memoria salutaribus monitis commendetur perpetuo recolenda, parochi nihil prætermittant, quod in hac re noverint magis expedire. — Optamus etiam quammaxime ut pueros ipsos, prævia innovatione promissionum Baptismalium, SS,næ Virgini ab origine Immaculatae, opportuna prece, sollemniter consecrent, et pio sermone excitent ad tantæ Matris præsidium quotidie exorandum et virtutibus Ei carioribus promerendum. — Hac denique capta occasione, parochi enixe hortentur genitores et cognatos puerorum, ut per Pœnitentiam purificati, devotissimi eorum socii fiant in SS™* Eucharistia susci. pienda, ceterisque tantæ sollemnitatis ceremoniis peragendis".

3 D. B., 1205.

Albis protenditur *(Cod.,* c. 859, § 2). Sed parochus vel confessarius potest, justa de causa, tempus extendere, quando videlicet judicat majus bonum pænitentis id requirere; nam in *Codice,* c. 859, § I, additur : " nisi forte de consilio proprii sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum ".

Insuper locorum Ordinarii possunt "hoc tempus pro omnibus suis fidelibus anticipare, non tamen ante quartam diem dominicam Quadragesimae, vel prorogare, non tamen extra festum SS. Trinitatis" (c. 859, § 2). Quæ dilatio valet pro omnibus in dioecesi domicilium aut quasi-domicilium habentibus, pro *vagis,* imo probabiliter pro omnibus actu in dioecesi commorantibus.

(d) Qui tempore praescripto omisit communionem, tenetur quamprimum huic obligationi satisfacere. Nam ex ipsis verbis *Lateranensis,* adest æquivalenter duplex praeceptum : prius communicandi *semel in anno,* posterius communicandi *tempore Pascha.* Unde ex c. 859, § 4, præceptum adhuc urget, si quis illud quavis de causa non impleverit

(e) Circumstantia temporis *sub gravi* obligat ; dilatio unius vel alterius diei est *per se* peccatum grave, quia est pars notabilis relate ad tempus paschale a jure communi præfixum, sed ubi tempus concessum extenditur ad centum fere dies, dilatio unius aut alterius diei non censetur gravis, quia non est notabilis.

(f) Qui paulo *ante inceptum tempus* paschale communionem accepit in viatico aut ex devotione, intra tempus paschale iterum communicare debet.

(g) Qui, incoepto paschali tempore, prævidet se impeditum iri quin postea communicet, tenetur *quamprimum* huic obligationi satisfacere, antequam oriatur impedimentum, quia iam urget præceptum.

Num vero idem necessarium sit quando impedimentum praevidetur, nondum incoepto illo tempore, valde controvertitur, et negatur a multis, quia talis communio non esset impletiva praecepti.

Unde in praxi urgenda non est hæc obligatio. Expedit tamen ut, cum licentia Ordinarii, anticipetur tempus paschale et ita præceptum impleatur.

924. 3° Quoad-locum. Olim fideles tenebantur in *propria parœcia* communionem paschalem recipere. Sed ex *Codice,* c. 859, § 3, non amplius tenentur, sed "*suadendum* fidelibus ut huic praecepto satisfaciant in sua quisque paroecia; et qui in aliena paroecia satisfecerint, *curent* prium parochum de adimpleto praecepto certiorem facere". Verbum "*in propria parœcia*" intelligitur de qualibet ecclesia vel oratorio intra fines paroeciae sito.

Ab obligatione vel consilio communionem paschalem accipiendi in propria paroecia eximuntur : 1) sacerdotes missam celebrantes; 2) religiosi utriusque sexus eorumqüe familiares, et sorores religiosae approbatae, quæ communicare possunt in suis sacellis; 3) incarcerati, studentes in collegiis habitantes qui in propriis sacellis satisfacere possunt; 4) peregrini et vagi.

Vox "*curent*" non strictum præceptum importat.

925. 4Q Quoad ritum, "*suadendum* ut suo quisque ritu fideles præcepto communionis paschalis satisfaciant" (c. 866, § 2), ideoque latini latino ritu, orientales autem græco ritu. Quod tamen est *consilium,* non præceptum.

III. De iis qui recipere prohibentur.

926. Quidam sacram communionem recipere prohibentur ob reverentiam huic sacramento debitam.

De infantibus rationis usum non adeptis jam diximus, n. 922. Prohibentur insuper communionem recipere :

(A) *Amentes proprie dicti,* qui *nunquam* rationis usum habuerunt, cum hi cujuslibet devotionis incapaces sint : "Amentes ab infantia, in quavis aetate constituti" (c. 745, § 2, i°).

(a) Amentibus, qui *lucida habent intervalla,* concedi potest dum sunt in statu lucido et quamdam devotionem exhibent.

(b) Iis qui usum rationis habuerunt, sed postea in perpetuam amentiam inciderunt, concedi potest in articulo mortis, dummodo christiane vixerint, et nullum sit irreverentiae periculum, non autem extra hunc casum.

(B) *Semi-fatuis,* et senibus qui repuerascunt concedi potest, non solum in mortis periculo, sed tempore praecepti paschalis, imo et frequentius, si aliquam notitiam SS. Sacramenti habeant

(C) Iis qui simul *muti, surdi et aeci* sunt a nativitate denegari debet communio quia nullatenus possunt naturam cibi eucharistici intelligere, nisi tamen secundum recentes methodos edocti, quæ essentialia sunt ad salutem didicerint.

Surdo-mutis a nativitate concedi debet sacra communio, quando discretionem sufficientem exhibent; a fortiori mutis tantum aut caecis, pro gradu cognitionis et devotionis.

(D) *Delirantibus,* aut iis qui *sensibus sunt destituti,* viaticum dari potest, si antea dispositi fuerint, et absit irreverentiæ periculum; expedit autem particulam non consecratam prius præbere, ut appareat num infirmus decenter communicare possit.

Epilepticis et obsessis dari potest communio, non quidem in actuali paroxysmo, sed quando sui compotes apparent.

(E) S. Eucharistia dari potest ægro qui *tussi* laborat, dummodo tussis non sit ita assidua ut impediat quominus hostia possit in stomachum transire. — Quando infirmus frequenti *vomitu* laborat, non potest ipsi dari communio nisi moraliter constet sacram particulam posse in stomacho servari : hoc autem certum potest fieri sive medicum interrogando, sive prius dando aliquam particulam non consecratam, quando agitur de viatico.

(F) *Capite damnatis* olim in quibusdam regionibus denegabatur viaticum ; talis usus reprobatus fuit a R. Pontificibus, et hodie nil prohibet quin hi communicent per modum viatici etiam ipso die exeeutionis, dummodo tamen communio per horam exeeutionem præcedat, ita ut periculum irreverentiæ absit.*

§ III. De dispositionibus ad communionem REQUISITIS.

Praeter *capacitatem,* de qua actum est, n. 909, quædam dispositiones requiruntur ad *dignam* communionis receptionem.

Dicemus : 1° de dispositionibus *animæ;* 2° de dispositionibus *corporis.*

I. De dispositionibus animæ.

927. Duæ sub gravi requiruntur : i° *immunitas a censura ;* 2° *status gratiæ.* Aliæ autem *desiderantur* ad majorem fructus perceptionem.

* Meretricibus moribundis ac pænitentibus præberi potest viaticum privatim, dummodo id fieri possit absque scandalo. Cfr. *Analecta ecclesiastica,* jul. 1896, p. 325.

* S. Thomas, _____, 3-6; Suarez, disp. 66; Lugo, disp. 14; S. Alphonsus, n. 255 sq.; rflàrcTi547 sq.; Lehmk., n. 149 sq.; Prümmer, n. 191-195.

1° Immunitas a censura : *Excommunicari* et *personaliter interdicti* prohibentur sub gravi recipere communionem, ut exponitur in *Tr. de Censuris {Codex,* c. 2260, 2275).

2° Status gratiæ. (A) *Ad licitam eucharistiæ susceptionem requiritur sub gravi status gratiæ prudenter existimatus,* qua quis nullius mortalis peccati conscius est.

Quod jam probatum est n. 784. — Nec proinde sola fides sufficit, prout contra Protestantes definivit Tridentinum[1] : " Si quis dixerit solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum ss. eucharistiæ sacramentum, A. S. "

Indigna igitur communio est *sacrilegium* et quidem *gravissimum,* cum sit profanatio excellentissimi sacramenti.

Attamen non est maximum inter omnia peccata. Nam gravitas specifica peccati desumitur ex objecto contra quod quis peccat. Atqui, ut recte animadvertit S. Thomas[3], " divinitas Christi est major humanitate ipsius, et ipsa humanitas est potior quam sacramenta humanitatis; inde est quod gravissima peccata sunt quæ committuntur in *ipsam divinitatem,* sicut est peccatum infidelitatis et blasphemiæ. Secundario autem sunt gravia peccata quæ committuntur in *humanitatem* Christi. Tertio autem loco sunt peccata quæ committuntur contra sacramenta...", præsertim contra ss. eucharistiam quæ, utpote continens ipsum Christum, ceteris sacramentis præcellit.

Peccata igitur Judæ et tortorum Christi majora fuerunt sacrilega communione, quia directe fuerunt contra humanitatem Christi in *propria specie* et ex intentione nocendi; pariter peccata eorum qui sacras species profanant cum directa intentione injuriam faciendi sacramento.

Horror igitur sacrilegæ communionis instillandus est, ita tamen ut qui tale criihen commiserunt de sua salute non desperent, sed incitentur ad humilem confessionem et contritionem, ut a peccato liberentur.

928. (B) *Qui conscius est peccati mortalis tenetur confiteri ante communionem, si non desit copia confessarii simulque adsit aliqua necessitas communicandi...* Certum est, et jam supra probatum, n. 785-786.

Dictum est : (a) " *Qui conscius est peccati mortalis* Unde 1) in casu mortalis peccati *dubie commissi,* non adest obligatio stricta confitendi, quamvis in praxi *suadenda* sit

[1] Sess. XIII, can. 11, D. B., 893. — [3] *Sum. theol.,* 3, q. 80, a. 6.

confessio in hoc casu, nisi quis sit scrupulosus; semper autem commendetur actus contritionis perfectæ.

2) Qui ante communionem recordatur peccati mortalis, quod *ex inculpabili oblivione* non declaravit in confessione, non tenetur ante communionem confiteri, quia tale peccatum fuit indirecte per absolutionem remissum.

(b) "*Si non desit copia confessarii",* ut dictum est n. 786. Non sufficit ut absit confessarius ordinarius aut is cui facilius peccator confiteretur; nec excusat verecundia».

(c) *Simulque adsit necessitas communicandi.* Hæc autem raro existit pro iis qui missam celebrare non tenentur, ideoque pro laicis aut clericis nondum ad presbyteratum provectis, etiamsi quotidie communicare solerent; nam abstinentia a communione explicari potest motivo melioris praeparationis aut fracti jejunii, vel scrupulis imputari. — Attamen necessitas haberi potest : 1) quando quis jam ad sacram mensam accesserit, nec recedere possit sine scandalo aut gravis infamiæ periculo; 2) quando necesse est salvare sacras species a profanatione impiorum.

929. Quia vero quidam ex *verecundia* ad sacrilegas communiones inducuntur in communitatibus in quibus quotidiana viget communio, hæc animadvertit *Vermeersch,* n. 392 : " Hæc causa est cur, maxime in collegiis, sancta sit *libertas* non solum communicandi sed etiam abstinendi usu s. eucharistiæ; cur confessarii prudenter dirigant pænitentes in stricte quotidiano accessu ad s. mensam, eumque dissuadeant ei qui facile labitur in peccatum grave, nec paratus est contemnere astantium mirationes; cur etiam de copia, quantum fieri potest, quotidiana confessarii provideantur communitates ubi pius quotidianæ communionis usus florere consuevit".

930. 30 Dispositiones ad communionem magis fructuosam [2] [3] Cum fructuum abundantia e dispositionibus maxime pendeat, hortandi sunt fideles ut devote *seprceparent* atque gratiarum actionem non negligant.

(a) Ad *præparationem :* 1) *animæ puritatem* colant, absti-

[1] Probabiliter tamen quidam putant, cum Génicot, n. 183, Cappello, n. 490 aliisque, excusare verecundiam *extraordinariam* et *invincibilem,* v. g., si soror apud fratrem, pater apud filium deberet confiteri peccatum valde probrosum. — Tunc autem sub aliquo prætextu a communione abstineatur.

[3] Quod fusius exponitur in nostro *Prias cCAscétique...,* n. 283-288.

nendo a peccatis etiam venialibus deliberatis; 2) *fide* et *cantate* sæpe Christo uniantur non solum in oratione sed etiam in implendis status sui officiis 3) *humilitate* profunda et ardenti *desiderio* Christum in se attrahant.

(b) *Ad gratiarum actionem* : 1) una cum B. Virgine, angelis et sanctis Christum in corde suo latentem reverenter et amanter *adorent;* 2) ipsi *gratias* ferventer reddant, promittendo vitæ suæ eméndationem ; 3) cum eo pia habeant *colloquia* de omnibus ad suum profectum et Ecclesiæ dilatationem spectantibus ; 4) *sese offerant* ad ejus voluntatem implendam ejusque virtutes colendas, præcipue vero talem aut talem virtutem.

II. De dispositionibus ex parte corporis[1].

Duæ sunt : i° *jejunium;* 2° *decentia.*

i° De Jejunio eucharistico.

931. (A) Ejus natura. Jejunium *naturale, eucharisticum* aut *sacramentale* ad sacram communionem requisitum, est *abstinentia a quacumque re, quæ sumitur per modum cibi, potus aut medicinæ, etiam in minima quantitate, post mediam noctem.*

Proinde ad frangendum jejunium quatuor requiruntur :

(a) Ut quod sumitur, *ab extrinseco* proveniat.

Hinc sanguis ex *interiori* capite vel *gengivis* manans, aut saliva non frangunt jejunium, etiamsi ex industria deglutiantur; e contra sanguis ex digitis fluens, lacrymæ ex oculis manantes posteaque absorptae, aut saccharum in os immissum et post mediam noctem sese resolvens, jejunium frangunt; trajectio *reliquiarum cibi* quæ haerent inter dentes certo non frangunt jejunium, si est involuntaria; si autem voluntaria, res dubia est, sed juxta S. *Ligor., probabilior* sententia affirmat frangi jejunium, licet alii probabiliter contradicant.

(b) Ut quod sumitur sit *digestibile* saltem aliquo modo, non autem requiritur ut nutriat. Quod dijudicandum est tum ex peritis in chimia, tum ex communi æstimatione, ita

[1] S. Thom., 3, q. So, a. 8; Suarez, disp. 68, sect. 3 sq.; Lugo, disp. XV, sect. 2-4; S. Alphonsus, l. VI, n. 271 sq.; Marc, n. 1556 sq.; Lehmk., n. 159 sq.; Many, n. 171; P. Durieux, n. 298-306.

tamen ut si quid communiter censeatur digestibile et *aperiiis non digestibile,* horum sententiam sequi liceat.

Hinc jejunium non frangitur ab eo qui déglutit vitrum, capillos, sericum, lanam, metallum, ossicula fructuum omnino depurata, et forsan paleam ; frangitur ab illo qui déglutit ungues, ossa, ceram, cretam.

(C) Ut sumatur per modum *cibi, potus aut medicines.*

Hinc jejunium non frangitur, si aliquid sumitur per modum *salivez,* v. g., si quis os lavando, déglutit paucas stillas aquæ, aut per modum *respirationis,* v. g., si quis respirando, muscam aut nivem attrahit fortuito; aut per modum *attractionis,* v. g., si quis tabacum aspiret; immo tabacum dentibus attritum *probabilius* ex se non frangit jejunium, dummodo succus exspuatur; attamen masticatio ante communionem a veniali non excusatur, propter quamdam indecentiam In stomachum autem aliquid transmittere *ex proposito* per nares aut respirationem, frangit jejunium.

Intentio igitur aliquo modo influit in actum, in quantum qui vult aliquid cum saliva sumere, frangat jejunium.

(d) Ut aliquid sumatur post *mediam noctem;* tempus autem *physice,* non moraliter computandum est.

Proinde qui comedit post primum horæ ictum jam non est jejunus; tempus potest determinari ex horologiis publicis, aut e meridiano, ad libitum. Inter horologia dissonantia licet quodvis sequi, etiam ultimum, modo non constet illud errare. In dubio num quis jejunium fregerit, potest communicare, quia probanda est fractio legis priusquam quis communicare prohibeatur '.

932. (B) Obligatio. *Jejunium eucharisticum lege non divina, sed ecclesiastica sub gravi prcescribitur* 3.

Dicitur "*non divina";* Christus enim eucharitiam post ccenam distribuit; et primi fideles aliquando post *agapas*

1 Clysterium *nutritivum* aut *injectio subcutanea* non frangit jejunium, quia non sumitur per modum cibi vel potus. Ita Capelmann, *op. cit.,* p. 123. — Dubitatur autem num lavare stomachum ope tubuli *(pompe gastrique, stomach· pump}* frangat jejunium ; si tubulus oleo liniatur, ut quandoque fit, jejunium violatur; secus, probabile est non violari, quia quod sic in stomachum transmittitur, posteaque expellitur, non sumitur per modum comestionis vel potationis. Quidquid est, licentia tali instrumento utendi cuidam sacerdoti a *S. Gjjicio* concessa est 23 ap. 1890. Cfr. *Canoniste,* mars 1897, p. 143.

2 Si quis inter comedendum vel bibendum primum pulsum horæ duodecimo audiat, non tenetur quod in ore habet exspuere, quia ad hoc Ecclesia non censetur obligare velle.

3 De quo erudite scripsit S. Many, *Prelect. de Missa,* n. 171-175.

communionem accipiebant. Sed, ad vitandos abusus, quos jam S. Paulus exposuerat, consuetudine mox ab Ecclesia firmata, introducta fuit lex jejunii.

(a) Hanc legem esse *antiquissimam* multa testimonia probant :

1) In Ecclesia *occidentali,* exeunte sæc. 11°, *Tertullianus,* alloquens uxorem viri infidelis, supponit eam sumere eucharistiam ante omnem cibum[1]: "Nonne sciet maritus quid secreto *ante omnem cibum* gustes?" Hunc usum fuisse mox *lege* firmatum constat ex conciliis *Hipponensi* (an. 393) et *Carthaginensi III* (an. 397) praecipientibus "ut sacramenta altaris nonnisi a jejunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniversario, quo cœna Domini celebratur"[2].

2) In Ecclesia *orientali, S. Basilius* ait : "Neque enim fieri potest ut *absque jejunio* audeat (sacerdos) ad sacrum ministerium accedere"[3]. Eamdem legem *sub gravi* obligasse sic testatur 5. *Chrysostomus,* contra quosdam detractores scribens[4] : "Aiunt me *post epulas* quibusdam communionem impertiisse; hoc si feci, de episcoporum libro nomen meum expungatur...; quoniam ecce, si quidquam ejusmodi perpetravi, Christus a regno suo me abjiciat". Quare c. *Trullanum,* an. 692, statuit jejunium eucharisticum pro omnibus missis servandum esse, ne excepta quidem missa feriæ V in Cœna Dominis.

3) Hanc legem sancivit, an. 1418, C. *Constantiense*[6] : "Hujusmodi sacramentum non debet confici post cœnam, neque a fidelibus recipi non jejunis, nisi in casu infirmitatis aut alterius necessitatis, a jure vel Ecclesia admisso".

4) *Hodierna* autem *disciplina* ita exponitur in *Missalii* : "Si quis non est jejunus post mediam noctem..., non potest communicare nec celebrare"; et in *Codice,* c. 808 : "*Sacerdoti* celebrare ne liceat, nisi jejunio naturali a media nocte servato", et c. 858 : "Qui a media nocte jejunium naturale non servaverit, nequit ad s. eucharistiam admitti..."

[1] *Ad uxorem,* l. II, c. 5, *P. L.,* I, 1296.

[2] Bruns, *Concilia,* I, pp. 127, 138. — Exceptio quæ hic refertur, a *C. Bracasensi I,* an. 563, sublata est. — Sæc. IV, mos etiam invaluerat in Africa ut, si quis fidelis tempore pomeridiano moreretur, in ejus exsequiis quæ fere statim peragebantur, missa etiam a sacerdote non jejuno celebraretur, quo citius anima defuncti liberaretur; hunc autem morem reprobavit c. *Carthaginense III,* an. 397.

[3] *Homil.,* I, De jejunio, n. 6, *P. G.,* XXXI, 171.

[4] *Epist.,* CXXV, Ad Cyriacum, *P. G.,* LI, 683.

[5] Bruns, L I, p. 46. — [6] D. B., 626. — [7] *Rubrica gener.,* p. III, t. IX, n. 1.

(b) *Convenienter* statuta fuit propter reverentiam huic sacramento debitam : i) ut præcaveantur abusus quos jam carpebat S. *Paulus*[1]; 2) ut fideles melius intelligant corpus Christi primarium ipsorum cibum esse; 3) et mens sit liberior et expeditior ad res spirituales tractandas.

Quæ lex *sub gravi* obligat, ex ipso fine præcepti, et ex pœna suspensionis contra sacerdotes delinquentes ferenda, ex *Cod., c.* 2321. — Parvitatem materiæ non admittit.

Naturalis pariter reverentia exigit ut, nulla saltem causa urgente, communicans ab esu et potu abstineat donec sacrae species consumptæ fuerint.

933. (C) Lex jejunii cessat dupliciter : per *causas excusantes* et per *dispensationem.*

(a) Causæ excusantes pro *sacerdotibus* jam expositæ surit n. 781.

Quoad *laicos,* causæ excusantes sunt : 1) *necessitas vitandi scandalum,* v. g., si quis jam sacræ mensæ assidens recordatur se non esse jejunum nec recedere potest sine scandalo.

2) Necessitas vitandi *profanationem sacrarum specierum,* — aut *mortem,* prout dictum est de sacerdotibus, n. 781.

3) *Periculosa ægrotatio,* in qua nempe probabile adest periculum mortis : tunc communio ministratur per modum viatici (c. 858, § 1).

Durante eodem periculo mortis, infirmo non jejuno, iterum dari potest communio frequenter, immo quotidie, si agitur de eo qui quotidie communicare consueverat.

4) *Necessitas preeeeptum paschale implendi,* quando fideles jejunium naturale servare nequeunt. Ita *probabiliter,* juxta *Cappello,* n. 517, quia lex communionis paschalis est determinatio juris divini, ideoque præcepto mere ecclesiastico præferri debet.

5) *Neophyti adulti,* qui aliquod sal benedictum sumpserunt, possunt tamen communicare *{Rituale,* t. II, cap. 4, n. 52).

934. (b) *Dispensatio a S. Pontifice* concessa. Episcopi non possunt quidem in hac lege dispensare, sed S. Pontifex

[1] Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est (Z *Car.,* XI, 21).

dispensationem concedere valet, cum hic agatur de lege mere ecclesiastica.

Ita, ex concessione Pii X, 7 dec. 1906, quæ in *Codice,* c. 858, § 2, recensetur et ampliatur, " infirmi qui jam a mense decumbunt [1], sine certa spe ut cito convalescant[2], de prudenti confessarii consilio [3] ss. eucharistiam sumere possunt semel aut bis in hebdomada, etsi aliquam medicinam vel aliquid per modum potus sumpserint ".

Insuper satis frequenter hodie conceduntur *indulla* piis personis, ægra valetudine laborantibus, ut, ante communionem, aliquid *liquidi* vel *per modum potus* sumere possint [4].

Jamvero 5. *Ojficium* declaravit, 7 sept. 1897, " verba per modum potus ita esse intelligenda, ut liceat sumere jusculum, cafæum aliosque cibos liquidos, quibus aliqua substantia mixta sit, ex. g., farina *{semolino, semoule'),* panis rasus *{pangrattato, pain râpé),* etc., dummodo mixtio non amittat naturam cibi liquidi ".

20 Decentia corporis ad communionem requisita.

935. (A) Jure naturali requiritur ad sacram communionem ea *corporis et vestium compositio* quæ internam animæ devotionem exhibeat; ratio est quia SS. Sacramento non solum interna, sed etiam externa debetur veneratio.

Hinc : (a) *mulieres* in modesto ornatu ad sacram mensam accedere debent; si quæ nudato pectore accederent, in regionibus ubi hoc a mortali excusari nequit, ipsis prudenter deneganda esset communio; (b) *decet milites,* depositis armis, ad sacram mensam accedere ; (c) *clerici* in superpelliceo, *sacerdotes* cum stola ejusdem coloris ac celebrans vel coloris albi communicare *debent,* sub levi; *diaconi* autem cum stola transversa, etiam quando privatim communicant.

[1] *Decumbentes* censentur omnes qui sive graviter ægroti, sive senio aut infirmitate laborantes, ex judicio medici, etsi per totam diem non decumbunt, aut in lecto decumbere non possunt. — Mens *stricte* de 30 diebus, sed *moraliter* de 27 diebus intelligitur.

[2] Moraliter certum esse debet convalescentiam non ante 3 vel 4 dies eventuram.

[3] Confessarii est prudenter judicare de dispositionibus pænitentis et de ceteris conditionibus privilegii.

[4] Indultum a S. *Officio* petitur hac aut simili formula : " Beatissime Pater, Petrus N., ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, exponit se tanta stomaçhi debilitate laborare, ut ipsi moraliter sit impossibile servare jejunium ante sacram communionem praescriptum. Quare suppliciter petit facultatem aliquid sumendi per modum potus, antequam sacram communionem recipiat ".

(B) Ex se *nulla corporis macula* impedit a communione suscipienda, quia puritatem animæ non minuit. Si autem deformitas aliqua sit temporanea, melius est paucis diebus exspectare, donec auferatur, propter reverentiam huic sacramento debitam.

(a) Hinc sacerdos infectus lepra, aut alia infirmitate horrorem excitante, celebrare potest privatim, sed non in publico, ne mirationem publicam aut horrorem excitet.

(b) Pollutio involuntaria tum in se tum in sua causa, quæ præcedente nocte occurrerit, non impedit communionem, etiamsi perturbationem mentis creaverit; sed communicans tunc majorem humilitatem ac devotionem concipere cûnetur. Si vero sit *graviter culpabilis,* impedit communionem eodem die suscipiendam, etsi peccatum per absolutionem deletum fuerit ', nisi justa de causa confessarius communionem permittat.

(c) Debitum conjugale legitime pnestitum, etiam voluptatis causa, non arcet a communione dummodo nil fiat ad excludendam generationem prolis.

§ IV. De dispositionibus requisitis AD FREQUENTEM COMMUNIONEM[2].

936. Status quæstionis. Expositis dispositionibus quæ pro omnibus ad communionem requiruntur, dicendum superest de dispositionibus ad frequentem communionem requisitis.

(A) Frequens communio hodie vocatur ea quæ *pluries* aut quotidie fit in hebdomada, etiam sine prævia confessione. Tempore autem S. Francisci Salesii uti frequens reputabatur etiam communio hebdomadaria.

(B) Circa frequentem communionem duplex est *excessus* vitandus : (a) excessus *Jansenistarum* qui tot et tam perfectas conditiones ad illam requirebant ut nullus fere esset qui frequenter posset communicare [3] ; (b) excessus aliorum

[*] *Missale.* De defect., tit. IX, η. $.

[*] S. Thom., 2 p., q. So, a. to; Lugo. disp. XVII; Billuart, diss. VI, a. I, § 5; S. Alphonsus, *Projets Conftssurii,* n. 149 sq.; Konings, 1312 sq.: Marc, 1575 sq.: Lehmk., 156; Dalgairns. *op. cit.,p.* ill; *Ami du Clergi.* 1 juil. 1897, 3 mars 1898, etc.; Tesnière, *La pratique de la Communion,* 1904, p. 583 sq. ; Chatel, *ια doctrine catholique sur la communionfréquente,* 1904, E. Dublanchy, in *D. T. C.,* t. Ill, 5'5*552; P· Durieux, n. 318-332.

[3] Has conditiones late exposuit Arnauld, *De la Fréquente Communion^*

qui contendunt frequentem communionem esse *jure divino præscriptam,* et quotidianam communionem omnibus statum gratiæ habentibus indiscriminatim, et absque ullo præparationis et gratiarum actionis studio, suadendam.

Unde exponemus : i° *utilitatem* communionis frequentis, dummodo adsit status gratiæ et mens recta; 2° *consectaria* inde deducenda, secundum decretum 5. *C. Concilii,* 20 dec. 1905, *a. Pio X* approbatum ».

937. i° *Thesis :* Communio frequens et quotidiana valde utilis est iis qui in statu gratiæ et cum recta piaque mente ad sacram mensam accedunt.

Probatur. (A) Ex *natura* et *effectibus* sacramenti, (a) Christus enim instituit hoc sacramentum *per modum cibi;* cibus autem quotidie sumitur ut vires corporis reparentur et augeantur, ut legitur in prælaudato decreto : " Ex qua comparatione cibi angelici cum pane et manna facile a discipulis intelligi poterat, quemadmodum pane corpus quotidie nutritur, et manna in deserto Hebræi quotidie refecti sunt, ita animam christianam cælesti pane vesci posse quotidie ac recreari ". (b) Ex *effectibus* Eucharistiæ supra descriptis, n. 886, inferri potest communionem frequentem prodesse non solum *perfectis,* qui in virtutibus proficere volunt, sed etiam *peccatoribus,* qui sincere a spiritualibus morbis curari futuraque peccata præcavere intendunt.

Ad rem præfatum decretum : " Desiderium vero Jesu Christi et Ecclesiæ ut omnes Christifideles *quotidie* ad sacrum convivium accedant, in eo potissimum est ut Christifideles, per sacramentum Deo conjuncti, *robur* inde capiant ad compescendam libidinem, ad *leves culpas* quæ quotidie occurrunt abluendas, et ad *graviora peccata,* quibus humana fragilitas est obnoxia, præcavenda : non autem præcipue ut Domini honori ac venerationi consulatur, nec ut sumentibus id quasi merces aut præmium sit suarum virtutum ".

(B) *Ex praxi Ecclesiæ* Hanc Dei voluntatem, juxta præfatum decretum, priores Christifideles probe intelligentes, quotidie ad hanc vitæ ac fortitudinis mensam accurrebant : " Erant perse-

1643; cujus errores confutavit, inter alios, Petavius, *De Pcenitentia publica et prafaratiene ad communionem,* t. S oper., ed. *Vives,* p. 197 sq.

' *Acta S. Sedis,* t- XXXVIII, p. 400-406; D. B., 1981-1990.

' Cfr. Dublanchy, l. cit., L III, p. 515-552; H. Leclercq, in *Diet. d'Archtol. {Cabrol},* L III, 2457, 2462.

verantes in doctrina Apostolorum et communicatione fractionis panis " '.

(a) Sæculis posterioribus usque ad *quintum,* frequens admodum erat communio : fideles corpus Christi recipere solebant quoties missæ assistebant, id est, bis, ter, vel quater in hebdomada, secundum diversa tempora et loca.

(b) A *quinto* et praesertim *nono* sæc., refrigescente caritate, minus frequens evadit communio:in quibusdam ecclesiis, vigebat hebdomadaria communio inter devotos; sed plerumque nonnisi praecipuis festis corpus Christi recipiebatur; de quo queruntur Patres et theologi. '.

(c) A *saculo XIII ad XVI,* praecipui theologi, post S. *Thomam* et S. *Bonaventuram,* utilitatem frequentis et quotidianæ communionis praedicant, praesertim quando exinde augetur fervor; attamen etiam devoti nonnisi semel in hebdomada plerumque communicabant.

(d) *Tridentinum,* sæc. XVI, optabat ‘‘ut in singulis missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam eucharîstiæ perceptione communicarent ” 3. S. *C. Concilii,* approbante *Innocent™ XI,* 12 febr. 1679, declaravit omnes cujusvis ccetus, mercatoribus atque conjugatis minime exceptis, ad communionis frequentiam admitti posse, juxta singulorum pietatem et sui cujusque confessarii judicium. Attamen, vigente janseniana hæresi, non pauci, sub specie honoris ac venerationis eucharîstiæ debiti, a frequenti communione abstinuerunt.

(e) Sæculo XIX mediante, instantibus undique sacerdotibus praesertim regularibus, crebrior evasit eucharîstiæ receptio; quam praxim recenter confirmavit et ampliavit prælaudatum S. C. C. decretum, 20 dec. 1905.

938. Declaratur. Ad thesim exponendam, utemur ipsis præfati decreti verbis Communio frequens et quotidiana, utpote a Christo Domino et a catholica Ecclesia optatissima, omnibus Christi fidelibus cujusvis ordinis aut conditionis pateat, ita ut nemo, qui in statu gratiæ sit et cum recta piaque mente ad s. mensam accedat, impediri ab ea possit ”.

(A) Conditiones necessariæ. Duæ sunt : *status gratiæ,* de quo jam diximus, et *recta mens.* “ Recta autem mens in eo est ut qui ad sacram mensam accedit non usui aut vanitati aut humanis rationibus indulgeat, sed *Dei placito*

l *Act.,* II, 42. — ' P. Browe, *De frequenti communione in Eccl. occid. usque ad annum 1000,* Romæ, 1932.

J Sess. XXII, cap. 6; cfr. sess. XIII, cap. 8, D. B., 944, S81, 882.

satisfacere velit, ei *arctius caritate conjungi,* ac divino illo pharmaco *suis infirmitatibus ac defectibus occurrere".* Duo igitur, præter statum gratiæ, ad frequentem communionem desiderantur : (a) *recta intentio,* qua vitentur humana motiva et foveatur votum arctioris cum Deo unionis ; (b) aliquod *sincerum proficiendi desiderium,* quo paulatim nostris defectibus occurramus, ideoque in virtutibus proficiamus : non enim vitia nostra emendare valemus nisi simul positive virtutes contrarias excolamusx.

939. (B) Conditiones utiles ad uberiorem fructum, (a) Non *requiritur,* etsi maxime *expediat,* frequenter et quotidie communicantes esse *immunes ab affectu venialium,* prout olim .multi theologi docuerant, post S. *Franciscum Salesium* et 5. *Alphonsum'l.* Id enim aperte declarat præfatum decretum, quia frequenter communicantes cum recta intentione, paulatim ab isto affectu se expediunt.

" Etsi quam maxime expediat ut frequenti et quotidiana communione utentes, venialibus peccatis saltem plane deliberatis eorumque affectu sint expertes, sufficit nihilominus ut culpis mortalibus vacent, cum proposito se nunquam in posterum peccaturos : quo sincero animi proposito fieri non potest quin quotidie communicantes a peccatis etiam venialibus ab eorumque affectu sensim se expediant ".

(b) Curandum est etiam ut *sedula preeparatio* sacram communionem antecedat et congrua *gratiarum actio* sequatur, quo majores fructus inde percipi valeant 3 :

" Cum vero sacramenta N. Legis, etsi effectum suum ex opere operato sortiantur, *majorem tamen producant effectum quo majores*

' " Unde concludere licebit, ait Lehmkuhl ", η. 2ï2, augmentum puritatis et immunitatem a levioribus etiam peccatis paulatim crescentem signum esse quo quis probet suam rectam mentem, e contrario relapsas semper eosdem in peccata deliberata etsi venialia tantum signum esse ex quo dignoscatur defectus rectæ mentis et debitæ dispositionis... Confessario autem ante omnia incumbit indagare utrum pænitens sincerum foveat desiderium in dies magis proficiendi Deoque arctius adhaerendi. Quod nisi adsit vel excitari possit, ad communionem frequentem ne admittat ; si vero illud deprehenderit, ad frequentem vel etiam quotidianam communionem potius adhortetur ",

' Juxta S. Fr. Sales. (*Vie dévote,* 2e Part., ch. 20), immunitas ab affecta peccati venialis requiritur ad *octiduam* confessionem ; juxta S. Alphonsum *(Praxis,* n. 152), eadem dispositio requiritur non ad octiduam, sed ad frequentem communionem, eam nempe quæ pluries fit in hebdomada.

3 Decret., n. 4; J. B. Bord, *Mois eucharistique,* Dcsclée, Tournai, 1933.

dispositiones in iis suscipiendis adhibeantur, idcirco curandum est ut sedula ad sacram communionem pneparatio antecedat et congrua gratiarum actio inde sequatur, juxta uniuscujusque vires, conditionem ac officia ".

940 2° Corollaria practica. (a) *Omnibus christianis,* non exceptis impuberibus, qui præfatas dispositiones præ se ferunt, enixe *suadendum* est ut frequenter communicent

" Cum autem perspicuum sit ex frequenti seu quotidiana s. eucharistiæ sumptione unionem cum Christo augeri, spiritualem vitam uberius ali, animam virtutibus effusius instrui, et ætemæ felicitatis pignus vel firmius sumenti donari, idcirco parochi, confessarii et concionatores... Christianum populum ad hunc tam pium ac tam salutarem usum crebris admonitionibus multoque studio cohortentur " ». — Ex *Cod.,* c. 863, " excitentur fideles ut frequenter, etiam quotidie, pane eucharistico reficiantur ad normas in decretis Apostolicæ Sedis traditas.

(b) Quod quidem maxime valet quoad *religiosa Instituta* et clericorum *Seminaria :* ‘‘Communio frequens et quotidiana præsertim in religiosis Institutis cujusvis generis promoveatur, pre quibus tamen firmum sit decretum *Quemadmodum... ".* Ex can. 595, § 2 " Superiores suos inter subditos promoveant frequentem, etiam quotidianam ss. Corporis Christi receptionem ".

(c) Quam maxime quoque promoveatur in *clericorum seminariis,* quorum alumni altaris inhiant servitio; item in aliis christianis omne genus ephebeis " a.

(d) Quando, in regulis aut constitutionibus *Religiosorum,* communiones aliquibus diebus affixæ inveniuntur, hæ normæ tanquam *directiva,* non autem *preeeeptivee* habendæ sunt. " Præscriptus vero communionum numerus haberi debet ut *quid minimum* pro Religiosorum pietate. Idcirco frequentior vel quotidianus accessus ad eucharisticam mensam libere eisdem patere semper debebit, juxta normas superius in hoc decreto traditas " 3.

(e) Juxta præfatum decretum, ad *solum confessarium* pertinet generatim de frequentia communionis judicare. 1) Quoad *religiosos, superiores* vel *superiorissæ* communitatum non debent, pro libitu suo, subditorum communiones definire; possunt tamen prohibere ne communionem recipiant subditi qui, post ultimam confessionem, *grave scandalum* vel *gravem externam* culpam commiserunt, donec ad

1 Decretam, n. 6. — C£r. *S. C. Cone.,* 15 sept. 1906, *Acta,* t XXXIX, 510.
* Decretum, n. 7. — 3 Decretum, n. 8 ; cfr. can. 595, § 4.

sacrum tribunal denuo accesserint (can. 595, § 3) ». Insuper religiosus qui habitualem licentiam frequentioris aut quotidianæ communionis acceperit, de hoc superiorem certiorem reddere tenetur.

Confessarius debet et ipse regulariter stare regulis a competenti auctoritate statutis, et, nonnisi ex seria ratione, privare debet monialem a communione per regulam permissa.

2) *Quoadpœnitentes, in genere,* confessarius communionis frequentiam determinare debet præsertim *exfructu* in ejus receptione percepto, et attendere non solum ad progressum in fervorem, sed etiam ad tentationes quibus pœnitens impugnatur, ad victorias de tentationibus reportatas. Hinc concedi potest frequens communio iis qui etiam in peccata mortalia labuntur, dummodo *strenue pugnent* et sese emendare velint, quo efficacius pravos habitus eradicare valeant; præsertim *junioribus,* ad superandas tentationes carnis.

Confessarius attendere etiam debet ad pœnitentis conditionem, ejusque vitæ statum, et cavere ne frequens communio *ab officiis vitee* deterreat. Hinc primis conversionis temporibus, nimis frequenter communio concedi non debet, ne superbia foveatur, et fervor brevi in teporem convertatur.

941. Conclusio hujus capitis : de spirituali communione. Optima sane præparatio ad frequentem s. eucharistiae receptionem est spiritualis communio, quæ consistit in *pio desiderio Christum suscipiendi,* quando sacramentaliter accipi nequit, ut eidem arctiori vinculo per ejus virtutum imitationem uniamur.

[1] Cfr. decretum S. *C. Epis, et Eegul. — Quemadmodum› VJ* dec. 1890 : " Quod vero attinet ad permissionem vel prohibitionem ad sacram synaxim accedendi, eadem Sanctitas sua decernit, hujusmodi permissiones vel prohibitiones dumtaxat ad confessarium ordinarium vel extraordinarium spectare, quin superiores ullam habeant auctoritatem hac in re sese ingerendi, excepto casu quo aliquis ex eorum subditis post ultimam sacramentalem confessionem communitati scandalo fuerit, aut gravem externam culpam patraverit, donec ad pœnitentiæ sacramentum denuo accesserit ·

Monentur hinc omnes, ut ad sacram Synaxim curent diligenter se præparare et accedere diebus in propriis regulis statutis ; et quoties ob fervorem et spiritualem alicujus profectum confessarius expedire judicaverit ut frequentius accedat, id ei ab ipso confessario permitti poterit. — Verum qui licentiam a confessario obtinuerit frequentioris ac etiam quotidianæ communionis, de hoc *certiorem reddere superiorem teneatur;* quod si hic justas gravesque causas se habere reputet contra frequentiores hujusmodi communiones, eas confessario manifestare teneatur, cujus judicio acquiescendum omnino erit

Tres praecipuos complectitur actus : (a) actum vividæ *fidei* in realem Christi praesentiam; (b) piam *recollectionem spiritualium benefiàorum* quæ passione sua Dominus meruit, et in sacra communione unicuique nostrum largitur; (c) *amorem erga Christum,* et desiderium eum in s. eucharistia, si fieri possit, recipiendi, ut ejus virtutum participes effecti, eidem simillimi reddamur. Quæ quidem feliciter expressa invenire est in oratione " O Jesu vivens in Maria, veni et vive in famulis tuis...", quæ in Seminariis S. Sulpitii multisque aliis in fine meditationis recitatur'.

Communio spiritualis omni tempore et loco fieri potest, præsertim vero quando quis missæ assistit, vel Sanctissimum visitat

Hoc exercitio innumeræ obtinentur gratiæ, cum Deus pia suorum desideria complere non dedignetur, et in sacra communione eo majora beneficia largiatur quo ferventius optata fuerint : " Esurientes implevit bonis, et divites dimisit inanes " '. Ita etiam, habituali unione cum Christo, christiani actus suos, etiam communes, magis meritorios reddunt : ""Qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum " 3.

Fideles ac præsertim sacerdotes sacrum celebrantes hæc verba præ oculis habeant Si haberes angelicam puritatem et S. Joannis Baptistæ sanctitatem, non esses dignus hoc sacramentum accipere vel tractare. Non enim hoc meritis debetur hominum quod homo consecret et tractet Christi sacramentum, et sumat in cibum panem angelorum " 4.

'Quam orationem expositam invenies in nostro *Précis <fAscitique...,* n. 1590 sq.

* *Luc.,* I, 53. — 3 *Joan.,* XV, 5. — * *De Imit. Christi,* 1. IV, cap. 5. Cf. Gerest, O. P., *La vie eucharistique,* Paris.

DE EXTREMA UNCTIONE'

Auctores consulendi.

Inter **Patres** : Serapio, *Euchologion* seu *Sacramentarium,* sæc. IV; Innocentius I (f 417), *Epistola ad Decentium;* S. Cæsarius Arelat., *Sermo* CCLXV, n. 3'; Venerabilis Beda, *Super divi Jacobi ẹpistolam* Theodulphus Aurelianensis, *Capitulare ad ṗresbyteros ;* Jonas Aurelianensis, *De instit. laicali* 5.

Inter **Theologos** : *Scec. XII,* P. Lombardus, *Lib. IV Sententiarum* ejusque Commentatores;*scec. XIIJ* S. Thomas Aq., O. P., *Supplement.,* q. 29-33, ejusque Commentatores.

Scec. XVII, Suarez, S. J., disp. 39-44; S. Bellarminus, S. J., *Controv. de Ex. Unctione;* Nie. Serarius, S. J. (t 1609), *Disput. de sacr. Ex. Unctionis;* A. Victorelli, *De Ex. Unctione,* Patavii, 1609; G. Drapier, *Tradition de PEglise touchant ΓEχ. Onction,* Lyon, 1699; J. Launoy, *De sacr. Unctionis infirmorum,* Paris, 1673; Sainte-Beuve, *Tr. de sacram. Unctionis infirmorum extrema,* 1686 (ap. *Migne,* Theol. Curs., t. XXIV).

Scec. XVIII, Benedict, de Gaetanis, *De suprema Unctione Uber historico-dogmaticus;* Drouin, Billuart, aliique jam superius commemorati.

Scec. XIX, Perrone, de Augustinis, Billot, Pesch aliique jam allegati; Heimbucher, *Die hl. Oelung;* Schmitz, *De Ejectibus sacr. Ex. Unctionis,* dissertatio historico-dogmatica, Friburgi Brisgov., 1893; J. Kern, S. J., *De sacram. Extremce Unctionis,* Ratisbonæ, 1907; DD. Ruch et Godefroy in *D. T. C.,* t. V, 1897-1985; J. de Guibert, in *D. A. {d'Alls),* t. I, 1868-1872; J. B. Bord, *L'Extrême Onction,* Bruges et Paris, 1923.

Inter **Protestantes** : Dallæus, *De duobus Latinorum ex Unctione sacramentis;* Blunt, Morgan Dix, *op. cit.;* Woldike, *De unctione fidelium,* 1732; Lichtenberger, *op. cit.,* t. X, p. 1,

---

1 *Tr. de Panitentia,* qui logice sequitur *Tr. de Eucharistia,* invenitur in *Synopsi Theol. moralis* quoad partem simul *dogmaticam* et *moralem,* et in speciali opusculo ad usum eorum qui dogmatica parte theologiae tantum utuntur.

' *P. L.,* XXXIX, 2238. — 3 *P. L.,* XCIII, 39.

4 *P. L.,* CV, 220 seq. — 5 *P. L.,* CVI, 220-261.

ed. iSSt ; Puller, *The anointing of the sick in Scripture and Tradition,* London, 1904; Kattenbush, *Oeiung,* in *Xeaiemyc/opudie,* L XIV. 304-311.

Excerpta ex Decreto ad Armenos ».

Quintum sacramentum est Extrema Unctio, cujus materia est oleum olivæ per Episcopum benedictum. Hoc sacramentum nisi infirmo, de cujus morte timetur, dari non debet; qui in his locis ungendus est : in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Forma hujus sacramenti est hæc : Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum, etc., deliquisti ; et similiter in aliis membris. Minister hujus sacramenti est sacerdos. Effectus vero est mentis sanatio, et, in quantum autem expedit, ipsius etiam corporis. De hoc sacramento inquit beatus *Jacobus* apostolus : " Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis sit, dimittentur ei

Tridentini Decreta et Canones de sacramento Extremæ Unctionis.

(&w. *XIV)*

Visum est autem Sanctæ Synodo, præcedenti doctrinæ de Poenitentia adjungere ea quæ sequuntur de sacramento Extremæ Unctionis : quod non modo pænitentiæ, sed et totius christianæ vitæ, quæ perpetua pænitentia esse debet, consummativum existimatum est a Patribus. Primum itaque circa illius institutionem declarat et docet, quod clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis tempore voluit de salutaribus remediis adversus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in sacramentis aliis præparavit, quibus Christiani conservare se integros, dum viverent, ab omni graviore spiritus incommodo possint; ita Extremæ Unctionis sacramento finem vitæ, tanquam firmissimo quodam præsidio munivit. Nam etsi adversarius noster occasiones per omnem vitam quærat et captet, ut devorare animas nostras quoquomodo possit : nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes suæ versutiæ nervos intendat

' D. B., 700.

' Trident. Patrum de his canonibus animadversiones vide ap. Theiner, *op.* rrZ, vol. I» p. 500 sq.; D. B., 907-910; 926-929.

ad perdendos nos penitus, et a fiducia etiam, si possit, divinæ misericordiæ deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitæ perspicit.

CAP. L De institutione sacramenti Extremæ Unctionis.

Instituta est autem hæc Unctio infirmorum, tanquam vere et proprie sacramentum novi Testamenti, a Christo Domino nostro, apud Marcum quidem insinuatum, perjacobum autem Apostolum ac Domini fratrem, fidelibus commendatum ac promulgatum : "Infirmatur, inquit, quis in vobis; inducat presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini : et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus; et si in peccatis sit, dimittentur ei". Quibus verbis, ut ex Apostolica traditione per manus- accepta Ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium ministrum, et effectum hujus salutaris sacramenti. Intellexit enim Ecclesia materiam esse oleum ab episcopo benedictum : nam unctio aptissime Spiritus Sancti gratiam, quo invisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentat : formam deinde esse illa verba : " Per istam unctionem, etc. "

CAP. 2. De effectu hujus sacramenti.

Res porro et effectus hujus sacramenti illis verbis explicatur : "Et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus; et si in peccatis sit, dimittentur ei ". Res etenim hæc gratia est Spiritus Sancti, cujus unctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, et ægroti animam alleviat et confirmat, magnam in eo divinæ misericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus sublevatus, et morbi incommoda ac labores levius fert, et tentationibus dæmonis, calcaneo insidiantis, facilius resistit; et sanitatem corporis interdum, ubi saluti animæ expedierit, consequitur.

CAP. 3. De ministro hujus sacramenti, et tempore quo dari debeat.

Jam vero, quod attinet ad præscriptionem eorum qui et suscipere et ministrare hoc sacramentum debent, haud obscure fuit illud etiam in verbis prædictis traditum : nam et ostenditur illic, proprios hujus sacramenti ministros esse Ecclesiæ presbyteros; quo nomine, eo loco, non ætate seniores aut primores in populo intelligendi veniunt, sed aut Episcopi, aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati per impositionem manuum presbyterii. Declaratur etiam esse hanc Unctionem infirmis adhibendam, illis vero præsertim, qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vitæ constituti videantur : unde et sacramentum *exeuntium* nuncupatur. Quod si infirmi,

post susceptam hanc Unctionem, convaluerint, iterum hujus sacramenti subsidio juvari poterunt, cum in aliud simile vitæ discrimen inciderint. Quare nulla ratione audiendi sunt, qui contra tam apertam et dilucidam Apostoli Jacobi sententiam docent, hanc Unctionem vel figmentum esse humanum, vel ritum a Patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promissionem gratiæ habentem; et qui illam jam cessasse asserunt, quasi ad gratiam curationum duntaxat in primitiva Ecclesia referenda esset ; et qui dicunt, ritum et usum, quem sancta Romana Ecclesia in hujus sacramenti administratione observat, Jacobi Apostoli sententiae repugnare, atque ideo in alium commutandum esse;et denique, qui hanc Extremam Unctionem a fidelibus sine peccato contemni posse affirmant. Hæc enim omnia manifestissime pugnant cum perspicuis tanti Apostoli yerbis. Nec profecto Ecclesia Romana, aliarum omnium mater et magistra, aliud in hac administranda Unctione, quantum ad ea, quæ hujus sacramenti substantiam perficiunt, observat, quam quod B. Jacobus praescripsit Nec vero tanti sacramenti contemptus absque ingenti scelere, et ipsius Spiritus Sancti injuria esse posset. '.

Can. i. Si quis dixerit, Extremam Unctionem non esse vere et proprie sacramentum, a Christo Domino nostro institutum et a B. Jacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum : A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, sacram infirmorum Unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare infirmos; sed jam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum : A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, Extremæ Unctionis ritum et usum, quem observat sancta Romana Ecclesia, repugnare sententia: B. Jacobi Apostoli, ideoque eum mutandum, posseque a Christianis absque peccato contemni : A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, presbyteros Ecclesiæ, quos B. Jacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed ætate seniores in quavis communitate; ob idque proprium Extremæ Unctionis ministrum non esse solum sacerdotem : A. S.

Prop. 4S decreti *Lamentabili* : "Jacobus, in sua epistola, non intendit promulgare aliquod sacramentum Christi, sed commendare pium aliquem morem, et si in hoc more forte cernit medium aliquod gratiæ, id non accipit eo rigore quo acceperunt theolcgi... "

Canones *Codicis* 937-947 suo loco allegatos invenies.

' D. B., 907-910; 926-979. — 1 D. B , 2048.

Objectum et divisio Tractatus.

942. Vita spiritualis, per peccatum mortale amissa, sacramento pœnitentiæ restituitur; cujus complementum est *Extrema Unctio,* qua reliquiae peccati absterguntur, et periculose ægrotantes ad vitam æternam proxime præparantur. Unde ait *Trident.*[1] : " Visum est autem S. Synodo, praecedenti doctrinae de Pœnitentia adjungere ea quae sequuntur de sacramento Extremae Unctionis : quod non modo pœnitentiæ, sed et totius christianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentia esse debet, consummativum existimatum est a Patribus ".

Disseremus itaque : de notione et existentia;
de essentia seu materia et forma;
de effectibus ;
de subjecto;
de ministro hujus sacramenti.

Art. I. Notio et existentia.

I. Definitio.

943. 1° *Quoad nomen.* Illud sacramentum varia sortitum est nomina : (a) a *materia remota* ex qua constat, vocatur, apud Latinos, sanctum *Oleum, Oleum benedictionis,* sacramentum *Sacrce Unctionis, sacrati olei unctio,* etc.; apud Graecos, ἁγων ελαων, uopov; a materia proxima, sacramentum *sacrce unctionis, sacrati olei unctio;* (b) a *materia et forma* simul, nuncupatur a Græcis εὐχέλαιον, id est, oratio cum oleo; (c) a *subjecto* in quo recipitur, vocatur *unctio infirmorum,* et præsertim *extrema Unctio,* quia confertur infirmis *extremo morbo* laborantibus, est extrema inter unctiones Christianis collatas, et regulariter est ultimum sacramentum quod ministratur; (d) ab *effectu,* dicitur animæ corporisque *medicina,* qua sanitas redditur, peccata dimittuntur.

944. 2° *Quoad rem,* definitur : *Sacramentum N. Legis quo, per unctionem olei benedicti et orationem sacerdotis, christiano periculose ægrotanii confertur animæ sanitas, atque etiam corporis, si animæ saluti expediat.* — Quæ quidem definitio est veluti compendium totius Tractatus.

Verba : *per Unctionem... et orationem...* designant *materiam remotam,* scilicet oleum, et *proximam,* nempe unctionem, et insuper

[1] D. B., 907.

formam, videlicet orationem sacerdotis; verba subsequentia *Christiana,* etc., *subjectum* denotant; et ultima verba *effectum* principalem exprimunt, sanitatem animæ, et secundarium, seu sanitatem corporis.

II. Existentia

945. Errores. *Waldenses* et *Wiclefistæ* plus minusve contempserunt sacramentum extremæ unctionis. *Lutherus*' admisit quidem illam unctionem ut ritum ecclesiasticum *sacramentalibus similem,* sed negavit eam esse sacramentum periculose ægrotantibus ministrandum. *Calvinus* 3 contendit hunc ritum fuisse olim *charisma,* hodie vero non amplius utilem esse, sed *histrionicam hypocrisim* redolere.

Hodie *Protestantes* omnes, Ritualistis exceptis «, contendunt verba S. Jacobi intelligenda esse de *dono sanandi morbos corporales,* quod primo sæculo pluribus conferebatur.

Modernistes, post *Liberales,* asserunt unctionem de qua agitur esse evolutionem moris Judæorum, qui oleo utebantur ad sananda vulnera, et nonnisi paulatim in symbolum efficax gratiæ fuisse a Christianis immutatum s.

946. *Thesis :* Extrema unctio est verum et proprie dictum sacramentum N. Legis a Christo institutum et a S. Jacobo promulgatum.

De fide est, ex Trident.6 : " Si quis dixerit extremam unctionem non esse vere et proprie sacramentum, a Christo Domino nostro institutum, et a B. Jacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum : A. S. "

947. i° *Script.* (A) Hoc sacramentum, teste *Tridentino7, jam insinuatur* apud 5. *Marcum.* Hic enim narrat

1 S. Thorp., *Suppi.,* q. 29, a. 1-3; Suarez, disp. XXXIX; S. Bellarminus, *De~Èx. Unctione,* c. 1-6; Drouin, *De sacr. Ex.-Unci.,* q. i; Ste Beuve, disp. 1-11 ; de Augustinis, art. 1; Corluy, *Spicileg.,* voL II, p. 453 sq.; Kern, p. 4-80; C. Ruch, 1. cit., 1897-1927;}. B. Bord, p. 31-157.

* *De Captio. Babyl.,* c. de Ex. Unet.

3 *Instit.,* 1. IV, c. 19, § i8.

4 Horum doctrinam expositam vide apud Blunt, *op. cit.,* p. 213 sq.; Morgan Dix, *op. cit.,* p. 103.

s Quorum doctrina damnata est in decreto *Lamentabili* (n. 48) : " Jacobus in sua epistola non intendit promulgare aliquod sacramentum Christi, sed com mendare pium aliquem morem, et si in hoc more forte cernit medium aliquod gratiæ, id non accipit eo rigore quo acceperunt theologi... ".

6 Sess. XIV, can. 1, D. B., n. 926.

l Sess. XIV, cap. 1, D. B., . — Multi theologi, præsertim post *Trident.,* id pariter asserunt.

duodecim apostolos a Christo missos ad oves Israel prædicasse evangelium, daemonia ejecisse et multos ægros unctione olei sanasse." Et exeuntes prædicabant ut pœnitentiam agerent, et dæmonia multos ægros et sanabant(t

De quo textu tria animadvertimus : (a) hic agitur de Apostolis *nomine Christi* exercentibus potestatem sibi commissam *in ordine ad regnum Dei* seu ad animarum sanctificationem; (b) effectus *immediatus* unctionis describitur quidem *sanatio corporis*, sed, secundum Dei ordinationem, potestas sanandi præponitur potestati *animas sanandi*; (c) ex eo quod morbi tanquam poena peccati existimabantur, (c) insuper Christi missio erat animas salvare, ita ut dici possit sanationis donum ab eo Apostolis collatum nihil aliud esse nisi pignus et manifestationem sublimioris potestatis animas sanctificandi. Nil igitur dicere prohibet quin Dominus Apostolis contulerit potestatem olei unctione curandi corpora, quo facilius mentes Judæorum sanarent et sanctificarent. Ita via parabatur institutioni Extremæ Unctionis, quæ jam insinuabatur.

(B) Institutio autem merito infertur ex textu *S. Jacobi* : " Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiæ, ëFÔrënt super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini : et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus; et, si in peccatis sit, remittentur ei

Declaratur sensus : i) verbum *infirmatur* (ασθενεί) de gravi morbo afflictis prædicatur; 2) hic sensus confirmatur ex verbo κάαvοντα *(infirmum)* quod infra adhibetur et significat periculose decumbentem 4.

Vox *presbyteros Ecclesiæ* designat sacerdotes qui in Ecclesia munus sacrum gerunt, non autem seniores laicos, ut ex locis parallelis liquet 5 et ex *Trident,* infra legato, n. 679. *Oratio fidei* non orationem infirmi significat, ut volunt quidam Protestantes, sed orationem presbyterorum; et hæc fit in *nomine* seu *auctoritate Domini,* quatenus presbyteri sunt ejus legati et ministri.

Salvabit infirmum, ex mox dicendis, designat præsertim salutem animæ.

» *hfirc.,* VI, 12-13, — **Joan.,* V, 14; IX, 2, 34-39.
***i** fac.,* 14-15· 'Ct Jos. Chaîne, *L'Ep. de S. Jacques,* 1927, p. 129-130.
ŒS^'XII, 3.
^*Act.,* XIV, 22; XV, 2; ***I** Tim.,* IV, 14; V, 17, 19.

Ex hoc textu infertur *existentia* sacramenti. Etenim ad sacramentum N. Legis tria requiruntur et sufficiunt, signum sensibile, gratiæ productivum, a Christo permanenter institutum. Atqui hæc tria inveniuntur in unctione a S. Jacobo descripta : (a) *signum sensibile,* nempe oratio et unctio presbyterorum : " *orent* super eum, *ungentes* eum *oleo*

(b) *Gratia productivum :* i) nam dicitur : " oratio fidei salvabit (σώσει) infirmum, etc. " ; quæ quidem verba intelligi possunt tum de sanitate corporis, tum de sanitate animæ, sed à S. Jacobo semper de salute animæ adhibetur ». 2) Vox «ZZ^i^Zrf^ipEi)7etsi sanationem corporis aliquando exprimit, sæpe de erectione animi intelligitur 2; hic autem, contextu inspecto, significat dari infirmo vires non solum physicas, sed etiam *spirituales* ad erigendum ejus animum contra tentationes, doloresque patienter tolerandos; quod fieri nequit sine gratia quæ, ut ait *Tridentinum,* " aegroti animam alleviat et confirmat, magnam in eo divinæ misericordiae fiduciam excitando"; 3) aliunde ultima verba "si in peccatis sit, remittentur ei "omnem æquivocationem tollunt, cum peccata sine infusione gratiæ remitti nequeant 3.

(C) *Permanenter a Christo institutum;* solus enim Deus signo sensibili gratiam alligare potest, et licet non legatur in Evangelio Christum hoc sacramentum instituisse, hoc tamen ex textu S. Jacobi indirecte deduci potest, ut docet *Tridentinum;* permanentia autem hujus ritus infertur ex eo quod verba S. Jacobi sunt generalia, et naturaliter ad omnia tempora sese extendunt; insuper finis hujus ritus est providere necessitatibus graviter decumbentium ; atqui hæ neces-

1 S. Jacobas quater hoc verbum adhibet in hac epistola (I, 21 ; II, 14; IV, 2; V, 20), et quidem de *salute anima,* ut ex contextu clare evincitur. -^Onde protestans Van Soden, *Hand Commentar* \ III, 2, p. 201, asserit hic agi tantum de salute animæ.

' *Rom.,* VIII, II; *Ephes.,* V, 14, in textu græco.

ec dîa c'agî tantum de dono curandi morbos; nam si ageretur de tali dono, non presbyteri vocandi essent, sed qui donum curationum haliebant; insuper si de miraculosa sanatione ageretur, non deberet praescribi certa materia, quia hoc relinquebatur divinæ inspirationi quæ do» hanc, modo illam suggerebat materiam ; nec addendum fuisset " si in peccatis sit, etc. ", nam qui donum miraculorum exercebant nullo modo peccata remittebant per exercitium hujus potestatis.

sitates sunt omnium temporum ; ergo pro omnibus temporibus hic ritus instituitur.

Merito itaque *Trident.*[1] post verba Jacobi addit : " Quibus verbis, ut ex apostolica traditione... didicit, docet (S. Jacobus) *materiam, formam,* proprium *ministrum* et *effectum* hujus salutaris sacramenti

948. 2° *Traditione,* nempe *prcescriptionis argumento historicis testimoniisfulcito.* (A) Historice certum est, saltem sæc. IX0, extremam unctionem tanquam sacramentum ab Apostolis traditum, ad salutem animæ et corporis usitatum, habitam esse in utraque Ecclesia, Latina et Graeca.

(a) Quoad *Latinos,* constat : 1) ex decretis *Conciliorum : C. Ticinense* in Italia (an. 850), *Moguntinum I* in Germania (an. 847), *Cabillonense II* in Gallia (an. 813) declarant, secundum S. Jacobum et Patrum documenta, sacram Unctionem infirmorum esse " salutare sacramentum, magnum et valde appetendum mysterium, per quod peccata remittuntur et consequenter corporalis salus restituitur, ab eo ministrandum cui potestas concessa est remittendi peccata"; 2) ex *statutis episcoporum,* v. g., Isaac, ep. *Lingonensis,* Herardi, archiepiscopi *Turonensis,* Theodulphi, ep. *Aurelianensis,* S. Bonifacii, *Germanice* apostoli, Egberti *Eboracensis,* etc., qui præcipiunt ne infirmi nec communione nec unctione sacri olei careant, et quidem ad salutem animæ et corporis 3; 3) ex testimoniis *scriptorum ecclesiasticorum,* præsertim Amulonis, episcopi Lugdunensis, Jonæ, ep, Aurelianensis, Prudentii, ep. Trecensis, Amalarii, presbyteri Metensis, Haymonis, ep. Halberstadiensis, aliorumque qui, auctoritate S. Marci et S. Jacobi innixi, docent morem ungendi infirmos oleo consecrato, ad salutem corporis et animæ, ab ipsis Apostolis esse traditum :[4]

949. (b) Quoad *Grcecoss,* constat : 1) ex *Euchologiis* seu *Ritualibus* non solum eorum qui se orthodoxos dicunt, sed etiam variarum sectarum orientalium, in quibus describuntur : *ritus* unctionis infir-

[1] Sess. XIV, cap. I, D. B., 908.

[2] Cfr. Harduin, *Collect. Coneil.,* V, 13,27, 1040; Kern, p. 10-12 ; H. Netzer, *L'Ex.-Onction aux VIIIe et IXe /.,* in *Rev. du cl. fr.,* t LXVIII, 1911, p. 182 sq.

[3] *P. L.,* LXXXIX, 821, 823; CV, 220 sq.; CXXI, 764 sq.; CXXIV, 1075, sq.; CXXV, 774; Kern, p. 6-10.

[4] *P. L.,* CV, ion sq.; CVI, 122 sq.; CXV, 1374; CXVIII, 573; Kern, p. 13-15.

[5] G. Jacquemier, *L'Ex.-Onction chez les Grecs,* in *Echos d'Orienl,* avril-mai 1899.

morum seu variæ unctiones ; *materia,* nempe oleum quod in lampade servatur; *forma* seu preces quæ recitantur dum unguntur infirmi; *effectus,* videlicet innovatio spiritus contra diaboli impugnationes, expiatio debitorum et venia peccatorum ;* 2) ex scriptis *theologorum orientalium,* v. g., Symeonis, Thessalonicensis archiepiscopi (sæc. XIV)1 et Metrophan. Critopuli, patriarch® Alexandrini (sæc. XVII) 3, qui testes sunt fidei antiquitus in Oriente vigentis circa existentiam et naturam hujus sacramenti.

950. (B) Jam vero ex hoc unanimi consensu utriusque Ecclesiæ merito infertur duplex argumentum : (a) *argumentum prescriptions,* quod valet pro omnibus qui infallibilem Ecclesiæ auctoritatem admittunt. Nam unanimis consensus totius Ecclesiæ in synodis aut in euchologiis seu ritualibus manifestatus, in re simul dogmatica et morali, est infallibile critérium veritatis, cum Deus sinere non possit Ecclesiam errare in re ad salutem spectante.

(b) Argumentum *historicum,* quod argumentum præscriptionis firmat, et non potest non movere etiam historiæ cultores.

Etenim a *sæculo IXe ad* explicita inveniuntur testimonia ex quibus patet unctionem infirmorum esse sacramentum.

1) *Venerabilis Beda,* ineunte sæc. VIII°, verba S. Jacobi exponens, "ait * : " Hoc et Apostolos fecisse in evangelio legimus; et nunc Ecclesiæ consuetudo tenet ut infirmi oleo consecrato unganturа presbyteris et oratione comitante sanentur"; additque peccata etiam hoc ritu contritis corde dimitti.

2) Sæc. VII0, 5. *Eligius, Noviomensis* episcopus, fideles monet ne tempore morbi ad superstitiosa media recurrant, sed Eucharistiam *oleumque benedictum* fideliter ab Ecclesia petant, ut *non solum corporis sed et anima sanitatem accipiant* 5.

3) Sæc. VI0, *Cassiodorus* scribit : " Si quis alterius prægravatur injuria vel corporis imbecillitate quassatur, *presbyterum* dicit (S. Jacobus) adhibendum, qui *oratione fideli et olei sanctiperunctione* concessa *salvet* eum...*peccata* quoque illis *dimittenda* promit-

1 Denzinger, *Ritus orientalium*^ t II, p. 483 sq.
* *De ritu s. olei seu euchdai, P. G.,* CLV, 529 sq.
3 *Confessio catholica et apostolica in Oriente ecclesia.*
4 *P.* XCIII, 39.
5 *De rectitudine cathol. comersationis*, inter opera 5. *Augustini› P.*

tens qui alterutra fuerint oratione visitati °'. Idem tradit S. *Casarius Arelatensis.** Eodem tempore, synodus a patriarcha *Nestorianorum* celebrata, unctionem infirmorum sic commendat : " Qui in gravem morbum (superstitionis) incidit, cum convertitur, sicut corporaliter ægrotus, curari debet *oleo orationis,* quod presbyteri benedicunt " 3.

4) Sæc. V°, *Victor Antiochenus,* verba S. Marci verbis S. Jacobi declarans, scribit : " Oleum igitur quod in unctione adhibetur, et Dei misericordiam et morbi sanationem et cordis illuminationem denotat. Clarum fuerit *orationem* totum hoc efficere; oleum autem mea quidem sententia symbolum horum est " 4. Quibus verbis effectus gratiæ *orationi,* non oleo, tribuitur, secundum modum loquendi Patrum qui effectum sacramenti adstruunt *verbis* seu formæ potiusquam rebus seu materiæ. Inter *Armenos,* patriarcha *Joannes Mandakuni,* ægros avertere volens a magicis remediis, eos hortatur ut, Jacobi mandatum sequentes, petant a presbyteris donum gratiæ, nempe *inunctionem cum oratione*

Sed, præ ceteris, magnum momentum habet *Innocenta* Z(t 417) testimonium, in quo, ad Decentium respondens, qui eum ihterrogaverat de ritu a S. Jacobo descripto, ait : " *Quod non est dubium* de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui *sancto oleo chrismatis perungi* possunt"; postea addit : ""Pænitentibus istud infundi non potest, quia genus est *sacramenti.* Nam quibus reliqua sacramenta negantur quomodo unum genus putatur posse concedi? " Ibi igitur-S. Pontifex sine hæsitatione asserit *unctionem olei* esse verum sacramentum; designat *subjectum,* nempe fideles ægrotantes, — *materiam* remotam et proximam, olei infusionem, — ministrum, presbyteros et *a fortiori* episcopos; et supponit hæc omnia esse nota et ad doctrinam catholicam spectare 6.

5) Sæculo IV°, *maximi momenti* testimonium recenter inventum, nempe *Euchologion S. Serapionis,* orationem continet ad benedicendum *oleum infirmorum,* quo non tantum curantur corporis infirmitates, sed etiam confertur *bona gratia, remissio peccato-*

1 *Complexiones in epistol. Apost., P. L.,* LXX, 1380.

* Inter opera *S. Augustini, P. L.,* XXXIX, 2238.

3 Hefele-Leclercq, *op. cit.,* t. III, Append. II, p. 1204. — Ibi jam via paratur abusui unctionem ministrandi non solum aegrotis, sed pænitentibus etiam sanis.

4 Apud Cramer, *Catena gracor. Patrum,* 1844, t. I, p. 324.

5 Ap. Schmid, *Heilige Peden desJoannes Mandakuni,* 1871, p. 222 sq.

6 *Ep.* 25 ad Decent., *P. L.,* XX, 551-561, D. B., 99. — Ibi, et præsertim in textu S. *Cxsarii,* supponitur fideles posse seipsos ungere oleo sancto ; hæc autem privata unctio a fidelibus facta non erat sacramentum, ut infra dicetur, n. 979; unctio vero a sacerdotibus peracta, spirituales effectus conferens, vere erat sacramentum.

rum, anima sanitas et integritas " Invocamus te, qui habes omnem potestatem... et oramus ut emittas vim sanationis e cælis Unigeniti super hoc oleum, ut iis, qui his tuis creaturis unguntur vel eas percipiunt, fiat in depulsionem omnis languoris et infirmitatis, in remedium adversus omne dæmonium, in expulsionem omnis spiritus immundi, in segregationem omnis spiritus nequam, in extirpationem omnis febris et frigoris et omnis imbecillitatis, in gratiam bonam et remissionem peccatorum, in remedium vitæ et salutis, in sanitatem et integritatem animæ et corporis et spiritus, in valetudinem perfectam u.

Negari igitur nequit, a quarto sæculo ad nonum et deinceps, *unctionem infirmorum* in usu fuisse tanquam *sacramentum,* ad sanitatem *animæ* et *corporis* usitatum, et quidem vi *traditionis apostolica* quæ S. Jacobi et S. Marci testimoniis innititur. Exinde etiam infertur hanc in usu fuisse *ante* sæculum quartum, cum preces liturgicæ, quales sunt *Euchologion Serapionis,* supponant ritum jam per aliquod tempus fuisse usitatum.

6) *Tribus prioribus saculis,* pauca tantum inveniuntur testimonia, nec omnino clara : S. *Aphraates,* usum sacri olei exponens, de unctione infirmorum agit quæ pænitentes per arcanum suum sacramentum reducit 3; *Eusebius Casariensis* sermonem habet de iis qui " uncti illo unguento non ultra erunt morti obnoxii, sed immortalitatis et ætemæ vitæ consortes"·1; *Origenes*5, diversos modos remissionem peccatorum consequendi describens, recenset duram et laboriosam medicinam per quam impletur quod Jacobus dixerat : " *Si quis autem infirmatur...".* Ex quibus colligitur unctionem infirmorum non fuisse primis sæculis ignotam.

Nec desunt rationes quibus explicatur Patrum hac de re silentium : i) Patres tractatus systematicos de sacramentis non scripserunt, sed obiter tantum de uno vel altero sacramento scripserunt, prout se dabat opportunitas; in suis catechesibus, ea sacramenta exponebant quæ catechumeni recepturi erant, non autem alia; ceteroquin unctio infirmorum ut *complementum panitentia* habebatur, et cum nonnisi raro absolutio pænitentibus data commemoratur, ejus complementum solis ægrotis concessum sæpe recenseri non poterat. 2) Commentarii a quibusdam Patribus de epistola S. Jacobi scripti perierunt; primus qui exstat, nempe *Ven. Bedc?,*

1 Ap. Funk, *Didascalia et Const. Apost.*, L II, 190; Journel, 1240.

' Errat igitur *Pulter* qui, *op. cit.y* asserit hanc unctionem sanitatem corporis lantura contulisse, secundum Patres octo priorum saeculorum. Quem confutant H. Netzer, loc. cit., et A. Boudinhon, *La théologie de ΓΕχ. Onction* in *Rev. cathol. des Eglises,* 1905, p. 385-411.

3 Graffin, *Patr. syriaca,* L I, p. LV. — ‹ *P. G.,* XXIV, 267, mi.

5 *Homil. II in Levit., P. G,y* XII, 419.

unctionem infirmorum tanquam sacramentum exhibet; pariter S. Marcus nullum interpretem invenit, ante Victorem Antiochenum in ecclesia græca, et in latina ante V. Bcdam; porro uterque testimonium affert pro sacramentali unctione infirmorum.

951. Conclusio. Habemus itaque *ambo extrema catenæ :* ex una parte, testimonia S. Marci et præsertim S. Jacobi, et ex altera, longam seriem testimoniorum a quarto sæculo usque ad nostra tempora ; medii quidem catenæ annuli non tam clare apparent; sed merito infertur, non solum *theologice,* sed *etiam historice,* hæc duo extrema vere conjungi.

952. *Objicitur* veteres sex priorum sæculorum scriptores, dum piorum mortes describunt, nullam E. Unctionis mentionem facere.

Sed hoc argumentum thesim non infirmat. Nam : (a) quædam facta probant infirmorum unctionem jam sæc. V° aliquando ministratam esse[1]; (b) Insuper multa tacentur quæ tamen peracta sunt; sic sæpe sæpius viatici administratio non commemoratur, licet sub gravi praescriberetur ; aliunde unctio infirmorum, a Christo instituta tanquam consummatio christianæ pænitentiæ, non videtur in usu fuisse apud quoslibet, sed solum apud eos qui peccatorum conscii erant, ut eruitur ex vita S. Adelhardi a *Paschasio Radberto* scripta[3]. (c) Tandem nil prohibet aliquem progressum in explicita declaratione hujus dogmatis, sicut in multis aliis, admitti posse, præsertim cum agatur de sacramento valde utili, sed non necessario.

953. 30 *Rat. convenient,* suadetur. Christus instituit sacramenta'at^fiddibus subveniret in praecipuis vitæ circumstantiis, praecipuisque difficultatibus. Atqui in mortis articulo speciales adsunt difficultates, v. g., anxietates propter peccata praeterita, pugnae contra tentationes diaboli quæ in illo ultimo instanti vehementius urgent, timor judicii et incertitudo futuri status 3. Ergo conveniebat omnino Christum illis specialibus difficultatibus succurrere per speciale sacramentum, scilicet extremam unctionem.

1 Ita *S. Hypalius* (+ 446), dum, adhuc juvenis, curabat ut infirmi unctionem ab abbate reciperent; *Koriuny* episcopus in Georgia (sæc. V°) narrat Isaac, Annenorum patriarcham, animam suam Deo commendasse *inter ministerium oleifragrantis cum oratione Deo grata :* quæ verba, apud Græcos, sacram unctionem seu *euchelaion* designant. Cfr. Kern, *op. cit.,* p. 39-40.

A Z., CXX, 1547·

3 Quod vivide *Trident.* (D. B., 907) ita describit : ‘‘Nullum tamen tempus est, quo vehementius ille (diabolus) omnes suæ versutiæ nervos intendat ad perdendos nos penitus, et fiducia etiam, si possit, divinæ misencordiæ deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitæ perspicit

Art. II. De essentia Extremæ Unctionis.

Extrema unctio, sicut cetera sacramenta, constat *rebus* tanquam *materia* et *verbis* tanquam *forma*.

§ I. De materia Extremæ Unctionis.

I. De materia remota

954. *Materia remota est oleum olivarum rite benedictum.* Certum est.

(A) *Est oleum olivarum ;* (a) ex *Script.,* ubi dicitur : "Ungentes eum *oleo* atqui oleum simpliciter est oleum ex olivis.

(b) Ex *Florent. :* " Quintum sacramentum est extrema unctio, cujus materia est *oleum olivæ* ex *Trident,* mox allegando; necnon ex omnibus *euchologiis* et *ritualibus;* tandem *in Codice,* c. 945 : " Oleum olivarum in sacramento extremæ unctionis adhibendum, debet esse ad hoc benedictum ab episcopo, vel a presbytero qui facultatem illud benedicendi a Sede Apostolica obtinuerit ".

(C) Quæ quidem materia est omnino *conveniens.* Optime enim significat *effectum* hujus sacramenti, et ejus *modum operandi;* sicut oleum mitigat dolores corporis, sanitatem restituit, hilaritatem affert, et lumini pabulum praebet, ita extrema unctio animæ tristitiam et dolores mitigat, spiritualem sanitatem restituit, gaudium spirituale affert, et spem nostram nutrit; pariter sicut oleum in suo modo operandi est simul lenitivum et penetrativum, ita extrema unctio modo suavi animæ dolores lenit, et usque ad ima nostri -cordis penetrat ad ejus angores morbosque curandos 2.

" Intellexit enim Ecclesia, ait *Tridentinum,* materiam esse oleum ab episcopo benedictum Quod quidem, saltem in Ecclesia Latina, non solum ex necessitate præcepti, sed etiam ad *validitatem* requiritur, ut constat ex decreto

S. Thom., q. 29. a. 4-6; Suarez, disp. XL, sect 1-2; S. Bellarm., c. 7; Drouin, q. 1Γ; νξ disp. III; S. Alphonsus, l. VI, η. 708 sq. ; Lehmk., 569 so.; Kern, p. 115141; Priimmer, 571-572.

S. *Ojficii,* 13 jan. 1611, declarantis temerariam et errori proximam esse propositionem asserentem " hoc sacramentum valide ministrari posse cum oleo episcopali benedictione non consecrato "[1].

Attamen, ex *Cod., c.* 945, simplex sacerdos a S. Pontifice delegari posset ad oleum benedicendum; sed in Ecclesia latina, hoc *insuetum est* In Ecclesia græca presbyteri, probante R. Pontifice, extremam unctionem conferunt cum oleo a se benedicto, potestate ab episcopo delegata.

Insuper probabiliter asseritur oleum benedicendum esse benedictione *speciali* in ordine ad extremam unctionem, ideoque oleum catechumenorum vel s. chrisma esse materiam tantum *dubiam* 3. In casu deficiente oleo infirmorum, aiteru'truÎn sub conditione adhiberi potest et postea, si moribundus superviveret, iterum ungendus esset cum oleo infirmorum, pariter sub conditione.

956. (C) Oleum infirmorum debet *renovari* quotannis, idque sub *gravi,* saltem probabilius, et vetus comburendum est. Si autem oleum in eo est ut brevi deficiat, ei admisceri potest oleum olivarum non benedictum, in minori tamen quantitate, et id pluries fieri potest, minore tamen copia (c. 734). — In loco nitido et decenter ornato servetur, in vase argenteo vel stanneo, regulariter in ecclesia vel sacristia, excepto casu quo parochi domus multum ab ecclesia distat\ vel si adest alia causa urgens, v. g., periculum ne infirmi, grassante peste, sacramento priventur. " Parochus olea sacra a suo Ordinario petere debet, et in ecclesia in tuta ac decenti custodia sub clavi diligenter asservare ; nec ea domi retineat, nisi propter necessitatem aliamve rationabilem causam, accedente Ordinarn licentia " (c. 735).

II. De materia proxima.

957. i° *Materia proxima est* unctio olei rite benedicti. Certum est ex universali Ecclesiæ praxi et unanimi theolo-

1 D. B., 1628. Qaod decretum confirmatum est 14 sept. 1842.

2 Quod declaravit *Pius VI* tempore gallicæ perturbationis. Cfr. Miihlbauer, *Decreta authentica C. SS. Pit.,* t. II, p. 426.

3 Triplex distinguitur oleum sanctum in Cœna Domini ab episcopo benedictum : oleum *infirmorum,* ad inungendos infirmos et campanas ungendas externe; oleum *catechumenorum,* ad catechumenos ante baptismum inungendos, manus neo-sacerdotum consecrandas, aliasve consecrationes perficiendas ; *chrisma,* quod adhibetur in confirmatione, in caeremoniis baptismi post factam ablutionem, variisque consecrationibus, v. g., calicis, campanæ (interius).

4 5. *Pit. Cone.,* n. 1144.

gorum consensu ; et ex c. 945 (cf. n. 954), c. 937 : " adhibito oleo olivarum rite benedicto ".

958. 20 Quoad numerum unctionum : (A) *Antiquitus* maxima fuit variarum ecclesiarum diversitas usque ad sæc. XVI1"° in Ecclesia *Latina,* et etiam nunc in *Oriente.*

In *sacramentario Gregorii M.* legitur : " Sic perungat infirmum de oleo sanctificato, cruces faciendo in collo et gutture, et inter scapulas et in pectore, seu in loco ubi plus dolor imminet... Multi enim sacerdotum perungunt insuper in quinque sensibus corporis "x.

Theodulphus Aurelianensis, sæc. IX°, statuit duodecim vel quindecim signa crucis super infirmum facienda esse, sed animadvertit Græcos tres tantum facere unctiones super caput et vestimenta et totum corpus infirmi, incipientes crucem a capite usque ad pedes, et a manu dextera usque ad sinistram manum '. Immo in quibusdam ritualibus, sive orientalibus sive latinis, statuebatur unicam sufficere unctionem in casu necessitatis 3.

959. (B) Juxta *hodiernam disciplinam :* (a) ex *Codice,* can. 947, sunt sex unctiones *regulariter* faciendae " ordine et modo in libris *ritualibus* descripto ", nempe : 1) ad *oculos,* scilicet in palpebris vel superciliis; *2)* ad *aures,* non interius, sed in parte inferiori; 3) ad *nares;* 4) ad *os,* compressis labiis; si os concludi nequit, unum e labiis ungere sufficit; 5) ad *manus,* extra pro sacerdote (cum jam interius consecratæ fuerint), intra pro aliis; 6) ad *pedes,* in plantis, aut supra pedes, prout fert consuetudo; hæc autem unctio, ex *Codice,* c. 947, rationabili causa omitti potest. Si aliquod organum sensuum deest, ungatur pars vicinior. — Unctio renum semper omittatur.

(b) Hodie certum est ad *validitatem* sufficere unicam unctionem : i)quia *Script,* simpliciter dicit " ungentes eum ", et *Tridentinum* de una tantum unctione loquitur; 2) insuper *historice* constat modo unam, modo duas vel plures unctiones fuisse adhibitas in Ecclesia tum Græca, tum Latina 4;

' *P. L.,* LXXVIII, 235 sq. — » *P. L.,* CV, 221.
3 Kern, *op. cit.,* pp. 135, 138.
4 Unde Benedictus XIV *(De Synodo,* L VIII, c. 3, n. 2) ait : " Huic opinioni validissimum fundamentum praebet diversa in unctionum numero disciplina, quam in diversis Ecclesiis sua ætate viguisse affirmat Albertus Magnus Cf. Martene, *op. cit^* 1.1, c. 7, a. 3; Ballerini-Palmieri, 14; Kern, p. 133-141.

3) S. *Officiunt* decrevit, 26 apr. 1906, approbante *Pio X,*

necessitatis1; 4) tandem ex *Cod., c.* 947, § 1 : " In casu autem *necessitapis^\xSiçi^* unicaunctioJn uno sensu ^seu rectius *in fronte* cum praescripta breviore Jorma ".

In *praxi,* secluso necessitatis casu, quinque priores unctiones nunquam omittendæ sunt, et quidem sub gravi, cum hae a *Rituali* præscribantur et sint pars notabilis rituum.

In casu autem necessitatis, si timeatur ægrotum morituru esse antequam quinque unctiones perficiantur, *unica* unctio fiat in *fronte :* " Per istam sanctam unctionem)maulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Arnen ". Si aegn> tus supervixerit, ex c. 947, ceteræ unctiones supplendae sunt.

960. 30 De modo unctiones peragendi, (A) Regulariter ad *liceitatem* unctiones faciendae sunt : i) pollice dextro; 2) per modum crucis.

Gemina unctio in *geminis sensibus* non est necessaria ad validitatem, sed ad *liceitatem* tantum, sub gravi, extra casum necessitatis ; *unica* tantum *forma* adhibeatur, cum duplici cruce, una in unoquoque membro, incipiendo *a dextro.*

(B) *Ordo inter unctiones* est pariter de necessitate *præcepti* tantum, et quidem sub gravi, secundum *Suarez* et S. *Alphonsum.*

(C) Regulariter unctio fieri debet per *immediatum* manus contactum : " Extra casum *gravis necessitatis,* unctiones ipsa ministri manu nulloque adhibito instrumento fiant".

Animadvertit *Capelmann3* vix ullum adesse contagii periculum contactu immediato digiti, quia oleum impedit quominus morbus transferatur; ne autem ipsum oleum vitietur, expedit globulum bombaci *(coton)* oleo madefacere, et eodem tanquam instrumento uti ad omnes unctiones faciendas. .

Controvert!tur autem num una gutti olei sufficiat; in praxi tutius est intingere in oleo extremitatem pollicis ad singulas unctiones.—Pluralitas unctionum non efformat multiplex sacramentum. ;

l A. S. S., XXXIX, 273. — 1 *Medicina faiioraiis,* p. 126.

§ II. De forma Extremæ Unctionis ».

961. i° In *decursu temporum,* multæ discrepantiæ apparent in variis Ritualibus Ecclesiæ *occidentalis,* (a) Quoad *formam,* aliæ enim sunt *deprecative,* v. g. : " Deus omnipotens... miserere huic famulo tuo et tribue ei remissionem peccatorum, etc. aliæ *optativa :* ""Per istam unctionem... indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti"; aliæ *indicative :* " Ungo te de oleo sanctificato, etc. "; aliæ *imperative :* " Accipe sanitatem corporis et remissionem peccatorum... "; aliæ *mixta,* (b) Quoad *rem expressam* multæ exprimunt *actionem* ministri seu materiam proximam, aliæ non ; quædam unum effectum declarant, remissionem peccatorum, aliæ solam sanitatem, aliæ utramque, aliæ addunt etiam animæ confortationem, (c) Quoad *numerum,* in quibusdam .*Ritualibus, unica* forma semel profertur, dum varia organa unguntur; in aliis ad singula organa propriæ formæ recitantur[1][3]

962. Juxta *hodiernam disciplinam,* forma i) apud *Latinos* est : " Per istam sanctam unctionem, et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per visum (auditum, odoratum, etc.) deliquisti. z\men ". Quæ forma ad singulas unctiones repeti debet.

2) Apud *Græcos :* " Pater sancte, animarum et corporum medice, sana servum tuum hunc ab illa quæ detinet illum, corporis et animæ infirmitate ".

963. Forma esse debet *deprecatoria,* juxta *Rit. Rom.,* et non simpliciter indicativa, saltem *expræcepto ;* controvertitur autem num hoc sit etiam necessarium ad *validitatem.*

(A) Quidam valde probabiliter negant, quia in nonnullis antiquis Ritualibus forma est indicativa; atqui nemo dicere audebit administrationem hujus sacramenti per plura sæcula invalidam fuisse [3],

(B) Alii affirnpnt.: (a) ex verbis *S. Jacobi* dicentis : ""Et *orent* 'su^er'euÿriÎ.'. et *oratio* fidei salvabit infirmum ".

(b) Ex *praxi* utriusque Ecclesiæ, Græcæ et Latinae, in ritualibus et conciliis consignatæ. Formæ indicativæ quæ obji-

[1] S. Thom., q. 29, a. 7-9; Suarez,!, c., sect 3; S. Bellarm., l. c.; Drouin, q. ni; Ste Beuve, disp. IV; S. Alphonsus, 711 sq.; Lehmk., n. 573; Prümmer, 575.

[2] Cfr. Kern, *op. cit.,* p. 146-152.

[3] lu *Albertus M., Durandus, Juenin, Diouin,* multique alii quos commemorat atque approbare videtur Bened. XIV, *De Synodo,* L VIII, c. 2, n. 2.

ciuntur, implicite orationem continent, cum orationibus praecedantur

(c) Accedit *rat. convenientia.* 1) Suscipiens sacramentum est jam viribus destitutus, et orationibus sublevari indiget. 2) Insuper hoc sacramentum ordinatur ad obtinendum per modum *indulgentia* quod in sacramento Pænitentiæ obtineri non potuit per modum justitiae; atqui quod postulatur per modum indulgentiae sub forma deprecativa postulari debet; ergo. 3) Tandem hoc sacramentum ordinatur ad sanitatem restituendam aegrotis; atqui sanitas, utpote bonum temporale, non absolute, sed modo deprecatorio postulanda est; ergo a.

Utraque autem opinio facile conciliatur, si admittatur Christum non determinavisse formam hujus sacramenti in *specie infima,* sed hanc potestatem Ecclesiæ reliquisse.

In *praxi,* forma deprecatoria adhibenda est, prout a *Rituali* præscripta. Et hæc est valde conveniens, juxta S. *Thornam z,* quia exprimit : 1) actionem sacramentalem : " per istam s. unctionem " ; 2) causam principalem quæ in sacramento operatur : " piissimam misericordiam "; 3) *effectum* sacramenti : "indulgeat... quidquid deliquisti".

964. 2° Verba, quæ communiter ut *essentialia* requiruntur, sunt : *Per istam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti;* ideoque sub *gravi* dicenda sunt. Verba " *sanctam* " et " *Amen"* sub *levi* tantum obligant, nec sunt essentialia.

Verba formæ pronuntiari debent, ad liceitatem, eodem tempore ac fiunt unctiones; quando organum duplex est, incipi debet forma cum unctione organi *dextri* et finiri cum unctione organi *sinistri.* Ad *validitatem* vero sufificit ut unctio fiat immediate antequam forma pronuntietur vel immediate postquam prolata est, n. 356.

Ex recenti decreto S. *Officii,* 26 april. 1906, ad *validitatem* necessaria non est mentio cujuslibet sensus;hæc tamen, extra necessitatis casum, requiritur de præcepto gravi.

[8] De quo tamen recte Bened. XIV, l. c. : "At nescimus quo pacto possit deprecatio inveniri in aliis formis, ex plurimis antiquis Ritualibus a Menardo et Martene productis, in quibus solum adhibetur verbum *ungo,* absque alio additamento e quo deprecatio colligi aut fingi queat ".

[1] S. Thom., *Suppi.,* q. 29, a. 8.

[3] *Suppi.,* q. 29, a. 9.

Art. III. De effectibus Ex. Unctionis '.

965. Effectus extremæ unctionis, juxta *Tridentinum a,* sunt Gratia Spiritus Sancti, cujus unctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, et ægroti animam alleviat et confirmat, magnam in eo divinæ misericordiae fiduciam excitando qua infirmus sublevatus et morbi incommoda ac labores levius fert ; et tentationibus daemonis... facilius resistit, et sanitatem corporis interdum, ubi animæ expedierit, consequitur ",

Tres sunt igitur effectus hujus sacramenti : *gratia confortans animam* contra difficultates in articulo mortis; 2° *sanitas corporis,* si animæ expediat; 3° *remissio peccatorum,* si quæ sint adhuc expianda.

De his tribus concordant catholici.

Sed quæstio est inter theologos quisnam ex illis effectibus sit *primarius :* juxta *Scotum,* primarius est *remissio peccatorum venialium;* juxta S. *Bellarminum,* remissio non solum venialium, sed etiam *mortalium* quæ per accidens non fuerunt antea remissa. Juxta S. *Thomam,* communioremque sententiam, primarius effectus est *gratia allevians* et corroborans animam contra torporem et tentationes speciatim urgentes in articulo mortis.

I. De gratia confortante.

966. i° *Thesis* · Primarius effect^ extremæ unctionis est gratia confortans animam contra difficultates occurrentes jn articulo mortis.

De fide est, ex *Tridentino* 3, gratiam confortantem esse unum ex effectibus extremæ unctionis, et *multo probabilius* est eam esse primarium effectum. -»7- ,

Probatur, (a) *Script.* S. Jacobus describens effectus hujus unctionis dicit : " Et alleviabit eum Dominus ", i. e, excitabit, confortabit; atqui per illa verba designatur gratia confortans; nam, secundum *Estium* (in h. loc.), ‘‘ea voce

'.S.JThQni.^q· 30; Suarez, disp. XLI ; S. Bellarm., c. 8; Drouin, q. VI; Ste Beuve, disp. V; Schmitz, *op. at.,* p. 61 sq.; *Catuh. Trident.,* p. II, dc Ex. Unet. n. 28; Kem, p. 167-240. — 1 Sess. XIV, cap. 2, D. B
3D. B., 909, 927.

significatur liberatio a torpore, mœrore, et anxietate, qua plerumque ægroti morte vicina gravantur, sic ut mentem ad divina non facile queant attollere

(b) *Tradit. :* " Effectus vero hujus sacramenti, ait *Florentinum,* est *mentis sanatio,* et, in quantum expedit, ipsius etiam corporis atqui mentis sanatio effici nequit nisi per gratiam primario confortantem. *Tridentinum* allegatum declarat effectum hujus sacramenti esse *gratiam Spiritus Sancti*/ cujus unctio... peccati reliquias l (id est, *spirituallem debilitatem ex* peccatis ortam) abstergit, et ægroti *animam alleviat* et *confirmat,* magnam in eo divinæ misericordiae fiduciam excitando... "2,seu aliis verbis esse gratiam confortantem.

(c) *Rat. theol.* Effectus hujus sacramenti primarius accipi debet ex fine propter quem fuit institutum; atqui extrema unctio, juxta *Trident.,* instituta fuit tanquam spiritualis *medicatio* contra debilitatem animæ in articulo mortis; ergo effectus primarius est gratia *roborans* animæ debilitatem.

967. 2° Declaratur. *Natura* hujus gratiæ confortantis consistit in *augmento* gratiæ sanctificantis, per modum *alleviationis,* cum *jure ad gratias actuales* speciatim necessarias in articulo mortis.

Siquidem : (a) *spem roborat;* tunc enim daemon aegrotum conatur a fiducia divinae misericordiae deturbare, peccata praeterita in memoriam revocando, timorem divini judicii injiciendo, etc.; sacramentum autem extremæ unctionis ægroti animam alleviat et confortat, magnam in eo misericordiæ *fiduciam* excitando. Unde sacramentum *spei* dicitur, sicut baptismus vocatur sacramentum fidei, et eucharistia sacramentum amoris.

(b) *Hilaritatem et patientiam* excitat, qua infirmus morbi incommoda et labores levius ferre potest ; spe enim jam erecta, reminiscitur non esse condignas passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ paulo post in eo revelabitur.

(c) *Robur et fortitudinem* confert contra tentationes dæmonis, quæ tunc graviores sunt; quod ipsa unctione declaratur, cum ungi soleant luctatores ad pugnam.

l Nomine *reliquiarum peccati* duo *prasertim* intelliguntur : i) debilitas spiritualis ex peccato promanans, et hic est sensus qui prius huic vocabulo a scholasticis affixus est ; 2) pœna temporalis peccatis debita.

' Sess. XIV, cap. 2, D. B., 709.

IL De sanitate corporis.

968. *Thesis :* Effectus secundarius extremæ unctionis est sanitas corporis, si animæ expediat. Certum est

i° Probatur : (A) *Script.* Verba enim S. *Jacobi* supra exposita, utpote universalia, intelligi possunt, et de facto intelliguntur a Patribus non solum de salute animæ, sed etiam de sanitate corporis.

(B) *Trad.,* ex *Florent. :* "Effectus hujus sacramenti est mentis sanatio, et, in quantum expedit, etiam *corporis* "/ et ex *Trid. :* " Infirmus sanitatem *corporis* interdum, ubi saluti animæ expedierit, consequitur ".

2° Declaratur. (A) Qui effectus est *conditionalis,* ut expresse dicitur in textibus allatis conciliorum.

Et merito; nam sapiens operans non intendit secundarium effectum nisi quatenus expedit ad principalem ; atqui sanitas corporis non est semper utilis saluti animæ; sed e contra in quibusdam circumstantiis expediit ut quis raZ piatur, ne malitia decipiat illius intellectum ; ergo sanitas corporis confertur conditionate tantum, nempe si animæ expediat \

(B) Insuper illud sacramentum *non* reddit sanitatem *modo miraculoso,* sed solum causas naturales adjuvando, ac vires ægroti sustinendo, ut melius morbum vincere possit. Ut talis igitur effectus producatur, necesse est ut extrema unctio *tempore opportuno* ministretur, nec exspectetur donec omnis spes sanationis evanuerit.

Quando ægri non sanantur, sæpe morbi levamen aliquod ex sacramenti receptione sentiunt, ut medicis optime notum est, etiam acatholicis.

III. De remissione peccati.

969. *Thesis :* Alter effectus secundarius extremæ unctionis est remissio peccatorum quæ supersunt, et pœnæ peccato debitæ.

[1] S. Thom., *Suppi.,* q. 30, a. 2.

1° *Extrema unctio remittit peccata mortalia quæ forte supersunt nec possunt remitti per sacramentum Pœnitentiæ, et insuper venialia peccata.* Pro venialibus *certum* est, pro mortalibus *communiter* admissum.

(A) Probatur : (a) ex verbis S. Jacobi : " Si in peccatis sit, remittentur ei"; hæc enim verba, utpote generalia, intelligi debent non solum de peccato veniali, sed etiam de mortali, eo magis quia si ageretur de venialibus tantum, prorsus inutile esset hypothetice dicere " si in peccatis sit ", cum, teste eodem Jacobo[1], homines omnes venialiter peccent : " In multis enim offendimus omnes ".

(b) Ex *Trid.* dicente : " Delicta, si quæ sint adhuc expianda, abstergit"; et ex ipsis verbis formæ : " indulgeat Dominus... etc., quidquid *deliquisti* huc enim idem recurrit argumentum.

(B) Declaratur. Hic effectus *non* producitur *primario, nec* solum *per accidens,* sed medio quodam modo, nempe ex *secundaria intentione.* Ita *probabilius* contra Scotistas et *Bellarminum.*

(a) *Non primario;* legitur enim in *Catech. Trid.* *.· " Neque enim hoc sacramentum primario loco ad graviorum criminum remissionem institutum est, sed baptimus tantum et pœnitentia vi sua hoc efficiunt ".

Etenim : 1) talis effectus est *conditionatus :* " Si in peccatis sit"; atqui effectus primarius non est conditionatus, sed modo absoluto producitur, dummodo non sit obex. 2) Extrema unctio est sacramentum vivorum, nec proinde primario remittit peccata~môrtalia; nec etiam remittit primario ^peccatum veniale, quia sacramentum *pœnitentia* jam ad hoc mstitutun? fuît et plane sufficit; insuper si primario remitteret venialia, omnibus ministrari deberet, tam sanis quam infirmis.

(b) Nec tamen per accidens tantum, sed *ex intentione secundaria;* is enim effectus, qui vi institutionis et ipsius formæ producitur, non est solum effectus per accidens; atqui effectus de quo agitur, producitur vi institutionis, ut patet ex verbis S. Jacobi, et vi ipsius formæ : *Indulgeat,* etc.

lac., III, 2. — ' P. II, c. 6, 7.

Ad remissionem *mortalium* requiritur saltem *attritio*[1]; nam, teste *Tridentino*[a], quovis tempore ad gratiam assequendam necessaria fuit pœnitentia etiam iis qui baptismum accipiunt, " ut perversitate abjecta et emendata, tantam Dei offensionem cum peccati odio et pio animi dolore detestarentur".— Attritio autem *habitualis* sufficit iis qui sunt sensibus destituti.

Ad remissionem *venialium* attritio requiritur, juxta quosdam, licet, juxta alios, sufficiat absentia complacentiæ in peccata venialia, cum desiderio effectum sacramenti suscipiendi.

970. 2° *Extrema unctio remittit etiam poenam temporalem peccato debitam, non quident totam, sed juxta gradum dispositionis in subjecto existentis.*

(A) Nam tale sacramentum a *Trident,* vocatur " consummativum non solum pœnitentiæ, sed et totius vitæ Christianae ac proinde nos immediate disponit ad introitum gloriae; atqui poena temporalis nos ab ingressu gloriae retardat; ergo.

(B) Insuper, juxta idem concilium, extrema unctio peccati *reliquias* abstergit. Atqui, inter reliquias peccati, computandae sunt non solum debilitas animæ, ex peccato proveniens, sed etiam poena temporalis peccato debita, quæ hominem a capessenda beatitudine impedit ; ergo.

u:

t:

Art. IV. De subjecto Ex. Unctionis[3].

Dicemus : i° de *conditionibus* requisitis ad eam recipiendam ; 2° de *necessitate* eam recipiendi ; 30 de ejus *iteratione*.

I. De conditionibus requisitis.

971. i° Ad validitatem, ex c. 940, § l " extrema unctio præberi non potest nisi ëli, qui, post adeptum

[1] Ita contra H. Schell qui contendit *(Kathcl, Dogmatik,* III, p. 629 sq.) non requiri attritionem in iis qui propter morbum eam elicere nequeunt, sed sufficere ut infusioni gratiæ obex non opponatur per peccatam contra Spiritum sanctum habitualiter perdurans- Quem errorem confutat Kem, p. 177 sq.

[a] Sess. XIV, cap. 1.

[3] S.Thoipas, *Supply* q. 22-33; Suarez, disp. XLII; Drouin, q. V; Ste Beuve, diss. VÎI; Alpfionsus, nn. 712-721, 732 sq.; Lehmlc, n. 722 (575) sq·; Konings, n. 1507 sq.; Kern, p. 271-322; Prümmer, n. 580-582.

usum rationis, ob infirmitatem vel senium in periculo mortis versetur ". Tres ideo requiruntur cqnçlitiones : ut ungendus *sifbaptizatus, rationis usum adeptus\jericulose ægrotans.*

(A) *Baptizatus :* nam, ex dictis, baptismus est omnium sacramentorum janua. Potest ministrari adulto immediate post baptismum, quia, licet baptismus non solum culpam tollat sed etiam pœnam, tamen in anima quamdam debilitatem relinquit, contra quam extrema unctio ordinatur; non potest autem ministrari catechumeno non baptizato.

972. (B) *Usum rationis adeptus ;* nam hoc sacramentum ordinatur ad confortandam animam contra ultimas diaboli tentationes et reliquias peccati tollendas; atqui pueri adhuc ratione carentes, vel perpetuo amentes, qui rationis usum numquam adepti sunt, roborari non indigent contra diaboli tentationes, nec ullas reliquias peccati extergendas habent; ergo. *(Cod.,* 940).

(a) Ex c. 941, "quando *dubitatur* num infirmus usum rationis attigerit, mim in~periculo mortis reipsa versetur, vel num mortuus sit, hoc sacramentum ministratur sub conditione".

Certo autem ungi possunt qui *septennium* attigerunt, aut qui, etiam infra septennium, aliquem rationis usum certum ostendunt; in dubio de usu rationis, ungantur sub conditione.

(b) *Perpetuo amentes* ungi nequeunt, sed amentes, qui lucida intervalla habent, aut antea usum rationis habuerunt, ungi possunt, ita tamen ut praecaveatur omnis irreverentia erga sacramentum.

(c) Jn *adultis,* requiritur intentio hoc sacramentum suscipiendi ; sufficit autem intentio habitualis implicita, juxta c. 943 : " Infirmis autem qui, cum siiæ mentis compotes essent, illud saTtem implicite petierunt aut verisimiliter petiissent, etiamsi deinde sensus vel usum rationis amiserint, nihilominus *absolute* praebeatur ".

973.(C) *Periculose ægrotans;* nam 1) ex textu *S. Jacobi* manifeste concluditur solos ægrotos ungi posse; 2) ex *Florent. :* " Hoc sacramentum nisi *infirmo,* de *cujus morte timetur,* dari non debet "; 3) ex *Trident.* ." Declaratur esse

l In decreto *Quam singu* ⁸ (η. VIII), legitur : u Detestabilis omnino est us non ministrandi > m et extremam unctionem pueris post usum rationis". — Cfr. L. ieux, *Le viatique et l'Ex. Onction,* in *Rev. prat. Apol.f* L XIV, p. 97 sq.

hanc unctionem infirmis adhibendam, illis vero præsertim qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vitæ constituti videantur, unde et sacramentum exeuntium nuncupatur"; 4) ex *Codice,* c. 940, § 1 jam citato, n. 971.

Hoc igitur sacramentum administrari non potest nisi iis qui in periculo mortis versantur quod oriatur ex *morbo* vel *senectute,* non autem ex causa extrinseca, nempe prælio, periculosa navigatione, etc. Hinc :

1) Ungi nequeunt sani, etiamsi sint in periculo mortis, ut condemnati ad mortem, periclitantes in proelio, in mari; nec mulier, communes dolores patiens in partu ; secus vero si extraordinarios et periculosos patitur cruciatus.

2) Possunt ungi qui veneno sunt infecti, vulnerati, aut aegroti difficilem chirurgicam operationem subituri : immo et *senes decrepiti,* etiamsi nulla speciali infirmitate laborent, cum senectus sit morbus, et quidem prorsus insanabilis.

3) Sufficit autem *periculum mortis prudenter* seu probabiliter *existimatum,* nec requiritur ut sit *actu imminens* Unde, juxta *Rituale* extrema unctio ministrari debet, si fieri possit, cum adhuc integra mens et ratio viget "Gravissime peccant sacerdotes qui illud tempus aegroti ungendi observare solent, cum jam, omni spe salutis amissa, vita et sensibus carere incipiat Ita *Rom. Catech.* 3 Ratio est quia tunc aegrotus privatur uberiori fructu hujus sacramenti, iisque gratiis quas obtinuisset ad ultimas difficultates superandas, et forsan beneficio sanitatis corporalis, aut etiam ætemæ salutis.

4) Inungi nequit qui jam certo mortuus est;sed, testibus hodiernis peritis, aliquis supervivere potest, etiam quando ultimum edere suspirium visus est, cum vita nonnisi gradatim a corpore recedat[4]; hinc, in praxi, quoties *prudenter* existimatur *probabiliter* adhuc vivere, *sub conditione* ungi potest. *{Cod.,* c 941).

974. 2° Ad liceitatem. (a) Regulariter *status gratia* requiritur, ac proinde pro eo qui versatur in statu peccati mortalis vel contritio perfecta, vel attritio cum absolutione.

[*] Constat ex responso S. *C. Prop. Fid.,* 20 febr. 1801, ex quo, u in regionibus missionum, ungere licet infirmum gravi morbo laborantem qui praevidetur intra annum moriturus, quamvis possit per plures menses vivere eo quod missionarius tempore opportuno adesse non poterit "(*Collect.* a, n. 551).

[1] *Rituale,* t V, c. I, n. 1. — > P. II, c, 6, n. 18.

[4] De quo vide Ferrand, *Le moment de la mort,* in *Congrès scientif.* 1891, Sciences mathém. et nau, p. 197; Ferreres, S. J., *La mort réelle et la mort apparente,* trad. *Geniesse,* 1906; *Ami du Clergé,* 24 févr. 1927, p. 113 sq.; 2 mars 1933, p. 144 sq.

Nam extrema unctio est sacramentum vivorum, directe gratiam augens sanctificantem. Unde qui *sciens* et *volens* sacramentum reciperet in mortali, *sacrilegium gravissimum* committeret; si quis autem est in *bona fide,* justificatur, dummodo sit *attritus,* ✠ supra dictis.

(b) Insuper requiritur sub levi ut viaticum ante unctionem recipiatur, si fieri potest.

(c) Quando ægrotus usu rationis gaudet, non potest licite ungi sine suo consensu; sed quando est sensibus destitutus, potest ungi in omnibus casibus in quibus absolvi potest; immo tutius est in hoc casu unctionem dare quam absolutionem, quia ad hanc sufficit attritio interna, dum ad pænitentiam requiritur valde probabiliter attritio signis sensibilibus manifestata.

(d) Ad uberiores fructus sacramenti, desiderantur vivida fides, spes firma, et perfecta cum divina voluntate conformitas.

(e) Ex can. 942, " hoc sacramentum non est conferendum illis qui *impoenitentes* in manifesto peccato mortali contumaciter perseverant; quod si hoc dubium fuerit, conferatur sub conditione ".

II. De ejus necessitate.

975. i° *Certum* est hoc sacramentum *non* esse necessarium *necessitate medii;* nam infirmus gratiam alleviationis et roboris, per extremam unctionem productam, aliis mediis consequi potest.

976. 20 *Contravertitur* num sit de necessitate praecepti *per se :* (a) *Communior* sententia negat, quia vox *"inducat",* quæ sola afferri valet ad praeceptum probandum, potest intelligi et de facto intelligitur a plerisque commentatoribus de mero consilio, sicut vox *psallat,* a S. Jacobo adhibita (V, 13), sicut etiam voces *"debent, mandatum "* in quibusdam documentis inventae, intelliguntur de meliori bono, non de praecepto, (b) Attamen quidam theologi probabiliter affirmant, quia vox " *inducat "* praeceptum significare videtur, et aliunde *Tridentinum* asserit hanc unctionem habere mandatum Dei.

977. 30 Omnes concedunt *per accidens* aliquem posse teneri, sub gravi, ad receptionem extremæ unctionis ratione scandali vitandi, contemptus, aut etiam specialis necessitatis, v. g., si existens in mortali aliud sacramentum recipere nequiret.

Insuper, ex c. 944, " quamvis hoc sacramentum *per se* non

sit de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet illud negligere; et omni studio et diligentia curandum ut infirmi, dum sui plene compotes sunt, illud recipiant ".

Unde, *in praxis* fideles valde hortandi sunt, non autem stricte obligandi ad recipiendum hoc sacramentum, utpote ipsis utilissimum ad salutem.

Immo graviter peccare possunt sacerdotes, parentes vel domestici, aut medici, qui nolunt aegrotum sibi illudentem monere de proximo periculo mortis; sic enim privant infir^ mum medio ad salutem utilissimo ».

III. De ejus iteratione.

978. Extrema unctio iterari *potest :* i° In *nova* et *diversa* infirmitate periculosa ; nam : i) non imprimit characterem; atqui sola sacramenta characterem imprimentia iterari nequeunt; 2) effectus quem producit non est perpetuus, ideoque comparatur medicinæ quæ toties iterari debet quoties infirmitas iteratur.

2° In *novo* et *diverso ejusdem* morbi periculo, Hoc enim declaratur in can. 2 et *Rituali :* " In eadem infirmitate iterari non potest, nisi infirmus post susceptam unctionem convaluerit, et in a|iud vitæ discrimen inciderit Ad hoc autem duo requiruntur : (a) ut per aliquod tempus, v. g., per mensem, infirmus convaluerit, aut probabiliter e mortis periculo eripi visus fuerit (quod sæpe accidit in phthisi aut hydropisi); (b) ut tandem in novum periculum inciderit. — In dubio autem num sit novum periculum, sacramentum iterari potest2.

1 Sedulo itaque meditentur verba *Pii XI\ 2* febr. 1923» ad sodalitatem *N.Dt a bona morte (A. A.* 5., 1923, p. 105) reprobantis exitialem errorem ‘‘ex quo fit ut, cum animæ detrimento, sancto oleo non liniantur infirmi quam, morte imminente, sensus pæne vel omnino amiserunt... Ut sacramentum valide liciteque detur,... satis est ut *prudens* seu *probabile* adsit de periculo judicium... " Qui ita igitur, pergit Pontifex, ‘‘illud curat ministrandum, is Ecclesiæ Matris non modo doctrinam sequitur, sed optata pie ac salubriter perficit n.

’ Tit. V, c. i, n. 8. — Animadverte incisum " *nisi diuturna sil* ", quod olim in *Rituali* inveniebatur, expunctum fuisse in nova editione et in c. 940.

Art. V. De ministro Extremæ Unctionis*.

De ministro hujus sacramenti duo exponemus : i° *Quisnam* sit; 2° Quænam sint ejus *officia.*

I. Quisnam sit?

Status quæstionis. (a) *Protestantes* et *Modernisiez* contendunt *presbyteros,* de quibus agit S. Jacobus, fuisse seniores (laicos) communitatis christianæ 2.

(b) Protestantium errores damnavit *Tridentinum* infra allegatum, cujus doctrina in *Codice,* c. 938, § 1, ita contrahitur Hoc sacramentum valide administrat omnis et solus sacerdos ".

979. *Thesis Ia :* Omnis et solus sacerdos est validus minister extremæ unctionis.

De fide est ex Tridentino : "Si quis dixerit presbyteros Ecclesiæ, quos B. Jacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse sacerdotes ab episcopo ordinatos, sed ætate seniores in quavis communitate; ob idque proprium extremæ unctionis ministrum non esse *solum sacerdotem,* A. S. " 3.

(A) *Script.* Expresse enim dicit S. *Jacobus :* " Inducat *presbyteros Ecclesiæ ".* Atqui, (a) licet vox presbyter (græce πρεσβυ) etymologice seniorem significet, locutio complexa *presbyteri Ecclesiæ* in N. Testamento designat eos qui sacerdotali charactere insigniebantur, et ecclesiis particularibus præibant 4)(b) idem apparet ex textu, nam hi presbyteri jubentur orare super infirmum, eum ungere in nomine Domini et per hoc peccata remittere, si quæ sint; atqui soli sacerdotes potestatem habent remittendi peccata; (c) aliunde sic semper intellexit antiquitas, ut constat ex *Comment, in epist. S. Jacobi.*

1 S. Thomas, Suarez, disp. XLIII; S. Bellarminus, c. 9; Drouin, q. ÏV, c. 2; Ste Îîeuve, disp. VI : S. Alphonsus, l. VI, n. 722 sq. ; Lehmk., n. 575; Kern, p. 241 sq. ; Prümmer, n. 583.

• Cfr. Decret. *Lamentabili^* prop. 48, 50, D. B.t 2048, 2050.

3 Sess. XIV, can. 4, D. B., 929.

4 X^Vy XV, 22; Z Txw., V, 19? *II Tim.y* I, 6; 7YΛ, I, 5.

(B) *Tradit,* (a) E Patribus, qui verbum *presbyteros* de episcopis et sacerdotibus intellqxerunt; (b) ex Ecclesiæ praxi in euchologiis et ritualibus consignata; (c) ex conciliis *Florentino* et *Tridentino* citatis; (d) e can. 938 supra citato.

(C) *Rat. theol.* Extrema unctio est veluti consummatio sacramenti pænitentiæ, cum reliquias peccati abstergat; atqui soli sacerdotes sunt ministri pænitentiæ; ergo et extremæ unctionis.

Opponuntur quidem testimonia S. *Innocenta* Z, S *Casarii Arelaiensis* aliorumque dicentium *laicos sibi ministrare posse sacrum oleum.*

Fatemur equidem hanc praxim aliquando in usu fuisse; ex hoc autem minime sequitur hanc privatam unctionem domi factam *sacramentum* fuisse; sed dici potest eam fuisse aliquod *sacramentelle,* prout erat usus aquæ benedictæ, ut jam animadvertit *S. Thomas* [1].

Corollaria : (a) Ex thesi evidenter sequitur omnem et solum sacerdotem, etiam absque jurisdictione, imo excommunicatum, *valide* hoc sacramentum ministrare : validitas enim ex solo charactere sacerdotali pendet.

980. (b) *Extrema unctio valide ministrari potest tum ab uno tum a pluribus sacerdotibus.* Certum est.

1) *Ab uno.* Nam etiamsi S. Jacobus dicat : " inducat *presbyteros* ", hic loquendi modus de uno sacerdote intelligi potest, ut apparet exemplo Christi leprosos sic alloquentis : " Ite, ostendite vos *sacerdotibus* nam ex lege Mosaica sufficiebat ut *uni* sacerdoti sese ostenderent^ Ita in usu communi dicitur : " ad sacerdotes recurrite pro remissione peccatorum, ad medicos pro morbis curandis ", i. e., recurrite ad aliquem e sacerdotibus aut medicis.

Aliunde constat ex praxi et Rituali Ecclesiæ Romanæ; et ex *Florentino* [2] : " Minister hujus sacramenti est sacerdos ".

2) *A pluribus simul,* dummodo tamen unusquisque, aliquem sensum ungendo, proferat formam huic sensui respon-

[1] " Illæ unctiones non erant sacramentales; sed ex quadam devotione recipientium talem unctionem, et ex meritis ungentium, vel oleum mittentium, consequebatur effectus sanitatis corporalis per gratiam sanitatum, non autem per gratiam sacramentalem (Sw///., q. 31, a. I, ad 2.)

* Zw., xyli, 14. — » zλ ϊλ , χιν,' π.'

dentem. Constat ex praxi Ecclesiæ Græcæ, quæ præfatum modum adhibet, quin unquam fuerit reprobatus. — Ratio est quia quaelibet unctio cum forma sua suum habet valorem proprium; omnibus autem, etiam a diversis sacerdotibus peractis, unum constituitur sacramentum.

3) Attamen in Ecclesia Romana, *regulariter* extrema unctio ab *uno* tantum ministro debet ministrari, et quidem sub gravi, extra necessitatem.

Excipitur autem casus necessitatis, si videlicet infirmus praevideretur moriturus, priusquam unus sacerdos omnes unctiones perficere posset. Item, si sacerdos moreretur aut deficeret post incoeptas unctiones, alius valide et licite complere posset administrationem sacramenti, modo non adesset intervallum unius circiter quadrantis; si autem quadrans elapsus fuerit, repetendae sunt unctiones ne forte, propter interruptionem, deficiat unio moralis requisita.

981.(C) *Sacerdos non potest sibi ipsi, etiam in casu necessitatis, ministrare ex. unctionem.* Certum est.

Historice enim constat sacerdotes, morbo correptos, alios advocasse sacerdotes ad recipiendum ab eis hoc sacramentum, non autem sibi illud contulisse. Quare S. *C. de Prop. Fide,* 23 mart. 1844, declaravit " sacramentum extremæ unctionis etiam in casu necessitatis, absente nimirum alio presbytero, non posse missionarium aegrotantem *sibimetipsi* ministrare ".

(d) *Diaconi* non valide ministrant hoc sacramentum, quidquid in contrarium dixerit *Launoy;* nam, ex can. 938 : " Hoc sacramentum valide administrat omnis et solus sacerdos".

982. *Thesis IIa :* Ad licitam administrationem sacramenti, requiritur jurisdictio vel licentia; nam ad proprium pastorem pertinet oves proprias pascere, sive per se sive per alium.

Constat ex can. 938, § 2 : " Minister *ordinarius* est parochus loci in quo degit infirmus; in casu autem *necessitatis,* vel de licentia saltem rationabiliter præsumpta ejusdem parochi vel Ordinarii loci, alius quilibet sacerdos hoc sacramentum ministrare potest "[1].

1 De privilegio episcopum ungendi, et de privilegiis religiosorum idem dicendum ac de *viatico,* supra, n. 907.

Hinc (a) peccaret graviter sacerdos, qui sine consensu saltem præsumpto pastoris, extremam unctionem administraret; (b) in casu *necessitatis,* semper praesumitur consensus, quia parochus, si tunc obstaret, non esset rationabiliter invitus.

II. Quænam sunt officia ministri?

983.i° Quoad sacramentum ipsum. (A) Pastores aut alii curam animarum habentes, tenentur ex officio, sub gravi, ministrare extremam unctionem per se vel per alium subditis periculose ægrotantibus eamque *petentibus,* nisi excusentur gravi causa; immo si procrastinant, cum probabili periculo pro infirmo, peccant graviter. Patet ex dictis in *Tr. de Sacramentis in genere* (n. 426 sq.), ex can. 468 et præsertim can. 939 : " Minister ordinarius ex justitia tenetur hoc sacramentum per se ipse vel per alium administrare, et in casu necessitatis ex caritate quilibet sacerdos ".

(B) Tenentur pastores, juxta S. *Ligorium* (n. 729), etiam cum proprio vitæ periculo, hoc sacramentum ministrare infirmo qui versatur in mortali peccato et usu sensuum privatur : tunc enim absolutio data remanet dubia, cum ad ejus validitatem requiratur, juxta probabiliorem opinionem, attritio modo sensibili manifestata; tenentur igitur pastores saluti hujus ægrotantis providere alio seciuriori modo, nempe ministrando extremam unctionem, ad cujus efficacitatem sufficit attritio interna. *(Cod.,* c. 2182, 2185).

Nonnulli tamen theologi negant pastorem ad id teneri cum periculo vitæ, quia spes proximum salvandi in hoc casu certa non est, cum incertum sit num moribundus sit attritus *.

(C) Sacerdotes, qui *curam animarum non habent,* ex *caritate* sub gravi tenentur, deficiente parocho, extremam unctionem ministrare moribundo, qui verisimiliter est in peccato gravi, nec confessionem instituere potest, quia receptio hujus sacramenti moraliter necessaria est ad hujus moribundi salutem (can. 939).

984. 2° In administratione sacramenti. Ceremoniæ accurate serventur. (A) *Breviter describuntur'l,* (a) *Tres prcevia orationes* recitantur, in quibus pro infirmo postulantur æterna felicitas, serena lætitia, dæmonum effugatio, benedictio et protectio Christi ; posteaque, facta confessione generali, dicitur *Misereatur,* etc. (b) Unctiones fiunt modo supra descripto, n. 960. (c) Tan-

I Ballerini, *Opus Morale,* n. 45 ; Génicot, n. 421.
* A. Villien, *12Ex. Onction,* in *Rev. du Cl.fr.,* t LXX, 1912, p 641-667.

dem tres recitantur orationes, in quibus Deus rogatur ut effectus sacramenti plene producantur.

(B) *Obligatio eas servandi,* (a) Omittere *omnes* orationes in Rituali præscriptas, ante et post unctiones, esset peccatum mortale, extra casum necessitatis, quia materia gravis est.

(b) Idem dicendum est regulariter loquendo-de actu ministrandi sine vestibus sacris, nempe superpelliceo et stola.

(c) Veniale est sacramentum ministrare sine lumine, aut sine ministro; justa tamen causa excusat. Nunquam mulier adhibenda est ad officium ministri, et si minister desit, sacerdos ipse orationibus respondeat.

985. 30 Quoad visitationem infirmorum ». (A) *Obligatio.* Parochi aliique curam animarum habentes, sub gravi tenentur visitare infirmos periculose ægrotantes, etiam post administrationem sacramentorum, et agonizantes juvare, si commode fieri possit, eisque impertiri benedictionem apostolicam cum indulgentia plenaria in articulo mortis.

Constat ex *Rit. Rom.*t ubi de visitatione infirmorum et c.\ can. 468 : " Sedula cura et effusa caritate debet parochus in sua paroecia, maxime *vero morti proximos, adjuvare,* eos sollicite sacramentis reficiendo eorumque animas Deo commendando. — § 2. Parocho aliive sacerdoti qui infirmis assistat, facultas est eis concedendi *benedictionem apostolicam* cum indulgentia plenaria in articulo mortis... quam benedictionem impertiri ne omittat

Ratio est quia salus æterna animarum pendet ex modo quo ægroti ultimas difficultates et tentationes superant; jam vero pastor eos juvare maxime potest ac debet tum consiliis tum precibus, tum ipsis largiendo ultimam absolutionem.

(B) Modus visitandi infirmos describitur a *Rit. Rom.* (a) Non exspectabit parochus ut vocetur, sed ultro accedet, statim ac noverit unum e suis subditis esse ægrotum; et hortabitur parochianos ut ipsum admoneant statim ac quis infirmatur.

(b) Non semel, sed iterum infirmum visitabit, prout expediens judicaverit, præsertim pauperes eisque pro modulo suo eleemosynas erogabit.

' S. Alphonsus, *Praxis Confess.*, cap. ult., Bievis praxis assistendi infirmis; Capelmann, *Medic, pastoralis,* p. 210 sq.; W. Stang, *Pastoral Theolo&y,* § 37-

(c) Ægrotos autem visitans, modestiam, honestatem et gravitatem servabit ut amoveantur non solum pericula, sed etiam suspiciones

(d) Cum prudentia et caritate sacramenta proponet, seduioque monebit infirmos extremam unctionem, nedum sit mortis impendentis augurium, ad sanitatem corporalem multum conferre.

(e) Paratus erit ægrotos ad patientiam hortari, præsertim per exemplum Christi et Sanctorum, eosque munire contra tentationes tunc temporis urgentes.

l “ Ægrotos visitans, ea, qua sacerdotes Dei decet, baneslate et gravitate se habeat, præsertim cum feminis, iis præcipue quæ canonicam ætatem necdum attigerunt ; infirmæ sc. cubiculum, nisi illa præmonita, non ingrediatur; sine necessitate non sit solus cum sola, et dum eam consolatur eive commiseratio-nem testatur, abstineat ab omni sermone, vel etiam verbo, quod ab aliis audiri nollet. Honestas tamen et gravitas, præcipue in prima visitatione, caritati, urbanitati et affabilitati chrîstianæ conjunctæ esse debent ut sacerdos animum infirmi lucretur, faciliorcmquc ad eum accessum habeat’’. (Λ7Λ 2uwz<i/z.)

DE ORDINE

Auctores consulendi.

Patres antiqui nonnisi obiter de Ordinis sacramento disputarunt, inter quos S. Gregorius Naz.', *Orat.* II; S. Gregorius Nys. *In suam ordinationem;* S. Joannes Chrysost., *De sacerdotio* S. Innocentius I. *Ep.* II et III. * *Saculo* Γascribi potest Liber *De Ecclesiastica Hierarchia* 4, sub nomine Dionysii Areopagitae vulgatus. *Sac. VI,* S. Gregorius M., *Regula pastoralis. Sac. IX.* Hincmarus, *De officiis Episcoporum;* Rab. Maurus, *Si liceat chorepiscopis presbyteros et diaconos ordinare de consensu episcopi sui.*

Inter **Theologos** : S. Thomas Aq., *Supplem.,* q. 34-40, aliique theologi qui de Sacramentis scripserunt ; Philibertus Marchini, Barnabita, *De sacramento Ordinis et sacrif. Missa,* Lugduni, 1638; A. Bernal, S. J., *De Sacramentis in genere et de Euchar. et Ordine in particulari,* Lugduni, 1651; Dom Gravina, O. P., *Pro sacrosancto Ordinis sacram, vindicia orthodoxa,* Neapoli, 1634; J. Morinus, *Comment, historicus ac dogmaticus de sacris Ordinationibus,* Paris, 1655; Rallier, *De Sacris Electionibus,* 1636 (ap. *Migne,* Theol. Curs., t. XXIV) ; Leo Allatius, *De atate et interstitiis in collatione Ordinis etiam ap. Gracos servandis,* Romæ, 1638; Oberndorfer, *De Sacram. Ordinis, 1759·,* J. Pons, S. J., *Dissertatio historico-dogmatica de materia et forma sacra Ordinationis,* Bononiæ, 1775; Berioli, *De sacram. Ordinis,* Castelli, 1787; Furtner, *Das Verhaltnis der Bischofsweihe zum heiligen Sakramente des Ordo,* 1861 ; Kurz, *Der Episkopat, der hochste vom Pre<^-byterat verschiedene Ordo,* 1877; Schulte-Plassman, *Der Episkopat, ein vom Presbyterat verschiedene selbstandiger sakramentaler Ordo,* 1883 ; P. Gasparri, *Tr. canonicus de Sacra Ordinatione,* Paris, 1894 ; S. Many, *Pralectiones de Sacra Ordinatione,* Paris, 1905; Saltet, *Les réordinations,* 1907; Card. Van Rossum, *De essentia sacramenti Ordinis disquisitio historico-theologica,* 1914; J. Tixeront, *DOrdre et les Ordinations,* Paris, 1925.

Inter **Protestantes** : Wordsworth, *The Christian Ministry,* London, 1872; Dickinson, *Defence of Presbyterian Ordination;* Ch. Hodge, *Discussions in Church Polity,* New York, 1878;

' *P. G.,* XXXV, 407. — ' *P. G.,* XLV, 543.
3 *P. G.,* XLVHI, 623. — ‹ *P. G.,* I, 369.

Kraussold, *Amt u. Gemeinde,* 1858; Ahrens, *Das Amt der Schlussel,* 1864; Lichtenberger, *op. cit.,* t. XI, p. 374 ed. 1881; Behm, *Die tfandat<jlegung im Urchrislentum,* 1911.

EX DECRETO AD Ar MENOS '.

Sextum sacramentum est Ordinis, cujus materia est illud, per cujus traditionem confertur Ordo ; sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, et patenæ cum pane porrectionem. Diaconatus vero per libri Evangeliorum dationem. Subdiaconatus vero per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem j et similiter de aliis, per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem. Forma sacerdotii talis est : Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro vivis et mortuis, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Et sic de aliorum ordinum formis, prout in Pontificali Romano late continetur. Ordinarius minister hujus sacramenti est Episcopus. Effectus, augmentum gratiæ, ut quis sit idoneus minister.

iZ

Tridentini Decreta et Canones de sacramento Ordinis.

Γ.Η

(Sess. XXIII, 15 jul. I563)'

CAP. L De institutione Sacerdotii novæ legis.

Sacrificium et sacerdotium ita Dei ordinatione conjuncta sunt, ut utrumque in omni lege exstiterit Cum igitur in novo Testamento sanctum Eucharîstiæ sacrificium visibile ex Dei institutione catholica Ecclesia acceperit ; fateri etiam oportet, in ea novum esse visibile et externum Sacerdotium, in quod vetus translatum est. Hoc autem ab eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorumque successoribus in Sacerdotio, potestatem traditam consecrandi, offerendi, et ministrandi corpus et sanguinem ejus, necnon et peccata dimittendi et retinendi, sacræ litteræ ostendunt, et catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit.

e.

CAP. 2. De septem Ordinibus.

Cum autem divina res sit tam sancti Sacerdotii ministerium, consentaneum fuit, quo dignius, et majori cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesia ordinatissima dispositione plures et diversi essent ministrorum Ordines, qui Sacerdotio ex officio deservirent, ita distributi, ut, qui jam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad majores ascenderent Nam non solum de Sacerdotibus, sed et de Diaconis sacræ litteræ apertam mentionem faciunt, et

l D. B., *701.* — * D. B., 957-968. — Patrum Tridentini de his canonibus discussiones refert A. Theiner, *op. cit.,* L II, p. 153 sq.

quæ maxime in illorum ordinatione attendenda sunt gravissimis verbis docent; et ab ipso Ecclesiæ initio sequentium Ordinum nomina, atque uniuscujusque eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Acolythi, Exorcistae, Lectoris, et Ostiarii, in usu fuisse cognoscuntur, quamvis non pari gradu. Nam Subdiaconatus ad majores Ordines a Patribus et sacris Conciliis refertur, in quibus et de aliis inferioribus frequentissime legimus.

CAP. 3. Ordinem vere esse sacramentum.

Cum Scripturæ testimonio, Apostolica traditione, et Patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, quæ verbis, et signis exterioribus perficitur, gratiam conferri; dubitare nemo debet, Ordinem esse vere et proprie unum ex septem sanctæ Ecclesiæ sacramentis; inquit enim Apostolus : Admoneo tefut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum; non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, et dilectionis, et sobrietatis " '.

CAP. 4. De ecclesiastica hierarchia et ordinatione.

Quoniam vero in sacramento Ordinis, sicut et in Baptismo, et Confirmatione, character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri potest : merito sancta Synodus damnat eorum sententiam qui asserunt novi Testamenti Sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habere, et semel rite ordinatos, iterum laicos effici posse, si verbi Dei ministerium non exerceant. Quod si quis omnes Christianos promiscue novi Testamenti Sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali praeditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quam ecclesiasticam hierarchiam, quæ est ut castrorum acies ordinata, confundere : perinde ac si contra B. Pauli doctrinam omnes Apostoli, omnes Prophetae, omnes Evangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Doctores. Proinde sacrosancta Synodus declarat, praeter ceteros ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipue pertinere, " et positos ", sicut idem Apostolus ait, " a Spiritu Sancto, regere Ecclesiam Dei " : eosque Presbyteris superiores esse, ac sacramentum Confirmationis conferre, ministros Ecclesiæ ordinare, atque alia pleraque peragere ipsos posse : quarum functionum potestatem reliqui inferioris Ordinis nullam habent.

Docet insuper sacrosancta Synodus, in ordinatione Episcoporum, Sacerdotum, et ceterorum Ordinum, nec populi, nec cujusvis secularis potestatis, et magistratus consensum, sive vocationem, sive auctoritatem ita requiri, ut sine ea irrita sit ordinatio : quin potius

i Ii

III Tim.t I, 6-7.

&

decernit eos, qui tantummodo a populo, aut seculari potestate, ac magistratu vocati et instituti, ad hæc ministeria exercenda ascendunt, et qui ea propria temeritate sibi sumunt, omnes non Ecclesiæ ministros, sed fure3 et latrones, per ostium non ingressos, habendos esse.

Hæc sunt, quæ generatim sacrae Synodo visum est Christi fideles de sacramento Ordinis docere. His autem contraria, certis, et propriis canonibus in hunc, qui sequitur, modum damnare constituit : ut omnes, adjuvante Christo, fidei regula utentes, in tot errorum tenebris catholicam veritatem facilius agnoscere et tenere possint

Can. i. Si quis dixerit, non esse in novo Testamento Sacerdotium visibile, et externum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi, et offerendi verum corpus et sanguinem Domini, et peccata remittendi et retinendi ; sed officium tantum et nudum ministerium prædicandi Evangelium, vel eos, qui non praedicant, prorsus non esse Sacerdotes ; A. S.

Can. 2. Si quis dixerit, praeter Sacerdotium, non esse in Ecclesia catholica alios Ordines, et majores, et minores, per quos, velut per gradus quosdam, in Sacerdotium tendatur; A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, Ordinem, sive sacram Ordinationem non esse vere et proprie sacramentum, a Christo Domino institutum, vel esse figmentum quoddam humanum excogitatum a viris rerum ecclesiasticarum imperitis, aut esse tantum ritum quemdam eligendi ministros verbi Dei et sacramentorum ; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frustra episcopos dicere : " Accipe Spiritum Sanctum aut per eam non imprimi characterem; vel eum, qui sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse; A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, sacram Unctionem, qua Ecclesia in sancta Ordinatione utitur, non tantum non requiri, sed contemnendam, et perniciosam esse; similiter et alias Ordinis ceremonias; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, in Ecclesia catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, et Ministris; A. S.

Can. 7. Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, et ordinandi ; vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem; vel Ordines ab ipsis collates sine populi vel potestatis secularis consensu, aut vocatione, irritos esse, aut eos, qui nec ab ecclesiastica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi et sacramentorum ministros; A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos, et vere episcopos, sed figmentum humanum : A. S.

Decretum *Lamentabili :* " Seniores, qui in Christianorum coetibus invigilandi munere fungebantur, instituti sunt ab Apostolis presbyteri aut episcopi ad providendum necessariæ crescentium communitatum ordinationi, non proprie ad perpetuandam missionem et potestatem Apostolicam ". (prop. 50). D. B., 2050.

Codicis can. 948-1011, de Ordine agentes, suo loco allegabuntur.

Praenotanda.

986. Sacramentis sanctificationem *individui* respicientibus ea succedunt quæ *communitatem* respiciunt, nempe *Ordo,* quo sanctificantur qui aliis præsunt in rebus spiritualibus, et *Matrimonium* quo sanctificantur conjuges in ordine ad generationem et educationem prolis. Hic de priore agitur.

i° *Prænotiones.* (A) *Ordo etymologice* designat rerum aut hominum quamdam aptam dispositionem.

Quoad *rem,* duo z« *genere* significat : i) dispositionem superiorum et inferiorum rerum, quæ inter se ita coordinantur ut una ad alteram referatur ; 2) aliquem gradum vel dignitatem aut coetum hominum qui hac dignitate ornantur.

Optime igitur vox illa prædicatur : (a) de *sacra hierarchia,* quæ ex variis gradibus constat ad unum finem tendentibus, sanctificationem scilicet animarum ; (b) *de potestate* cultum exercendi et animas sanctificandi; (c) de *ritu* quo confertur hæc potestas, nempe de *ordinatione.*

Proprie loquendo, *ordinatio* est *actus transiens* seu ritus exterior quo confertur ordo seu aliquis gradus hierarchiæ ecclesiasticæ.

Ordo est gradus seu *dignitas* ex se *permanens* ex ipsa ordinatione resultans. Frequenter tamen hæc duo vocabula promiscue sumuntur; et sæpe designant *sacramentum ordinis*

(B) *Ordo* igitur, quatenus idem sonat ac *ordinatio,* est *sacramentum N. Legis, quo spiritualis traditur potestas et confertur gratia ad conficiendam eucharistiam, aliaque ecclesiastica munia rite obeunda.*

Quibus verbis indicatur per hoc sacramentum : (a) non solum conferri gratiam, sed etiam potestatem activam aliquid spirituale

peragendi; (b) præcipue ad confectionem eucharistiæ; (c) secundarie autem ad alia sacramenta ministranda vel munia sacra rite obeunda.

20 *Divisio.* Praetermittendo quæstiones canonicas quæ ordinationes respiciunt, breviter disseremus : i° de Ordinis sacramento *in genere;* 3° de singulis ordinibus *in specie.*

CAPUT L

DE ORDINE IN GENERE.

987. Status quæstionis. (A) *Errores.* Existentiam Ordinis ut sacramenti Protestantes generatim negant, si Ritualistæ excipiantur.

(a) Protestantes *veteres* asserebant omnes Christianos, inter se perfecte aequales, esse sacerdotes, sed, ob bonum pacis, quosdam seligendos esse qui, impositione manuum (quæ non est verum sacramentum) a senioribus accepta, *soli* munia ecclesiastica exercerent

(b) Hodie vero : i) *Presbyteriani* et *Baptiste* negant distinctionem esse inter episcopos et presbyteros, tenentque presbyteros esse ministros verbi, et ecclesiarum rectores nullo autem speciali charactere indutos; 2) *Anglicani* fatentur quidem ordinationem nonnisi per episcopos valide conferri posse, sed negant per eam dari gratiam; 3) *Liberales* et *Moderniste,* existimantes Christum non instituisse Ecclesiam, contendunt hierarchiam esse institutionem *mere ecclesiasticam,* primum quidem electos esse quosdam *seniores* seu presbyteros qui ccetibus religiosis præessent, postea vero inter eos unum agnitum esse, *episcopum* scilicet, qui presbyteros et fideles regeret

(B) *Doctrina catholica* ita contrahitur ex *Tridentino* (sess. XXIII) : (a) in Novo Testamento invenitur sacerdotium visibile et externum, a Christo in ultima coena institutum, præter quod aliique sunt ordines, majores et mino-

’ Ita A. Sabatier ;* *Les Religions d'autorité,* p. 130 sq. ; A. Loisy ;* *Autour d'un petit livre,* p. 252 sq. — Quorum errores damnatos invenies in decreto *Lamentabili,* prop. 45, 49; D. B., nn. 2045, 2049 = ‘‘Seniores, qui in Christianorum ccetibus invigilandi munere fungebantur, instituti sunt ab Apostolis presbyteri aut episcopi ad providendum necessariæ crescentium communitatum ordinationi, non proprie ad perpetuandam missionem et potestatem Apostolicain”. (Prop. 50, D. B., 2050.)

res, per quos in sacerdotium tendatur (cap. i, 2; can. 1, 2); (b) sacra ordinatio est vere sacramentum a Domino institutum, per quod Spiritus Sanctus seu *gratia* confertur, et *character* imprimitur (cap. 3, 4; can. 3 et 4); (e) episcopi presbyteris superiores sunt et habent potestatem confirmandi et ordinandi (cap. 4, can. 7).

(C) *Divisio.* Dicemus itaque :

i° de *existentia sacramenti* ordinis;
2° de ejus *essentia;*
30 de ejus *effectibus;*
40 de ejus *subjecto;*
5° de ejus *ministro.*

(D) *Utilitas et momentum :* (a) *Utilitas* tractatus ex ejus *objecto* desumitur : maximi siquidem interest rectam tradere doctrinam de ordine, ut *fideles* dignitatem sacerdotum agnoscant et revereantur; ut et ipsi sacerdotes, propriæ dignitatis memores, sanctitatem et virtutes Christi, summi sacerdotis, imitentur.

(b) *Præstantia* autem infertur non solum ex *natura,* sed etiam ex *effectibus* hujus sacramenti, quod potestatem sublimem gratiamque ad eam rite exercendam confert, et est veluti fundamentum totius Ecclesiæ inquantum sacram hierarchiam constituit ac perenniter perpetuat.

Art. I. De existentia sacramenti Ordinis \

Duo probanda : i° *ordo est sacramentum;* 2° *numerus* et *sacramentalitas* ordinum.

§ I. Ordo est vere sacramentum.

988. *Thesis :* Ordo seu sacra Ordinatio est vere et proprie sacramentum a Christo Domino institutum.

De fide est ex *Tridentino*[3] : "Si quis dixerit Ordinem, sive sacram Ordinationem, non esse vere et proprie sacramentum, a Christo Domino institutum, vel esse figmentum

[1] S. Thom., *Suppi.,* q. 34, a. 1, 3; ejusque commentatores; Hallier, *De sacris electionibus,* Prolegom., c. 2-3; part. II, sect. 2, c. i ; Petavius, *De eccles. hierarchia,* l. III, c. 1-8; Drouin, *De sacram. Ordinis,* q. i; S. Bellarminus, *De sacram. Ordinis,* c. 1-4; Toumely, q. I et II; Perrone, n. 6 sq.; Pesch, n. 570-576; J. Tixeront, *DOrdre,* p. 27-52; Pourrai, *Doctrine de l'icole française sur le sacerdoce,* Paris. — [2] Sess. XXIII, can. 3, D. B., 963.

quoddam humanum excogitatum a viris rerum ecclesiasticarum imperitis, aut esse tantum ritum quemdam eligendi ministros verbi Dei et sacramentorum, A. S. ”

989. i° Script. Duo ostendemus : i) *visibile sacerdotium* a Christo fuisse institutum; 2) ritum, quo confertur sacerdotium, esse *vere sacramentum.*

(A) Christus instituit *visibile sacerdotium,* quod non competit omnibus fidelibus, sed iis solis qui rite electi et ordinati sunt. Etenim : (a) *Apostoli,* qui, post Christum, primi fuerunt N. Legis sacerdotes, speciatim *electi* et *consecrati* sunt ad spiritualia munera obeunda.

1) Christus enim primum quosdam discipulos ad se vocavit, inter quos Andream et Joannem, Petrum, Philippum, Nathanael[1]; quibus deinde commisit speciale munus homines sanctificandi : ‘‘Venite post me, et faciam vos fieri *piscatores hominum* ; paulo post, cum pemoctasset in oratione Dei, “ vocavit discipulos suos, et *elegit duodecim ex ipsis* quos et *Apostolos* nominavit ”[3]. Hos specialiter instruxit, lucide exponens parabolas quas turba non intelligebat eos postea misit praedicare regnum Dei filiis Israel, varia monita eis tradendo pro praedicatione sive praesenti sive futura. Eisdem conferre promisit potestatem docendi et regendi fideles. Hinc, in ultima coena, Apostolos suos alloquens, aperte dixit[3] : “ *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos,* et posui vos ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat

2) Christus etiam *speciali modo* eos *deputavit* et *consecravit* ad munia spiritualia exercenda. Nam eis, et quidem solis, eorumque successoribus data fuit potestas corpus et sanguinem Domini consecrandi, his verbis :[6] “ Hoc facite in meam commemorationem iis postea collata fuit potestas peccata remittendi : siquidem Christus in ipsos insufflavit, et dixit eis *t* : “ Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis eisdem traditum est munus veritates revelatas docendi, subditos in Ecclesiam per baptismum recipiendi, legesque divinas execution! mandandi : ‘‘Euntes ergo *docete* omnes gentes, baptizantes eos... docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis ”[8].

990. (b) Sacerdotium autem, sicut et sacrificium Novæ Legis, *perpetuum* esse debebat; ideoque Apostoli *succès-*

[1] *Joan.,* I, 35.50. — [2] *Matth.,* IV, 19; *Afarc.,* I, 16-20.
[3] *Luc.,* VI, 13; *Alatth.,* X, 2-4. — [4] *Afatlh.,* XIII, 10; *Luc.,* VIII, 10.
[5] *Joan.,* XV, 16. — [6] *Luc.,* XXII, 19. — [7] *Joan.,* XX, 22.
[8] *Maith.,* XXVIII, 18-20.

sores in ministerio instituerunt, et deputarunt *ritu quodam externo et visibili,* nempe *impositione manuum*[1] ut a ceteris fidelibus discernerentur.

Ita S. Paulus, cum redibat per civitates quibus evangelium praedicaverat, constituebat " illis per singulas ecclesias presbyteros " quorum munus erat " regere Ecclesiam Dei " [3], dispensare mysteria Dei[4] et offerre, nomine totius populi, dona et sacrificia pro peccatis[5]. Insuper supremam potestatem, quam retinet in ecclesiis a se fundatis, aliquando exercet per *delegatos* (Timotheum, Titum, Silam), qui ecclesias visitant, leges ferunt, reos judicant, aliosque ministros per *impositionem manuum* instituunt[6], ut, mortuis apostolis, sacerdotium sit perpetuum.

991. (B) Ritus autem quo potestas sacerdotalis conferebatur, erat *vere et proprie sacramentum.* Constat præsertim ex his Apostoli verbis, quibus utitur *Tridentinum*[7] : " Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam [8], cum impositione manuum presbyterii. Admoneo te ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum ; non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, et dilectionis et sobrietatis "[9]. Jamvero hic invenire est tria elementa ad sacramentum necessaria :

(a) *Signum sensibile,* scilicet *impositionem manuum,* et *orationem* quæ eam comitatur [10].

(b) *Productivum gratiæ,* cum aperte declaretur per hanc impositionem gratiam conferri : " *Gratiam Dei* quæ est in te per impositionem manuum mearum

Nec dicatur, cum Protestantibus, græcam vocem hic adhibitam, χάρισμα, nihil aliud designare nisi gratiam gratis datam. Etenim : 1) hæc vox sæpe adhibetur ad significandam gratiam sanctificantem, ut constat ex *Rom.,* V, 15, ubi dicitur : " sed non sicut delictum ita et donum (χάρισμα) 2) hic autem certo adhibetur in præfato sensu; nam Apostolus statim addit per hanc gratiam nobis

[1] *Act.*. VI, 6; XIII, 3; XIV, 22; *I Tim.*. IV, 14 ; ZZ *Tim,*. I, 6.
[2] *Act.*. XIV, 22. — [3] *Act.*. XX, 28. — [4] Z *Cor.*. IV, 1. — [5] *Hebr.*. V, 1.
[6] *I Thess.*. III, 2; Z *Cor.*. IV, 17 ; *I Tim.*. III, 1-12 ; V, 19-22; *Tit.*. I, 5-9,
[7] Sess. XXIII, cap. 3, D. B., 959.
[8] " *Per prophetiam* " significat secundum vel propter divinum de te prolatum oraculum (Cf. Corluy, *Spicileg.* t. II, p. 462).
[9] Z *Tim.*. IV, 14; ZZ *Tim.*. I, 6-7.
[10] *Act.*. XIII, 2, 3; XIV, 22; *I Tim.*. IV, 14; ZZ *Tim.*. I, 6, 7.

dari "spiritum virtutis, dilectionis, et sobrietatis" : quæ quidem omnia gratiam sanctificantem comitantur; 3) insuper agitur de gratia quæ negligi et iterum excitari potest, dum gratia gratis data neque remissionem neque augmentum patitur.

Addi autem potest hoc vocabulum merito fuisse selectum, quia ordinatione confertur tum gratia gratum faciens, tum gratia gratis data, nempe potestas sacerdotalis.

(C) *A Christo institutum;* Ipse enim solus gratiam adnectere potest signo sensibili. Et revera Christus, qui jam Apostolos segregaverat et speciali modo educaverat, eisdem potestatem et gratiam consecrandi contulit in ultima cœna, dum dixit : " Hoc facite in meam commemorationem "; et post Resurrectionem potestatem gratiamque dimittendi peccata : " Quorum remiseritis, etc. "

Hanc vero institutionem esse *permanentem* constat 1) ex fine hujus institutionis, qui in eo situs est ut consecret ministros sacrificii et sacramentorum, quæ, cum ipsa Ecclèsia, usque in finem mundi perdurare debent; 2) ex Apostolorum agendi ratione, qui tum diaconos tum presbyteros ordinaverunt1; et insuper discipulis suis facultatem alios ordinandi reliquerunt2; 3) et ex *praxi Ecclesiæ,* cum historia constet S. Pontifices et Episcopos eadem facultate indesinenter usos fuisse.

992. Objiciunt Novatores 3 de *omnibus Christianis* dictum fuisse : "Vos autem genus electum, *regale sacerdotium";** "Fecit nos regnum et sacerdotes Deo et Patri suo " 5.

Resp. Praefata verba nonnisi de *sacerdotio improprie dicto* intelligi possunt;nam fideles in hoc *textu* vocantur *reges,* " regale sacerdotium "; atqui, juxta omnes, sunt reges solum lato sensu; ergo pariter sunt sacerdotes improprie dicti; quod confirmatur ex *contextu,* nam dicuntur offerre *spirituales hostias,* id est, sacrificia improprie dicta, videlicet cor contritum et humiliatum, bona opera, etc.; ergo non sunt sacerdotes proprio sensu; ex *locis parallelis,* nam, populus israeliticus vocatur *regnum sacerdotale*6, sed certe lato sensu, nam omnibus notum est discrimen divinitus fuisse statutum inter levitas et reliquum populum.

l Act.. VI, 6; XIV, 22.

1 Quorum argumenta fuse exponit E, Hatch *, *The organization of the early chrùtian Church5,* Oxford, 1895; atque confutat J. Tixeront, 1. cit.

3 I Tim.. V, 22. — 4 *I Petr.*. II, 9. — 5 *Afoe.,* 1, 6.

•ÆW.,XIX» 6,

993. 2° Traditione. (A) *Ex Patribus* quorum unanimem consensum invocat *Tridentinumx.* (a) Jam Patres *apostolici* dicunt aut supponunt ordinem sacerdotalem seu sacram hierarchiam *a laicorum ordine jure divino distingui,* et tres esse ordines hierarchicos, nempe *episcopatum, presbyteratum* et *diaconatum.*

Ita auctor *Doctrina duodecim Apostolorum (Didachè),* postquam eucharistiæ celebrationem descripsit, hæc habet de episcopis et diaconis, ita innuens præcipuum eorum munus esse non solum prædicationem, sed et eucharistiæ celebrationem ' : " Constituite *igitur* vobis *episcopos et diaconos* dignos Domino, viros mansuetos et argenti non cupidos et veraces et probatos; vobis enim ministrant et ipsi ministerium prophetarum et doctorum ".

5. *Clemens Romanus,* Corinthios ad obedientiam presbyteris debitam revocans, declarat oblationes et officia sacra ab episcopo et sacerdotibus perfici, eisque honorem et obedientiam præstandum esse quia ab Apostolis constituti sunt, hi autem a Christo et a Deo 3.

5. *Ignatius* declarat sacra peragi ab " *episcopo* præsidente loco Dei, et *presbyteris* loco senatus apostolici, et diaconis... concreditum habentibus ministerium Jesu Christi"·».

Sæc. **III** ineunte, *Tertullianus* hæreticos reprobat qui laicis sacerdotalia munera injungunt 5: " Ordinationes eorum temerariae, leves, inconstantes : nunc neophytos collocant, nunc sæculo obstrictos, nunc apostatas nostros... hodie presbyter, qui cras laicus; nam et laicis sacerdotalia munera injungunt!" Alibi describit varia munera episcoporum, presbyterorum et diaconorum 6.

Ratio hujus discriminis est, juxta Patres, quia sacerdotes non solum jure divino laicis praesunt, sed etiam quia, vi ordinis, specialem potestatem acceperunt, præsertim potestatem sacram eucharistiam consecrandi 7, et peccata remittendi.

994. (b) *Sæc. IVe et V°,* diserte asseritur *impositione manuum conferri* non solum *potestatem consecrandi* et *peccata remittendi,* sed et *gratiam* ad hæc officia implenda.

* Sess. XXIII, de sacr. ordinis, cap. I, D. B., 957·

3 *Didache.* 14-15, ap. Funk, *Patres Apostolici.* I, 33-34.

3 I *Cor.*. XL, 1-5 ; XLII, 1-4; XLIV, 1.3.

4 *Magnts.*. VI, I ; Journel, 44. — 5 *Deprescription.*. 41 ; Journel, 300.

6 A. d'Alès, *La Thiol, de Tertullien.* p. 219. — Tertullianus, *montanista* factus, falso docuit differentiam inter sacerdotes et laicos Ecclesiæ auctoritate institutam esse : volebat enim probare laicis, utpote sacerdotibus, non licere secandas inire nuptias. — 1 Quod probatum est in *Tr. de Eucharistia,* n. 710.

Ita i) inter *Gracos, S. Basilius*[3] docet per impositionem manuum donum spirituale haberi; 5. *Gregorius Nyss.* declarat invisibili quadam vi et gratia invisibilem animam sacerdotum in melius transformari ». " Eadem verbis vis etiam sacerdotem augustum et honorandum facit, novitate benedictionis a communitate vulgi segregatum... Quod ad speciem externam attinet, ille sit qui erat, invisibili quadam vi et gratia invisibilem animam in melius transformatam gerens ". — 5. *Ckrysostomus* exponit quanto honore Deus sacerdotes ornaverit, præcipue eis conferendo potestatem missam celebrandi, et exinde infert eos non posse sine speciali gratia munus suum exercere : "An ignoras humanam animam ignem sacrificii hujusmodi nunquam gustare potuisse, sed omnes funditus perituros fuisse, nisi magnum adesset gratiæ Dei auxilium " 3. Quare eos hortatur ne hanc gratiam exstinguant [4] — 5. *Cyrillus Alex,* declarat Christum sacerdotes perficere "per veram sanctificationem, suæ naturæ participes communicatione Spiritus efficiens " 5.

2) Inter *Latinos, S. Innocentius I* aperte docet in ordinatione conferri *plenitudinem Spiritus Sancti* ideoque gratiam. — 5. *Augustinus,* baptismum et ordinem comparans, affirmat utrumque esse sacramentum, et quidem indelebile [1] : "Utrumque sacramentum est et quadam consecratione datur; illud, cum baptizatur, istud, cum ordinatur, ideoque in catholica utrumque non licet iterari — Quanta autem sit gratia in ordinatione recepta, exponit 5. *Gregorius M.* Virtus vero sacramenti gratia est Spiritus septiformis. Quam certe gratiam qui accipiunt, quasi alio accepto corde immutantur, quia quos gratia sua Spiritus Sanctus roborat, eos facit esse protinus quod non erant "[8].

995. (B) *Ex universali Ecclesiæ praxi,* qualis in *libris liturgicis* consignatur, etiam antiquissimis, utriusque Ecclesiæ græcæ et latinæ : ibi enim inveniuntur *ritus* et *preces* quibus confertur tum *potestas* tum *gratia* tribus hierarchicis ordinibus respondens [9].

(a) In ordinatione *episcoporum,* jam sæc. IV[0], hæc oratio recita-

[1] Epist. 188 ad Amphil., can. I, *P. G.,* XXXII, 668; Journel, 919.
[2] *Oral, in Baft. Christi, P. G.,* XLV1, 581 ; Journel, 1062.
[3] *De sacerdotio,* lib. III, η. IV, *P. G.,* L. 432.
[4] *Hornil. I in ef. II ad Tim.,* n. 2, *P. G.,* LXII, 603.
[5] *In Joan.,* XX, 22, 23, *P. G.,* LXXIV, 71 x.
[4] *Efist.,* XXIV, Ad Alex., n. 4, *P. L.,* XX, 550.
[7] *Coni. efist. Parnieniani,* L II, c. 13, n. 28, *P. L.,* XLIII, 70$ Journel, 1617.
[•] *In I Reg.,* l. IV, c. 5, n. 23; *P. L.,* LXXIX, 299.
[*] J. Tixeront, *of. cit.,* p. 103-174.

batur ‘ “ Da illi, Domine omnipotens, per Christum tuum participationem Sancti Spiritus, ut habeat potestatem remittendi peccata secundum mandatum tuum, dandi ordines juxta præceptum tuum, et solvendi omne vinculum secundum potestatem quam tribuisti apostolis ”. — Secundum recentiora euchologia, pontifex manum imponit super caput electi, longam profert orationem, in qua gratiam Spiritus Sancti postulat, ut electus episcopatu digne fungatur[2].

(b) Quoad ordinationem *presbyterorum,* res ita se habet apud *Gracos*^Episcopus dextram manum imponit capiti ordinandi ad presbyteratum, ait : “ Divina gratia, quæ semper infirma curat, et ea quæ desunt adimplet, promovet N. devotissimum diaconum in presbyterum : oremus pro eo ut veniat super eum sanctissimi Spiritus gratia”. Postea precatur ut ingentem etiam hanc gratiam Sancti Spiritus recipiat et magno hoc sacerdotali honore dignum se exhibeat, posteaque prosequitur : “ Domine, etiam et istum quem tibi presbyteri gradum subire complacuit, dono Sancti tui Spiritus adimple, ut inculpate sancto tuo altari assistere dignus fiat, regni tui evangelium annuntiare, veritatis tuæ verbum sanctificare, dona et hostias spirituales, populumque tuum per lavacrum regenerationis innovare ”. — Similia inveniuntur in euchologiis aliorum Orientalium [*]

(c) *Ex conciliis,* v. g., *Chalcedonensi* (351), *Aurelianensi* ^536) quæ docent gratiam conferri ab ordinatione, quæ proinde verum est sacramentum; præsertim *Florentinos* : “Sextum sacramentum est ordinis”; *Tridentino*^ .-“Dubitare nemo debet Ordinem esse vere et proprie unum ex septem Ecclesiæ sacramentis

996. 30 Ratione suadetur. Ad divinam providentiam pertinet ut in societate ecclesiastica spirituales adsint duces, qui populum christianum regant : hæc est enim lex omnibus imposita ut inferiora per superiora ad Deum reducantur. Atqui convenit ut præfati duces ritu sacro et gratiæ productivo ad id deputentur : (a) si enim ritus, quo homines filii Dei et membra Ecclesiæ fiunt, est sacramentum, ita sacramentum esse decet ritum quo quidam, inter fideles, duces militum Christi efficiuntur, fideique doctores, et sacra-

[*] *Constit. Apostolorum,* l. VIII, c. 5, η. 7 ; Journel, 1234·

• Goar, p. 251. — 3 Goar, *Euchologion,* Venetiis, 1730, p. 242 sq.

4 Schelstrate, *Acta orient, eccles.,* I, 201, 274 sq.; Denzinger, *Rit. orientat.,* I, 129.

s D. B., 701. —4 D. B., 959.

mentorum ministri [1]; (b) cum homo propriis viribus non valeat digne mysteria Dei dispensare, omnino decet Deum, eo ipso actu quo hoc munus confert, concedere gratiam ad hoc rite implendum necessariam; (c) cum particeps fiat sacerdotii Christi, divinæ Providentiæ consentaneum est ut ritu sacramentali particeps reddatur sanctitatis cujus Christus possidet plenitudinem.

997- Notandum. De tempore quo sacramentum ordinis institutum est *nil certi* habetur. Juxta communiorem sententiam, institutum esse ridetur in *ultima cana,* quando Christus Apostolis contulit potestatem eucharistiam consecrandi; cui potestati, post resurrectionem, addidit potestatem peccata remittendi, docendi et regendi.

§ II. De numero et sacramentalitate ordinum.

1. De numero ordinum.

i° De septem ordinibus in ecclesia latina.

998. (A) *Tridentinum* commemorat *septem ordines :* " Nam non solum de *sacerdotibus,* sed et de *diaconis* sacrae litteræ apertam mentionem faciunt... et ab ipso Ecclesiæ initio sequentium ordinum nomina, atque uniuscujusque eorum propria ministeria, *subdiaconi* scilicet, *acolythi, exorcista, lectoris,* et *ostiarii* in usu fuisse cognoscuntur, quamvis non pari gradu... "

(B) Hanc autem distinctionem esse *antiquissimam* constat ex *ep. S. Cornelii* (a. 251), in qua asseritur Romæ "*presbyteros* esse quadraginta sex, *diaconos* septem, *subdiaconos* septem, *acolythos* duos et quadraginta, *exorcistas* autem et *lectores* cum *ostiariis* quinquaginta duos " [3].

(C) S. *Thomas* hujus distinctionis rationem sic explicat : ordinis sacramentum ad *eucharistiam* praecipue ordinatur : atqui septem sunt praecipua officia circa eucharistiam :

[1] S. Thomas, *Supplent.* q. 34, a. 1.

[2] Sess. XXIII, de sacr. ordinis, cap. 2, D. B., 958.

[3] D. B., 45. — Attamen quidam *octo* ordines agnoscunt, quia episcopatum tanquam a presbyteratu distinctum existimant. Immo *canoni'sta* multi *novem* computabant, quia dicebant *tonsuram* esse ordinem, immerito tamen, cum hæc sit tantum præambulum ad ordines.

1) *sacerdos* Eucharistiam consecrat; 2) *diaconus* eam dispensat; 3) *subdiaconus* materiam sacramenti præparat in vasis sacris; 4) *acolythus* eamdem præparat in vasis non sacris; 5) *exorcista* purificat illos qui daemonibus vexati ab Eucharistiæ receptione impediuntur; 6) *lector* docet eos qui ab Eucharistiæ receptionem sese præparant; 7) *ostiarius* ab ecclesia, ubi eucharistia consecratur, arcet infideles».

N. B. In eccæsia *orientali, expresse* enumerari solent quatuor tantum ordines, nempe lectoratus, subdiaconatus, diaconatus, presbyteratus; sed exinde inferre non licet tres ordines omissos non existere. Nam acolythatus et ostiariatus simul cum subdiaconatu conferuntur, et exorcistatus cum lectoratu [1].

20 De ordinibus sacris et non sacris, majoribus et minoribus.

999. (A) Inter ordines, alii *sacri,* alii *non sacri* dicuntur. Omnes quidem *ex se* aliquid sacri habent; sed tres tantum, ait S. Thomas [3], proprie ut sacri habentur quatenus versantur *arca rem sacram,* scilicet *sacerdotium* et *diaconatus,* qui habent actum circa corpus et sanguinem Christi consecratum, et *subdiaconatus* qui habet actum circa vasa consecrata.

(B) Tres ordines sacri dicuntur *majores,* quia, secundum S. Doctorem [4], majora habent munia et majorem imponunt obligationem, scilicet continentiam.

Quam distinctionem sancivit *Codex,* c. 949 : "Nomine ordinum *majorum* vel *sacrorum* intelliguntur presbyteratus, diaconatus, subdiaconatus; *minorum* vero acolythatus, exorcistatus, lectoratus, ostiariatus".

1000. Etsi plures sint ordines, unum est tamen ordinis sacramentum. Nam, ut ait S. Thomas [5], "divisio ordinis non est totius integralis in suas partes, neque totius universalis, sed *totius potestativi :* cujus hæc est natura quod totum secundum completam rationem est in uno, in aliis autem est aliqua participatio ipsius. Et ita est hic : tota enim plenitudo sacramenti hujus est in uno ordine, scilicet sacerdotio, sed in aliis est quædam participatio ordinis... Et ideo omnes ordines sunt unum sacramentum".

[1] *Supplent.,* q. 37, a. 2.
[2] Benedict XIV, Const. *Etsipastoralis,* 26 maii 1742, § 7.
[3] *Suppletu.,* q. 37, a. 3. — [4] Ibid. — [5] *Suppl.,* q. 37, a. 1, ad 2.

II. De sacramentalitate horum ordinum[1].

Quæstio expenditur quoad *episcopatum* et *presbyteratum, diaconatum,* necnon *subdiaconatum et minores ordines.*

i° De episcopatu et presbyteratu.

1001. (A) De sacramentalitate episcopatus et presbyteratus. (a) *De fide est episcopatum et presbyteratum rationem habere sacramenti.* Constat ex *Tridentina* definitione 23[3]: "Si quis dixerit in Ecclesia catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex *episcopis, presbyteris* et ministris, A. S."

Ad quam definitionem intelligendam, hæc notamus. *Episcopatus* est *sacerdotium plenum,* conferens non solum potestatem consecrandi eucharistiam, sed etiam potestatem *confirmandi* et *ordinandi* quæ non competit simplici sacerdoti. *Presbyteratus* autem est *sacerdotium simplex* et confert" potestatem aliquam consecrandi et offerendi verum corpus et sanguinem Domini et peccata remittendi et retinendi"^ Jamvero *Tridentinum* definit hierarchiam divina ordinatione institutam constare " ex *episcopis* et *presbyteris".* ideoque episcopatum et presbyteratum esse *ordines a Christo institutos* seu *sacramentum* proprie dictum.

(b) xA.liunde id constat e thesi de existentia sacramenti ordinis, in qua probatum est, ex Patribus et antiquis liturgiis, sacramentum ordinis iis præsertim competere qui gaudent *potestate consecrandi* et *absolvendi* et *gratia* hæc munia exercendi, id est, episcopis et presbyteris seu sacerdotibus, nn. 993, 995.

(C) Revera, ait 5. *Thomas* 4, " ordinis sacramentum ad sacramentum eucharistiæ ordinatur, quod est sacramentum sacramentorum... Et ideo distinctio ordinum est accipienda

1 S. Thom., *Suffi.*. q. 40, a. 2-6; S. Bellarminus, c. 5-8; L. Billot, th. 29; S. Many, p. 3-44;}. Tixeront, p. 57-102.

1 Sess. XXIII, de sacr. ordinis, can. 6, D. B., 966.

3 *Trident.*^ sess. XXIII de sacr. ordinis, can. I, D. B., 961.

4 *In* ZΓ, dist. 24, q. 2, a. 1; cfr. C. *Gentesy* L IV, c. 74, ubi S. Doctor ostendit potestatem remittendi peccata necessario sequi ex potestate eucharistiam consecrandi.

secundum relationem ad eucharistiam, quia potestas ordinis est ad *consectationem eucharisties,* aut aliquod ministerium ordinatum ad hoc ". Ordinum igitur *centrum* est *sacerdotium,* plenum aut simplex, quo datur potestas eucharistiam consecrandi. Si igitur ordo est sacramentum, ut probatum est, sacramentalitas praecipue competit sacerdotio, id est episcopatui et presbyteratui.

1002. (B) De praeeminentia episcopatus supra presbyteratum. (a) *De fide est* (contra Waldenses, Wicliffum, Calvinianos) *episcopos esse presbyteris superiores,* ex *Trident.*[1]; " Si quis dixerit episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi, vel eam quam habent, illis esse cum presbyteris communem..., A. S. ". Noluit quidem concilium definire hanc superioritatem esse *jure divino,* sed hoc tamen ex contextu satis clare colligitur; nam ideo dicuntur episcopi presbyteris superiores quia habent potestatem confirmandi et ordinandi; atqui hoc pertinet ad potestatem *ordinis,* quæ ab institutione Christi pendet.

(b) Ex *Scriptura* jam colligitur hæc episcoporum superioritas; nam, inter presbyteros a S. Paulo ordinatos, quidam jus habent alios presbyteros ordinandi eosque regendi et judicandi : " Reliqui te Cretæ ut ea quæ desunt corrigas, et *constituas* per civitates *presbyteros...;* adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus " [2]

(C) Idem constat ex *Patribus* [3], præsertim ex epistolis S. *Ignatii,* in quibus multoties asseritur singulas ecclesias ab *uno episcopo* regi, qui Christum repræsentat, et cui omnes, etiam *presbyteri* et diaconi, obedire debent[4]. Ratio est quia, teste S. Epiphanio [5], " episcoporum ordo ad *gignendos patres* præcipue pertinet; alter (ordo nempe presbyterorum), cum patres non possit, filios Ecclesiæ regenerationis lotione producit, non tamen patres aut magistros ".

[1] Sess. XXIII, can. 7, D. B., 967.
[2] *I Tim.,* V, 19; ci. *Tit.,* I, 5. — [3] Cfr. Morinus, Exercit. III.
[4] *Ad Smyrn.,* n. 8.
[5] *Cont, hares.,* LXXV, \\ *P. G,,* XLII, 507.

(d) *Constitutiones Apostolicæ* statuunt episcopum ordinari a duobus vel tribus episcopis, presbyterum vero aut diaconum ab uno episcopo, et addunt nec presbyterum nec diaconum clericos ordinare posse.*

1003. *Opponitur* quidem auctoritas 5. *Hieronymi* dicentis : " Idem est ergo presbyter qui et episcopus sed alibi clare distinguit inter episcopos, presbyteros et diaconos, et quidem ex institutione divina 3. Nisi igitur sibi aperte contradicat, dicere vult episcopum et presbyterum eamdem potestatem habere quoad aliquid, nempe consecrationem eucharistiæ, non autem quoad omnia. Alibi siquidem addit * : " Quid enim facit episcopus quod presbyter non facit, *excepta ordinationel"* Quibus verbis diserte asseritur episcopum ordinationem conferre posse; quod nequit presbyter.

1004. (C) Controvertitur autem utrum episcopatus sit *ordo plene distinctus a presbyteratu* an extensio et complementum presbyteratus ; seu, aliis verbis, utrum character episcopalis complectatur *tantum ex se potestatem stricte episcopalem* (nempe ordinandi et confirmandi), an potius *totam etiam potestatem presbyteralem* (nempe consecrandi et absolvendi), ita ut si quis *diaconus* consecrationem episcopalem accipiat, efficiatur *simulpresbyter et episcopus.*

(a) *Plerique* theologi asserunt characterem episcopalem complecti *tantum* potestatem stricte episcopalem, ita ut nullus *valide* possit consecrari episcopus, nisi prius presbyter fiat. Quod probant ex generali lege stricte prohibente ne quis nisi presbyter in episcopum ordinetur, et ex eo quod concilia *Hierosolymitanum* et *Sardicense* reprobaverunt Ischyram, S. Athanasii accusatorem, qui, cum non esset presbyter, episcopus ab Arianis contra antiquam traditionem consecratus fuerats.

Inter eos tamen multi negant episcopatum et presbyteratum esse ordines adæquate distinctos nec admittunt episcopatum producere characterem distinctum a charactere presbyterali, sed tantum hunc characterem ampliare et extendere ad effectus alios, nempe ad potestatem ordinandi et confirmandi : ita *Billuart, L. Billot*6.

1 Lib. III, c. 20, *P. G.y* I, 803.
2 *Comment in Tit.,* I, 4, *P· L.,* XXVI, 561.
4 *Ep.* 146, ad Evangel., *P· L·,* XXII, H94- — Cfr. *Tr. de Ecclesia,* n. 663.
5 S. Athanasius, *Apolog. contra Arianos,* n. 85, *P. G.,* XXV, 399; Theodoretus, Zf. *E.,* L II, c. 6, *P· G.,* LXXXIII, 1006.
' Thés. XXXI.

(b) Attamen *eruditi* et *canonists* non pauci putant per consecrationem episcopalem conferri potestatem simul episcopalem et presbyteralem, ideoque diaconum posse *valide* in episcopum consecrari, omisso presbyteratu '.

Ratio est quia *historice* constat Romæ per plura sæcula diaconos consecratos fuisse episcopos, omissa presbyterali ordinatione : id probant libellus octavus et nonus *Ordinis Romani*2, ubi traditur modus quo diaconus, electus in episcopum, aut S. Pontificem, consecretur episcopus, — *Liber diurnus* 3, ubi idem invenitur, — facta plurima diaconorum in episcopum consecratorum, omisso presbyteratu (v.g., Valentini, an. 827, S. Nicolai,an. 858, Joannis, discipuli S. Galli).

(c) *Conclusio.* Libera manet controversia, cum, teste *Benedicto XIV* " nemo prohibeat disceptare num episcopatus sit ordo a presbyteratu distinctus, an character in episcopali consecratione impressus differat, vel potius sit ampliatio quaedam characteris in collatione presbyteralis ordinis impressi, — itidemque an vetustioribus temporibus a diaconatu factus sit transitus ad episcopatum, ordine presbyterali non antea suscepto ".

Sed controversia est magis *speculativa* quam *practica,* cum hodie Ecclesia nunquam ordinet quemquam ad episcopatum nisi sit sacerdos. *{Codex,* c. 331, 30).

1005. 2° De diaconatu. *Diaconatum esse vere sacramentum certum est* contra paucos, ut *Durandum, Cajetanum, Vasquez* : (a) ex *Scriptura* infertur; nam diaconi, ab Apostolis creati ex mandato Christi, ibi exhibentur ut adjutores Apostolorum non solum in ministrando mensis, sed in prædicando et baptizando 6 ; per *impositionem manuum* ab Apostolis ordinantur, et hoc ritu gratia confertur, ut ex contextu et parallelis locis constat 7 ; ergo diaconatus est *ritus sensibilisgratiæproductivus,* ideoque sacramentum a Christo institutum, (b) Ex *Tridentino;* nam : 1) definit, n. 1001, hierarchiam, divina ordinatione institutam, constare ex

* Mabillon, *Comment, ad Ordinem Romanum,* nn. 16, 18, *P. L.,* LXXVIII, 912, 919; Martène, *De antiquis Ecclesia ritibus,* l. I, c. 8, a. 3, n. io; Chardon, *Hist, des Sacrements,* de l'Ordre, part. I, c. 5;.Parisot, *Les ordinations per saltum,* in *Rev. de l'Orient chrétien,* t. V, 1900, p. 335-369;S. Many, *op. cit.,* p. 16-24, cam aliis auctoribus ibi allegatis.

• *P. L.,* LXXVIII, 1003. — 3 *P. L.,* CV, 38-39. — * S. Many, ρ- 19·«>·

s Epist. *In postremo,* 20 oct. 1756, § 17.

e *Act.,* VI, 1-15; VIII, 5-12; 26-40.

' *Ad.,* VI, 6, 8; VIII, 17-19; XIII, 2, 3.

episcopis, presbyteris et *ministris;* atqui inter hos certo recenseri debent saltem diaconi qui ministrorum sunt primi; 2) definit insuper " per sacram ordinationem dari Spiritum Sanctum, ac proinde non frustra episcopos dicere : *Accipe Spiritum Sanctum* " »; atqui præfata verba in ordinandis diaconis pronuntiantur; ergo sunt efficacia et vere gratiam conferunt, seu, aliis verbis, diaconatus est vere sacramentum.

(C) Ex *liturgiis,* quæ testantur diaconos jam antiquitus in utraque Ecclesia ordinatos fuisse per *impositionem manus episcopi,* et *orationem* qua pontifex postulat ut eis *gratia roboris* conferatur ad sua munia fideliter exsequenda[2].

1006. [30] De subdiaconatu et minoribus ordinibus. Hos simul complectimur, quia *subdiaconatus* inter *minores* ordines annumerabatur in Ecclesia latina usque ad sæc. XI, et hodie etiam recensetur apud Græcos.

Prænotamus hos ordines in Ecclesia inveniri, mediante sæculo tertio, ut constat ex epistola S. *Cornelii Papæ* ad Fabium [3].

Communiter admittitur eosdem nihil aliud esse nisi *partitiones* diaconatus, eo sensu quod Ecclesia quasdam functiones diaconorum commisit subdiaconis aliisque minoribus clericis.

Sed quæstio est num *his ordinibus adnexa sit sacramentalis gratia,* ideoque num rationem habeant *sacramenti.*

(A) Multi præsertim inter modernos, *negant,* cum præfati ordines sint instituti ab Ecclesia quæ gratiam ritui externo adnectere nequit, et aliunde desit in eorum collatione impositio manuum quæ est ritus essentialis sacramenti ordinis, ex infra dicendis.

(B) Alii tamen, cum S. *Thoma* [5], fere omnibus *Scholasticis, Thomassino*[6] et *L. Billoti,* putant hos ordines in fonte suo, seu in diaconatu, institutionis esse divinæ, et Christum Ecclesiæ potestatem reliquisse dividendi diaconatum

[1] Sess. XXIII, can. 4, D. B., 966.

[2] *Constit. apostol.,* l. VIII, c. 17-18; *Testam. Domini; Epitome; De ordinationibus cleric.,* can. 4. D. B., 152. Cfr. Tixeront, p. 118-119.

[3] Ap. Eusebium, *H. E.,* l. VI, c. 43, *P. G.,* XX, 622.

[4] Morinus, part. III, exercitt. II, c. I; Perrone, n. 81; Franzelin, *De Tradit.* th. 17, p. 212; S. Many, p. 41; Pesch, n. 586.

[5] *Supplem.,* q. 37, a. 2, ad 2; a. 3.

[6] *Vet. et nova disciplina,* p. I, l. II, c. 4a — J Thés. XXIX, § 2, p. 289-292.

in varios inferiores ordines quibus gratia conferri posset Quam opinionem, olim inter Scholasticos communem, tanquam *probabiliorem* amplectimur.

Etenim *Florentinum* et *Tridentinum* docent, ex una parte, Ordinem esse sacramentum, gratiam conferens; et, ex altera, subdiaconatum ac quatuor Minores esse vere ordines ; immo, post hos enumeratos, *Florentinum* addit : " Effectus autem *gratiæ,* ut quis sit idoneus minister". Aliunde his ordinibus confertur character indelebilis, ut colligitur ex *Pontificali* ubi legitur : " Moneat Episcopus ordinandos, ut tangant instrumenta, quibus *character imprimitur* ". Hunc autem characterem esse indelebilem constat ex eo quod per excommunicationem non tollitur.

Difficultas autem ex eo desumpta quod hi ordines ab Ecclesia, non a Christo instituti sunt, ita solvitur a *L. Billot :* " Responderi potest omnes ordines inferiores semper fuisse implicitos in supremo ordine ministrorum, id est, in diaconatu; ceterum relictum fuisse dispositioni Ecclesiae ut decerneret explicitam eorum collationem in parte vel in toto, prout expedire videtur.

Alia difficultas, desumpta ex eo quod in his ordinibus deficit manuum impositio, evanescit, si admittitur Christum non determinavisse in specie infima materiam et formam Ordinis, sed Ecclesiæ dedisse potestatem utramque præcisius determinandi, simulque diaconatum in varios inferiores ordines dividendi, prout se dabat opportunitas : nil enim prohibet quin Ecclesia pro subdiaconatu et minoribus ordinibus determinaverit materiam et formam aptas ad significandam gratiam in eis collatam. Hoc modo explicatur cur modo duo, modo tres aut plures minores ordines pro varietate temporum ab Ecclesia instituti fuerint, et cur non idem fuerit nec sit numerus ordinum minorum in Ecclesia græca et latina; eodem pariter modo intelligitur cur Scholastici fere omnes docuerint hos ordines vere sacramenti rationem haberel. "

Art. II. De essentia sacramenti ordinis seu de materia et forma'.

1007. Status quæstionis. Hic agimus tantum de materia et forma *presbyteratus;* soluta enim hac quæstione,

' L. Billot, l. c., p. 290; cfr. S. Thom., *Suppi.,* q. 37, a. 2, ad 2.

* S. Thom., *Suppi.,* q. 34, a. 4-5; ejus Commentatores; Card. Vati Rossum, *De essentia saer. Ordinis,* Friburgi Br., 1914.

facilior erit solutio quoad ceteros ordines, de quibus infra dicemus.

1008. r° Facta exponuntur, (a) In *Scriptura* non alia designatur Ordinis materia nisi *manuum impositio,* cui revera adscribitur gratiæ collatio, supra, n. 991. *Patres* et antiqua *Ritualia* seu *Euchologia,* usque ad sæc. IX, *soli manuum impositioni* tribuunt presbyteratus collationem, quæ exinde vocatur χειροτονία aut χειροθεσία. Unde in *Statutis Ecclesia antiquis*[1] (olim C Carthaginensi IV adscriptis, hodie vero S. Cæsario Arelatensi, ineunte sæc. VI) legitur (can. 3) : "Presbyter cum ordinatur, episcopo benedicente et manus super caput ejus tenente, etiam omnes presbyteri, qui præsentes sunt, *manus suas juxta manus episcopi super caput illius teneant".* Idem fere statuitur quoad episcopum (can. 2) et diaconum (can. 4); quoad subdiaconum autem et inferiores clericos, singillatim enumerantur varia instrumenta ordinandis tradenda (can. 5-10).

(b) Ineunte sæc. X, *porrectio instrumentorum* primum apparet in *sacramentario Noviomensi,* posteaque paulatim in variis Galliæ et Germaniæ sacramentariis, aliquando non in textu, sed *in margine;* videlicet episcopus, post unctionem manuum, patenam cum oblatis et calicem cum vino tradit, dicens : "Accipite potestatem offerre sacrificium Deo, missamque celebrare, etc."x. Hæc autem porrectio a Græcis nunquam recepta fuit.

(c) Sæc. XI, *secunda manuum impositio* in fine missæ primum invenitur in ecclesia *Catalaunensi,* deinde in *Rothomagensi sacramentario,* sed in margine tantum, posteaque satis communis evadit in Occidente; apud Græcos vero et Orientales non invenitur.

1009. (d) Quo facilius intelligatur controversia, recensentur præcipui ritus in collatione presbyteratus adhibiti :

1) *Prima impositio manuum episcopi :* episcopus *utramque manum* super caput cujuslibet ordinandi successive imponit, nil dicens; idem faciunt sacerdotes qui adsunt; quo facto, Pontifex et sacerdotes tenent manus dexteras extensas super ordinandos. Tunc Pontifex fideles invitat ad orandum : *Oremus, fratres.* recitat *collectam* breviorem : *Exaudi nos,* in qua postulat ut gratia sacerdotalis ordinandis infundatur, posteaque *prafationem,* in qua rogat Deum ut eis det presbyterii dignitatem et spiritum sanctitatis.

2) *Traditio stola et casula.*

3) *Unctio manuum,* post primum versum hymni *Veni Creator.*

4) *Traditio instrumentorum,* nempe calicis cum vino et aqua et patenæ cum hostia, cum verbis : *Accipe potestatem offerre...*

1 Martene, l. I, α VIII* arL il; S. Many, p. 447.

5) *Impositio manuum secunda,* in fine missæ, cum verbis : *Accipe Spiritum Sanctum : quorum remiseris peccata...*

1010. 2° Variæ sententiæ. Ad melius intelligendam varietatem hac de re opinionum, praemittimus, cum *L. Billot',* Christum *per prius* instituisse *potestatem* sacerdotalem cum gratia eidem adnexa, et tantum *ex consequenti* materiam et formam determinavisse modo quodam *generico, Ecclesice* relinquendo, et quidem *soli,* jus determinandi ordinationis ritum magis concretum, secundum varias gentes aut varia tempora. Exinde intelligitur cur adsint diversitates et variationes in materia et forma, quin substantia sacramenti mutetur.

Quibus positis, sex distinguuntur sententiæ in opere *Card. Van Rossum* jam citato. Sed, brevitatis causa, ad tres praecipuas revocari possunt.

(A) *Scholastici* multi putarunt *materiam* essentialem presbyteratus esse *solam porrectionem instrumentorum·,* formamque esse verba : *Accipe potestatem offerre sacrificium Deo...* Patet : (a) ex verbis porrectionem comitantibus quæ clare collationem principalis presbyterorum potestatis significant; (b) ex *Decreto ad Armenos,* ubi dicitur : " Sextum sacramentum est *Ordinis,* cujus materia est illud per cujus traditionem confertur ordo, sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino et patenæ cum pane porrectionem ".

(B) Plerique autem modemi, quibus praeiverunt *P. Lombardus, Albertus M., S. Bonaventura,* docent *solam manuum impositionem,* et quidem *primam,* esse *materiam* essentialem sacramentia, porrectionem vero instrumentorum esse ritum mere ecclesiasticum sæculo X° introductum ad lucidius designandam potestatem ordinatione collatam ; *formam* vero esse orationem *Exaudi nos* cum *Præfatione subséquente,* aut etiam, juxta quosdam, *solam Prcefationem* quæ olim *consecratio presbyteri* dicebatur.

Etenim in Ecclesia *latina* sola manuum impositio adhibita est per novem sæcula, supra, n. 1008; in Ecclesia *graca* et *orientali,* cujus ordinationes a Romanis Pontificibus tanquam validæ semper habitæ sunt 3, sola pariter impositio manuum adhibetur etiam

' Th. XXX, p. 295.

1 Lombardus, S., l. IV, dist. 24, n. 9; S. Albertus M., *Compend. theol. veritatis^* l. VI, c. 36; Morinus, part. III, exercit. VII, c. I-2J Tournely, *De sacr. ordinis,* q. III et VI; Martene, l. I, c. VIII, art. 9,. n. 18; Perrone, n. 123; Pesch, n. 622-631; S. Many, p. 487 sq.; Card- Van Rossum, *op. cit.*

3 Benedict. XIV, *Etsi pastoralis,* 26 maii 1742, jubet episcopos græcos in ordinibus conferendis ritum græcum servare; et in const. *Demandatam,* 24 dec. 1743, prohibet ne quis quidquam innovet in ritibus Ecclesiæ gnecæ. Cfr. S. Many, p. 491-492.

hodie; atqui, si non sufficeret sola manuum impositio, omnes hujusmodi ordinationes invalid® essent.

(C) Alii, cum *Bellarmino* et *Lugone,* tenent *impositionem manuum* et *traditionem instrumentorum esse simul materiam essentialem :* nam, ex Scriptura, requiritur prior, et, ex *Decreto ad Armenos,* posterior videtur necessaria

JV. *B.* De mente S. Thomæ *dubitatur :* nam, ex una parte, in *Supplemento,* q. 34, a. 5, et in opusculo *De articulisfidei et Ecclesia sacramentis,* solam porrectionem instrumentorum recenset; ex altera autem, in *Suppi.,* q. 37, a. 5; 3, q. 84, a. 4, manus impositioni gratiæ largitionem adscribit. Unde, juxta quosdam, mens ejus est utramque materiam necessariam esse, sed quia vox *materia* proprie solis rebus materialibus convenit, non dicit impositionem manus esse materiam hujus sacramenti2. — Quæ tamen interpretatio communiter rejicitur.

ii’ l

1011. Conclusio. *Probabilior videtur opinio asserens hodie, in Ecclesia latina, tum manuum impositionem tum porrectionem instrumentorum esse materiam Ordinis.*

i° *Requiritur manus impositio saltem tanquam partialis materia ordinis.* Ita communiter.

Etenim : (a) Manuum impositio in Scriptura et Traditione commemoratur tanquam *pars essentialis* ordinis, et semper in utraque Ecclesia servata fuit. Atqui ritus quem ipsi Apostoli adhibuerunt, et qui nostris etiam diebus in tota observatur Ecclesia, tanquam essentialis habendus est.. Non est enim verisimile Ecclesiam ei substituere voluisse solam porrectionem instrumentorum, (b) Insuper *Tridentinum* 3 aperte declarat ministros extremæ unctionis esse sacerdotes “ rite ordinatos per *impositionem manuum* presbyterii ”. (C) *Leo XIII*4, de materia et forma ordinis agens, ait: “Cujus conferendi materia, quatenus hoc loco se dat considerandam, est manuum impositio

Impositio autem quæ requiritur non est probabilius ultima impositio quæ fit cum verbis : “ Accipe Spiritum Sanctum, quorum

1 S. Bellanninus, *Controv.,* De ordine, c. IX; Lugo, *De sacram, in genere,* disp. II, sect 5, n. 98; Vasquez, *In III part. D. Thoma,* disp. 239, c. 3-5; L. Billot, thes. 30.

’ Ita Van Noort, n. 227. — Contra cf. Galtier, *D. T.* C., t VII, 1414.

1 Sess. XIV, cap. 3; cfr. sess. XXIII, cap. 3; D. B., 910, 959.

« Balla *4post. cura,* 13 sept. 1896.

remiseritis peccata...”; sed prima impositio quæ primum fit in silentio et postea continuatur cum oratione *Exaudi*[1].

1012. 2° *Requiritur etiam instrumentorum traditio ut pars essentialis materiæ.* Ita probabilius.

Id constat ex *Decreto ad Armenos,* cujus auctoritas rejici nequit, cum datum fuerit “*sacro approbante concilio",* etsi de ejus infallibilitate disputetur, (supra, p. 208, n. 1). 1) Ibi enim dicitur materiam ordinis esse *traditionem instrumentorum ;* nec dici potest hic agi de materia mere *accidentali;* nam initio decreti declaratur sacramenta perfici *rebus tanquam materia...;* et additur : “quorum si aliquid desit, non perficitur sacramentum”; ergo agitur de materia essentiali. 2) Aliunde, quando de ceteris sacramentis agitur, materia quæ indicatur est materia essentialis ; ergo etiam in ordine.

Præfatum decretum recenset tantum porrectionem instrumentorum, nil dicens de impositione manus. Id autem satis facile explicatur; auctor enim decreti, nempe EugeniuslV, optime noverat in utraque Ecclesia hanc impositionem semper in usu fuisse; sed, sciens instrumentorum porrectionem in ecclesiis orientalibus non adhiberi, volebat Armenos hac in re praxim sequi Latinorum, qui per plura sæcula, impositioni addiderant instrumentorum porrectionem. Hoc igitur decreto minime excluditur manus impositio ut pars essentialis sacramenti ordinis.

Ceteroquin huic controversiæ non est insistendum : *speculative* enim valde probabiliter nunquam solvetur; *in praxi* autem, cum hic agatur de *validitate sacramenti* ad perennitatem sacerdotii omnino necessarii, *tutior pars sequenda est,* ideoque sedulo servandi sunt varii ritus qui probabiliter essentiales sunt, ut infra dicemus ubi de singulis ordinibus.

Art. III. De effectibus sacramenti ordinis[2].

Duplex est ordinationis effectus, *gratia* et *character;* sed character dici potest effectus *primarius,* quatenus ad bonum societatis ecclesiasticæ ordinatur, et semper accipitur ab eo qui valide ordinatur.

[1] L. Billot, tbcs. 30, putat primam impositionem quæ fit in silentio sufficere, sed hæc opinio probabilius rejicitur.

[2] Rallier, p. II, sect. 3; S. Bellarminus, c. 10; Peseta, n. 633-640; L. Billot, th. 28.

I. De charactere per ordinationem impresso.

1013. ^jus existentia. *De fide est* ex Tridentino, supra n. 393, per Ordinem *characterem in anima imprimi;* sed ejus natura declarari debet.

Hujusmodi character duobus ordinibus certo imprimitur, *presbyteratu* et *diaconatu.*

Quoad *episcopatum,* quidam dicunt, cum *L. Billot*[1] ab eo non conferri characterem distinctum a charactere sacerdotali, sed in eo characterem sacerdotalem jam receptum ampliari et extendi. Communius tamen tenetur novum characterem in episcopatu imprimi.

Num etiam conferatur in subdiaconatu vel minoribus ordinibus, *controvertitur :* alii *probabilius,* cum S. *Thoma,* affirmant, quia hi ordines rationem habent sacramenti; alii negant, supra, n. 1006.

1014. Character ordinis supponit *de necessitate* characterem baptismi[2], et *de congruitate* characterem confirmationis. Etenim : 1) per baptismalem characterem, homo efficitur receptivus aliorum sacramentorum, ideoque ordo non recipitur valide sine baptismo. 2) *De congruitate* autem character ordinis characterem confirmationis præsupponit, quia per hunc magis idoneus redditur ad executionem ordinis.

1015. 20 Natura characteris sacerdotalis. Hic character est signum spirituale et indelebile animæ impressum, nos configurans Christo sacerdoti, et conferens *potestatem activam aliquid sacri peragendi,* principaliter circa *eucharistiam* et secundario circa *prceparationem* fidelium *ad eucharistiam.*

1016. (A) *Sacramento Ordinis traditur potestas consecrandi, offerendi et ministrandi corpus et sanguinem Domini.* (a) *De fide* est ex *Tridentino*[3] : " Hoc autem ab eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorumque successoribus in sacerdotio, potestatem traditam consecrandi, offerendi, et ministrandi corpus et sanguinem

1 L, Billot, th. 30. —3 S. Thom.. *Supplem^* q. 35, a. 3-4.
3 Sess. XXIII, cap. it D. B., 957.

ejus, necnon et peccata dimittendi et retinendi, sacræ litteræ ostendunt, et Catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit ". Hujusmodi potestas plene episcopis et sacerdotibus inest; diaconi autem facultate Eucharistiam dispensandi tantum pollent; alii autem ordines materiam consecrandam præparant, ut supra explicatum est, n. 998.

(b) Juxta S. *Paulum l,* essentiale munus sacerdotis in eo situm est ut offerat sacrificia : " Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat *dona* et *sacrificia* pro peccatis"; atqui in N. Lege nullum est aliud sacrificium nisi eucharisticum, ut supra ostendimus; ergo mun,us essentiale sacerdotum est eucharistiam offerre et consecrare.

(C) Confirmatur ex verbis Christi 2 : " *Hocfacite in meam commemorationem"·,* his enim potestatem eis contulit quod ipse fecerat iterum faciendi, id est, corpus et sanguinem suum consecrandi.

(d) Hoc etiam aperte demonstrant verba *Pontificalis,* infra citanda ubi de quolibet ordine.

1017. (B) S*aeramento Ordinis traditur etiaiii potestas præparandi corpus Christi mysticum, seu fideles, ad eucharistiæ receptionem,* præsertim per sacramentorum administratïonem, et verbi divini prædicationem. Etenim potestas eucharistiam conficiendi et dispensandi certe supponit potestatem ea omnia præstandi quæ ad dignam Eucharistiæ receptionem requiruntur. Atqui homines digne ad sacram communionem præparantur : (a) *remote* per *prcedicationem verbi,* vi cujus illuminati fidem concipiunt vel in ea crescunt, mysteria fidei præceptaque divina ediscunt, peccata fugere virtutesque colere nituntur, et ita munditiam comparant, quæ ad sacrum convivium desideratur ; (b) *proxime* per *sacramentorum administrationem,* quæ sive ad peccati deletionem, ut sacramenta mortuorum, sive ad vitæ spiritualis augmentum, ut sacramenta vivorum, ordinantur.

1018. 3° Proprietates. Hæc autem potestas animæ ordinati ita *indelebiliter inhæret,* ut qui eam recepit, laicus rursus

• *Hebr.*. V, X. — * *Luc.,* XXII, XQ.

fieri non possit, et ordinationem rite receptam iterare non liceat. Ut ait *Leo XIII* », " firmum semper ratumque in Ecclesia mansit, ordinis sacramentum nefas esse iterari".

Si multe ordinationes, praesertim sæc. 111° et IV®, et a sæc. X° usque ad XIIura, reiteratæ sunt, id ex eo provenit quod invalida a multis habebantur ordinationes ab hæreticis vel simoniacis collate·. (a) *Rebaptizantes* et *Donatistce* jam contenderant ordinationes ab *hæreticis* aut *traditoribus sacrorum librorum* factas esse invalidas ideoque iterandas; a S. Stephano et S. Augustino damnati et confutati sunt (supra, nn. 327, 340); (b) sæc. *NX, Joannes Scholasticus,* patriarcha Constantinop., jussit iterum ordinari clericos ab hæresi Monophysitarum conversos, sed clerici et episcopi quantum potuerunt restiterunt huic mandato sacris canonibus contrario; (c) a sæc. X° ad XIIumi, veritas catholica aliquo modo obnubilata est : ordinationes a Formoso papa peracte tanquam nullæ habitæ sunt; mox ordinationes *simoniacorum,* satis frequentes sæc. XI°, pariter nullæ declarate sunt, multis tamen id reprobantibus, praecipue S. Petro Damiano; tempore P. Lombardi 3, res adhuc disputabatur; sed S. *Thomas* docuit omnes ordinationes a ministris hæreticis aut simoniacis factas esse validas ideoque non iterandas 4. Ex hoc tempore antiqua traditio praevalere cæpit

Hic igitur exemplum habemus veritatis antiquitus tradite, contra primos impugnantes clare proposite, postea per aliquot saecula, ob practicas difficultates, obnubilate, et tandem ultimo ab omnibus recepte.

Unde Codicis canones 211 sq., *de reductione clericorum ad statum laicalem,* non intelliguntur de amissione characteris : " Etsi sacra ordinatio semel valide recepta, *nunquam irrita* fiat " (c. 211, § 1), sed de amissione officiorum, beneficiorum, jurium ac privilegiorum quæ Ecclesia clericis confert (c. 213).

II. De gratia per ordinationem collata.

1019. Existentia. *Gratia, per sacramentum ordinis ex opere operato collata,* est gratia habitualis secunda, et gratia sacramentalis abundans *ad munera ecclesiastica rite obeunda.*

(A) *Gratia habitualis secunda seu augmentum gratiæ habitualis.*

1 Bulla *Apestai. cura,* sept. 1896.
• S. Many, p. 57-81 : L. Saltet, *Les Rlordinatiens,* 1907.
5 *Sentent.,* 1. IV, disc. 25. — 4 *Supplem.,* a. 38, a. 2.

(a) *Script.*[1] : " Admoneo te ut resuscites *gratiam Dei,* quæ est in te per impositionem manuum mearum"; hanc autem gratiam esse *augmentum* gratiæ habitualis ex versu sequenti patet, ubi dicitur : " Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris ", i. e., spiritum servitutis, quo virgam Dei vindicis timeatis; sed *virtutis,* seu fortitudinis, ad magna et ardua pro Deo agenda vel toleranda, et *dilectionis,* quo Deus animæque generose amentur, et *sobrietatis* (σωφρονισμού), id est, prudentiæ quo quis secundum supematuralis sapientiæ leges agere valeat.

(b) *Tradit,* i) ex *Pontificali,* in quo pro sacerdotibus postulatur *spiritus sanctitatis* et *totius forma justitia,* et pro aliis clericis -ejusdem sanctitatis participatio ; 2) ex *Tridentino* ;"Si quis dixerit per sacram ordinationem non dari *Spiritum Sanctum,* ac proinde frustra Episcopos dicere : "Accipe Spiritum Sanctum... A. S. vox enim Spiritus Sanctus *gratiam habitualem* designat.

(c) *Ratione suadetur.* Cum Dei opera sint perfecta, cuicumque datur potestas aliqua divinitus, dantur etiam media quibus exercitium hujus potestatis congrue fieri possit; atqui gratia gratum faciens, cum jure ad gratias actuales suo tempore obtinendas, necessaria est non solum ut homo digne sacramenta suscipiat, sed etiam ut digne ea dispenset [3].

1020. (B) *Gratia sacramentalis* confert specialem vigorem ad munia ecclesiastica digne obeunda, cum jure ad gratias actuales tempore opportuno dandas, (a) Constat ex dictis in *Tr. de Sacram.,* n. 382.

(b) Hanc autem gratiam *abundantem* esse facile probatur : gratia sacramentalis proportionatur muneribus et obligationibus, quæ in sacramentis imponuntur; atqui ad idoneam ordinum executionem, non sufficit bonitas qualiscumque, sed requiritur bonitas excellens, ut sicut qui ordinem suscipiunt super plebem constituuntur gradu ordinis, ita et superiores sint merito sanctitatis ; ergo gratia per ordinationem collata abundans esse debet [4].

1 // *Tim.,* I, 6. — « Sess. XXIII, can. 4, D. B., 964.
3 S. Thom.f *Supplcm.*, q. 35, a. I.
4 S. Thom·, *Supplcm*^ q. 35, a. I, ad 3.

Corollaria practica.

1021. Ex dictis duo fluunt consectaria :

(A) *Eminens sacerdotum dignitas* [1]. (a) cum non detur opus nobilius quam consecratio corporis et sanguinis Domini, major dignitas non est quam sacerdotum qui hanc consecrationem peragunt : i) hi *angelis pnestant,* qui mittuntur ad divina mandata exsequenda, dum sacerdotes ipsi Angelorum regi imperant, eum e cælo in terram descendere jubent, et quibus volunt dispensant; 2) *Beatce Virgini,* sub aliquo respectu, *assimilantur,* cum in eorum manibus, velut in utero Virginis, Filius Dei vere præsens fiat.

(b) Cum sacerdotes, verbum Dei prædicando et sacramenta dispensando, spiritualiter generent animas, et in eis Christi imaginem eflbrment ', dignitate superant parentes qui filios secundum carnem generant, et assimilantur ipsi Deo qui vitam spiritualem animabus infundit.

(c) Quia vero pro Christo legatione fungitur, sacerdos potiori jure quam christianus dicitur *alter Christus* seu *vicarius Christi in terra.* Cum enim, teste S. Paulo [3], in N. Lege unicus sit summus Sacerdos, Christus Jesus, qui, eo quod maneat in ætemum, sempiternum habet sacerdotium, nemo potest fieri sacerdos, nisi aliquo modo cum Christo identificetur, juxta illud : *sacerdos alter Christus.* Quod ex ejus *muneribus* colligitur; nam dum consecrat, ipse Christus est qui consecrat : " hoc est corpus *meum ";* dum baptizat, Christus baptizat; dum peccata remittit, Christus absolvit; dum verbum Dei annuntiat, Christus per os ejus loquitur : " Qui vos audit, me audit".

1022. (B) *Necessitas pro sacerdotibus ad maximam perfectionem tendendi :* (a) sacerdos, cum sit alter Christus *charactere* seu potestate, debet et esse alter Christus *moribus,* mente, verbo et opere Christum imitando, ut, cum Paulo, fidelibus dicere valeat : " Imitatores mei estote sicut et ego Christi " «. (b) Juxta S. *Thomam* [5], sacerdos sanctior esse debet religioso non sacerdote, quia ad offerendum sacrificium missæ " *requiritur major sanctitas interior, quam requirat etiam religionis status... ".*

[1] Patrum textus de cleri dignitate collegit Tronson, *Forma cleric* p. I, cap. I. Cf. A. de Molina, *Le Prêtre d'après ГEcrit. Ste, Us SS. Pères...; P.* Giraud, *Prêtre et Hostie;* Manning, *The Eternal Priesthood)* ch. 1-3; Card. Gibbons, *The Ambassador of Christ,* 1896, ch. I ; quæ opera gallice reddita sunt.

[2] Quod innuit S. Paulus dicendo *(Galai.,* IV, 19) : *· Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis

[3] *Hebr.,* VII, 23-25; X, 12-14. — [4] Z *Car.,* IV, 16.

[5] *Sum. theol.*, 21 2e, q. 184, a. 8.

Art. IV. De subjecto ordinis[1].

1023. Ex *Codia^jE* 968 "5 1. Sacram ordinationem *valide* recipit solus/yirlbaptizatus; *licite* autem, qui, ad normam sacrorum canOrrum debitis qualitatibus, judicio proprii Ordinarii, praeditus sit, neque ulla detineatur irregularitate aliove impedimento". Unde dicemus de requisitis ad *validam;* 2° ad *licitam* ordinis susceptionem.

I. Do requisitis ad validam ordinationem.

Tres conditiones requiruntur : i° ut sit *vir;* 2° *baptizatus;* 30 si *adultus,* ut *intentionem* habeat recipiendi ordinem.

1024. i° *Jure divino, soli homines viatores sexus masculini possunt valide recipere sacramentum ordinis.* Feminæ vero ad recipiendos quoscumque ordines sunt prorsus incapaces.

(A) *Scriptura.* Nam sacerdotes et diaconi debent praedicare; atqui, juxta S. Paulum : " Mulieres in ecclesiis *taceant; non* enim permittitur eis *loqui* sed subditas esse" 2;" Mulier in *silentio* discat cum omni subjectione. *Docere* autem *mulieri non permitto* " 3.

(B) *Traditione,* i) S. *Irenæus. S. Epiphanius. S. Augustinus* aliique 4 ut *hcereticos* habent Pepuzianos, Marcosianos et Collyridianos qui feminas sacerdotii et sacrificii capaces praedicabant, et eorum opiniones inter *hcereses* computant; audire sufficiat S. *Epiphanium* 5 : " Nunquam ex quo mundus conditus est, sacerdotio functa est mulier ". 2) Sacerdotium femineum in Ecclesia semper habitum est ut *pagana impietas,* quod jam notant *Const. Apostolicæ*^.

1025. Si Ecclesia feminis, nempe *diaconissis,* aliquando concesserit ministerium quoddam ecclesiasticum, non intendebat

[1] S. Thom., *Supplem..* q. 391 ejusqne *Commentatores;* Hallier, P. II, sect 4; S. Many, p. 176-203; Codex, c. 968-991.

21 Cor.. XIV, 34-35. — 3 Z *Tim..* II, 11 sq.

« S. Irenæus, *Adv. Hares.,* lib. I, c. XIII, n. 2, *P. G..* VII, 579; S. Epiphanius, *Hares..* XXXIV, n. 2, *P. G..* XLI, 583 sq. ; S. Augustinus, *De haresibus.* n. 27, *P. L..* XLII, 30.

s Hares., 79, c. 3. — e Lib. III, c. IX, *P. G..* I, 783-786·

eisdem conferre participationem sacerdotii, nam semper eas repulit a *ministerio altaris* immo et a *ministerio verbi;* hæc enim leguntur in *Constit. apost.* l. : ‘‘Non igitur licere volumus mulieribus ut in ecclesia doceant; precentur duntaxat et doctores audiant... Quod si oportuisset a mulieribus baptismum administrari, profecto Dominus a matre sua fuisset baptizatus, et non a Joanne; aut quando nos (apostolos) ad baptizandum misit, una quoque misisset et mulieres ad idem ministerium; jamvero nihil tale usquam neque injunxit neque scripto tradidit, quippe qui et naturæ ordinem et rei decentiam probe nosset ut et naturæ conditor et constitutionis legislator

Hæc erant præcipua diaconissarum officia : assistebant mulieribus dum baptizabantur, privarim docebant catechumenos, ministrabant mulieribus infirmis, custodiebant portas per quas mulieres in ecclesias introibant

a»

1026. 2° *Jure divino requiritur ad validam ordinationem ut ordinandus sit valide baptizatus vero baptismo aquæ.*

IX

Nam baptismus est *janua* aliorum sacramentorum, et insuper nemo potest esse *minister* Ecclesiæ, priusquam per baptisma de corpore ejus effectus sit.

1027. *30 In adultis requiritur intentio saltem habitualis expressa recipiendi ordines sion vero in infantibus.*

in< ·<:

,X Quoad *adultos* ratio est quod ordinatio valide recipitur dummodo *positivum* obstaculum ex parte subjecti non apponatur. Obstaculum autem apponitur ab adultis qui positive absoluteque dissentiunt : “ Qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem nec characterem sacramenti suscipit ”, ait *Innocentius III,* supra, n. 439.

Unde, ex can. 971, ‘‘nefas est quemquam, quovis modo, ad statum clericalem cogere"; et ex can. 214, qui *metu gravi coactus* ordinem sacrum recipit, — ad statum laicalem redigatur sine ullis cælibatus ac horarum canonicarum obligationibus.

U il

(B) Quoad *infantes* valide ordinari possunt, secundum *Benedictum XIV :* “*Si* contingeret ab episcopo non solum minores, sed etiam sacros ordines infanti conferri, concordi theologorum ac canonistarum suffragio definitum est, *validam* sed illicitam censeri hanc ordinationem, *non attenta*

* Lib. III, c. 6, 9, *P. C.,* I, 770, 7S7.

’ *Consiit. apostol.** l. III, c. 16, n. i; L VIII, c. 28, n. 6, Journel, 1212,

contraria sententia, quæ raros habet asseclas, et quæ supremis tribunalibus et congregationibus Urbis nunquam arrisit" [1].

Ratio est quia sacramentum ordinis confert non actum, sed *potestatem* ad actum; atqui, etsi infantes actum ordinis habere non valeant, possunt tamen habere *potestatem* seu characterem habere, sicut habent potestatem ratiocinandi, licet eam non exerceant.

Infans autem ad nullam obligationem ordinibus adnexam tenetur, nisi natu major suam ordinationem ratam habuerit.

II. De requisitis ad licitam ordinationem.

1028. Præter *statum gratia* et immunitatem ab irregularitatibus et impedimentis, requiruntur, ex can. 974 : "1) recepta sacra confirmatio; 2) mores ordini recipiendo congruentes; 3) ætas canonica; 4) debita scientia; 5) ordinum inferiorum susceptio; 6) interstitiorum observatio; 7) titulus canonicus, si agatur de ordinibus majoribus."

Quæ quidem omnia fuse declarantur in vol. I *Synopsis theol. moralis,* ubi exponuntur canonicæ regulæ de ordinatione.

1029. Corollaria practica. Cum *digna* ordinum susceptio ad bonum totius Ecclesiæ atque ad animarum salutem maxime conferat[2], curandum est ut juniores, qui indicia præbent ecclesiasticæ vocationis, ad ordines digne recipiendos sese præparent.

(a) Ex can. 1353, "dent operam *sacerdotes,* præsertim *parochi* ut pueros, qui indicia præbeant ecclesiasticæ vocationis, peculiaribus curis *a saculi contagiis arceant, ad pietatem informent, primis litterarum studiis* imbuant divinæque in eis vocationis germen foveant". Experientia enim constat parochos aliosque curam animarum habentes, qui ita agunt, non paucos juvenes feliciter ad statum sacerdotalem ducere.

(b) Ex can. 1360, " ad munus magistrorum seminarii eligantur sacerdotes non *doctrina* tantum, sed etiam *virtutibus* ac *prudentia* præstantes, qui verbo et exemplo alumnis prodesse possint Et merito; nam si verba movent, exempla trahunt, ideoque magistri ita virtutes Christi imitari debent, ut, cum Apostolo dicere valeant : "Imitatores mei estote sicut et ego Christi"[3].

[1] Bulla " *Eo quamvis* ", 4 maii 1745, § 20.
[2] *Catech. Trident..,* p. II, cap. 7, n. 53. — [3] *1 Cor.,* IV, 16.

(c) Quapropter, ante ordinationes, Ecclesia a toto populo fideli postulat ut piis et sanctis precationibus a Deo impetret dignos ministros qui recte et cum Ecclesiæ utilitate ministerium exerceant.*

Art. V. De ministro sacramenti ordinis[3].

1030. Status quaestionis.

1° *Errores,* (a) Jam sæc. IV, *Aerius* docuerat episcopos et presbyteros *jure divino esse aquales,* ideoque ministros sacramenti ordinis, (b) Sæc. XIV, *Marsilius Patavinus* eumdem renovavit errorem, (c) Sæc. XVI, *Calvinista* et quidam alii Novatores, qui *presbyieriani* dicti sunt, contenderunt potestatem ordinandi presbyteris æque ac episcopis competere.

2° *Doctrina catholica* est, ex *Tridentino* mox citando, episcopos esse presbyteris superiores, quia gaudent potestate propria confirmandi et ordinandi. — Attamen presbyteri accipere possunt a jure vel S. Sede potestatem aliquos ordines, nempe *minores,* conferendi. Unde *Codex, c.* 951, distinguit inter ministrum *ordinarium* et *extraordinarium* : " Sacræ ordinationis minister *ordinarius* est *episcopus consecratus; extraordinarius,* qui, licet charactere episcopali careat, a jure vel a Sede Apostolica per peculiare indultum potestatem acceperit aliquos ordines conferendi ".

I. De ministro ordinario.

1031. 1° Quoad validitatem, *minister ordinarius ordinationis est omnis et solus episcopus consecratus.*

Defide est ex *Florentinos* : " Ordinarium minister hujus sacramenti est episcopus ex *Trident.*[4] : " Si quis dixerit episcopos... non habere potestatem confirmandi et *ordinandi,* vel eam, quam habent, illis esse cum presbyteris communem... A. S. " Hic agitur de episcopo jam *consecrato;* nam episcopus *mere electus* presbyter manet quoad potestatem ordinis.

(A) Ex *Scriptura* infertur; nam Apostoli ipsi diaconos ordinanti; Paulus et Barnabas nonnisi post receptum

[1] *Catech. Trid.,* n. 53, nota. — Cfr. Un prof, de Sém., *La prière pour les prtlrcs dans la sainte liturgie,* 1927, Avignon.

S. Thomas, *Supplem.,* q. 38; Rallier, p. II, sect. 5; S. Bellarminns. c. n ; S. Many, p. 82 sq.; Tixeront, *of. cit.,* p. 188-212.

[3] D. B., 701. — [4] Sess. XXIII, can. 7, D. B., 967. — [5] *Act.,* VI, 6.

episcopatum presbyteros.per singulas ecclesias constituunt ;* ita etiam Timotheus et Titus2[3]4

(B) *Ex praxi Ecclesiæ* probatur, i) Nullibi enim legitur simplices presbyteros alios sacerdotes ordinavisse, nec etiam tempore persecutionum, cum urgeret necessitas.

2) *Paires,* cum S. *AthanasioS,* declarant invalidas esse ordinationes factas a Collutho *presbytero,* qui falso episcopi nomine gloriabatur, ideoque omnes ab eo ordinatos ad priorem conditionem reducendos esse; et, cum S. *Epiphanio*\ stolidum esse declarare episcopum et presbyterum æquales esse, hancque assignant rationem : " Ille enim ordo (episcopalis) ad gignendos *patres* (presbyteros) pertinet, patres enim gignit Ecclesiæ ; hic vero (presbyter), cum patres non possit gignere, filios Ecclesiæ regenerationis lavacro gignit, non tamen patres aut magistros. Et quomodo fieri potest ut is presbyterum constituat, ad quem creandum manuum imponendarum jus nullum habeat?" — Unde ipse *Hieronymus* s, qui plus æquo minimizat potestatem episcopalem, scribit : " Quid enim facit, *excepta ordinatione,* episcopus quod presbyter non faciat?"

3) *Statuta Ecclesiæ antiqua* de ordinationibus (V et VI sæc.) testantur ordinationes conferri ab episcopo, nec alium ministrum recensent6.

4) Idem testantur *libri rituales* omnium ecclesiarum, *Canones Hippolyti, Constitutiones Apostolicæ, Testamentum Domini,* etc. 7.

(C) *Rat. theol. suadetur.* Juxta S. *Thomam,* officia sæcularia distribuuntur ab illo qui habet excellentiorem potestatem; atqui in Ecclesia soli episcopi hanc obtinent excellentiorem potestatem; ergo in Ecclesia, ad episeopos solos pertinet ordinarie in omnibus divinis ministeriis alios collocare et ordinandos consecrare.

1 *Act.,* XIII, 2-3; XIV, 22.
3 ⁄ 7ī/λ .,V, 22; 7/7., I, 5-
3 *Contra Arianos,* 75, *P. G.,* XXV, 385, Journel, 753.
4 *Adv. hares.,* 75, 4, *P. G.,* XLII, 50S, Journel, 1108.
3 *Ep. 146* ad Evang., *P. L.,* XXII, 1192, Journel, 1357.
6 Hæc statuta inveniuntur ap. D. B., 150-158.
1 Summam horum documentorum tradit J. Tixeront, *op. cit.,* p. 108 sq.

1032. 2° Quoad liceitatem, *solus episcopus proprius vel alius ab eo delegatus Hâte confert ordinationem.*

Ita ex *Tridentino*[1] "Unusquisque a *proprio episcopo* ordinetur"; ex *Codice,* c. 955 : "Unusquisque a proprio episcopo ordinetur aut cum legitimis ejusdem litteris dimissoriis".

Quisnam autem sit episcopus proprius (can. 956) et quænam conditiones ad licitam ordinationem requirantur, exponitur in L I *Synopsis Tlieol. Moralis.*

II. De ministro extraordinario.

1033. Ex can. 951, supra n. 1030, simplex presbyter potest a jure vel a Sede Apostolica delegari ad conferendos quosdam ordines.

Exponendum est igitur quosnam ordines conferre valeat. Ut certa ab incertis secernamus :

Certum est presbyteros non posse delegari ut ministros extraordinarios *episcopatus* et *presbyteratus.* Ita omnes; id sane probant textus jam allati, n. 1031 2.

1034. 2° *Certum* est pariter presbyteros posse delegari ad *subdiaconatum. minores ordines* et *tonsuram.*

Etenim : 1) Papa *Gelasius* de presbyteris scribit : "Nec sibi meminerint ulla ratione concedi, *sine Summo Pontifice, subdiaconum* aut *acolythum* jus habere faciendi". Id igitur valent cum delegatione Pontificis.

2) Ex *Codice,* c. 239, cardinales omnes, etiam qui episcopi non sunt, jus habent "conferendi primam tonsuram et ordines minores, dummodo promovendus habeat dimissorias proprii Ordinarii litteras". Ex can. 957, § 2, vicarius ac præfectus apostolicus, abbas vel praelatus *nullius,* etiam si episcopali charactere careant, possunt conferre primam tonsuram et ordines minores; cfr. c. 964.

1035. 3° Quoad *diaconatum, controvertitur.* Quidam affirmant eo quod quidam Pontifices hanc delegationem concesserint :

[1] Sess. XXIII, c. 8 de reformat.

[2] *Objicitur* quidem in conc. *Antiocheno* (an. 341) agnitum fuisse chorepiscopos, qui non erant episcopi, posse ordinare episcopos. — Sed idem concilium declarat quosdam chorepiscopos insigniri *episcofali* charactere. Cf. Kirch 3, n. 494.

1) Ita Bonifacius IX (an. 1400) abbati S. Osithæ in Anglia ejusque necessoribus concessit ut " omnes minores necnon *subdiaconatus, diaconatus* et *presbyteratus* ordines statutis a jure temporibus libere et licite valeant"[1]. Quod privilegium, reclamante episcopo Londinensi, idem Bonifacius, an. 1403 revocavit[2].

Jamvero hoc privilegium, attento contextu, intelligi debet de privilegio *exemptionis totalis,* quatenus nempe ordinationes, etiam sacerdotales, in proprio monasterio fieri possent, sed *positis ponendis,* nempe ab episcopo, independenter tamen a loci Ordinario; quare episcopus Londonensis contra hoc privilegium reclamavit, quia in laesionem vergeret *"jurisdictionis suce ordinaria"*[3].

2) *Innocentius* ***VIII*** *(an.* 1489) abbatibus Cisterciensibus concessit privilegium conferendi subdiaconatum et *diaconatum* suis subditis.

Sed, inspecto contextu, constat abbatem Cisterciensem non postulasse privilegium conferendi subdiaconatum et diaconatum, sed tantum *minores ordines.* Verum est quidem in ipso textu concessionis quæstionem esse, non de minoribus, sed de *subdiaconatu* et *diaconatu,* Sed, cum Pontifices concedere non soleant privilegia quæ non postulantur, parum verisimile est Innocentium hoc privilegium prorsus inauditum concessisse.

Quidquid sit, hodie hoc privilegium non existit; nam *Leo* ***XIII,*** constitutiones approbando Cisterciensium reformatorum, abbati generali concessit facultatem conferendi " regularibus suis subditis primam tonsuram et quatuor ordines minores *tantummodo"* [4].

Communis itaque ac *vera* sententia est simplicem presbyterum non posse delegari ad diaconatum conferendum.

APPENDIX : De Ordinationibus Anglicaniss.

1036. **Status quæstionis.** Initio anglicani schismatis (1534-1547), catholica ordinationis forma retenta fuerat, ideoque

1 *Archiv. Vatie.*, Reg. lat., 81, fol. 264.

2 *Archiv. Vat.,* Reg. lat., 108, fol. 132.

3 Ita J. P. de la Bellacasa, *Estudios ecclesiasticos,* jan., apr. 1925; *Rev. thomiste,* mai-juin 1926, p. 263; *Anii du Clergé,* 29 juil. 1926, p. 468 sq.

4 Breve *Non mediocri,* 30 jul. 1902, *A. S. S.,* XXXV, 388. Cfr. Pie de Langogne, De bulla Innocentiana, Romæ, 1902; Ph. Panholzel, *Studien und Milteilungem and dem Benediktiner und Cistercienserorden,* an. V, I, 441 sq.; J. Tixeront, p. 192-195·

5 René de *Vois, Justification de ΓEglise Romaine sur la réordination des Anglais épiscopaux,* Paris, 1718; Michel Le Quien, *Nullité des ordinations anglicanes,* Paris, 1725; Fenuel, *Mémoire sur la validité des ordinations des*

ex hoc capite ordines, tunc tern ris collati, validi erant. Instigante autem *Cranmer,* novus plane ritus ordinibus sacris conferendis, sub Eduardo VI, fuit publice inductus *{Ordinale Eduardianum,* an. 1550), in quo omnia deleta sunt quæ potestatem consecrandi Eucharistiam spectant. *Retenta* siquidem *impositione manus, forma* in ordinatione presbyteri adhibita, hæc est : *" Accipe Spiritum Sanctum. Quorum remiseris peccata, remittuntur eis; et quorum retinueris, retenta sunt. Sis fidelis dispensator verbi Dei et sanctorum sacramentorum ejus".* Anno 1662, post verba : *Accipe Spiritum Sanctum,* hæc inserta sunt : *" In officium et opus sacerdotis in Ecclesia Dei, per impositionem manuum nostrarum jam tibi commissum; quorum remiseris,* etc. " Forma ordinationis episcopalis his continetur verbis: *" Accipe Spiritum Sanctum; et memento ut resuscites gratiam Dei, qua est in te per impositionem manuum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis et dilectionis et sobrietatis".* An. 1662, post *" Accipe Spiritum S. ",* hæc inserta sunt : ""in *officium et opus episcopi in Ecclesia Dei per impositionem manuum nostrarum jam tibi commissum, in nomine Patris...; et memento, etc. "* Jamvero *Matthaus Parker,* a quo anglicana hierarchia originem sumpsit, secundum priorem ritum Eduardianum consecratus est; quæstio est igitur num ejus ordinatio valida fuerit; nam, si nulla fuerit, eo ipso invalidæ sunt ceteræ ordinationes ab eo peractæ, vel ab episcopis quos ipse consecraverat '.

1037. *Thesis :* Ordinationes ritu anglicano actæ, irritæ prorsus fuerunt ac sunt, omninoque nullæ. Ita explicite *Leo XIII,* in Bulla *Apostolica cura,* sept. 1896, cujus argumenta hic breviter contrahimus.

i° *Auctoritate* probatur, (a) Jam an. 1555, *Paulus IV,* in Bulla *Praclara carissimi,* declaraverat omnes qui ad ordines ecclesiasticos promoti fuerant ab alio quam ab episcopo recte ordinato, eosdem ordines de novo suscipere teneri ; porro, attentis omnibus cir-

Anglois, Paris, 1726; J. Hardouin, S. J., Αα *Dissertation du P. Le Courayer, sur la succession des Ev. anglais et sur la validité des ordinations anglicanes réfutée,* Paris, 1724; E. Estcourt, *The Question of Anglican Ordinations discussed,* London, 1873; Gasparri, *De la valeur des Ordinations Anglicanes,* Paris, 1895; Denny-Lacey, *De Hierarchia Anglicana;* Brandi, *A. Last Word on Anglican Ordinations,* New York, 1897, gallicc redditum auctore *Boudinhon, Home et Cantorbery,* 1898; S. Many, p. 530-552; P. Sydney, *D. A.,* art. Ordination.

l Nostris diebus quidam anglicani ab episcopis Jansenistis, in Batavia degentibus, ordinati sunt : quorum ordinatio valde probabiliter valida est; sed de his non agimus; animadvertimus tantum hanc agendi rationem salis probare cos de validitate anglicanarum ordinationum dubitasse.

cumstantiis, hic agebatur de iis qui promoti fuerant secundum novam ritualem formam ; quod aliunde apertius exposuit idem Pontifex in Brevi *Regimini universalis,* 30 Oct. 1555.

(b) Revera ordinationes ritu Eduardiano collatæ, tanquam invalid® semper habitæ sunt in Ecclesia Romana quæ sine conditione ordinavit ministros anglicanos, ad veram fidem conversos, qui ritu Eduardiano jam ordinati fuerant; ita, v. g., *Clemens XI,* ratam habens 5. *Officii* decisionem, feria V, die 17 aprilis 1704, decrevit : "Joannes Clemens Gordon *ex integro et absolute* ordinetur ad omnes ordines etiam sacros et præcipue presbyteratus"[1]. Porro nunquam licet absolute sacramentum ordinis iterare, nisi certo de ejus nullitate constet.

20 *Rat. theol.* Ritus Eduardianus, juxta *Leonem XIII,* invalidus est ex defectu *fornice* et ex defectu *intentionis,* (a) *Forma* enim minime significat definite ordinem sacerdotii, vel ejus gratiam et potestatem, quæ præcipue est potestas consecrandi et offerendi verum corpus et sanguinem Domini; immo, in precationibus adhibitis, *ex industria* deletum est quidquid dignitatem et officia sacerdotii designat.

Frustra objicitur formam fuisse postea his verbis auctam *"ad officium et opus presbyteri,* ad officium et opus *episcopi";* nam hoc potius convincit Anglicanos ipsos vidisse primam formam fuisse mancam; eadem vero adjectio, si forte sufficiens esset, serius est inducta, elapso jam sæculo, cum, hiérarchia extincta, potestas ordinandi jam nulla esset. — Nec dicere juvat nonnullas formas a Græcis, vel etiam a Latinis ante sæc. X usurpatas, magis explicite non designare potestatem consecrandi; ritus enim intclligi debet juxta ea quæ formam ipsam præcedunt vel sequuntur : porro in Ecclesia tum Græca tum Latina, ex tota serie orationum clare colligitur potestatem Eucharistiam consecrandi vere conferri, dum ex adverso hujus potestatis collatio *ex industria* ab institutoribus ritus Eduardiani repudiata fuit, eo quod Missarum sacrificia tanquam blasphema figmenta et perniciosas imposturas haberent.

(b) Deest pariter *intentio :* hic non agitur de intentione mere interna, de qua Ecclesia non judicat, sed de ea quæ *exterius* in ritu proditur. Quæ sane intentio deficit, si ritus immutatur eo manifesto consilio ut alius inducatur ab Ecclesia non receptus, utque id repellatur quod facit Ecclesia et quod ex institutione

[1] Fatemur equidem unum ex argumentis, a *Cl. Gordon* allegatis contra validitatem suæ ordinationis, fuisse nullitatem ordinationis *Parker* ex illa tunc a multis recepta fabella de hujus consecratione in taberna (vulgo dicta *nag's /teaa)*\ sed in sententia ferenda omnino sepositа est ea causa, ut documenta produnt, neque alia ratio est reputata, nisi defectus formæ et intentionis. Cfr. *Amer. Eccles. Review,* Febr. 1897, p. 143-145.

Christi ad naturam attinet sacramenti; atqui res ita se habuit in ritu Eduardiano, cujus auctores, hæreticis erroribus imbuti, ut fatentur hodierni Anglicani, ea omnia abolere voluerunt, quæ ad sacrificium eucharisticum spectabant; ergo non solum deest intentio necessaria, sed intentio habetur sacramento adversa ac repugnans.

"Itaque, ait *Leo* ***XIII*** (l. c.), omnibus Pontificum Decessorum in hac ipsa causa decretis usquequaque assentientes, eaque plenissime confirmantes ac veluti renovantes auctoritate Nostra, motu proprio, certa scientia, pronunciamus et declaramus, ordinationes ritu anglicano actas, initas prorsus, omninoque nullas et posterius declarant hanc sententiam irreformabilem.

CAPUT II.

DE SINGULIS ORDINIBUS IN SPECIE[1].

Ad complendum id quod supra, n. 1001 sq., dictum est de variis ordinibus, singulos percurremus, eorum *naturam* et *elementa,* necnon *virtutes* eis adnexas breviter exponentes.

I. De Tonsura.

1038. i° Tonsura non est ordo, juxta communem theologorum sententiam, sed *praambulum* ad ordines, et definitur : *Ceremonia sacra, ab Ecclesia instituta, qua vir baptizatus ei confirmatus, specialiter Deo dicatur et in clerum adseribitur, ut se ad ordines disponat.*

Antiqui auctores, ut *Gregorius Turonensis* et S. *Isidorus,* ejus originem S. Petro adseribunt, dum moderni multo probabilius tenent eam, quatenus est *ritus specialis* quo fideles initiantur statui clericali, nonnisi octavo sæculo fuisse institutam [2]. Sæc. VI°, jam urgere coepit pro clericis obligatio tonsuram deferendi; sed eam quisque recipiebat die quo primo ordini, v. g. ostiariatui, initiabatur.

[1] S. Thom., *Sufflem.,* qq. 37, 40; Drouin, pars. II, sect 1 sq.; Morinus, Exercit. VII-XV; J. Tixeront, p. 53-102. — Munera et officia cujuslibet ordinis pie et erudite descripta invenies in *Catech. Trident.,* p. II, De Ordine, n. 27 sq.; J. *J.* Olier, *Traité des SS. Ordres;* de Lantages, *Instructions ecclésiastiques;* Bacuez, *Instructions et Méditations à Γusage des Ordinandi;* S. Many, p. 3-57; Lamothe-Tenet, *Les SS. Ordres;* Gontier, *Exflic. du Pontifical;* L. Rouzic, *Les Ss. Ordres,* 1926; R. Dubosq, *Les étafes du sacerdoce,* 1933, Tournai.

[2] Cf. Martene, *of. cit.,* lib. I, c. S, a. 7; Chardon, *of. cil.* ap. *Migne,* vol. XX, 796; Gaspard, n. 37. Tonsura, quatenus capillorum brevitatem importat, antiquior est ; sed, quatenus est abrasio capillorum in vertice capitis ad modum coronæ, primum a monachis usurpata est, deinde a sæcularibus clericis circa saec. Vum.

Sæculo autem VIII°, jam tonsura data fuit tanquam specialis ritus a qualibet ordinatione distinctus.

Rationes autem cur capilli ad-coronæ speciem et similitudinem tondeantur, sunt ut in memoriam revocetur corona, quæ ex spinis contexta Salvatoris nostri capiti fuit imposita, ad declarandam regiam dignitatem qua clerici ornantur, et ad significandum, per capillorum subtractionem, clericos res inutiles et mundanas contemnere debere ’.

20 Tonsurati *clerid* vocantur (can. 108), a græca voce κλήρο (sors, pars), tum quia sunt speciali modo pars Domini, tum quia Dominus fit speciatim eorum pars seu hereditas, juxta illud : *Dominus pars hereditatis mea.*

Conditiones ad tonsuram requisitæ sic a *Trident,* describuntur» : “ Prima tonsura non initientur qui sacramentum Confirmationis non susceperint, et fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere et scribere nesciant, et de quibus conjectura non sit eos non sæcularis judicii fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse ”a.

Virtutes, quas clericus colere debet, sunt *Christiana abnegatio,* fuga mundi ejusque voluptatum, honorum, et sordidi lucri contemptus, quod exprimitur per capillorum tonsionem et verba eam comitantia : “ Dominus pars hereditatis meæ et calicis mei : tu es qui restitues hereditatem meam mihi insuper *unio aim Christo,* ejusque virtutum imitatio, quæ superpellicei receptione et his verbis significatur : “Induat te Dominus novum hominem qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis

30 *Privilegia* per tonsuram collata sunt habilitas ad beneficia et jurisdictionem, immunitas, privilegium_iori et privilegium canonis, de quibus vide *Canonistas.* — “ Per receptionem primæ tonsuræ, clericus adseribitur seu, ut aiunt, *incardinatur* dioecesi pro cujus servitio promotus fuit (can. **in,** § 2).

II. De quatuor minoribus ordinibus 3.

1039. Quatuor illi ordines successive in Ecclesia instituti sunt prout postulabat temporum necessitas; eos'jam tertio sæculo exstitisse certo constat ex *Ep. Cornelii* Papæ ad Fabianum, n. 998.

1040. i° *O^tiariatus* est ordo quo *confertur potestas aperiendi et claudendi ecclesiæ. januas, arcendi indignos, et sacra supellectilis custodiam habendi, ffaleria"*est traditio clavium.*'formd* autem :

’ *Catech. Rom^* De Ordine, n. 31.

’ Sess. XXIII, cap. 4 de Reform.

* Cf. Wieland, *Die genet. Entwicklung. der sog.* ordines minores *in den ersten drei Jahrhunderlen,* 1897.

"Sic agite quasi reddituri Deo rationem pro iis rebus quæ his clavibus recluduntur".

Virtutes colendæ sunt zelus domus Dei, et zelus animarum; nam ordinandum sic admonet Pontifex : " Sicut materialibus clavibus ecclesiam visibilem aperitis et clauditis, sic et invisibilem Dei domum, *corda sc. fidelium, dictis et exemplis vestris claudatis diabolo, et aperiatis Deo*

1041 20 *Lectoratus* est ordo *dans potestatem verbum Dei in ecclesia ex pulpito legendi, et populum catechizandi in rebus fidei.* Lectores aliquas benedictiones dare possunt; dicitur enim in Pontificali : " Lectorem oportet... benedicere panem, et omnes fructus novos"; quod quidem confirmatur ex *Codice,* c. 1147, § 4.

Materia est traditio libri in quo continentur lectiones, v. g., Missale; *forma :* "Accipite et estote verbi Dei relatores, habituri, si fideliter et utiliter impleveritis officium vestrum, partem cum iis qui verbum Dei bene ministraverunt ab initio ".

Virtutes a lectore colendæ sunt Scripturarum amor et studium, zelusque ad fideles sanctificandos, juxta illud : " Quod autem ore legitis, corde credatis atque *opere compleatis,* quatenus auditores vestros *verbo pariter et exemplo vestro docere* possitis ".

1042. 30 *Exorcistatus* 1) est ordo *potestatem conferens expellendi deemones a corporibus baptizatorum vel catechumenorum, et aquam benedictam preebendi.*

2) *Materia* est traditio libri exorcismorum, cujus loco dari potest Pontificale vel Missale; *forma* vero: "Accipite et commendate memoriæ, et habete potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos, sive catechumenos ".

3) *Virtutes* igitur colendæ, sunt munditia cordis, passionumque mortificatio, juxta hæc Pontificalis verba : " Omnem *immunditiam* et *nequitiam ejiciatis,* ne illis succumbatis quos ab aliis vestro ministerio effugatis. Discite per officium vestrum *vitiis imperare,* ne in moribus vestris aliquid sui juris inimicus valeat vindicare ".

1043. 4° *Acolythatus* i) est ordo quo *potestas traditur urceolos aim vino et aqua porrigendi in missa, et lumina accendendi et deferendi.* Antiquitus litteras episcoporum, eulogias, immo et SS. eucharistiam ad ægrotos vel absentes deferebant.

2) *Materia* est duplex : traditio candelabri cum cereo exstincto et urceoli vacui; *forma* pariter duplex Accipite ceroferarium cum cereo, et sciatis vos ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipari in nomine Domini. Accipite urceolum ad suggerendum vinum et aquam in Eucharistiam sanguinis Christi in nomine Domini ", In utroque casu ordinandus *amen* respondere debet.

3; Ex quo sequitur acolythum opera tenebrarum abjicere debere, castam vitam ducere, et bonis operibus plebem ædificare, ut aperte ex Pontificali colligitur : " *Abjiciatis opera tenebrarum* et induamini arma lucis... estote igitur solliciti in omni *justitia, bonitate et veritate,* ut vos et alios et Dei ecclesiam *illuminetis.* Tunc etenim in Dei sacrificio digne vinum suggeretis et aquam, si vos ipsi Deo sacrificium per *castam vitam* et bona opera oblati fueritis ",

III. De subdiaconatu et diaconatu[1].

1044. i° *Subdiaconatus* 1) a sæc. III°ad XIum ut ordo *minor* habitus est, et hodie etiam a Græcis habetur. Sed, in Ecclesia latina, a sæc. XII°, ordinibus *majoribus* seu sacris annumeratus est. Definiri igitur potest *ordo sacer potestatem conferens materiam sacrificii prceparandi, calicem et patenam diacono offerendi, sacerdoti sacra sollemniter celebranti aquam fundendi, epistolam in missa cantata legendi, et sacra linteamina abluendi.*

2) *Materia* est traditio calicis vacui cum patena vacua, quæ probabilius consecrata esse debent ; *forma :* "Videte cujus ministerium vobis traditur; ideo vos admoneo, ut ita vos exhibeatis ut Deo placere possitis Traditio urceolorum, quæ fit ab archidiacono, et libri epistolarum certo moraliter non requiritur ad validitatem : idem dic a fortiori de traditione vestium sacrarum.

3) *Onera* huic ordini adnexa in Ecclesia Latina, sunt : obligatio *divinum officium recitandi,* quæ *spiritum orationis* supponit, et perpetua *continentia,* ad quam servandam requiruntur fuga occasionum, præsertim nimiæ cum feminis familiaritatis, sensuum tum externorum tum internorum assidua mortificatio, oratio frequens, amor Scripturarum et indefessus labor.

1045. 20 *Diaconatus* 1) a Christo simul cum episcopatu et presbyteratu institutus et tanquam *specialis ritus* jam ab Apostolis collatus [2], est *ordo sacer et hierarchicus, quo traditur potestas immediate ministrandi ad altare in missa sollemni, evangelium canendi et explicandi, baptismum et communionem administrandi in casibus extraordinariis,* ut alibi explicatum est.

2) De *materia* hujus ordinis disputant theologi : alii tenent totam materiam in impositione manus[3] sitam esse, alii in sola traditione Evangelii, alii *probabilius* in utraque simul. *Forma* est :

[1] Reuter, *Das Subdiakonal,* dessen historische Entwicklung, 1890; Seidl, *Der Diakonal in der katholischen Kirche,* 1884.

[2] *Act.,* VI, 1-6.

[3] Quæ impositio *practice* physica esse debet ; nam 5. *Offic.* jussit secreto repetendam esse ordinationem diaconi cujus caput physice episcopus non tetigerat Cfr. *Acta S. Sedis,* XXX, p. 158.

“ Accipe Spiritum Sanctum ad robur, etc. ”, cum praefatione cui hæc verba inseruntur; vel : ‘‘Accipe potestatem legendi Evangelium in ecclesia Dei, tam pro vivis quam pro defunctis ”; vel utraque simul.

3) *Virtutes* a diaconis colendæ sunt *perfecta castitas,* quae major in eis esse debet quam in subdiaconis : “ Quia comministri et cooperatores estis corporis et sanguinis Domini, estote ab omni illecebra carnis alieni... estote *nitidi, furi, mundi, casti,* sicut decet ministros Christi *zelus* ad prædicandum Evangelium non solum verbis, sed etiam exemplis : “ Curate ut quibus Evangelium ore annuntiatis, *vivis operibus* exponatis ”; *devotio erga Spiritum Sanctum,* qui ipsis datur ad robur. H

IV. De Presbyteratu

1046. i0 *Presbyteratus est ordo sacer potestatem conferens consecrandi corpus et sanguinem Christi eff feccatpi remittendi vel retinendi..* ‘‘Sacerdotem oportet *offerre, benedicere, free-esse, pràdicare* et *baptizare ”,*

V lit

Offerre designat potestatem Sacerdotis circa corpus Christi naturale, scilicet consecrandi, offerendi sacrificium Missæ, communionem dispensandi. Cetera verba referuntur ad officia presbyteri circa corpus mysticum : debet *benedicere,* id est, bona cælestia super res et personas effundere per sacramenta, sacramentalia aliasque sacras functiones; *prceesse,* seu divinis officiis, absente episcope, praesidere, populumque sub Episcopo regere; *prædicare,* seu gregem verbo divino pascere; *baptizare,* et insuper sacramenta *Poenitentia* et *Ex. Unctionis* ministrare.

'|V! .i

'h: *

1047. 20 *De materia etforma* hujus ordinis supra dictum est, η. ion sq.

praxi, cum agatur de validitate, tutior pars sequenda est, et nil ex iis, quæ probabiliter requiruntur, omittendum est.

Hinc : (a) si omissa fuerit *prima manuum impositio,* id est, sive impositio ipsa, sub silentio facta, sive extensio manus dexteræ, quæ fit ab episcopo, tota ordinatio repetenda est; sed si *presbyteri soli* hanc manuum extensionem omiserint, ordinatio valida est. Si episcopus immediate ante vel post orationem “ *Oreinus, fratres...* ” manum extensam habuit, hæc extensio ad validitatem sufficit ».

’ Cf. Sobkowski, *Episkopai und Presbyterat in den erslen chnitlichen Jahrhunderten** 1893.

1 5. 30 nov. 1898 et 14 dec. 1898.

Impositio manuum, sub silentio peracta, debet esse *physica;* secus ordinatio est sub conditione iteranda ex integro et secreto si defectus post secundam impositionem aut finita missa detegitur; si vero ante secundam manus impositionem, prima impositio suppleri debet in ipsa ordinatione.

(b) Si omissa fuerit *secunda,* quæ fit *post communionem,* aut si episcopus in pronuntiandis verbis quæ eam comitantur, substantialiter erraverit, impositio supplenda est quam primum etiam extra ordinationem, immo extra sacrificium missæ[2].

(c) *Majoris securitatis* gratia, requiritur *physicus* instrumentorum contactus, i. e., calicis, patenæ et hostiæ; insuper calix et patena consecrata esse debent, et genuinum vinum in calice, verus triticeus panis super patenam porrigi debet λ

(d) Si tangantur calix et patena, non autem hostia, certum est *moraliter* ordinationem esse validam.

Relate ad *formam,* omnes orationes variis materiis respondentes accurate pronuntientur, et notetur orationem *Exaudi* cum sequenti *prafatione,* quæ primam manuum impositionem subsequitur, a nonnullis ad validitatem requiri[4].

IO48. 30 Sacerdos *omnibus virtutibus debet esse ornatus,* cum sit *alter Christus;* legitur enim in Pontificali : " Gravitate actuum et censura vivendi probent se *seniores*... ut in lege tua die ac nocte méditantes, quod legerint credant; quod crediderint, doceant; quod docuerint, imitentur: justitiam, constantiam, misericordiam, fortitudinem, ceterasque virtutes in se ostendant ", In eis præsertim eluceat *caritas,* juxta illud : " Accipe vestem sacerdotalem, per quam caritas intelligitur ".

V. De episcopatu.

1049. i° *Episcopatus* est ordo sacer et supremus, quo confertur potestas fideles confirmandi, ministros ordinandi, et consecrandi res ad divinum cultum pertinentes : " Episcopum oportet judicare, interpretari, consecrare, ordinare, offerre, baptizare et confirmare

' S. *Offre.,* 4 jul. 1900, approbante *Leone XIII* {*A. S.* 5., t. XXXIII, 128). Attamen physicus tactus esse potest, etsi non nudæ sint manus ordinantis vel caput ordinati.

2 S. *Ojffic.,* 9 dec. 1897.

3 Hinc, si evolaverit hostia in terram ante tactum instrumentorum, ordinatio ex integro sub conditione iteranda est ex decisione S. *Officii,* 6 jul. 1898, *Acta S. Sedis,* XXVI, p. 123.

4 Lehmk., n. 740.

Duo priora officia ad potestatem *jurisdictionis* referuntur et important potestatem *legislativam, judiciariam, coercitivam, administrativam,* prout explicatur a *Canonistis.* Quinque alia ad potestatem *ordinis : consecrare* importat abbatum benedictionem, regum consecrationem, ecclesiarum dedicationem, altarium, calicis et patenæ consecrationem, s. olei benedictionem, et generatim omnes benedictiones quæ sacrum chrisma requirunt. *Ordinare* ad collationem sacramenti ordinis refertur. Cetera officia, " *offerre, baptizare* et *confirmare* ", per se intelliguntur.

20 *Materia* episcopatus, juxta multos, in *sola* impositione manuum consistit, non autem in impositione libri evangelii super caput consecrandi, quæ per quatuor priora sæcula non fuit in usu, nec hodie apud Coptos adhibetur. Alii tamen putant impositionem libri evangelii esse materiam *totalem* aut *partialem* hujus ordinationis. Rationes utrinque allatæ similes sunt iis quæ quoad presbyteratum expositæ sunt, n. 101 r sq. In *praxi* igitur pars tutior est sequenda. Forma autem est longa oratio quæ continetur in *Prcejatione,* necnon verba quæ comitantur evangelii traditionem.

1050. 30 *Tres episcopi* requiruntur ad *licitam* episcopi consecrationem, ut constat ex multis Conciliorum statutis, præsertim *Nicceno,* can. 4, et ex *Codice,* c. 954 mox citando. Sed *unus* episcopus sufficit ad *validam* episcopi consecrationem; nam : (a) quando Rom. Pontifex olim episcopos consecrabat, *solus* ordinationem peragebat; (b) S. *Gregorius M.* permisit Augustino, Anglorum episcopo, ut *solus,* saltem initio, ordinaret episcopos ; alii Pontifices concesserunt, ut, apud exteras nationes, aliquis consecraretur episcopus ab uno episcopo, assistentibus tamen duobus presbyteris et etiam sine eis, si opus esset; (c) Ex *Codice,* c. 954 : " Episcopus consecrator debet a^ios duos episcopos adhibere, qui sibi in consecratione assistant nisi hac super re a Sede Apostolica dispensatum fuerit ",

1051. 40 Præcipuæ *virtutes* ab episcopo colendæ, his Pontificalis verbis indicantur : " Abundet in eo constantia fidei, puritas dilectionis, sinceritas pacis. Sint speciosi munere tuo pedes ejus ad evangelizandum pacem, ad evangelizandum bona tua... Sit sollicitudine impiger, sit spiritu fervens, oderit superbiam, humilitatem ac veritatem diligat, neque eam unquam deserat, aut laudibus aut timore superatus ".

' *Epist.,* lib. XI, 64, resp. 8, *P. L.,* LXXVII, 1191.

DE DEO REMUNERATORE,

SEU

ESCHATOLOGIA

Breviter delineatur profectus doctrinæ eschatologicae.

Quatuor in hoc profectu distingui possunt.

i° *Sceculis* ***IP et IIP,*** agitur præsertim de resurrectione camis et ultimo judicio contra Gentiles et Gnosticos. *Sæc.* ***II,*** Athenagoras, *De Resurrectione mortuorum; sæc.* ***III,*** Tertullianus, *Liber de Resurrectione carnis;* S. Hippolytus, *Demonstratio de Christo et Anti-Christo; Liber adversus Græcos,* ubi de futuro hominis statu disserit. — Eodem tempore quæstio de futuro Christi regno agitatur, ut mox dicemus ubi de *Millenarismo.*

2° *Sæc.* ***IVe et V°,*** magis explicite exponitur doctrina de sorte cujuslibet hominis post mortem, de judicio particulari, de præmiis et poenis secundum merita et demerita cujusque, cum practicis consectariis inde fluentibus. Tunc etiam aliquo modo sparguntur errores *Origenis* de universali omnium restitutione, aut *Misericordium* qui poenarum ætemitatem non admittunt quoad omnes peccatores impænitentes. Inter opera hujus temporis hæc notantur : *Sæc.* ***IV,*** S. Methodius, *Liber de Resurrectione contra Origenem;* S. Cyrillus Hierosol., *Catech.* XV, XVIII ;S. Gregorius Nyss., *Tr. de Anima et Resurrectione ;* S. Ambrosius, *Libri V de Ride,* lib. II, c. 11-14, ubi graphice describitur extremum judicium; *Libri* ***II*** *de Excessu fratris sui,* ubi de corporum resurrectione; S. Zeno, *Tr. de Resurrectione ;* S. Ephrem, *Sermones polemici* 14, 46, 52; *Parameses* 76, seu hortat, ad pænitentiam, ubi vivide describuntur mors, judicium, infernus ; *Sermones* ***XII*** *de Paradiso Eden,* ubi etiam de paradiso cælesti; S. Chrysostomus, *Homil. V de Lazaro; Homil. in Ep. ad Thessalonic.; Sermones duo de Consolatione mortis; Homil. de Resurrectione mortuorum.*

| In hac editione prætermittimus *Tr. dt Matrimonio*› quem lector inveniet quoad partem dogmaticam et moralem in *Synopsi Thtologiit moralis,* t. I, et in speciali opusculo quoad partem dogmaticam.

3° *A S. Augustino ad S. Gregarium M.,* præcisior fit expositio doctrinæ quoad poenarum aeternitatem, contra *Origenistas* et *Misericordes;* quoad judicium particulare quo statim definitur sors cujuslibet hominis; quoad naturam et objectum visionis beatificæ; quoad purgatorium et preces pro defunctis. Inter opera hujus periodi, legantur præsertim : S. Augustinus, *De Civitate Dei,* (l. XX, XXI, XXII); *De fide et operibus;* S. Cæsarius Arf.latensis, *Sermones dejudicio divino;* S. Gregorius, *Dialogi.*

4° *A saculo XIIe,* magis methodice et scientifice expenduntur omnes quæstiones etiam minoris momenti de *novissimis,* tempus quo justi visione beatifica gaudere incipiunt, natura visionis beatificæ vel poenarum inferni, status corporum gloriosorum post resurrectionem. Ita, inter alios : *Sac. XII,* Petr. Lombardus, *Sententiarum* lib. IV, circa finem; *sac. XIII,* S. Thomas Aq., O. P., *Supplem.,* q. 69-81; *Cont. Gentil.,* lib. IV, c. 79-97; S. Bonaventura, 0. M., *Comment, in lib. IV Sentent.; Ægidius* Romanus, O. Aug., *De divina influentia in Beatos; De prcedestinatione, prascientia, paradiso et inferno.*

Sac. XIV, Fr. Matron, 0. M., *De Ultimo judicio ; sæc. XV,* Nie. Cusa, *De Novissimo die lib. I;* Dionysius Carthus., *De quatuor Novissimis;* Alph. Tostat, *Libellus de statu animarum post mortem;* Marsil. Ficinus, *De caritate, De immortalitate animorum ac ceternafelicitate.*

Sac. XVII, Th. Malvenda, O. P., *De Antichristo,* libri 11, Romae, 1601; P. de Fonseca, S. J., *Disputationes de anima et corporis beatitudine,* Coimbricæ, 1609; Jac. Gretser, S. J., *Dissertationes dua de subterraneis animarum receptaculis et de statu Beatorum;* Suarez, S. J., *De Angelis,* lib. VIII; S. Bellarminus, S. J., *Contrav.,* de Purgatorio, de Sanctorum Beatitudine; *Opusc. de aterna felicitate Sanctorum;* Lessius, S. J., *De Summo Bono et atema beatitudine,* Antuerpiæ, 1616; Petavius, S. J., *De Angelis,* lib. III; Did. Ruiz, S. J., *De visione et nominibus Dei;* Fratres Walenburch, *Tract, generales de Controv. fidei,* t. 2, ubi de Purgatorio; Leo Allatius, *De utriusque Ecclesia perpetua in dogmate de Purgatorio consensione,* Romæ, 1655; Ger. de Cordemoy, *L'Eternité des Peines de l'Enfer,* Paris, 1697.

Sac. XVIII, Fr. Maria Magdalena, O. Carm., *De Spiritu S., de Purgatorio et suffragiis, de statu animarum et corporum,* Mediolani, 1743; Muratori, *De Paradiso,* Veronæ, 1738; Pelletier, *Traité des Récompenses et des Peines éternelles,* Paris, 1738; Patuzzi, O. P., *Defuturo impiorum statu,* Veronæ, 1748; B. Plazza, *Dissertatio anagogica theologica de Paradiso,* Panormi, 1762.

Sac. XIX, J. J. Rossignol, S. J., *Des peines du Purgatoire,* Taurini, 1808; Anton. Barcellona, *La Félicita de' Santi,*

Panormi, 1801; Emery, *Dissertation sur la mitigation de la peine des damnés,* 1810; Carle, *Du dogme catholique sur l'Enfer,* 1842; Perrone, S. J., *Prcelediones,* De Deo Creatore; Passaglia, S. J., *De Igne inferni;* Mazzella, S. J., *De Deo Creante,* Jungmann, *De Novissimis;* Kenrick, *De Vitafutura;* Hurter, S. J., *De Deo Consummatore;* E. Méric, *L'autre vie,* Paris, 1880; Katschthaler, *Eschatologia,* 1888; OxENHAM, *Catholic Eschatology;* Leonhard Atzberger, *Die christliche Eschatologie in den Stadien ihrer Offenbarung in Alten und Neuen Testamente,* 1890; *Geschichte der christlichen Eschatologie, innerhalb der vornicanischen Zeit,* 1896; Oswald, *Eschathologie* 1893; Monsabré, O. P., *Carême* 1888-1889; Schneider, *Das andere Leben,* 1904, gallice redditum auct. *Gazagnol (L'Au-delà),* 1907; Palmieri, *De Novissimis,* 1908; L. Billot, *Quœstiones de Novissimis* 3, 1908; Terrien, S. J., *La Grâce et la Gloire,* t. II; Scaglia, *I nervissimi nei monumenti primitivi della Chiesa,* 1910; L. Labauche, *Leçons de Thiol., L'homme,* 3e éd., p. 343-426; Card. Lépicier, *De Novissimis,* 1921; E. Hugon, t. IV, *De Novissimis,* 1920; A. d'Alès, *D. A.,* verbis *Ciel, Enfer, Fin du monde,* etc.; E. Amann, *Diet, de Théologie,* verbis *Ciel, Dam, Enfer, Gloire, Lntuitive (vision),* etc.; *Catholic Encyclopedia,* New-York, verbis *Eschatology,' Heaven, Hell, Purgatory,* etc.; A. Michel, *Lesfins dernières,* 1929.

Inter Protestantes : Richter, *Die Lehre von den letzen Dingen,* Breslau, 1843-44; Alger W. R., *The destiny of the soul,* a critical History of a Future Life, 10th ed. Boston, 1880; Lee F. G., *The Christian doctrine ofPrayerfor the departed,* London, 1875; Hanna, Wm., *The Resurrection ofthe Dead,* Edinburgh, 1872; Smyth, Newman, Dorner, *On the Future State,* 1883; Pusey, *What is offaith as to everlasting punishment,* London, 1888; Lichtenberger, *op. dt.,* verbo Eschatologie, t. IV, p. 486 sq.; Salmond, *The Christian Doctrine of Immortality,* 3a ed. Edinburgh, 1897; Milton S. Ferry, *Biblical dogmatics,* 1907, p. 122-136.

Ex Decreto unionis Græcorum in Bulla Eugenii IV "Læ TENTUR CÆLI" 1.

Item, si vere pænitentes in Dei caritate decesserint, antequam dignis pænitentiæ fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas mis purgatoriis post mortem purgari : et ut a poenis hujusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scii, sacrificia, orationes et eleemosynas, et alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiæ instituta. Iliorumque animas, qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus, prout superius dictum est, sunt purgatæ, in cælum mox recipi et intueri clare ipsum Deum trinum et unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius : illorum autem animas qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas.

Alia documenta allegabuntur in decursu Tractatus.

1052. Objectum. Vita gratiæ, quam Deus per sacramenta in animas nostras diffundit, suam *consummationem* invenit in *gloria* seu *vita æterna,* quam *V)e\is,justus remunerator,* justis largitur secundum ipsorum opera. Præsens itaque tractatus, ex parte Dei spectatus merito vocatur *Tractatus de Deo Remuneratore,* seu de *Deo consummatore; ex* parte vero hominum, dicitur etiam *Tr. de Novissimis,* vel *Eschatologia (jrr/p-v.,* novissima); novissima enim hominis dicuntur ea quæ, secundum oeconomiam divinæ providentiæ, ex hac vita migrantibus obtingunt, scilicet *mors, judicium, purgatorium, cælum* vel *infernus.*

Utilitas triplex est : 1) *speculativa,* quia de consummatione vitæ supematuralis agit, qua multum elucidantur ea quæ de gratia dicta sunt; 2) *apologetica,* ad vindicanda dogmata de resurrectione, judicio, cælo, purgatorio et inferno contra rationalistas et protestantes; 3) *practica,* cum harum veritatum meditatio ad fugam peccati et praxim virtutum maxime prosit, ex his Scripturæ verbis : "In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis" 2.

1 D. B., 693, — 2 *Eccli.,* VII, 40.

1053. Divisio. Cum *novissima* respiciant non tantum *cujusque hominis,* sed etiam *mundi* et *humani generis* ultimam sortem, duo erunt capita :

Ingressus in per mortem,
alteram vitam [per judicium.

Cap. I.
De novissimis *hominis.*

De cujusque sorte.
- De beatitudine caelesti.
- De pœnis purgatorii.
- De poenis inferni.

Cap. II.
De novissimis *mundi.*
- De fine mundi.
- De resurrectione.
- De judicio generali.

Conclusio totius theologiae. communione sanctorum

CAPUT I.

DE NOVISSIMIS HOMINIS.

Duo articuli : I. De INGRESSU IN ALTERAM VITAM.
II. De cujusque sorte in altera vita.

Art. I. De ingressu in alteram vitam.

1054. *Morte* imponitur finis praesenti vitæ simulque incipit pro singulis hominibus vita altera seu æterna ; *judicio particulari sors* cujusque definitive statuitur.

§ I. De morte.

Dicemus : i° de *morte ipsa;* 2° de statu *animæ a corpore separates.*

I. De ipsa morte

Exponemus : i° *notionem* mortis; 2° ejus *universalitatem;* 3° *incertitudinem* horæ mortis.

1055. i° Notio H ortis Cum mors sit *privatio vita,* tot sunt genera mortis quot sunt genera vitæ. Jamvero duæ sunt vitæ : vita *spiritualis,* et vita *corporalis;* duo sunt igitur genera mortis : mors *spiritualis* et mors *corporalis.*

(A) Mors *spiritualis* est mors animæ in *privatione gratiæ habitualis* consistens; ideoque peccatum quo anima gratia habituali privatur, dicitur *mortale,* quia mortem infert animæ. Eodem sensu amissio vitæ æternæ vocatur *mors secunda*2. — Diverso tamen sensu mors vocatur etiam *exspoliatio vitæ malæ,* qua baptizati mortui sunt peccato ut in novitate vitæ ambulent 3.

(B) Mors *corporalis* est *separatio animæ a corpore,* qua nempe unio vitalis dissolvitur. Solum corpus moritur, non autem anima. Attamen recte homo dicitur mori, quia com-

' S. Thomas, *Supplem.,* q. 78, a. 1-2, ejusque *commentatores;* Ginella, *De notione atque origine mortis,* 1868; Palmieri, *op. cit.,* p. 1-35; L. Billot, p. 11-45; Card. Lépicier, p. 12-59; E. Hugon, *Tr. theologici,* IV, p. 398-402.

' *Apoc.,* XX, 6· 14· — 3 *fam.,* VI, 2-11.

positum ex anima et corpore, quo homo constituitur, dissolvitur. — Hic est sensus *propriiis* quo mors intelligitur in præsenti tractatu.

N. B. Mortem esse non solum finem vitæ nostræ mortalis, sed etiam *terminum probationis et meriti,yaca* probavimus supra, n. 257.

1056. Origo mortis. In præsenti statu mors est pœna peccati. Homo siquidem est natura sua mortalis quoad corpus; sed, præternaturali privilegio, immortalis a Deo creatus fuerat *(De Deo Creante,* n. 868), et nonnisi peccato protoparentum hoc indebitum privilegium amisit : " Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et *per peccatum mors* " x.

1057. 20 Mortis universalitas. (A) Mortem esse ex se *universalem Scriptura* testatur : " Mors in *omnes* pertransiit, in quo omnes peccaverunt... Sicut in Adam *omnes* moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur"2... Quare S. Paulus declarat homines semel mori : " Statutum est *hominibus semel mori* " 3.

(B) *Rat. theologica* idem probatur. Nam : (a) mors est pœna peccati, ut dictum est; atqui omnes Adæ posteri peccatum originale incurrunt; ergo et omnes debent mori. (b) Imo Christus et B. Virgo, qui peccatum originale non incurrerant, nec proinde legi mortis subdebantur, mori voluerunt, ut suo exemplo mortis universalitatem confirmarent et pie mori nos edocerent, necnon a mortuis resurgendo nobis spem resurgendi darent 4; ergo omnino decet ut omnes christiani moriantur, (c) Juxta doctrinam catholicam, omnes resurgere debent; atqui resurgere non valent nisi prius moriantur; ergo omnes morientur.

1058. Controvertitur utrum necne lex moriendi, *ex se* universalis, *aliquam patiatur exceptionem.*

(a) Patres quidam putarunt *Henoch* et *Eliam* non esse morituros. De priore legitur : " Tulit eum Deus " s, nempe " ne videret mortem ", ut ait S. Paulus 6. *Elias* autem per turbinem in

l *Hom.,* V, 12. — * ***I*** *Cor.,* XV, 22. — 3 *Hebr.,* IX, 27.
' S. Thom., 3, q. 50, a. I. — » *Gen.,* V, 24. — « *Hebr.,* XI, 5.

cælum ascendit', et veniet ante diem Domini magnam ut convertat Judæos'. — Exinde multi Patres inferunt eos adhuc vivere, et in *Nituati* dicitur eos liberatos esse " de communi morte mundi " 3.

Sed exinde minime sequitur eos non esse morituros. Nam multi Patres docent eos in fine mundi morituros esse, imo quidam, innixi obscuro textu Apocalypsis ♦ putant eos ab Antichristo occidendos fore et postea resurrecturos.

1059. (b) Sed quæstio præsertim agitatur quoad *eos qui tempore secundi adventus Domini viventes invenientur.*

Natio dubitandi desumitur ex his S. Pauli testimoniis : " Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur" in multis enim græcis codicibus legitur : " *Non omnes dormiemus,* sed omnes immutabimur ". Et alibi 6 : " Nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt... Mortui qui in Christo sunt, resurgent *primi; deinde* nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur obviam Christo

Jamvero, inter Patres et theologos, diversa fuit Patrum interpretatio : **i**) alii enim, cum Græcis et S. Hieronymo, putant sensum obvium esse homines, tempore adventus Domini superstites, non esse morituros; et addunt ita non destrui legem universalem mortis : etsi enim non moriantur aliqui in fine mundi, manet in eis *reatus mortis,* sed poena ipsa mortis a Deo aufertur. Quam opinionem plerique hodierni exegetæ amplectuntur 7. 2) Alii autem, nostris etiam diebus, adhærent sententiæ quam 5. *Thomas* 8, post expositam controversiam, ita exprimit : " Tamen securior est hæc et communior opinio quod omnes morientur et a morte resurgent". Quare verba S. Pauli "non omnes dormiemus", ita intelligunt : non omnes dormiemus *diuturno* somno mortis, sed brevissimo, cum mox resurrecturi simus.

Res itaque non est definita, sed utraque opinio probabilis manet.

1060. 3° Mortis ineertitudo quoad tempus. Mortis tempus omnino *incertum est.* Et merito quidem : i) " ut, dum illam praevidere non possumus, ait S. *Gregorius* 9, ad illam sine intermissione praeparemur 2) ut homines a pec-

'IVR'g-, II, II.
1 *Malach.,* IV, 5-6; cfr. *Maith.,* XVII, 11. — 3 Commendatio animæ.
* *Apoe.,* XI, 7. —Quidam hunc textum intelligent de prædicatoribus fidei tunc viventibus.
-s ***I*** *Cor.,* XV, 51. — 6 Z *Thess.,* IV, 14-16.
7 Cfr. Prat, *La Théol. de S. Paul,* t. 17, p. 90-92.
8 *Suppi.,* q. 78, a. 1; cfr. L. Billot, *De Novissimis,* th. XII; Card. Lépi> der, *De Novissimis,* p. 19.
» *Homil. XIII in Evang.,* n. 6. *P. L.,* LXXVI, 1126.

candi libidine et impœnitentia refrœnentur : "Vigilate, quia nescitis diem, neque horam " [1] ; dum enim incerta manet dies mortis, eo ipso in statu gratiæ perseverare satagimus, bonaque opera indesinenter operari, usque ad finem vitæ, ut fideles inveniamur tempore quo mors veniet sicut fur in nocte : " Quia ergo et venturæ mortis tempus ignoramus, et post mortem operari non possumus, superest ut ante mortem tempora indulta rapiamus"[2].

Cum mors sit pcena peccati, ultimumque sacrificium quod Deus a nobis postulet, libere ac libenter hoc sacrificium offeramus, ut hac ultima immolatione purificati, citius Deum videamus.

Ad quod obtinendum, multum juvabit frequens recitatio hujus orationis *Pii X* : " Domine Deus meus, jam nunc quodcumque mortis genus, prout tibi placuerit, cum omnibus suis angoribus, pœnis ac doloribus de manu tua œquo ac libenti animo suscipio ".

II. De anima separata λ

1001. Status quœstionis. (A) Errores, (a) *Matérialiste,* animæ immortalitatem negantes, falso asserunt animam post mortem annihilari, (b) *Agnostià* et *Positiviste* contendunt de sorte animæ nihil sciri posse, (c) *Panthéiste* docent morte *vitam individualem* cessare, et animas absorberi in animam universi, (d) *Spirite* et *Theosophi* putant animas, post mortem, multas *transmigrationes* et *reincarnationes* subire, usquedum omnino a vitiis et peccatis purgatæ, felicitatem ultimo consequantur [4].

(B) Doctrina catholica est animam a corpore separatam esse immortalem, nec substantialiter transmutari, sed suas facultates intellectivas retinere necnon suam individualitatem.

i° De immortalitate animæ.

1062. *Thesis :* Anima separata vere est immortalis.

De fide est tum ex *Symbolis,* in quibus legitur : " Credo... *in vitam œternam* tum e definitione *Leonis X* in C. *Lateranensi V :* " Sacro approbante concilio, damnamus et

1 *Maith.,* XXV, 13; cfr. *Luc.,* XII, 40.
2 S. Gregorius, *l. cit. ;* cf. Bossuet, *Méditation de la brièveté de la vie.*
3 S. Thomas, I, q. 89; *Supply* q. 70, ejusque commentatores; E. Hugon, PP· 399» 408; Card. Lépicier, p. 26-54.
4 Quorum errores fusius expositos et confutatos invenies in *Syn. Theol. fundamentalis.*

reprobamus omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse ”x.

1063. Script. (A) *Ex Vet. Test.* Animam humanam non mori cum corpore, sed *supervivere,* imo omnino immortalem esse multoties asseritur :

(a) Jam in primis libris *historias* id æquivalenter asseritur : r) Deus enim pluries asserit se esse Deum Abraham, Isaac et Jacob jam mortuorum; atqui, ut arguit Christus, ‘‘non est Deus mortuorum, sed viventium”3; ergo exinde infertur hos patriarchas supervivere. 2) Idem constat ex multis locis in quibus declaratur eos qui moriuntur *ad patres suos,* ad *populum suum ire; ‘‘Tu* autem ibis ad patres tuos in pace... Pergat Aaron ad populum suum... Dormivit igitur David cum patribus suis... Ibi enim supponitur defunctos supervivere simulque in aliquo loco habitare. 3) Hic locus vocatur *scheol* seu limbus et sæpe describitur ut terra tenebrosa, operta mortis caligine, ubi sempiternus horror inhabitat4, ideoque parum desiderabilis, quia ibi non videtur Deus nec celebrantur festa solemnia. 4) Confirmatur ex prohibitione mortuos evocandi5; quam prohibitionem violat Saul, evocando Samuelem, qui ei apparet atque diram cladem prædicit6. Dubitari igitur nequit Judæos alteram vitam admisisse.

b) Res magis explicite declaratur apud *Prophetas.* Ita *Isaias,* post annuntiatum diem judicii, justorum vitam futuram describit sub specie *convivii* 7, in quo justi lætabuntur; posteaque additur : “ Vivent mortui tui, interfecti mei resurgent”8. *Daniel* resurrectionem et vitam æternam ita annuntiat : ‘‘Et multi de his qui dormiunt in terræ pulvere *evigilabunt,* alii in *vitam æternam,* et alii in opprobrium ut videant semper ”9.

(c) In *Psalmis* sæpe exprimitur spes animæ fidelis in terra quidem multis miseriis afflictæ, sed invicte sperantis se in ætemum Deum laudaturam et beatitudine perfecta gavisuram Quoniam non derelinques animam meam in inferno... adimplebis me lætitia cum vultu tuo”10.— In

x D. B., 738. — 3 *Matth.,* XXII, 32; cfr. *Mare.,* XII, 26-27.
5 *Gen.,* XV, 15; XXV, S, 17; *Num.,* XX, 24; *Deut.,* XXXII, 50; *III Reg.,* II, 10; *IV Reg.,* XXI, 18, etc.
4 *Job,* X, 21-22; *Isa.,* XXVIII, iS; A. XXXVII, 12-13; CXIII, 17.
5 *Lev.,* XIX, 31; *Deut.,* XVIII, 11.
6 *I Sam.,* XXVIII, 4-19. — ? Λα., XXV, 6-8. — 8 *Isa.,* XXVI, 19.
’ *Dan.,* XII, 2. — «° *Rs.* XV, io-ll; *cf. Rs. XVI, 15; Rs.* LXXII, 24-26.

libro *Sapientiæ* describitur felicitas æterna sanctorum, cui opponitur sors misera impiorum : " Justorum animæ in manu Dei sunt... Justi autem *in perpetuum vivent,* et apud Dominum est merces eorum... Impii autem secundum quæ cogitaverunt correptionem habebunt " ». — *Ecclesiastes* ipse ita concludit suas investigationes : " Revertatur pulvis in terram suam unde erat, et *spiritus redeat ad Deum qui dedit illum* " ».

(d) In libris *Tobiæ* et *Machabœorum* idem sæpius asseritur : " Vitam illam exspectamus, quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo". — "Mundi Creator... spiritum vobis reddet et vitam " 3.

1064. (B) In *Novo Testamento,* tota prædicatio Christi ejusque discipulorum eo tendit ut *regnum cœlorum* et *vitam æternam* indesinenter prae oculis Judaeorum ponat tanquam *finem* omnibus viribus prosequendum, *unicum necessarium* quod ceteris omnibus anteponi debet, (a) Dominus, in sermone montano, octo beatitudines enuntiat quæ ad regnum caelorum ducunt, et in memoriam revocat conditiones necessarias ad illud consequendum 4; sæpe discipulos admonet ut omnia dimittant ad animam suam salvandam : " Quid enim prodest homini si universum mundum lucretur, animæ vero suae detrimentum patiatur?"5 Tandem, post ultimum judicium, " ibunt hi (mali) in supplicium aeternum, justi autem in vitam æternam " 6.

(b) Pariter Apostoli docent nos *peregrinos* esse super terram et ad Deum tendere, in *aliam vitam* in qua perpetua beatitudine fruemur? ; ipsos Judaeos agnovisse se peregrinos et hospites esse super terram, ita significantes se *patriam* inquirere *meliorem,* nempe caelestem 8.

Quod quidem argumentum, jam apodicticum, confirmabitur iis omnibus quæ de æterna beatitudine, de poenis inferni et de resurrectione corporum infra exponemus. Ibidem invenientur argumenta ex Traditione desumpta.

Argumenta autem philosophica de immortalitate animæ in*T'nz-lectionibus philosophicis* exponuntur.

' *Sap.,* III, i-io; cfr. V, 16-17. — ' *Eccles.,* XII, 9.
3 *7'ob.,* II, 18 ; ZZ *Mach.,* VII, 23. — ♦ *Matth.,* V-VII. — s *Matth.,* XVI, 26 ♦ *Matth.,* XXV, 46. — *'I* ZZ *Cor.,* V, 6-8. — 8 *Hebr.,* XI, 13-16.

2° De modo essendi animæ separatæ

1065. (A) De ejus facultatibus, (a) *Potentiæ quæ in composito humano subjectantur,* ut potentiæ vegetativæ et sensitivæ, *non remanent actu* in anima separata, sed *tantum virtualités* *i) Non remanent actu;* nam facultates hujusmodi actu existere et exerceri nequeunt sine corporali organismo, qui deficit in anima a corpore separata. 2) *Remanent* tamen *virtualités,* quia radix omnium facultatum, etiam sensitivarum, est essentia animæ, quæ immutabilis est.

(b) *Potentiæ quæ in ipsa anima subjectantur,* ut intellectus et voluntas, *remanentformaliter et simpliciter* in statu separationis, quia anima incorruptibilis manet, ideoque supersunt facultates quæ in ea subjectantur.

1066. (B) De ejus cognitione, (a) Exinde intelligitur animam separatam *aliquid cognoscere posse,* et quidem quadruplici modo : i) per species antea *acquisitas* et conservatas; 2) per species a Deo infusas; 3) per essentiam ipsius animæ; 4) per locutionem intellectualem.

(b) Quoad *objectum* cognitionis : 1) anima separata *seipsain* cognoscit *directe intuendo suam essentiam :* "Cum fuerit a corpore separata, ait S. *Thomas* intelliget non convertendo se ad phantasmata, sed ad ea quæ sunt secundum se intelligibilia : unde *seipsam per seipsam intelliget*

2) Anima separata naturaliter cognoscit *Deum* cognitione analoga, sed modo perfectiori quam in præsenti vita.

3) " De *aliis animabus separatis* perfectam cognitionem habet, de *angelis* autem imperfectam et deficientem " [3].

4) Res autem naturales cognoscit per species a Deo infusas, modo tamen minus perfecto quam angeli; nec cognoscit omnia singularia, sed ea.tantum ad quæ determinatur per praecedentem cognitionem, aut naturalem habitudinem, vel per divinam ordinationem.

Insuper anima beata *supernaturaliter* Deum cognoscit *visione beatifica,* ut infra exponetur.

[1] S. Thom., I, q. 89; *quart, disp,* de anima, a. 15-20; *C. Gent.,* II, c. 94-101; ejus commentatores; J. Gredt, *Elementa Phil.,* ed. 4, pp. 379, 450-453; E. Hugon, p. 399 ; Card. Lépicier, p. 26-54.

[3] *Sum. theol.,* I, q. 89, a. 2. — [3] Ibidem.

1067.(C) De ejus substantiali immutabilitate. Anima humana, a corpore separata, *non mutatur in aliam speciem superiorem aut inferiorem,* (a) *Non in speciem superiorem,* nempe angelum; nam angelus est substantia omnino separata quæ corpus informare nequit, dum anima a corpore separata retinet aptitudinem ad informandum corpus humanum, et quidem non qualecumque, sed ipsum corpus cui antea uniebatur. Anima-igitur humana non potest in angelum transformari.

(b) Nec potest in *speciem inferiorem mutari,* puta brutum vel plantam, prout contendunt qui metempsychosim admittunt; nam anima humana separata remanet intellectualis et subsistens, ideoque in speciem inferiorem mere sensitivam aut vegetativam transmutari nequit.

(c) Potest tamen, *secundum aliqua accidentia,* crescere, quasdam cognitiones aut. virtutes acquirendo, immutata autem ejus substantia.

1068.(D) De modo quo animæ separatæ sunt in loco. Anima intellectiva *ex se* extra omnem locum existere valet, cum sit forma substantialis independens a corpore, (a) Attamen de facto, attenta *divina ordinatione,* animæ separatæ in diversis receptaculis vivunt, nempe in cælo, purgatorio aut inferno. Ita Christus secundum animam, post mortem, descendit in *inferiores partes terree,* in *limbo* ubi erant animæ defunctorum [1]. Pariter, ex conciliis *Lugdunensi II* et *Florentino,* animæ sanctæ mox *in ccelum* suscipiuntur, et animæ reproborum in *infernum* descendunt[2]. Unde *L. Billot* ait [3] ; " Cælum et purgatorium et infernus dicunt locos quosdam corporeos animabus post mortem assignatos, prout fert constans tum Patrum tum theologorum æstimatio, a qua procul dubio non sine magna temeritate quispiam recederet ",

(b) Anima separata non est in loco sicut forma est in subjecto quod informat, neque sicut contentum in continente, sed quatenus ibi libere operatur vel contra voluntatem patitur. — Secundum consuetum Providentiæ ordinem, animæ separatæ a conversatione viventium penitus separantur, quia non amplius indigent cognitionem acquirere per sensibilia.

1069.Corollarium. *Rejiciendce sunt mortuorum apparitiones quas advocant Spiritce* ♦ Anima enim separata non potest naturaliter se videndam hominibus præbere aut cum eis loqui, cum nullam habeat potestatem in materiam corpoream. Quare præ-

[1] *Ephes.,* IV, 9; *I Petr.,* III, 19. — [2] D. B., 465, 695. — [3] *Op. cit.,* p. 53.
[4] Card. Lépicier, *Le monde invisible, le spiritisme en face de la théologie catholique,* Paris, 1931.

tensa responsa spirituum procedunt vel ab ipsis *mediis* quæ adhibentur, vel a *daemonibus* qui homines ita decipere conantur.

Potest quidem Deus permittere ut *miraculose* animæ defunctorum viventibus appareant ob aliquem finem utilem, præcipue ad aliquam veritatem manifestandam. Sed raro id occurrit, et hic applicandæ sunt regulæ quas in *Tr. de Fide* tradidimus de privatis revelationibus, n. 205 sq.

Ceteroquin hujusmodi manifestationes quærere, citra Dei ordinationem, est omnino reprobandum, utpote superstitione plenum et ansam multis illusionibus præbens.

31
b'

§ II. De judicio particulari [1].

1070. Status quaestionis. (A) Nomine judicii hic intelligitur *sententia Dei unicuique definitive decernentis* meredem vel pœnam ipsi debitam secundum merita vel demerita. Duplex est : *particulare,* quod quaelibet anima immediate post mortem subit; *universale,* quod in fine mundi erit, statim post resurrectionem, quando omnes homines ante tribunal Christi sistent, ut finalem sententiam accipiant.

(B) Errores, (a) *Chiliastæ* seu *millenarii* judicium particulare negabant : putantes Christum mox venturum esse in terris, et, post devictos hostes christiani nominis, in terra cum justis regnaturum per mille circiter annos, et postea judicium fore universale, in quo ultima sors omnium determinabitur.

(b) *Protestantes* docuerunt animas defunctorum dubias remanere de propria sorte usque ad diem judicii generalis

(c) *Liberales* quidam, ut *W. Farrar*[3] contendunt, etiam post mortem, dari infidelibus et peccatoribus qui ad mortem sese præparare non potuerunt aliam opportunitatem sese convertendi ad Deum. — A quo errore non satis recedit *Schell,* qui censebat etiam damnatis aliquando offerri salutem, et salvari posse, nisi obstinate vocem Dei respuant [4].

(d) *Modernisiez* et *Theosophi naturam* judicii pervertunt, asserentes judicium consistere in simplici manifestatione conscientiæ,

1 S. Thom., *Supplevi.,* q. 88, a. 1, ad 1 ; *C. Gentes,* I. IV, c. 91 ; *Catech. Trident.,* p. I, a. 7, n. 3; E. Hugon, p. 403-408; L. Billot, p. 48; Card. Lépicier, p. 62-69;}. Rivière, *D. T. C.,* art. *Jugement,* 1721· 1818.

2 Juxta *Rosmini* (D. B., 1913), animæ separatæ *in statu natuiali* non habuissent ullam sui conscientiam, sed earum conditio similis fuisset ‘‘statui tenebrarum perpetuarum et somni sempiterni”. Quæ conditio fuit *justorum Veteris Legis* in limbis usque ad adventum Christi, et nunc *infantium sine baptismo decedentium* usque ad resurrectionem generalem ; aliæ vero animæ separatæ *statim ac purgatu* Deum intuitive vident.

3 Præsertim in libro “ *Eternal hope* ”. — 4 *Dogmatik,* III, p. 735 sq.

qua, sine externo judicis interventu,· recipiunt mercedem sibi debitam.

1071. (C) *Doctrina catholica* est, statim post mortem animam judicari ejusque æternam sortem determinari, ita ut 'nullus post hanc mortalem vitam relinquatur locus pænitentiæ ad justificationem. Colligitur ex definitionibus *Benedicti XII, C. Florentini,* et *Leonis X* declarantis animas Purgatorii omnes esse securas de sua salute et extra statum merendi.

Quam doctrinam profiteri volebat *Vaticanum* in schemate canonis sequentis : " Post mortem, quæ est viæ nostræ terminus, mox ad Dei tribunal sistimur, ut referat quisque propria corporis, prout gessit, sive bonum sive malum, neque ullus post hanc mortalem vitam relinquitur locus pænitentiæ ad justificationem ".

1072. (A) *Thesis :* Anima statim post mortem a Deo judicatur, et ejus sors æterna immutabiliter determinatur. *Doctrina catholica.*

(a) Hoc eruitur ex definitionibus *Benedicti XII* et *Florentini* in quibus explicite declaratur animas plene a peccatis suis purgatas mox (id est, statim, vel sine mora) caelum ingredi et visione intuitiva gaudere, eas vero quæ in statu peccati mortalis decedunt, mox in infernum descendere poenis infernalibus cruciandas [1] ; quod sane fieri nequit sine praevio judicio.

1073. Probatur : 1° *Scriptura :* i) Ex verbis *Christi :* ex parabola divitis epulonis, ubi asseritur Lazarum statim post mortem in sinum Abrahae portari solatii causa, divitem vero in inferno sepeliri flammis cruciandum, et inter utrumque chaos magnum quod neuter pertransire potest[2] : " Factum est autem ut moreretur mendicus et portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno... Et in his omnibus inter vos et nos chaos magnum firmatum est; ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare ". Quod quidem supponit aliquod fuisse judicium post mortem, et quidem irreformabile.

[1] D. B., 531, 693. — Quæ documenta infra citamus, n. 1085.
[2] *Luc^* XVI, 19-31·

Confirmatur ex verbis Christi ad bonum latronem : " *Hodie* mecum eris in paradiso " [1] ; ergo statim post mortem et judicium.

2) Ex doctrina S. *Pauli* dicentis nos peregrinari a Domino quamdiu sumus in corpore, sed corpore exutos cum Domino esse; et se mortem optare ut sit cum Domino et coronam justitiae accipiat[2] : " Desiderium habens dissolvi et esse cum Christo"; — "Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi : in reliquo reposita est mihi corona justitiae quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex " [3]. Ibi enim supponitur mercedem statim post mortem conferri, et quidem a justo judice, ideoque post aliquod judicium. Quod etiam haud improbabiliter infertur ex his verbis : "Statutum est hominibus semel mori; *post hoc autem judicium"* etsi, juxta aliquos interpretes, hic agatur probabiliter de judicio *universali.*

1074. 20 In *Traditione* duo stadia distinguuntur : 1) *Tribus prioribus sceculis,* hæc doctrina *aequivalenter* et *vere* traditur asserendo justos, præsertim martyres, vitam beatam *statim* ingredi, malos autem cruciari, et ita jam discrimen inter utrosque factum esse : quod docuerunt etiam ii qui putabant visionem beatificam post resurrectionem dilatam fore.

Ita S. *Justinus* [5] asserit " piorum animas in meliore loco manere, iniquorum et malorum in deteriore, judicii (universalis) tempus exspectantes... hæ vero puniuntur quamdiu eas esse et puniri Deus voluerit ". *Tertullianus*[6] docet martyres paradisum statim ingredi : "Tota paradisi clavis tuus sanguis est". S. *Cyprianus* idem clarius docet; describit enim paradisum, ubi nos exspectant parentes et cari, Prophetarum exultantium numerus, Martyrum innumerabilis populus, Virgines quæ concupiscentiam carnis subegerunt [7]. Jamvero præmiorum et poenarum determinatio fieri nequit sine prævio quodam judicio.

1075. 2) *A quarto sæculo,* magis *explicite* declaratur judicium aliquod mortem cujusque sequi, in quo profertur

[1] Lwc., XXJJT, 43· — [2] *I Cor.,V,* I-io; *Philipp.,* I, 23.
[3] *II Tim.,* IV, 6-8. — [4] *Hebr.,* IX, 27.
[5] *Dial, cum Tryph.,* 5, *P. G.,* VI, 488; Journel, 132.
[6] *De anima,* 55, *P. L.,* II, 744; Journel, 351.
[7] *De mortalitate,*

sententia quæ postea omnibus manifestabitur : " Quod enim in die judicii futurum est omnibus, hoc in singulis die mortis impletur", ait S. *Hieronymus*[1]; ita etiam SS. *Joannes Chrysost.* [2], *Augustinus* [3], *Gregorius M.*

Verba S. *Augustinis* referre sufficiat : " Nam illud quod rectissime et valde salubriter credit (Vincentius) *judicari animas cum de corporibus exierint,* antequam veniant ad illud judicium quo eas oportet jam redditis corporibus judicari..., hoc itane tandem esse nesciebas?" Posteaque suam doctrinam probat ex parabola divitis epulonis.

Addunt etiam Patres cum morte et judicio incipere retributionem beatitudinis vel pœnæ : ita, inter alios, S. *Hilarius* [6] : " Nihil illic dilationis aut moræ est; judicii enim dies vel beatitudinis retributio est æterna, vel pœnæ ",

1076. 3° *Ratione* suadetur. 1) Decet hominem non solum judicari judicio *universali,* quatenus est *pars totius generis humani,* sed etiam judicio *particulari* quatenus est *singularis* quædam persona [7]; atqui nulla est ratio quare in punitione vel præmiatione animarum exspectetur resurrectio, sed omnino decet justos, post mortem, non manere de sua sorte ancipites. 2) Convenit ut sanctio detur statim ac anima capax est præmii et pœnæ; atqui statim post mortem, capax est retributionis, cum jam tempus merendi ac demerendi finem acceperit. Ergo.

1077.(B) Natura hujus judicii. In omni judicio tria distinguere licet : causæ *discussionem, sententia prolationem,* ejusdem *exsecutionem.*

1) Jamvero in judicio particulari, *loco discussionis* proprie dictæ, erit *interna illuminatio,* qua anima clare percipiet sibi retribui secundum sua merita et demerita [8] : Deus enim, qui

[1] *In Joel,* II, i, *P. L.,* XXV, 965.
[2] *In ep. I ad Corinth..,* XLII, 3, *P. G.,* LXI, 348; Journel, 1200.
[3] *De anima et ejus origine,* n. 8, *P. L.,* XLIV, 498.
[4] *Moralia,* l. IV, c. 36, n. 70, Journel, 2308.
[5] *De anima et ejus origine,* l. II, c. 4, n. 8, *P. L.,* XLIV, 498, Journel, 1880.
[6] *Tract, super Psalmos,* II, 49, Journel, 886-887.
[7] S. Thom., *Suppi.,* q. 88, a. 1, ad 1 ; *C. Gent.,* l. IV, c. 91.
[8] Commemoratur in Liturgia *liber scriptus* in quo totum continetur. Hic liber ïst lux divina, " qua fiet ut cuique opera sua, vel bona vel mala, cuncta in

scit omnia, non indiget longa conscientiae investigatione, sed uno intuitu omnia videt et unica illuminatione omnia animæ manifestat.

2) *Sententia* autem ipso mortis instanti profertur non quidem sono vocis, sed *mentaliter,* ita ut singulorum mentibus imprimatur; et quidem a Deo, sed mediante Christo homine, cui data est potestas omnes judicandi.

3) Lata sententia mox *exsecutioni* mandatur, et anima cælum, infernum vel purgatorium ingreditur. Nam, ex una parte, Deus omnipotens sententiam exsecutioni mandat, et, ex altera, anima, veluti proprio pondere meritorum aut demeritorum, in proprium locum trahitur, nempe cælum, purgatorium aut infernum, ut infra dicetur.

IX2. *N B.* *Locus* judicii particularis *probabilius* est locus ubi homo moritur. Christus quidem non descendit corporaliter ad animam; sed hæc elevatur supematuraliter ad audiendam judicis sententiam, et supernaturali lumine agnoscit se a Deo judicari et a Christo simul cum Patre judicante.

1078. Corollaria. (A) *Rejiciendus est millenarismus* \
(a) Hic error *originem duxit* ex rabbinicis quibusdam scriptis, in quibus prophetiæ de Messiæ universali ac pacifico regno *materialiter* intelligebantur de *temporali dominatione.* Eodem sensu a quibusdam christianis *judaizantibus* intellecta sunt ea quæ Christus dixerat de regno Dei et adventu Filii Dei. Insuper hujus regni duratio ad mille annos limitata fuit propter hæc verba *S. Joannis* : " Et ligavit eum (satanam) per annos mille... et vixerunt et regnaverunt cum Christo mille annis "[a], etc. — *Millenarii* docebant itaque Christum mox venturum esse, et, devictis hostibus Christiani nominis, in terra regnaturum per mille circiter annos cum sanctis jam mortuis tunc resurgentibus, et justis adhuc viventibus. In duplicem classem divisi sunt : alii tenuerunt justos in hoc regno omnibus voluptatibus, etiam *carnalibus,* fruituros esse, ut *Cerinthiani* et *Ebionitce;* alii autem docuerunt eos nonnisi *puris* deliciis

memoriam revocentur et mentis intuitu mira celeritate cernantur, ut accuset vel excuset scientia conscientiam (S. Augustinus, *De Civit. Dei,* l. XX, c. 14, Λ Z., XLI. 6S0).

x J. C. Romig*, *De chiliasmo prasenti* (ap. Hase et Iken, *Thesaurus,* I732› II, p. 1042); Schneider, *Die chiliasL Doctrin.* 1859; Franzelin, *De divina Traditione,* 1875, th· 16; Atzberger. *Die christliche Eschatologie in den Sladien ihrer Ojfenbarung,* 1890; L. Gry, *Le millénarisme dans ton origine et ses développements,* Paris, 1904.

' *Apoc.y* XX, 2, 4.

esse fruituros : ita nonnulli Patres, a primo ad quartum sæculum, quales fuerunt *Papias, S. Justinus, S. /renans, Tertullianus, Methodius, Laetantius*

1079. (b) Millenarismum autem *impugnarunt,* inter alios : *Caius,* presbyter romanus, *Origenes, Dionysius Alexandrinus, S. Hieronymus, S. Augustinus, S. Gelasiuspapa,* qui Millenariorum scripta recenset inter opera *apocrypha,* ea nempe quæ a catholicis non recipiuntur; tandem *Scholastici* omnes qui istum errorem rejiciunt sive ut *hareticum* sive ut saltem *erroneum.* Dicunt siquidem duplicem tantum esse Domini adventum, priorem in carne humilem, posteriorem gloriosum ad judicandum genus humanum, nullumque proinde manere locum millenio.—Textum S. Joannis in Apocalypsi sic explicant : numero *mille annorum* designatur longum, sed indefinitum tempus quod inter primum Christi adventum et antichristi seductionem elapsurum est; diabolus tunc dicitur *ligatus,* quia homines non tam facile seducit ac ante Christum.

Iθ3θ. (c) Quidam *Protestantes,* ut *Irvingiani, Mormones, Adventistce* aliique millenarismum renovarunt.

(d) *Novam* millenarismi formam pauci moderni catholici excogitarunt, asserendo quosdam ex hominibus vivos servandos esse in generali mundana conflagratione, qui in aliquo paradiso terrestri feliciter vivent, genus humanum propagabunt et religiosam societatem formabunt cujus centrum erit Jerusalem '. — Quæ hypothesis non solum *gratuita* est, sed etiam falsam prophetiarum interpretationem tradit, et *Evangeliis contradicit* quæ nullam aliam viam ad cælum consequendum prædicant nisi viam crucis, abnegationis et tribulationum multarum.

IO81. (B) *Rejiciendus est* error quorumdam *Protestantium liberalium* qui contendunt infidelibus et peccatoribus *in altera vita dari opportunitatem sese ad Deum convertendi* 3. Id enim adversatur Scripturæ et Traditioni docentibus eos qui decedunt in peccato mortali descendere in infernum et justos in cælum ascendere, et poenas reproborum non minus esse æternas quam præmia justo-

1 Testimonia lege ap. Gry, p. 67-107.

2 Rougeyron, *Les derniers temps,* 1866; Moglia, *Essai sur le livre deJob et les prophéties relatives aux derniers temps,* 1865. Quos confutat Toulemont, in period. *Etudes,* oct. 1868, p. 552 sq.

3 Ita, inter alios, W. Farrar, *Eternal hope.* — A quo errore non satis recedunt pauci theologi catholici, ut *Hirscher* et *Schell.* Juxta priorem, homines in triplici statu esse possunt : ii, in quibus regnat divina caritas, salvantur; ii autem, in quibus regnat mala cupiditas, damnantur ; qui tandem inter caritatem et cupiditatem ancipites hærent, in altera vita opportunitatem accipient alterutram eligendi. Juxta *Schell,* damnati aliquando salutem accipient, nisi obstinate eam respuant. — Cfr. Pesch, n. 586.

rum, ut constat ex testimoniis allatis, et fusius probabitur ubi de cælo et inferno.

(C) Rejiciendum est tandem systema *Spiritistarum* et *Theosophortim,* qui contendunt animam a corpore separatam manere unitam alicui tenui corpori quod *perispiritus* vel *corpus astrale* vocatur, negantque judicium particulare, et admittunt successivas transformationes fore usquedum omnes tandem felicitatem consequantur. Hæc enim omnia fidei catholicæ adversantur, nullis solidis fulciuntur argumentis et jam confutata sunt in *Syn. theol. fundam.,* n. 1042-1049.

Art. IL De cujusque hominis sorte in altera vita.

1082. Inter animas quæ judicantur : i° aliæ sunt in *statu gratiæ* et insuper *nihil expiandum* habent, et hæ *statim beatitudine in cælo* fruuntur; 2° aliæ, etsi *in statu gratiæ, aliquid expiandum* habent, aliquamdiu *in purgatorio* manent, et sic a beatitudine retardantur; 30 aliæ tandem in *statu peccati mortalis* inveniuntur et mox *in infernum* descendunt æternis suppliciis devovendæ.

§ I. De CÆLESTI BEATITUDINE.

1083. Notio. (A) Cælum seu paradisus est *status* et *locus* supremæ beatitudinis, in quo boni Angeli et homines justi fruuntur Dei supernatural! possessione. Dicitur non solum status, sed etiam *locus,* quia, quidquid dixerunt aliqui auctores, specialis est locus ubi sacra humanitas Christi, B. Virgo, Angeli et Sancti simul commorabuntur, quamvis ubi et qualis sit hic locus ignotum maneat.

Attamen de *statu* cælestis beatitudinis præsertim agimus.

(B) Beatitudo *in genere* est, juxta *Boetium* r, *status omnium bonorum aggregatione perfectus;* et, juxta S. *Thomam, bonum perfectum quod totaliter quietat appetitum rationalem.*

Beatitudinem hominis objectivam in solo Deo consistere ita demonstrat S. *Thomas*'2 : " Beatitudo enim est bonum perfectum quod totaliter quietat appetitum... Objectum autem voluntatis, quæ est appetitus humanus, est universale bonum, sicut objectum intellectus est universale verum. Ex quo

x *De consol, philos.,* l. 3, prosa IL — 3 *Sum, theol.,* I' 2æ, q. 2» a. 8.

patet quod nihil potest quietare voluntatem hominis nisi bonum universale; quod non invenitur in aliquo creato, sed solum in Deo, cum omnis creatura habeat bonitatem participatam. Unde solus Deus voluntatem hominis implere potest... In *solo* igitur *Deo* beatitudo hominis consistit ".

(C) Duplex autem beatitudo distingui potest : (a) *naturalis,* quæ appetitus homini naturaliter insitos perfecte explet, et essentialiter consistit in cognitione et amore Dei per vires naturæ, nempe cognitione *abstracta* et *deductiva,* sed perfectiore quam in præsenti vita; (b) *supernaturalis,* naturæ vires et exigentias omnino superans, quæ essentialiter consistit in participatione beatitudinis Deo connaturalis, qua seipsum intuitive videt et amat. Hic agitur de beatitudine *supernaturali.*

Hæc autem supernaturalis beatitudo duplex est : *essentialis* et *accidentalis.* De utraque seorsim dicemus, posteaque de proprietatibus beatitudinis.

I. De beatitudine cælesti essentiali.

Essentialis beatitudo caelestis in tribus actibus formaliter consistit, nempe *visione Dei, amore* et *gaudio,* de quibus seorsim agemus, posteaque exponemus *controversiam* de *essentia formalis beatitudinis.*

i° De visione beatifica Dei [1].

Tria declarabimus : i° ejus *existentiam ;* 2° ejus *naturam ;* 3° ejus *cum ratione concordiam.*

1084. i° Existentia visionis beatificae.

Errores, (a) Sæc. IV°, *Anomcei* contendebant essentiam divinam, etiam in hac vita, videri imo et comprehendi. Quem errorem aliquo modo renovarunt *Beguardi, Baianistce* et *Ontologista*

[1] S. Thom., i, q. 12; ia 2æ, q. 3, a. 8; Suarez, *De ultimo fine,* disp. VI sq.; Salmant., *Tr. II de Visione Dei,* disp. I sq.; *Tr. IX de Beatitudine,* disp. I sq.; Petavius, *De Deo,* l. VII; Billuart, *De Deo,* diss. IV; *De Ult. Fine,* diss. II; Lessius, *De Summo Bono,* l. II; Jungmann, n. 124 sq.; Mazzella, n. 1183 sq.; Mène, *op. cit.,* tom. II, c. 2; Terrien, *op. cil.,* t. II, p. 144 sq.; Schniitgen, *Die visio beatifica,* 1878; A. Michel, *D. T. C.,* article *Intuitive (vision);* Joannes, *La Vie de l'Au-delà,* 1928.

asserentes hominem *naturaliter* divina essentia jam frui, saltem quatenus est causa creaturarum.

(b) Quidam græci schismatici, præsertim *Palamita* beatitudinem cælestem reponebant in visione abstractiva Dei.

(c) Quoad *tempus visionis beatifica consequenda,* errarunt : i) quidam Patres qui, cum 5. *Irenao,* putabant animas sanctorum non glorificari nisi post resurrectionem; 2) *Gnostici, Millenarii,* posteaque *Protestantes,* asserentes animas defunctorum de propria sorte dubias remanere usque ad diem ultimi judicii[1]; 3) quidam theologi sæc. XIV, ut *Minorita,* putantes animas sanctorum in cælum quidem statim recipi, sed visione beatifica non frui nisi in fine mundi[2].

1085. *Thesis:* **Justi quibus post mortem nihil luendum superest, statim Deui[1] intuitive vident.**

De fide est ex definitione *Benediçti XII* (1336)[3] contra eos qui putaverunt visionem intuitivam differri usque ad diem judicii universalis Definimus... quod... animæ sanctorum omnium... *in quibus nihil purgabile* fuit quando decesserunt., etiam *ante resumptionem suorum corporum* et judicium generale... *vident divinam essentiam visione intuitiva et etiam faciali,* nulla mediante creatura in ratione objecti visi se habente..., quodque sic videntes eadem divina essentia*perfruuntur,* necnon quod ex tali visione et fruitione eorum animæ... sunt vere *beatce* et habent vitam et requiem *æternam.* Idem brevius definivit *Florentinum*[4], addens gradum beatitudinis et pcenarum inaequalem esse pro meritorum et peccatorum diversitate : "Definimus... illorum animas, qui post baptisma susceptum *nullam omnino peccati maculam incurrerunt,* illas etiam, quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutae corporibus... *sunt purgatæ, in ccelum mox recipi* et *intueri clare* ipsum Deum trinum et unum, sicuti est, pro *meritorum* tamen *diversitate* alium alio *perfectius* ",

1086. i° Script, probatur. (A) In *V. Testamento,* visio beatifica non explicite asseritur, sed paulatim et progressive innuitur.

[1] De opinione Rosmini, vide quæ scripsimus supra (p. 764, not. 2). Cf. G. Morando, *Esame critico dclle XL profiosizioni Rosminiane,* p. 362-3S5.

[2] Cui errori adhæserat prius *foannes XXII,* ut doctor privatus, sed istum errorem retractavit. — [3] *D. B.,* 530. — [4] *D. B.,* 693.

(a) Ita multoties Deus apparet Abrahæ et cum eo familiariter loquitur [1] : " Noli timere, ego protector tuus sum et *merces tua magna nimis*

(b) *Propheta* describunt justorum salutem et laetitiam sub specie *convivii* cum Deo : " Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc *convivium* pinguium, convivium vindemiæ... et auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, et opprobrium populi sui auferet de universa terra"[2].* Et justi in die illa dicent : " Ecce Deus noster iste, exspectavimus eum, et salvabit nos; iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus, et laetabimur in salutari ejus "[3]. Jamvero his metaphoris designari intimam cum Deo unionem omnes fatentur.

1087. (c) In *Psalmis* * justis promittuntur bona non solum temporalia, sed et *spiritualia,* quibus per mortem privari nequeunt, præsertim amicalis commoratio cum Deo, vel apud Deum, et quædam *visio faciei Domini* et *gloria divitia,* qua veluti satiabuntur. Ita in *Ps. X,* 8, ubi legitur in *Vulgata :* æquitatem vidit vultus ejus", textus *hebraicus* habet : *recti cordefaciem ejus videbunt'".* Idem fere dicitur in *Ps.* XV, io-n : "Quoniam *non derelinques animam meam in inferno,* nec dabis sanctum tuum videre corruptionem ; notas mihi fecisti vias vitæ; *adimplebis me latitia cum vultu tuo :* delectationes in dextera tua usque in finem... Necnon in *Ps.* XVI, 15 : " Ego autem in justitia apparebo *conspectui tuo;* satiabor cum apparuerit gloria tua". In *Ps.* XXX, 21 de justis dicitur : " Abscondes eos in abscondito faciei tuæ". Sæpe etiam declaratur justos gloria et honore coronari : "Tenuisti manum dexteram meam... et cum gloria *suscepisti me.* Quid enim mihi est in cælo, et a te quid volui super terram? Defecit caro mea et cor meum, Deus cordis mei, et pars mea, Deus, in æternum " [5]. — *Sapientia* ita describit piorum sortem in altera vita : " Justorum animæ *in manu Dei sunt,* et non tanget illos tormentum mortis... *Fulgebunt justi,* et tanquam scintillæ in arundi-

[1] *Gen.,* XV, I. [2] *ha.,* XXV, 6-8. — [3] *ha.,* XXV, 9.
[4] Cfr. P. Lagrange, *Notes sur le messianisme dans les psaumes,* in *Revue biblique,* 1905; A. Vaccari, *D. A.,* art. *Psaumes.* — [5] *Ps.* LXXII, 24-26.

neto discurrent... Justi autem *in perpetuum vivent,* et *apud Dominum* est merces eorum, et cogitatio eorum *apud Altissimum.* Ideo accipient regnum decoris et diadema speciei de manu Domini; quoniam dextera sua teget eos et brachio sancto suo defendet illos " r.

Quibus variis metaphoris clare significatur intima et perpetua unio justorum cum Domino in altera vita, et *innuitur* hanc unionem in aliqua visione Dei consistere.

1088. (d) Idem declaratur in libris *apocryphis,* præcipue in libro *Henoch,* ubi describitur non solum mortuorum resurrectio, sed etiam justorum felicitas in cælo : hi siquidem fulgebunt sicut luminaria, angelis similes erunt, et apud Deum sedebunt, ejus luminis et gloriæ participes a.

1089.(B) In *Novo Testamento,* explicite et variiis modis asseritur beatitudinem justorum consistere in visione Dei.

(a) In *Synopticis :* 1) sæpe agitur de *regno Dei,* non solum visibili et temporali, sed etiam de *regno cælorum æterno* quod justi possidebunt, et in quo *Deum videbunt.* Ita Christus, in sermone montano 3, beatos declarat pauperes spiritu et persecutionem patientes propter justitiam, " quoniam ipsorum est *regnum calorum* necnon rriundos corde, " quoniam ipsi *Deum videbunt";* et eos qui maledicuntur, "quoniam merces vestra copiosa est in caelis". Alibi justos æquiparat angelis, qui " semper *videntfaciem Patris* qui in caelis est " 4

2) De tempore quo incipit visio beatifica nil certi infertur ex verbis Christi : " Hodie mccum eris in paradiso " 5.

1090.(b) Juxta *S. Paulum,* qui moriuntur in Christo, cum eo vivunt, non amplius peregrinantes ab eo, sed " praesentes ad Dominum"6. Deum videbunt non mediate et obscure, prout in terra, sed *directe,* et *clare, facie adfaciem :* " Videmus nunc per *speculum* (id est, modo abstractivo et mediantibus creaturis), in *ænigmate* (i. e., non clare, non distincte), tunc autem *facie adfaciem.* Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum " 7, id est,

' *Sap.,* III, i, 7; V, 16, 17.
3 F. Martin, *Le livre d'Henoch,* 1906, p. LI-LII.
3 *Alatth.,* V, 3, 8, 10, 12. — * *Marc.,* XII, 25; *Matlh., XVIII, 10.*
s *Luc.,* XXIII, 43. — e *Philip.,* I, 23; *IL Cor., V, 1-8.* — *iI Cor.,* XIII, *12.*

sicut Deus meipsum cognoscit; jamvero Deus nos videt directe, immediate; ergo et nos eum directe seu intuitive videbimus.

1091.(c) 5. *Joannes* caelestem beatitudinem non minus lucide declarat : 1) in *Apocalypsi* describit novam Jerusalem, sanctam civitatem, in qua Deus cum hominibus habitabit, eos illuminans, ita ut hi faciem Dei videant[1] : " Et civitas non eget sole, neque luna ut luceant in ea; nam claritas Dei illuminavit eam, et lucerna ejus est Agnus. Et ambulabunt gentes in lumine ejus... Et videbunt faciem ejus : et nomen ejus in frontibus eorum ". 2) In *Epistola Ia* declarat nos Deum visuros sicuti est : " Nunc filii Dei sumus et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est"[2]. 3) In *Evangelio* vitam æternam ita definit : " Hæc est vita æterna ut cognoscant te solum Deum verum et quem misisti Jesum Christum "[3].

1092. 2° Traditione. Duo distinguenda sunt :

(A) Si agitur de *existentia visionis beatifica,* Patres, jam a sæculo secundo, *fere*[4] unanimiter thesim nostram docent.

(a) *Secundo et tertio sæculis,* asserunt beatitudinem caelestem consistere in *visione Christi et Dei.*

In epistola quæ *Barnaba* dicitur, Christus ait : " Qui volunt *me videre,* et ad regnum meum pervenire, debent per afflictiones et tormenta possidere me" 5; 5. *Ignatius* pluries asserit se libenter pro Deo moriturum ut *Deum consequi* possit[6]. Lucidius scribit S. *Irenausi* : "Hoc concedit (Deus) iis qui se diligunt, id est, *videre Deum,* quod et prophetabant prophetæ... Homo etenim a se non videt Deum. Ille autem volens videtur hominibus, quibus vult, et quando vult, et quemadmodum vult ". Pulchre etiam 5. *Cyprianus* : "Quæ erit gloria et quanta lætitia, admitti ut *Deum videas,* honorari ut cum Christo Domino Deo tuo salutis ac lucis æternæ gaudium capias..., patriarchas omnes et apostolos et

[1] *Apoc.,* XXI-XXII, 1-4. — [2] *IJoan.,* III, 2. — [3] *Joan.,* XIV. 2.

[4] Dicoykrz unanimiter, quia pauca opponuntur verba Patrum dicentium Deum esse etiil creaturæ *inaccessibilem ;* sed cum alibi iidem Patres asserant Deum a beatis videri, eo ipso agnoscunt hanc inaccessibilitatem non esse absolutam.

[5] *Barnab.,* VII, 11. — [6] *Bom.,* IV, 1; *Ephes.,* X, 1; *Smym.,* IX, 2.

[7] *Adv. hieres.,* IV, 20, 5, *P. G.,* VIII, 1035; Journel, 236.

[8] *Epist.* LVI, ad Thibariu, 10, *P. L.,* IV, 357; Journel, 570.

prophetas et martyres salutare, cum justis et Dei amicis in regno cælorum datæ immortalitatis voluptate gaudere, sumere illic quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit ".

1093. (b) *Sæc. IV,* clarius docent beatos videre *Deum trinum,* simulque *amicali societate gaudere Maria, sanctorum,* praecipue eorum quos in terra cognoverunt.

5. *Gregorius Naz.,* delicias aeterni regni describens, dicit caelestem beatitudinem primario in *contemplatione Dei trini* sitam esse S. *Ambrosius* poetice exponit quomodo B. Virgo Maria virginibus occurrat, eas complectatur et ad Christum perducat, qui et ipse Patri eosdem commendat dicens : " Pater sancte, istæ sunt quas custodivi tibi, in quibus Filius hominis caput reclinans quievit; peto ut ubi ego sum, et ipsae sint mecum " Alibi describit intimas relationes quae inter sanctos existunt; quomodo, v. g., animae Valentiniani defuncti occurrat Gratianus frater, et, eam complexus, ad propriam mansionem deducat, " petens ut sibi et fratri major illic caritas augeatur " 3.

1094.(e) *Sæc. V, S. Augustinus* caelestem beatitudinem poetice simul et *philosophice* describit in libro XX11° tractatus *De Civitate Dei.* Hæc consistit in *remotione omnium malorum* et in *fruitione Dei :* "Quanta erit illa felicitas, ubi *nullum erit malum,* nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus... Ipse (Deus) finis erit desideriorum nostrorum, qui *sinefine videbitur, sinefastidio amabitur,* sine fatigatione laudabitur " 4.

(d) *Scholastici* autem visionis beatificae naturam, modum et possibilitatem postea expenderunt, ut infra exponemus.

1095.(B) Si agitur vero de *tempore quo incipit visio beatifica,* fatemur quosdam Patres, v. g., *S. Justinum, S. Irenæum, Tertullianum,* putasse eam usque post resurrectionem differri, quod præsertim tribuendum est falsis theoriis millenariorum. Sed : (a) jam prioribus sæculis, multi Patres visionem beatificam assignabant sanctis, praecipue martyribus, ut supra dictum est, n. 1074. (b) A sæc. IV°, communis evasit doctrina nostra; (c) quando, sæc. XIV°, *Mino-*

1 *Orat.* XXIV, in laudem S. Cypriani, 19, *P. G.f* XXXV, 1192; XLIII, in laudem Basilii M., XXXVI, 605.

2 *De virginibus,* L II, n. 16, *P. L·,* XVI, 211.

3 *De obitu Valentin.,* 76, *P. L.,* XVI, 1381.

‹ *De Civit. Dei,* 1.XXII, c. 30, *P. L·,* XLI, 801.

rite et *Joannes XXII* dilationem visionis beatificæ denuo propugnarunt, contra istam opinionem plerique conclamarunt, et paulo post res a *Benedicto XII* definita est, ut supra notatum est, n. 1085.

1096. *Objiciunt* aliquando Protestantes [*Joannem XXII* errasse in materia fidei, immo errorem suum toti Ecclesiæ imposuisse.

Resp. *Joannes XXII* erravit quidem ut *privatus doctor* circa rem *nondum definitam,* et quidem *non pertinaciter,* cum et ipse ante mortem suam opinionem retractaverit. 1) Erravit quidem, non circa dilationem judicii, cum semper docuerit animas post mortem statim judicari et eas quæ nil luendum habent statim cælum ingredi, et humanitatem Christi videre; nec circa ipsam visionem beatificam, quam post judicium generale admittebat; sed circa *tempus* quo beatis conceditur, id est, circa rem nondum definitam. 2) Erravit ut *privatus doctor,* nam in secundo sermone (in tertia dominica de Adventu) ait : " Dico cum Augustino, quod si decipior hic, qui melius sapit corrigat me ". Revera, in ep. ad regem Galliae, declaravit utramque opinionem liberam esse, et argumenta *pro* et *contra* posse in medium proferri; immo postea affirmavit se optare ut opinio de visione Dei immediate post mortem Scriptura et Patribus solide probaretur. 3) *Nec pertinaciter* huic errori adhæsit, nam pridie mortis, coram Cardinalibus hanc declarationem legit, quam sub forma Bullæ promulgare intendebat : " Fatemur et credimus, quod animæ purgatæ separatæ a corporibus sunt in cælo, cælorum regno et paradiso et cum Christo in consortio Angelorum congregatæ, et *vident Deum ac divinam essentiam facie adJaciem clare...* Si vero alia ac aliter circa materiam hujusmodi per nos dicta, praedicata seu scripta fuerunt, quoquo modo illa diximus, praedicavimus seu scripsimus recitando dicta S. Scripturae et Sanctorum et conferendo et *non determinando nec etiam tenendo* : et sic et non aliter illa volumus esse dicta " [2]. — Decipitur itaque *Lea,* dum asserit *Joannes XXII* hæresim docuisse eamque toti Ecclesiæ imposuisse λ

1097. 2° Natura visionis beatificæ. (A) Ejus notio. Visio beatifica definitur secundum textus Scripturæ et Traditionis jam allatos: *Clara et intuitiva, nec tamen comprehensiva, cognitio Dei prout in se est.* Dicitur : (a) *clara,* ut

» Lea, *Histoire de VInquisition,* trad, per *Keinath,* t. III, p. 713.

' Ap. Raynaldi, *Annal, eccles.,* ad annum 1334; Denifle, *Chartularium,*

3 X- **Le Bachelet,** *Benoît XII,* in *D. T. C.,* t. II, 657-696, cum auctoribus ibi allegatis.

sic distinguatur a cognitione Dei per rationem, aut per fidem, quæ semper obscuritatem involvit, (b) *Intuitiva,* seu immediata, eo sensu quod Deus videtur *directe* in seipso et per seipsum, non per creaturas, et sic visio beatifica distinguitur a cognitione abstractiva quæ Deum attingit per *effectus.* (C) Nec tamen *comprehensiva :* cum enim Deus sit infinite cognoscibilis, nonnisi a seipso *comprehensive* cognoscitur.

Quo melius autem intelligatur differentia inter cognitionem Dei per rationem, fidem, et visionem beatificam, sequenti utemur comparatione. Pictor aliquis triplici modo cognosci potest : *ex operibus ejus,* quando videntur scilicet tabellæ ab ipso pictæ; quæ cognitio est *deductiva,* et respondet cognitioni quam habemus de Deo per rationem ; *ex testimonio,* quando scilicet audiuntur testes oculati, qui ipsum pictorem immediate cognoverunt et de illius qualitatibus testimonium præbent : hæc cognitio respondet cognitioni, quam de Deo habemus per*fidem ;* tandem *ex visione directa* quando videlicet pictor ipse videtur immediate, auditur, ejus interiores cogitationes et sensus manifestantur, etc... ita ut illius qualitates directe percipi possint; tali cognitioni respondet visio beatifica, cum illa tamen differentia quod in cælo videbimus, oculo intellectus, non autem oculo corporeo, non solum Dei qualitates, sed propriam ejus *essentiam,* Deum *ipsum* unum et trinum.

1098. (B) De principio visionis beatifteæ seu de lumine gloriæ.

Ad visionem beatificam concurrunt tum *lumen gloriæ,* tum *intellectus* hoc lumine elevatus et confortatus, (a) Lumen gloriæ est *habitus supernaturalis, intellectui intrinsece inhee-rens, eumque elevans et confortans* ad *Deum intuitive viden-dum.* 1) Ejus *necessitatem* ita demonstrat S. *Thomas* [1] : visio beatifica longe superat visionem naturalem intellectus creati; ergo præexigit in tali intellectu non tantum virtutis naturalis augmentum, sed superadditionem novæ dispositionis quæ sit ejusdem ordinis ac visio beatifica. Igitur lumen gloriæ *non* est auxilium externum, sed *qualitas* quædam *interna;* nec auxilium mere transiens, sed qualitas *permanens* seu habitus. Quamvis enim stricte Deus posset in intellectu beatorum novas entitates indesinenter producere, id sane non decet ejus sapientiam quæ, omnia suaviter dis-

• *C. Gent.*. L **III**, c. 53.

pnnens, instruit animam diversis potentiis et habitibus ut suas operationes perpetuo exercere valeat, quin nova entitas pro singulis actibus de novo producatur.

2) Quæ quidem necessitas *de fide* est ; nam C. *Viennense* [1] tanquam *hæreticam* reprobavit propositionem Beguardorum, " quod anima non indiget lumine gloriæ, ipsam elevante, ad Deum videndum et eo beate fruendum ".

3) *Patres* ita intelligunt hos *Scripturæ* textus : " In lumine tuo videbimus lumen "a; " Claritas Dei illuminavit eam " 3 (cælestem civitatem); ""Videbunt faciem ejus... Dominus Deus illuminabit illos " 4.

1099.(b) *De modo quo lumen gloriæ et intellectus ad visionem concurrunt.* Juxta *BilluartS,* ambo ""concurrunt ut *duæ causæ totales* sub diversa ratione : lumen gloriæ, ut totalis ratio formalis proxima, qua intellectus elevatur et proportionatur visionis actui ; intellectus, ita elevatus et confortatus, ut totale principium eliciens visionem". Aliis verbis, visio beatifica est actus *vitalis* procedens a potentia vitali ipsi beato intrinseca, nempe ab intellectu ; sed, cum intellectus solus sit *ex se* incapax videndi Deum, prius elevatur et confortatur lumine gloriæ ad Deum intuitive videndum.

1100.(c) Num divina essentia per aliquam *similitudinem* vel *speciem* videatur, impressam aut expressam?

Duplex species intelligibilis distinguitur, *impressa* quæ est rei similitudo intelligibilis et determinat intellectum ad rem intelligendam; *expressa,* quæ est terminus intellectionis, seu similitudo rei intellects producta ab ipso intellectu, per quam sibi exprimit et dicit rem quam intelligit.

Quibus positis : 1) communiter tenetur, cum S. Thoma, visionem intuitivam Dei non fieri per *speciem impressam creatam,* quæ esset omnino impar ad repræsentandum Deum sicuti est, et consequen ter non posset esse principium visionis qua Deus ipse videtur. Divina itaque essentia fit per seipsam *forma intelligibilis* intellectus beati, et ita eminenter supplet vices *speciei impressa;* cum enim hæc essentia sit supreme intelligibilis, et intellectui beato, lumine gloriæ confortato, proportionetur, eique intime uniatur, nulla alia

1 D. B., 475·
' A. XXXV, 10. — 3 *Apec.,* XXI, 23. — ‹ *Apec.,* XXII, 4, 5.
5 *De Deo,* diss. IV, a. 5, § 5.

species impressa requiritur. Hoc modo cognitio perficitur non per hoc quod intelligibile recipitur in cognoscente, sed per hoc quod cognoscens trahitur ad intelligibile, ipsumque videt sine ullo medio.

2) Immo *Thomiste* docent non dari in visione beatifica *speciem expressam creatam,* ab ipsa visione distinctam. Ad hoc enim datur species expressa ut in illa intelligatur objectum quod non potest esse præsens intellectui in ratione cogniti; atqui divina essentia intellectui beato unitur, et quidem, propter suam actualitatem undequaque perfectam et cujuslibet potentialitatis expertem [1], in ratione cogniti. Unde ait S. *Thomas :* "Divina essentia est ipsum esse. Unde sicut aliæ formæ intelligibiles, quæ non sunt suum esse, uniuntur intellectui secundum aliquod esse, quo informant ipsum intellectum, et faciunt ipsum in actu; ita divina essentia unitur intellectui creato, ut *intellectum in actu,* per seipsum faciens intellectum in actu".

Attamen *Suarez* aliique, putantes *speciem expressam* seu *verbum mentis* nihil aliud esse nisi perfectum actum intelligendi, eo ipso dicunt in visione beatifica esse *speciem expressam* quæ est actus vitalis qua videtur Deus [2].

1101. (C) De objecto visionis beatificae. Duplex est : *primarium* seu *essentiale,* quod per se et immediate videtur, et beatitudinem essentialem constituit; *secundarium* seu *accidentale,* quod in primario videtur et accidentalem beatitudinem confert.

(a) *Primarium* objectum est Deus ipse. *Beati clare et intuitive vident Deum, ejus scilicet essentiam, attributa et tres divinas personas. Defide* est ex *Florentino* supra citato, n. 1085. *Christus* enim vitam æternam sic definivit [3] ; "Hæc est vita ætema ut cognoscant te *solum Deum verum* et quem misisti Jesum Christum". Et *S. Joannes* [4] : "Videbimus eum sicuti est". Et quidem Beati in patria vident quidquid crediderunt in via; atqui primarium objectum fidei nostræ in terra est Deus unus et trinus, sive in se, sive in suis attributis.

Ita cognoscunt varia fidei mysteria, et insuper quædam libera Dei decreta, ea nempe quæ ad ipsos spectant, ad proprium bonum vel parentum aut amicorum salutem.

[1] Cfr. S. Thom., I, q. 12, a. 2, ad 3; Billuart, *De Deo,* diss. IV, a. 7.
[2] Suarez, *De Deo,* tr. I, l. II, c. 20; J. B. Terrien, *op. cit.,* t. II, p. 399404. — [3] *Joan.,* XVII, 3. — [4] *I Joan.,* III, 2.

Attamen hæc visio non est illimitata nec comprehensiva; infinitum enim non videtur a creaturis nisi finito modo.

1102. (b) *Objectum secundarium : Beati vident in Deo multa alia, ea præsertim quæ ad proprium statum spectant, præterita, præsentia et futura.* Ita communiter. Constat ex testimoniis in thesi allatis, n. 1092 sq.; et ex C. *Parisiensi* (an. 1528) dicente : " Beatis pervium esse uniforme illud divinitatis speculum, in quo quidquid illorum interest illucescat

tu 3i

Ratio fundamentalis est quia beatitudo cælestis est'status omnium bonorum aggregatione perfectus; atqui bonum et conveniens nobis est ut ea omnia cognoscamus quæ ad statum nostrum spectant[1] : nobis enim inest legitimum desiderium ea omnia cognoscendi quæ nostri interest.

Ut autem determinetur quid in particulari visuri simus, sciendum est unumquemque Beatum sub triplici respectu considerari posse : 1) *ut est elevatus ad ordinem gratiæ,* et ex hoc capite, cognoscet mysteria quæ credidit super terram, v. g., Providentiæ vias quibus ad salutem pervenit; quæ ad Ecclesiam et sacramenta spectant; cognoscet etiam et alios Beatos, præsertim illos quos cognovit et supernatural! affectu amavit; 2) ut est *pars universi,* et ex hoc capite cognoscet mundi structuram et pulchritudinem, omnia genera et species rerum, præcipuas universi partes, stellas, etc.; et ille qui supernaturaliter operam suam dederit studio alicujus scientiæ, objectum hujus scientiæ probabilius melius cognoscet; 3) ut est *talis persona, publica* vel *privata,* et ex hoc capite videbit ea'omnia quæ ad ejus pristinum statum pertinebant; sic S. Pontifex videbit specialiter ea omnia quæ ad Ecclesiæ gubernium spectant, paterfamilias ea quæ ejus familiam respiciunt,... etc. Pari ratione Beati suos parentes et amicos adhuc degentes in terris vident, et preces quæ ad ipsos diriguntur audiunt[2].

Objectum *secundarium* videtur in Verbo formaliter et causaliter : 1) *formaliter,* id est, eodem lumine et eadem visione qua Deum ipsum vident : Beati hæc omnia vident tanquam in causa exemplari et efficiente omnia eminenter continente; 2) *causaliter,* quatenus

1 Cfr. S. Thom., ia 2æ, q. 4, a. 8.

3 Hinc praeclare S. Cyprianus ait : " Patriam nostram paradisum computamus, parentes Patriarchas habere jam coepimus... magnus illic nos carorum numerus exspectat parentum, fratrum... nos copiosa turba desiderat jam de sua immortalitate secura, et adhuc de nostra sollicita " *(De mortalitate,* 25, *P. L.,* IX, 601).

Beati per revelationes seu per species a Verbo infusas hæc omnia cognoscunt.

1103. 3° Concordia cum ratione. Ratio tria ostendere potest quoad visionem beatificam, eam nempe *non* esse intellectui creato *naturalem,* sed *supematuraliterpossibilem,* immo et *convenientem.*

(A) *Nullus intellectus creatus potest per sua naturalia videre Deum ut in se est*[1]. (a) Intellectus creatus, qui non est suum intelligere, non potest naturaliter res cognoscere nisi in quantum recipiuntur et exprimuntur in cognoscente, ejusque cognitio terminatur ad speciem expressam in qua objectum se habet ut *cognitum.* Atqui impossibile est ut Deus cognoscatur *sicuti in se est* per speciem in intellectu creato receptam : quidquid enim recipitur ad modum recipientis recipitur, ideoque species expressa, in intellectu creato existens, non potest Deum repræsentare prout *in se est,* per modum *Esse subsistentis,* qui est Deo proprius, sed tantum per modum alicujus habentis esse. Ergo intellectus creatus non potest naturaliter videre Deum ut in se est.

(b) Quod quidem evidentius est *quoad hominem.* Homo enim non potest naturaliter res intelligere nisi dependenter a *phantasmate,* ideoque non potest cognoscere nisi abstrahendo *intelligibile a sensibilibus.* Atqui hic modus cognoscendi non est intuitivus, sed abstractus ; et conceptus abstractione formatus non repraesentat Deum qualis in se est, sed secundum similitudinem quam in rebus creatis expressit. Ergo homo non potest naturaliter Deum intuitive videre qualis in se est.

1104.(B) *Intellectus creatus ad intuitivam Dei visionem supematuraliter elevari potest.*[2]

Ex dictis supra, n. I2$,inest homini *potentia obedientialis,* seu *capacitas recipiendi a Deo virtutem infusam, qua mediante, operationes perficere valeat supra vires naturæ.* Vi autem hujus virtutis, ea omnia peragere potest quae ejus naturam substantialiter non mutant Atqui, accipiendo virtutem Deum videndi intuitive, intellectus noster non substantiali-

[1] *Sum. theol.,* i, qu. 12, a, 4; Billuart, *De Deo,* diss. IV, arL 2; L. Billot, *De Deo uno et trino,* th. 13. — ' J. Mulson, *Possibilité do la vision biatif Ians S. Thomas,* Lyon, 1932.

ter mutatur; cum enim objectum *adæquatuni* intellectus nostri sit *omne verum intelligibile,* non mutatur ejus species quando, *divini luminis* ope, elevatur ad Deum videndum *intuitive,* sed solum confortatur et *perfectior* redditur ejus *cognoscendi modus.*

Quod sic declarat 5. *Thomas* [1] : " Nam divina substantia est primum intelligibile, et totius intellectualis cognitionis principium. Sed est (naturaliter) extra facultatem intellectus creati, sicut excedens virtutem ejus... Unde et Philosophus dicit quod intellectus noster se habet ad rerum manifestissima sicut oculus noctuæ ad lucem solis. Indiget igitur confortari intellectus creatus aliquo divino lumine ad hoc quod divinam essentiam videre possit".

Res etiam quadam comparatione et analogia illustrari potest. Brutum quidem essentialiter mutaretur, si rationem acciperet, seu facultatem percipiendi verum *intelligibile,* quia formale objectum ejus cognoscitivæ facultatis non est omne verum, sed solum verum *sensibile;* sed non substantialiter mutaretur, si solum facultatem acciperet *perfectius* verum *sensibile* percipiendi. Ita pariter homo idem substantialiter manet, quando ei confertur potestas perfectius cognoscendi verum intellectuale ipsamque Dei essentiam.

1105. (C) *Posita revelatione, omnino conveniens apparet elevatio hominis ad visionem Dei intuitivam.* Per gratiam enim jam efficimur filii Dei adoptivi, ejus naturæ consortes, eique intima et familiari amicitia conjuncti. Atqui hæc omnia aliquod complementum postulant, nempe ut in termino manifestetur nobis id quod jam ex fide credimus; quod fieri nequit sine visione directa Dei intime nobis uniti.

(a) Nam, ut ait S. *Thomas* [2], homini inest desiderium cognoscendi causam, cum intuetur effectum; quando igitur consideramus mirabiles effectus quos Deus producit non solum in ordine naturali, sed etiam in animabus justis, quibus tam intime se tradit, nobis desiderium inest Ipsum directe videndi : nonne enim filius, etiam adoptivus, ardenter exoptat patrem videre, amicus amicum intime dilectum? Et, cum divinæ naturæ simus consortes, nonne hanc contemplari concupiscimus? Atqui omnino decet hoc desiderium impleri ab Eo qui dixit : *Petite et accipietis, qucerite et invenietis.*

[1] *Cant. Gent.,* 1. **HI,** c. 54. — [*] *Sum. theol.,* 1, q. 12, a. 1.

(b) Quod sane confirmatur ex aspirationibus animæ humanæ ad intimam cum Deo unionem, quæ in historia religionum universim manifestantur. Hujusmodi autem aspirationes praecipue apparent apud Christianos, eos maxime qui sancte vivunt. Hi enim cupiunt dissolvi et esse cum Christo, Deo ipso frui, eum videre et amare, eique in perpetuum intime adhaerere. Atqui hæc omnia nihil aliud esse videntur nisi manifestationes divinæ hujus vocationis qua Deus nos benigne destinavit ad beatificam suæ essentiæ contemplationem.

2° De amore beatifico.

1106. (A) *Existentia.* Intuitivam visionem sequitur amor beatificus, quo Sancti plene et perfecte Deum diligunt. *Certum,* imo, ut putamus, *de fide* ob ordinarium Ecclesiæ magisterium.

1) S. *Paulus* simul conferens dona gratis data-et virtutes fidei speique cum caritate, docet in cælo manere caritatem, licet alia dona evanescant : " Caritas *nunquam exàdit,* sive prophetiae evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur "[1].

2) *Patrum* doctrinam sic contrahit S. *Augustinus :* " Ipse (Deus) finis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, *sine fastidio amabitur,* sine fatigatione laudabitur... Ibi vacabimus et videbimus, videbimus et *amabimus,* amabimus et laudabimus "[2].

3) Revera voluntas nostra, cujus objectum est bonum, non potest non ferri amore et complacentia perfecta in bonum supremum evidenter cognitum sicut est Deus visione beatifica contemplatus.

(B) *Effectus* autem beatifici amoris duplex recenseri potest, *ecstasis* et *unio* cum Deo. 1) Prior in eo consistit quod Beati ita cogitSfione et affectu in Deum trahuntur ut, cogitationibus, curis et motibus proprii amoris penitus exstinctis, sibi quasi mortui sint, et soli Deo vivant : " Vivo autem, jam non ego : vivit vero in me Christus "[3]. 2) Unio cum Deo in eo consistit quod Beati arctis-

[1] *I Cor.*, XIII, 8.
[2] *De Ctv. Dei,* 1. XXII, 30, i; Journel, 1788.
[3] *Calai.,* II, 20.

sime cum eo conjunguntur per sublimem perpetuamque divinæ essentiæ *contemplationem,* per jugem divinorum morum *imitationem,* et perféctissimamTcum divina voluntate *conformitatem;* per quamdam in Deum *transformationem,* quatenus ita in amore Dei effervescunt, ut toti liquescere videantur et in abyssum divinitatis demergi, licet tamen ab eo distincti semper maneant.

(C) *Objectum* quidem *primarium* amoris beatifici est Deus ipse, prout dictum est de visione beatifica ; sed objectum *secundarium* sunt omnes cæli cives. *Beati in Deo et propter Deum diligent omnes concives* patriæ cælestis, et eo magis quo sunt Deo *propinquiores :* in cælo enim ordo dilectionis observabitur per comparationem ad Deum.

Speciali tamen modo eos amabunt qui sibi quadam legitima necessitudine in terra conjuncti fuerunt : non enim cessabunt ab animo Beati honestæ dilectionis causæ '.

3° De gaudio cælesti.

1107. *Existentia.* Beati percipiunt ineffabile gaudium ex intuitiva visione et amore Dei. Certum est. (a) *Script. :* " Intra in gaudium Domini tui^k Gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis Quod Christus illustrat comparatione prandii : " Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo " 4. Proinde nulla tristitia in Beatis : " Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum " 5.

(b) *Tradit.* Ita S. *Hieronymus*^ scribit : " Deum videre, vera laetitia est; Dei visio perfectum est gaudium". S. *Augustinus 7 :* " Ipsa est beata vita, gaudere *ad te, de te, propter te* ". ----------

(c) *Rat. theol. (* Gaudium 'enim est quietatio facultatum in possessione et arnore^OonTamati. Atqui Beati vere possident et amahfDeum, summum'bonum ét fontem omnium bonorum, et in hoc amore quiescunt8.

Præterea in Deo invenient quidquid legitima cordis desideria satiare valet, et quidem absque sollicitudine et metu, nempe integerrimam virtutem absque certamine custoditam, summam altitu-

* S. Thom., 2» 2æ, q. 26, a. 13.
3 *Matth.,* XXV, 21. — 3*Joan.,* XVI, 22. —4 *Luc.,* XXII, 29.
5 *Apoc.,* XXI, 4-----6 *In Is.,* LXVI, 14. — 7 *Confess.,* 1. X, c. 22.
• S. Thom., 2» 2*, q. 28, a. I.

dinem honoris, veram gloriam apud Deum et homines, omnium bonorum in ipso Deo sufficientiam, perfectissimam delectationem ’.

Gaudebimus non solum de bonis propriis, sed etiam de bonis et gloria Dei, necnon de bonis concivium *.

4° Controversia de essentia formalis beatitudinis.

1108. Omnes quidem theologi fatentur tres praefatos actus ad plenam beatitudinem requiri. Sed *controvertitur* quisnam ex his actibus constituat essentiam *weiaphysicam* beatitudinis.

Tres sunt praecipuae sententiae.

(a) *Scotista* contendunt *formalem* seu *proprie dictam* beatitudinem consistere in *amore beatifico,* quo Deus ut summum bonum propter se diligitur; nam per amorem Deum, ut ultimum finem, assequimur multo perfectius quam per intellectum, cum visio ipsa ad amorem ordinetur.

(b) *Thomistæ* ex adverso tenent beatitudinem essentialiter consistere in *sola visione Dei,* quia beatitude formalis est *prima* assecutio Summi Boni, quæ fit per actum intellectus, et non voluntatis; amor quidem beatorum est *amorfruitionis,* sed hæc fruitio supponit objecti beatificantis præsentiam per intellectus contemplationem 3. Dicunt amorem pertinere quidem ad *statum* beatitudinis, *non* autem ad *ejus essentiam.* Etenim beatitudo formalis est essentialiter *prima* assecutio Summi Boni ; atqui hæc fit per actum intellectus, et non voluntatis; nam Summum Bonum est bonum intelligibile, quod acquiritur non appetendo sed intelligendo ; quod patet ex discrimine quod est inter intellectum et voluntatem : intellectus enim suum objectum ad se trahit, illudque sibi præsens facit, proindeque vere possidet; dum voluntas fertur in objectum extra se, nec necessario ejus possessionem supponit 4.

1 S. Thom., *Cant. Gent.,* l. III, c. 63.

’ “ El quoniam quantum quisque diligit alterum, tantum de bono ejus gaudet ; sicut in illa perfecta felicitate unusquisque sine comparatione plus amabit Deum quam se, et omnes alios secum : ita plus gaudebit absque æstimatione de felicitate Dei quam de sua et omnium aliorum secum ”, (S. Anselmus, *Proslog.,* c. 25; cfr. Lessius, *op. at.,* l. II, c. 15).

3 Cf. S. Th., *Cant. Gent.,* l. III, c. 26.

4 Rem sic declarat S. *Thomas* (C. *Gent.,* L III, c. 26) : ‘‘Si aliquis actus, voluntatis esset ipsa felicitas, hic actas esset aut desiderare, aut amare, aut

(c) *Suarez,* post S. *Bonaventuram,* contendit beatitudinem essentialiter consistere *tum in visione tum in amore beatifico ;* etenim formalis beatitudo est ultima creaturae rationalis perfectio; atqui ultima creaturae rationalis perfectio essentialiter consistit in actu intellectus et in actu voluntatis.

1109. Solutio hujus quaestionis pendet ab opinione quae habetur de relativa praestantia facultatum intellectualium. Primatum defert *Scotus* voluntati; S. *Thomas* intellectui; *Suarez* utrique ex aequo; ac exinde logice Scotus, S. Thomas et Suarez efformant suam opinionem de essentia seu elemento primario beatitudinis.

Sententia S. Thomae nobis videtur conformior *Scriptura,* quæ beatitudinem cælestem præcipue in visione Dei reponit; et *recta philosophia* quæ docet intellectum esse facultatem nobiliorem voluntate, cum ejus objectum sit simplicius et magis absolutum quam objectum voluntatis1. — Insuper beatitudo formalis essentialiter consistit in actu quo beatitudinis objectum fit nobis formaliter præsens. Atqui actus quo beatitudinis objectum fit nobis præsens non est actus voluntatis quo *tendimus* in Deum, sed actus intellectus quo *Deus ipse fit prasens* in cognoscente. Ergo beatitudo formalis essentialiter consistit in visione Dei.

Argumentum autem a Suarezio propositum, ostendit quidem amorem beatificum necessarium esse ad *statum* beatitudinis, non autem ad ejus *essentiam,* eum^iemque fluere ex visione beatifica, sed non constituere *formalem* beatitudinem.

II. De beatitudine accidentalia.

1110. Deus, qui, præ magnitudine suæ bonitatis, dare solet " mensuram bonam et confertam et coagitatam et

delectari. Impossibile est autem quod desiderare sit ultimus finis; est enim desiderium secundum quod voluntas tendit in id quod nondum habet; hoc autem contrariatur rationi (iltimi finis. Amare etiam non potest esse ultimus finis ; amatur enim bonum, non solum quando habetur, sed etiam quando non habetur... Similiter autem, non delectatio est ultimus finis; ipsum enim habere bonum causa est delectationis, vel dum bonum nunc habitum sentimus, vel dum prius habitum memoramur, vel dum in futuro habendum speramus... Nullus ergo actus voluntatis potest esse substantialiter ipsa felicitas ".

' *Sum. theol.,* I, q. 82, a. 3; Ia 2®, q. 3.

' *Suppi.,* q. 95, 96; Salmantic., *De beatitudine,* disp. II; Joan, a S. Thoma, *De adept, beatitudinis,* disp. II; Gonet, *Clypeus,* de ultimo fine, disp. V,

supereffluentem " τ, electis confert, præter essentialem beatitudinem, quaedam gaudia de bono creato, quæ *beatitudo accidentalis* vocantur.

Beatitudo *accidentalis* est igitur quælibet *perfectio beatis concessa præter objectum primarium et essentiale,* nempe præter *visionem* et *amorem Dei* necnon *gaudium* de eo.

Duplex autem distinguitur beatitudo accidentalis; prior omnibus *communis,* — altera autem quibusdam *specialis*^ quæ *aureola* dicitur.

i° De beatitudine accidentali communi.

1111. (A) *Ejus existentia* (a) ex *Scriptura* infertur, quæ non solum essentialem commemorat beatitudinem, sed etiam quædam *accidentalia* gaudia, v. g., de conversione peccatorum, de potestate alios homines judicandi simul cum et dependenter a Christo, de perfedta pace ac quiete, etc.2

(b) E *Patribus,* qui sæpe beatorum felicitatem describunt ut omnibus bonis affluentem, quorum doctrina sic contrahit *Augustinus :* " Quanta erit illa felicitas, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus?... Qui motus illic talium corporum sint futuri temere definire non audeo, quod excogitare non valeo. Tamen et motus et status, sicut ipsa species, decens erit, ubi, quicumque erit, quod non decebit, non erit. Certe ubi volet spiritus, ibi erit proprium corpus ; nec volet aliquid spiritus quod nec spiritum possit decere, nec corpus. Præmium virtutis erit ipse, qui virtutem dedit eique seipsum, quo melius et maius nihil esse promisit " 3.

(c) *Rat. suadetur.* Omnis enim essentia creata aliqua accidentali perfectione indiget ad complendam suam perfectionem; atqui essentialis beatitudo electorum est quid creatum; ergo indiget aliqua perfectione accidentali ut sit completa.

a. i, 4; A. Michel, *D. T. C.*. art. *Gloire,* 1401-1412 cam maltis aactoribas ibi allegatis. — ' *Lue.,* VI, 38.

' *Luc.,* XV, 7, 10; *Matth.,* XIX, 28; *Afioc.,* VII, 16; XXI, 4.

'De Civit. Dei, 1. XXII, c. 30, 1, *P. L.,* XLI, 801; Joarnel, n. 1788.

(B) *Species.* Beatitudo *accidentalis communis* duo complectitur : i) quasdam *dotes* quæ, etsi a beatitudine distinctae, eam *necessario* et *semper* comitantur; 2) quædam bona non solum distincta, sed etiam *separabilia* ab ipsa beatitudine.

1112. De dotibus.

(a) *Notio.* *Dotes* sunt *supernaturalia dona animas sanctas ornantia easque disponentia ad perfectum connubium cum Christo.* Cum enim animæ beatæ Christo uniantur connubio quodam spiritualiomnino decet ut a spiritualibus parentibus, nempe personis SS. Trinitatis, accipiant dotes supernaturales, sicut sponsæ a parentibus tempore connubii recipiunt bona temporalia.

Differunt autem dotes a *beatitudine;* nam, ut ait S. *Thomas* [1], *"beatitudo* dicitur *ipsa operatio perfecta* qua anima beata Deo conjungitur; *dotes* dicuntur *habitus* seu *dispositiones,* vel quæcumque aliae *qualitates* quæ ordinantur ad hujusmodi perfectam operationem; ut sic *dotes ordinentur* ad beatitudinem magis quam sint in beatitudine ut partes ipsius".

(b) *Numerus.* Tres a S. Thoma numerantur dotes, nempe *visio, comprehensio* et *fruitio.* Quando hæc tria sumuntur per *modum actus,* constituunt ipsam essentialem beatitudinem, n. 1108; quando autem accipiuntur per *modum habitus,* sunt principia permanentia horum actuum, et sub hoc respectu ad beatitudinem *accidentalem* spectant.

Tres dotes tribus theologicis virtutibus respondent : nempe *visio* fidei, spei vero *comprehension...* caritati autem *fruitio* [3], ideoque sunt habitus perficientes nostras facultates, quibus possimus Deum videre, possidere et eo frui.

1113. De aliis bonis accidentalibus.

Præter *dotes,* alia datur accidentalis beatitudo quoad *intellectum, voluntatem, corpus* et *bona externa.*

(a) *Intellectus* beatorum, quamvis non omnia sciat, ea tamen cognoscit quæ ad ipsos spectant, nec errori obnoxius est. De quo

[1] ***II*** *Cor.,* XI, *2; Ephes.,* V, 32. — [2] *Suppi.,* q. 95, a. 2.

[3] *Comprehensio* itaque hic sumitur sensu *lato,* quatenus finis consecutionem importat, non autem quatenus significat comprehensivam Dei cognitionem, quæ creaturæ impossibilis est. Cfr. *Sum. theol.*, q. 12, a. 7, ad I.

[4] *Suppi.,* q. 95, a. 5.

jam dictum est n. 1102; nam objectum secundarium visionis beatificae ad accidentalem beatitudinem pertinet.

(b) Voluntas pariter, ab omni malo immunis, præsertim a timore peccati, omni bono fruitur : " Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt"[1].

Fniitur praesertim amicorum societate, qui, ut fratres et cohæredes ejusdem gloriæ, eumdem Patrem glorificant, et inter se fraterno cantatis vinculo colligantur. Atqui ex hoc intimo cum nobilissi- "mïslpîri us commercio haud parum augetur, etsi accidentaliter, Beatorum felicitas : nil enim vera amicitia jucundius.

Insuper, cum eorum voluntas Dei voluntati omnino sit subordinata, nullam tristitiam habere possunt de damnatione peccatorum, etiam eorum quos dilexerunt : optime enim norunt hanc damnationem justam esse, et suam voluntatem Dei voluntati, utpote sapienti et bonae, perfecte submittunt.

(c) *Corpus* etiam qualitatibus gaudet quæ accidentalem beatitudinem electis conferunt; sed de his dotibus opportunius agemus ubi de resurrectione.

(d) *Bonis externis* etiam fruentur, contemplando et mirando novos cælos et novam terram, totumque cosmologicum ordinem.

II14. Corollarium. *Beatitudo accidentalis est progressiva et usque ad finem mundi augebitur :* 1) ratione *sanctorum* quorum numerus quotidie augetur, et quorum ingressus in patriam novum gaudium cæli incolis affert; 2) ratione *cognitionis* quam de rebus externis successive acquirent Beati, non sine nova laetitia; 3) ratione *resurrectionis,* vi cujus anima suum corpus de novo informabit, et ita suum complementum tandem inveniet; tunc enim gaudebit de corpore glorioso sibi reddito; atque totum compositum humanum accidentale gaudium experietur tum in anima tum in corpore.

2° De beatitudine accidentali speciali seu de aureolis

II15. (A) *Notio.* Sicut Christus in *Apocalypsi* exhibetur habens in capite suo *coronam auream* [3], ita sancti cum ipso regnantes apparent *coronis aureis ornati* [4]; quibus verbis declaratur *victoria* quam et ipsi reportarunt. Cum enim corona sit signum regiæ potestatis et victoriae, omnino decet ut qui, per gloriam, regiae potestatis et victoriae participes fiunt, coronam auream

[1] *Apoc.,* XXI, 4.

[2] *Supplem.,* q. 96, et commentatores Summæ; E. Hugon, p. 515-519; Card. Lépider, p. 150-159; T. Ortolan, *Auriole,* in *D. T. C.,* t. I, 2571; A. Michel, in *D. T. C.,* art. *Glaire,* 1401-1411.

[3] *Apoc.,* XIV, 14. — [4] *Apoc.,* IV, 4.

gestent ad instar summi Regis. Et hoc quidem pertinet ad praemium *essentiale.*

Sed huic præmio essentiali additur speciale præmium accidentale, nempe *aureola* seu parva corona. Hæc itaque definitur : *pramium accidentale, præmio essentiali superadditum, ob excellentem victoriam.*

(B) *Numerus.* Jamvero, cum S. Thoma, communiter assignatur specialis aureola : *virginibus,* quæ singularem victoriam de came obtinuerunt; *doctoribus,* qui de ignorantia et infidelitate victoriam reportarunt, doctrinam catholicam verbo aut scriptis prædicando; *martyribus,* qui de mundo et persecutoribus triumpharunt.

1116. Quæ quidem doctrina : (a) *Scriptura* testimoniis innititur. Ita : i) de *virginibus* dicitur[1] : " Et cantabant quasi canticum novum ante sedem..., et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia... *Virgines* enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit ". 2) De *doctoribus* autem[2] : " Et qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates ". 3) De *martyribus* Christus ipse ait[3] ; " Quicumque confessus fuerit me coram hominibus, et Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei ". Quare in *Apocalypsi* exhibentur ut *amicti stolis albis*[4].

(b) *Praxi Ecclesia* confirmatur, quæ speciales exhibet honores virginibus, doctoribus et martyribus.

(c) Consonat *ratio.* Iis enim debetur specialis aureola qui specialiter arduam pugnam inierunt et victoriam reportarunt. Atqui specialiter ardua est pugna cum carne et victoria quam virgines de ea reportant; pariter ea quam doctores contra inimicos fidei per doctrinam et prædicationem reportant; ea tandem qua martyres effusione sanguinis persecutores vincunt. Ergo his tribus specialis debetur aureola.

III. De proprietatibus caelestis beatitudiniss.

Post dicta de existentia et natura caelestis beatitudinis, de ejus *proprietatibus* agendum superest. Jamvero tres proprietates assignantur : i° *inæqualitas; 2° collatio impeccabilitatis;* 30 *inamissibilitas* et *æternitas.* Unde tres theses.

[4] *Apoc.,* XIV, 3-4. — [2] *Dan.,* XII, 3.

[3] *Luc.,* XII, 8. — [4] *Apoc.,* VII, 13-14.

[5] S. Thom., *Suppi.,* q. 93; 1. IV *Seni.,* dist. 49. q. I, art. 4. quæstiunc. I ; ejusque *Commentatores;* E. Hugon, p. 5°9*519› Hervé, 645-654; A. Michel, in *D. T. C., Gloire,* 1412-1419; *Intuitive* (vision) 2389-2392.

1117. *Thesis T :* Beatitudo caelestis non est æqualis in omnibus electis, sed diversitati meritorum proportionatur.

De fide est ex *Florentino* definiente animas eorum qui nTKîIluendTïîn habent " intueri clare ipsum Deum trinum et unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate, alium alio perfectius " x.

1° *Script,* (a) Ex doctrina Christi de *diversis mansionibus* in caelo 2 : " In domo Patris mei, mansiones multæ sunt"; atqui diversitas mansionum supponit diversitatem beatitudinis. (b) Ex S. Paulo de *diversa claritate corporum* gloriosorum 3 : " Stella enim a stella differt in claritate. Sic et resurrectio mortuorum ". Nam si in gloria corporis diversitas adest, *afortiori* in gloria animæ : gloria enim corporis a gloria animæ dimanat, (c) E *generali principio* sæpe saepius repetito, nempe mercedem æternam bonis operibus proportionari : ""Tunc reddet unicuique secundum opera ejus " 4; " Unusquisque accipiet secundum suum laborem " $; " Qui parce seminat, parce et metet ; qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet"6. Ita enim supponitur alios aliis melius operari, laborare et seminare, et insuper quemque præmia accipere secundum perfectionem suorum operum.

1118. 2° *Tradit.* Ex *Patribus* qui præfata testimonia de inæqualitatecælestis mercedis intelligunt Ita S. *Aphraatesi* verba S. Pauli : " Unusquisque mercedem accipiet secundum laborem " sic declarat : " Qui parum laboraverit, prout defatigatus fuerit recipiet; qui multum cucurrerit, pro modo cursus sui præmium tollet... Et rursum Apostolus ait : Stella stellam antecellit claritate... Noveris itaque, etiam cum ad vitam ingrediuntur homines, mercedem pariter fore mercede ampliorem, gloriam gloria insigniorem, et præmium amplius altero ", — S. *Chrysostomus,* loquens de iis qui sunt

• D. B., 693. — *'Joan.,* XIV, 2. — J ***I*** *Cor.,* XV, 41, 42.
4 *Matth.,* XVI, 27. — s ***I*** *Cor.,* III, 8. — « ***II*** *Cor.,* IX, 6.
7 *Dtmonstraiionts,* XXII, 19, JourneI, 696.

in regno cælorum, ait[1] : " Non omnes tamen eadem consequents et iisdem fruentur ". — Pariter S. *Augustinus,* de denario vitæ æternæ agens, scribit[2] : " Denarius quidem ille æqualis est omnibus... quo utique denario vita significatur aeterna... Sed multae mansiones *diversas meritorum* in una vita significant *dignitates*".

1119. 3° *Rat. theol.* (a) Visio Dei ideoque beatitudo pendet a lumine gloriæ; atqui lumen gloriæ proportionatur gradui gratiæ habitualis cui respondet; ergo gloria seu beatitudo major vel minor est secundum mensuram gratiæ habitualis tempore quo morimur; ergo, (b) Ex dictis de merito, n. 278, justus vere meretur *augmentum gloriæ;* atqui inaequalia sunt justorum merita; ergo inaequales gloriæ gradus. (c) Quod quidem omnino *decet;* ita enim per magnitudinem praemiorum incitamur ad perfectiores actus virtutum.

1120. Corollaria, (a) Inaequalitas beatitudinis duplex est : 1) *intensiva,* in quantum beati, pro diverso gradu luminis gloriæ, perfectius vident essentiam Dei; 2) *extensiva,* quatenus hæc visio ad plura objecta se extendit.

(b) Ex testimoniis allatis in thesi, *ratio ultima* hujus diversitatis est diversitas *meritorum;* sed ratio *proxima* est *luminis gloriæ* diversus gradus : etsi enim lumen gloriæ sit *specifice idem* in omnibus, diversos gradus habet sicut ipsum lumen fidei.

(c) *Singuli tamen electi sunt perfecte beati nec ullam invidiam patiuntur.* 1) Sunt *perfecte beati.* Perfecta enim beatitudo est satietas omnium desideriorum; atqui electorum intellectus et voluntas perfecte satiantur; singuli enim Deum vident et amant eoque fruuntur secundum gradum luminis gloriæ quem habent, ideoque secundum totam suam capacitatem ; ergo perfecte satiantur.

2) Nec est eis ulla tristitia de majori aliorum beatitudine; intelligunt enim hanc diversitatem esse *ordinatissimam,* divinæ sapientiae et bonitati omnino conformem, et de majori aliorum beatitudine Deum laudant et concivibus

[1] *In I ad Cor.* hom. XLI.
[2] *In Joan.,* LXVII, 2, *P. L.,* XXXV, 18; JourneI, 1831.

gratulantur, admirantes promptiorem ac generosiorem eorum cooperationem gratiæ divinæ, vi cujus plura acquisierunt merita.

1121. *Thesis ID :* Beatitudo caelestis omnes electos impeccabiles reddit [1]. *Certum est.*

Quod jam constat ex eo quod tempus merendi et tempus demerendi finem accipiat cum morte, n. 257.

Sed quæritur utrum impeccabilitas oriatur *ab extrinseco* an *ah intrinseco.*

(a) Juxta *Scotum, ab extrinseco* oritur, nempe ab auxilio speciali quo beati a malo præservantur in ætemutn.

(b) Sed *communis* et *vera* sententia, cum S. Thoma, tenet hanc imjieccabilitatem esse *ab intrinseco,* nempe ab ipso *actu visionis* beatificae. 1) Nam beatitudo ultima consistit in visione divinæ essentiæ quæ est Summum Bonum. Atqui videntes *clare, perfecte* et *indesinenter* Deum esse Summum Bonum, et, præter Eum, nil esse desiderabile, .non possunt non amare Deum ex toto corde et ex totis viribus, et quidem Deum solum, cum nil amare possint nisi in ordine ad Deum. Ergo nil velle et amare possunt quod divini amoris perfecto et continuo exercitio obstare queat, ideoque peccare non valent.

2) Insuper homo non potest non velle suam beatitudinem, ideoque bonum quod clare videt cum sua beatitudine necessario connexum; atqui visione beatifica videt Deum et quidem solum esse suæ beatitudinis fontem necessarium; ergo beati avelli nequeunt a contemplatione et amore Summi Boni quod clare intuentur, nec proinde peccare.

Revera, si Deum contemplari et amare cessarent, hoc esset quia eis deficeret facultas aut voluntas videndi, vel objectum visum. Atqui nunquam deerit beatis *facultas Deum videndi,* nempe *lumen gloria,* quo confortatur eorum intellectus, cum hic habitus sit ex se permanens et permanenter a Deo datus; nec *voluntas eum videndi,* cum impossibile sit aliquem a bono quo fruitur discedere nisi in ejus fruitione apprehendat aliquod malum : quod certe fieri nequit quando agitur de Summo Bono; nec *objectum visum,* quia Deus semper eodem modo se habet, nec elongatur a nobis nisi in

1 Cfr. Richard, *D.* 7'. C.. art. *Impeccability* 1277.

quantum nos elongamur ab ipso. Impossibile est igitur unquam deficere visionem illam Dei quæ beatos facit

1122. *Thesis IIIa :* Beatitudo eælestis est æterna et inamissibilis.

DeJide est ex Symbolis, in quibus legitur : *Credo... in vitam æternam ",*

Script. Nam, post ultimum judicium, ibunt justi "in vitam æternam"2; et, juxta S. Paulum, "semper cum Domino erimus "3. Itaque eælestis beatitudo dicitur : " immarcescibilis gloriæ corona "4 ;"corona incorruptibilis" 5; " æternum gloriæ pondus " 6.

Trad. Patres saepe id asserunt; inter quos allegare sufficiat S. *Augustinum! :* "Cum beati esse omnes homines velint, si vere volunt, profecto et esse *immortales* volunt; *aliter enim beati esse non possent...* Nec nisi viventes beati esse possunt... Non autem vivit beate, cui non adest quod vult; nullo modo igitur esse poterit vita veraciter beata, nisi fuerit *sempiterna* ".

Rat. theol., Ex ipsa *natura beatitudinis.* Cum enim beatitudo sit aggregatio omnium bonorum, absque ulla mali admixtione, necesse est ut sit æterna; " neque enim potest beatus non magnopere velle ut illis bonis quæ adeptus est, sibi *perpetuo* frui liceat. Quare nisi ea possessio stabilis et certa sit, *maximo cruciatu* timoris angatur necesse est " 8.

Scholion. De *loco coeli* nil certi cognosci potest. Generatim docent theologi esse in superiori parte universi. Quod quidem intelligitur *relate ad nos;* nam *in se* neque sursum neque deorsum in rebus cosmologicis invenitur. A *Sancto Alberto?* ita describitur : " Cælum est corpus purum, natura simplicissimum, essentia subtilissimum, incorruptibilitate solidissimum, quantitate maximum, materia purissimum ".

Quidquid sit, via tutissima ad cælum ingrediendum, est sequi Christum in regia via sanctae crucis et divini amoris : Ipse enim est *via, veritas* et *vita;* quo duce, caelestem patriam certo inveniemus.

' S. Thom., i, q. 62, a. 8; ia 2æ, q. 4, a. 4; *C. Gent.,* l. III, c. 62-63.
« *Matth.,* XXV, 46. — 3 Z *Thess.,* IV, 16. — 4 Z *Petr.,* V, 4.
5 *I Cor.,* IX, 25. — 6 *II Cor.,* IV, 17.
7 *De Trinit.,* l. XIII, c. 8, *P. L.,* XLII, 1022.
8 *Catech. Roman.,* P. I, c. 13, n. 3. — » *Compend. theol. verit.,* l. II, c. 4.

§ II. De Purgatorio[1].

1123. Praenotanda, (a) *Variis nominibus* Purgatorium apud Patres designatur; dicitur : locus gemituum et lacrymarum; ignis purgatorius; career ubi manent animæ donec solverint ultimum quadrantem; profundus lacus, pars inferi, etc.; sed a sæc. XIII vox purgatorium prævaluit.

(b) Quoad *rem,* Purgatorium est *locus* et *status in quo animæ justorum, cum reatu peccati venialis velpœnee temporalis debito decedentium, patiuntur donec omnia debita soluta fuerint.* Ratio propter quam ibi detinentur est ut ab omnibus maculis purgentur, quæ eas a caeli ingressu remorantur. Illae maculae triplicis generis esse possunt : 1)*peccata venialia* nondum remissa, quæ, juxta S. *Thomam* et *Suarezium* aliosque *probabilius,* in *primo instanti* separationis animæ a corpore, per ferventem dilectionis vel contritionis actum, *statim* remittuntur[2][3]: tunc enim anima clarissime cognoscens Deum esse Summum Bonum, et unicum malum esse peccatum, sponte et immediate perfectum ac ferventem caritatis actum elicit quo dimittuntur omnia levia peccata quoad culpam; 2) *habitus pravi,* qui pariter statim post mortem *totaliter delentur unico actu contrario* qui tunc cum magna intensitate ab animabus elicitur[3]; 3)*poena temporalis,* quæ *successive* tolletur non merendo aut satisfaciendo, cum tempus merendi jam terminetur; sed *satisfatiendo,* seu poenas subeundo juxta taxationem divinæ justitiæ, remissa tamen pœnæ quantitate respondente *suffragiis* pro sanctis animabus oblatis.

[1] S. ThonL, *In lib. IV. Sent.,* dist. 2Γ, q. I; *Supply* Appendix, q. 2; S. Bellarminus, *De Purgat.,* 1. I; Amauld, *Perpétuité de la Fciy* ed. *Migne,* vol. Ill, p. 1123 sq.; Perrone, *ap. cil.,* n. 683 sq.; Jung;mann, *op. cit.y* n. 79sq.; Mazzellâ., n. 1314 sq.; Oxenham, *op. cit.y* c. II; Card. Wiseman, *Lectures an principal doctr.,* XI; Card. Newman, *The dream of Geronlius;* Bautz, *Das Fegfeuer,* 1883; Canty, *Purgatoryy dogmatic and scholastic,* 1886; F. Schmid, *Das Fegfeuer nach Katholischer Lehrey* 1904; D. Palmieri, p. 52-87; Ed. Hanna, *Purgatory* in *The Cathol. Encycl.* t. XII, p. 575-580; P. Bernard, *D. A.y* art. *Purgatoire.* 496-528.

[2] Quidam tamen, cum F. Schmid, *Die Seelenlaülerung in fenseits^ /907,* putant animas in purgatorio nonnisi *successive* a reatu culpæ purgari.

[3] DD. Chollet, *Nos mortst* p. 135·

I. Existentia Purgatorii.

1124. *Errores :* (a) *Aerius,* sæc. IV°, qui, teste Augustino, asseruit orare vel offerre pro mortuis vanum esse; (b) Medio Ævo, *Albigenses, Waldenses, Hussitce;* (c) præsertim vero *Novatores* sæc. XVI; *Lutherus,* qui primum asserebat Purgatorium certo existere, postea vero animas in Purgatorio detentas, non esse, saltem omnes, de sua salute securas; deinde de ipsa existentia Purgatorii contradictoria variis temporibus scripsit, an. 1537; tandem docuit hoc esse diaboli inventum : " Quapropter Purgatorium, et quidquid ei sollemnitatis, cultus, et quæstus adhæret, *mera diaboli larva* est. Pugnat enim cum primo articulo qui docet Christum solum, et non hominum opera, animas liberare ". Nec minus vehementer *Calvinus'* declarat Purgatorium ""exitiale satanæ esse commentum, quod Christi crucem evacuat, quod contumeliam Dei misericordiae non ferendam irrogat ". (d) *Hodierni Protestantes* non pauci libenter statum veluti medium inter cælum et infernum admittunζ in quo animæ ad cælum ingrediendum praeparantur, sed purgatorii nomen rejiciunt, et tenent animas in eo statu mereri et satisfacere posse[2].

Immo *Ritualistce* concedunt orationes fieri posse pro defunctis, ut eorum pœnæ minuantur.

1125. *Thesis :* Existit Purgatorium, in quo justorum animæ nondum plene expiatae, piacularibus poenis mundantur, et fidelium suffragiis possunt juvari.

Defide est, ex Lugdun. ***II*** *et Tridentino :* " Cum catholica Ecclesia, Spiritu Sancto edocta, ex sacris Litteris, et antiqua Patrum traditione, in S. Conciliis, et novissime in hac œcumenica synodo docuerit *Purgatorium esse,* animasque ibi detentas fidelium *sufifragiis,* potissimum vero acceptabili altaris sacrificio juvari... "[3]. Duo igitur sunt *de fide,* Purgatorium esse et *animas ibi detentas* suffragiis nostris posse juvari; quæ, cum sint intime connexa, simul demonstrabuntur.

1126. i° Scriptura. (A) In *Vet. Test,* praeclarum est testimonium ex ***II*** *Machab.* desumptum[4] Judas enim, vir

[1] *Inslit.* I. III, 25, § 6.

[2] Cfr. Farrar, *Mercy and Judgment* cap. III; A. Campbell, *The doctrines of a middle state;* Hodge, vol. III, p. 741; C. Hase, *Handbuch der Protest. Polemiki* 385.

[3] Sess. XXV, decret, de Purgatorio, D. BM 983, cf. 464, 693.

[4] ***II*** *Machab.* XII, 43. — *Protestantes* negant quidem hunc librum esse inspiratum, sed admittunt eum esse *fide historica* dignum.

prudens et fortis, patriarum legum instaurator et vindex, post victorias a se reportatas, " facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam, *offerri pro peccatis mortuorum sacrificium,* bene et religiose de resurrectione cogitans, (nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur et vanum orare pro mortuis), et quia considerabat quod hi, *qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam.* Sancta ergo et salubris est cogitatio *pro defunctis exorare,* ut a peccatis[1] solvantur". Ex hoc patet : (a) tum Judæ et populo hebraico, tum auctori sacro persuasum esse mortuos orationibus et sacrificiis juvari posse[2]; (b) purgatorium existere; nam ibi agitur de iis qui *cum pietate* dormierunt, id est, in *statu gratia,* proptereaque non sunt in inferno; non autem agitur de beatis qui nihil luendum habent, cum sacrificium offeratur pro eorum peccatis ; ergo agitur de iis qui, etsi in statu gratiæ, a quibusdam peccatis liberari debent, proindeque cælum non adhuc sunt ingressi; ergo adest status medius inter infernum et paradisum, nempe purgatorium.

(B) In *Novo Test,* pauci sunt textus ex quibus thesim nostram Patres deducunt : (a) " Qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum non remittetur ei, neque *in hoc sæculo, neque in futuro"* 3. Quomodocumque enim hæc verba intelligantur, ibi supponitur quædam peccata remitti posse in vita futura; atqui beatis in cælo nihil luendum manet, damnatis autem nulla est remissio; ergo alius est status in quo animæ non plene purificatae purgantur, seu existit purgatorium, (b) Citantur etiam verba S. *Pauli*[4] de praedicatoribus agentis qui, etsi veram doctrinam docentes, leviter peccant ei admiscendo humanas vanitates, quas vocat ligna, fcenum, stipulam; de quibus ait : "Si cujus opus arserit, detrimentum patietur; ipse tamen salvus erit; sic tamen *quasi per ignem* Quæ quidem verba difficilia intellectu multi Patres intelligunt de igne Purgatorii; ita

[1] Sub tunicis militum in prælio interfectorum inventæ fuerant quædam res pretiosæ idolis oblatæ quas servare lex judaica prohibebat.

[2] Quam persuasionem inter Judaeos viguisse probat Buxtorf, *Synagoga judaica,* c. 49· — [3] *Matth.,* XII, 32. — [4] *I Cor.,* III, 10-19.

S. Augustinus distinguit ignem inferni ab "illo qui emendabit eos qui per ignem salvi erunt", et hujus existentiam probat ex eisdem Apostoli verbis[x]. Et merito; nam hic agitur de justis, qui super fundamentum, quod est Christus, aliquid leviter defectuosum posuerunt, ideoque salvi fient, — qui proinde aliqua purificatione indigent.

1127. 2° Traditione, in qua tria stadia distinguuntur.

(A) *Per quatuor priora sæcula,* purgatorii existentia jam continetur in universali praxi *orationes et oblationesfaciendi pro defunctis,* imo jam *explicite* a quibusdam Patribus proponitur.

(a) Patres, inter quos, *Tertullianus*[9]: "Oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus"; alibi loquitur de muliere quæ pro anima mariti orat "et refrigerium interim adpostulat ei"[3]; insuper supponit aliquem esse locum ubi minora delicta expiantur usque ad novissimum quadrantem[4]; — S. *Cyprianus*[5] clare distinguit inter cælum et purgatorium; "Aliud est *ad veniam stare,* aliud est ad gloriam pervenire, aliud *missum in carcerem non exire inde donec solvat novissimum quadrantem,* aliud statim fidei et virtutis accipere mercedem, aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari et purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgasse". De oblatione sacrificii pro defunctis explicite loquitur[6]. S. *Cyrillus Hierosolym.,* sacram liturgiam describens, ait[7]: "Deinde et pro defunctis sanctis patribus (oramus)... maximum hoc credentes adjumentum illis animabus fore, pro quibus oratio defertur"; idem asserit 5. *Ephrem,* postulans in testamento ut die trigesimo sui commemoratio fiat[8]: "Mortui enim oblatione juvantur quam viventes faciunt

(b) *Varice Liturgice,* quarum una ex antiquissimis hæc habet: "Oremus pro fratribus nostris, qui *in Christo requieverunt,* ut Deus summæ erga homines caritatis, qui animam defuncti suscepit, *remittat ei omne peccatum,* et propitius ac benevolus ei factus *collocet eum in regione vivorum"*[9]. (c) *Inscriptiones* quæ in Cata-

[1] *In Ps. XXXVII, P. L.,* XXXVI, 397.
[2] *De Corona mil.,* 3, *P. L.,* II, 79. — [3] *Monogamia,* 10, *P. L.,* II, 942.
[4] *De anima,* 58, *P. L.,* II, 751. Cfr. A. d'Alès, *La Thiol, de Tertullien,* pp. 133-134.
[5] *Ep.* X *ad Anion., P. L.,* III, 785. — [6] *Ep.* XLVI, *ad clerum, P. L.,* IV, 399.
[7] *Cateches.* XXIII, 9, *P. G.,* XXXIII, 1116.
[8] *Testamentum,* ed. *Assemani,* II, 401.
[9] *Constil. Apostol.,* VIII, 41, *P. G.,* I, 1143. — *Didascalia Apostolorum,* VI, 22, sq.

cumbis inventæ sunt, in quibus hæc et similia leguntur : " Spiritum tuum Deus refrigeret; Ursula, accepta sis in Christo; Victoria, refrigeretur spiritus tuus in bono; Kalemire, Deus refrigeret spiritum tuum una cum sororis tuæ Hilare; aeterna tibi lux, Timothea, in Christo " Jamvero ex hac praxi infertur existentia status et loci in quo animæ *justorum* nondum plene purificatae pcenas luunt peccatis debitas; Ecclesia enim pro reprobis non orat.

1128. (B) *A tempore S. Augustini, explicitius* agitur de orationibus pro defunctis, et de *Purgatorio,* ad confutandam hæresim Aerii.

(a) S. *Augustinus* ejus existentiam probat ex textibus Scripturae supra allatis, et asserit " nonnullos fideles *per ignem quemdam purgatorium,* quanto magis minusve pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque salvari"'; additque eos ""pietate suorum viventium relevari, cum pro illis sacrificium Mediatoris offertur, vel eleemosynæ in Ecclesia fiunt, sed iis hæc prosunt, qui, cum viverent, ut hæc sibi postea possint prodesse meruerunt : est enim quidam vivendi modus, *nec tam bonus ut non requirat ista post mortem, nec tam malus ut non eiprosint ista post mortem "* 3. Alibi docet esse *temporarias poenas* in altera vita, quas nempe subeunt qui non ita male egerunt ut sempiternas pcenas mereantur : " Temporarias pcenas alii in hac vita tantum, alii *post mortem,* alii et nunc et tunc, verumtamen ante judicium illud severissimum novissimumque patiuntur" .*

(b) S. Augustini doctrinam lucidius etiam exponunt Patres subsequioris ævi, inter quos 5. *Casarius Arelat.* s : " Si autem nec in tribulatione Deo gratias agimus, nec bonis operibus peccata redemimus, ipsi tamdiu in illo purgatorio igne moras habebimus, quamdiu supradicta peccata minuta, tanquam ligna, foenum, stipula, consumantur"; 5. *Gregorius MA :* ""Sed tamen de quibusdam levibus culpis esse ante judicium purgatorius ignis credendus est, pro eo quod Veritas dicit quia, si quis in Sancto Spiritu blasphemiam dixerit, *neque in hoc saculo remittetur ei, neque in futuro.* In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc sæculo, quasdam vero in futuro posse laxari ".

' Martigny, *Did. des Ant. chrét.,* voce *Purgatoire;* Northcote, *The Roman Catacombs, c.* 7.

' *Enchiridion,* 69, *P. L.,* XL, 265; Journel, 1920.

3 *Enchirid.,* 110, *P. L.,* XL, 283; Journel, 1930.

4 *De civit. Dei,* XXI, 13, *P. L.,* XLI, 728; Journel, 1776.

* *Sermo* XXII, 2, inter opera S. Augustini, *P. L.,* XXXIX, 1946; Journel, 2233.

6 *Dialogi,* l. IV, c. 39, *P. L.,* LXXVII, 396; Journel, 2321.

1129.(C) *Scholastici* unanimiter de Purgatorio tanquam de re *adfidem* spectante agunt [1].

(D) Quare *C. Lugdunense II* id definivit [2] : " Quod si vere pœnitentes in caritate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas pœnis purgatoriis seu catharteriis post mortem purgari; et ad pœnas hujusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia "... Quam definitionem renovavit *Florentinum* [3].

1130.[30] Rat. convenientiae, (a) Scriptura teste, nihil inquinatum ingreditur cælum [4] ; oculi enim Dei ita mundi sunt ut ad iniquitatem respicere nequeant [5]; aliunde justitia exigit nemini æternam beatitudinem concedi, nisi prius delicta sua perfecte expiaverit. Atqui de facto multi moriuntur antequam a peccatis suis venialibus liberati fuerint, aut poenam temporalem pro mortalibus remissis debitam solverint, vel propter negligentiam aliquam, vel quia morte praeveniuntur; nec tamen propter hoc merentur totaliter a caelo excludi, cum hæc absque peccato gravi contingere possint; ergo locus esse convenit ubi purgentur, antequam finale praemium consequantur [6].

(b) Convenit pariter divinam Providentiam tales poenas statuere, quæ homines ad sua officia adimplenda impellant; atqui, nisi esset purgatorium in quo pro venialibus nondum remissis et mortalium reliquiis poenas subire cogimur, homines levia peccata facile committerent, nec de condigna satisfactione satis cogitarent; ergo.

(c) Addi potest hanc doctrinam *solatio plenam* esse : 1) ipsis *peccatoribus :* quis enim, culparum et imperfectionum suarum conscius, se statim post mortem cælum ingressurum sperare potest? Si nullus esset locus, in quo a levi-

[1] Gerster de Zeil, *Purgatorium juxta doth inam S. Bonaventura,* Turin, 1932.

[2] D. B., 464. — [3] *Ibid.,* 693. — [4] *Afioc.,* XXI, 27. — [3] *Habaaic,* I, 13.

[6] S. Thom., *C. Gent.,* l. VI, c. 91. — Quod nonnulli Protestantes admittere coguntur : " Nonne omnes Protestantes qui *liberales* appellantur, idem sentiunt ac nos, homines scilicet plerosque, sicut ait Doctor *Johnson,* non adeo in vitiis ardescere ut poenam luere æiemam, neque adeo culpis vacare ut beatorum spirituum consortio perfrui mereantur; divinamque bonitatem maluisse aliquem intermedium locum iis assignare ubi quadam poenarum mensura purificentur? " Ch. Butler ap. *Oxenham.* op. cit., p. 40.)

bus delictis purgari possimus, multi de ingrediendo cælum desperarent; 2) *vivis,* qui orant et satisfaciunt pro parentibus et amicis, et ita solatium experiuntur suos defunctos juvando.

Nec dicatur, cum Protestantibus, Christum sufficienter pro omnibus delictis nostris satisfecisse; probavimus enim (de *Verbo Incarn.,* n. 1161) ejus satisfactiones adultis non applicari nisi ipsis cooperantibus; si igitur quidam de facto non sufficienter cum Christo satisfecerint, nulla alia spes ipsis remanet cælum consequendi nisi purgatoriis poenis in altera vita patienter toleratis.

II. De natura poenarum purgatorii.

1131. *Defide* est quidem animas in purgatorio detentas poenis purgari, n. 1125; quænam sit vero natura harum poenarum ab Ecclesia definitum non est; præ oculis tamen habenda sunt hæc *Tridentini* monita[1]: " Apud rudem vero plebem *difficiliores ac subtiliores* quæstiones, quæque ad ædificationem non faciunt, et ex quibus plerumque nulla fit pietatis accessio, a popularibus concionibus secludantur. *Incerta* item, vel quæ *specie falsi* laborant, evulgari ac tractari non permittant. Ea vero, quæ ad *curiositatem* quamdam, aut *superstitionem* spectant, vel turpe *lucrum* sapiunt, tanquam scandala, et fidelium offendicula prohibeant ". — Tria igitur in prædicatione aut conversatione coram populo vitanda sunt: 1) *subtiliora* quæ non ædificant; 2) *incerta* quæ specie falsi laborant; 3) *curiosa, superstitiosa* et *lucrum sapientia.*

i° His prænotatis, certum est animas in purgatorio detentas *certas esse de sua salute, nec amplius peccare posse.* Constat ex damnatione harum Lutheri propositionum (38-39): " Animæ in purgatorio non sunt securæ de earum salute, saltem non omnes, nec probatum est ullis aut rationibus aut Scripturis ipsas esse extra statum merendi aut augendæ caritatis; animæ in purgatorio peccant sine intermissione, quamdiu quærunt requiem et horrent poenas "[2]. Revera, juxta Canonem Missæ, animæ Purgatorii " in Christo *quiescunt* " et " *dormiunt in somno pacis* ",

[1] Sess. XXV, l. c.: D. B., 983. — [2] D. B., 778-779.

Rejiciendæ sunt igitur non solum Protestantium assertiones sed etiam privatæ revelationes, in quibus contrarium asseritur. — Ex hoc capite maximum *solatium,* etiam inter acerbas poenas, consequuntur.

1132. 2° *Certum* est pariter animas purgatorii *pœnam damni* sustinere, quatenus *pro tempore a visione beatifica exsulantur.* (A) Quæ poena certe *gravis* est ; nam : (a) quanto aliquid magis desideratur, tanto ejus absentia est molestior; atqui animæ in Purgatorio detentae, cum amplius curis temporalibus et mole corporis non retardentur a desiderio Summi Boni, ejus immensitatem clare apprehendunt, et ardentissimo Deum videndi desiderio flagrant, ideoque privatione visionis beatificae maxime torquentur, (b) Insuper : 1) vivide intelligunt id fieri ob suam culpam, cum facillimo negotio pro suis culpis tempore vitæ satisfacere potuissent; 2) dolent quod ingentes cælestis gloriæ gradus, quos pœnitentiam agendo consequi potuissent, sua culpa et tepore neglexerint[x].

(B) Quæ tamen poena multo mitior est poena damni in inferno : i)est enim *temporanea,* spes certa Deum videndi multum hanc poenam alleviat ; 2) *patienter* sustinetur, imo *generose* prae amore erga Deum et perfectam submissionem divinæ voluntati : intelligunt enim animæ hanc purificationem esse omnino necessariam, nec ullo modo vellent ingredi cælum nisi plene purgatae.

1133. 30 *Communis* et *certa* sententia est in purgatorio esse pariter *poenam sensus :* id enim ab utraque Ecclesia admittitur.

Apud *Græcos* generatim non admittitur animas *igne reali,* sed solum laboribus, doloribus et quadam obscuritate cruciari. Apud *Latinos,* communior est sententia eas *igne materiali* torqueri; quæ sententia *probabilissima* est : 1) ex testimonio fere unanimi *Patrum* latinorum a tempore S. Augustini[2], imo et quorumdam græcorum et omnium Scholasticorum necnon episcoporum latinorum in C. *Florentino.*

[x] Cfr. Lessius, *De perfect, div.,* lib. XIII, c. 17, η. 94'95 ' Faber, *All for Jesus,* seu *Tout pour Jtsus,* c. IX. — ' *De civil. Dei,* l. XXI, c. 13, 16, 24; *Enarr.* in *Ps. 37,* c. 3 ; *De Gen. cont. man.,* c. 20, n. 30.

2) Attamen multi Scholastici, post S. *Thomam,* admittunt substantias incorporeas ab igne corporeo non posse alterari, sed solum *alligari.* Caveant igitur praedicatores ab exaggeratis descriptionibus purgatorii, et animadvertant pœnam damni multo esse acerbiorem pœna sensus.

1134. 40 De *gravitate* pcenarum purgatorii nil certi cognoscitur; S. *Thomas* [1] putat pœnam *minimam* excedere maximam hujus vitæ pœnam; S. *Bonaventura* censet *maximam* quidem purgatorii pœnam acerbiorem esse hujus vitæ poenis, non sic autem dicendum esse de minima purgatorii pœna[2].

Opportunum autem est addere poenas purgatorii acerbiores esse quam poenas quibus in terra satisfacere possumus pro nostris peccatis, cum præsens vita sit tempus misericordiæ, dum altera vita est præcipue tempus justitiæ.

Ceterum, in purgatorio, caritas erga Deum qua flagrant animæ, et quæ inamissibilis est, ipsis ingens affert gaudium [3].

1135. 5° De *durations* pariter illarum pcenarum nil certi cognoscitur, nisi eam mensuræ peccatorum et pœnæ temporali adhuc solvendæ proportionari.

Incipit quidem purgatorium statim post mortem, ut constat ex definitionibus *Benedicti XII* et C. *Florentini,* n. 1085. Insuper Patres et Theologi ore unanimi docent purgatorium non durare ultra diem judicii, cum omnibus justis Christus sit dicturus : " Venite, benedicti ", etc. Qui igitur in fine mundi vivent a suis levibus maculis cito purgabuntur mediis Deo notis.

[1] *In IV Sent.* dist 21, q. 1, a. 1, sol. 3; *Supply* App., q. 2, a. 1.

[2] *In IV Sent.*, dist. 20, q. 2, a. I.

[3] Cf. S. Bellarm.) *De Purgatorio* lib. II, II, c. 4, n. 23 : ""At certe, quæ dormire dicuntur in somno pacis, non sunt anxiæ, nec desperant, sed potius habent admixtam cum summis cruciatibus incredibilem consolationem propter certam spem salutis ". — Poenas et gaudia harum animarum vivide describit S. Catharina Genuensis, in opusculo *De Purgatorio;* cap. 20, hæc scribit : " Mihi videtur nullum gaudium inveniri quod cum gaudio animæ in purgatorio detentæ comparari possit, excepto gaudio beatorum in paradiso... Ex altera autem parte tantam poenam patitur ut nulla lingua dicere, nullus intellectus minimam ejus partem capere possit, nisi Deus ex speciali gratia id revelet n. Integrum legatur opusculum.

III. Do statu animarum in Purgatorio,

1136. i° Quoad *facultates* quas retinent, *modum* quo Deum et alia præter eum *cognoscunt,* necnon modum quo *sunt in loco,* sequenda sunt principia superius exposita, n. 1065 sq,

2° *Animæ in purgatorio detentæ non possunt mereri aut demereri. Certum est* ex damnatione propositionum 38 et 39 Lutheri[1] : " Nec probatum est ullis aut rationibus aut Scripturis ipsas (animas purgatorii) esse extra statum merendi vel augendæ caritatis. — Animæ in Purgatorio peccant sine intermissione, quamdiu quærunt requiem et horrent pœnas ". — Constat aliunde ex eo quod tempus merendi ac demerendi cessat ipso instanti mortis.

Itaque animæ, ut dictum est n. 1131, omnino securæ sunt de sua salute.

30 *Animæ in Purgatorio detentæ pro nobis orare valent.* Ita *communius.*

Omnes quidem fatentur has animas orare posse, in quantum piis cogitationibus et desideriis indesinenter vacant. *Pro nobis* autem orare posse hodie communius admittitur. Nam, ex una parte, nos ex caritate diligunt, et aliunde norunt saltem generaliter nos versari in multis periculis et divino auxilio indigere; imo scire possunt, saltem modo generali, et forsan ex revelatione nos pro eis orare ; ideoque, vi gratitudinis, pro nobis orare satagunt, et cum sint Deo caræ, nil impedit quin earum preces exaudiantur.

40 Animas in purgatorio detentas posse a nobis juvari jam probavimus, n. 1125 sq. Eas *juvare* est opus *Deo gratum,* cum Ipse sincere eas in cælum suscipere exoptet; his *animabus valde jucundum,* cum ardenti desiderio Deum videndi et possidendi flagrent; et *nobis perutile,* cum animæ a nobis liberatæ pro nobis ferventer sint deprecaturæ statim ac cælum ingredientur, imo, juxta communem sententiam, dum adhuc in purgatorio detinentur[2].

[1] D. B., 778, 779.

[2] " like animæ sunt caræ Deo et quamvis ab illo pro tunc affligantur, non tamen ut ab inimico, sed ut a justo judice et parente optimo, qui eas Iteaias efficere cupit. Ergo non repugnat illi statui, ut a Deo aliquid petant pro fratribus et amicis benefactoribus suis ". (Suarez, *D» ora/.,* lib. I, c. u, n. 15).

Juvari autem possunt : (a) *orationibus,* et hoc duplici modo, quatenus sunt opus *satis/actorium,* et valorem *iuipc-tratorium* habent, orationi proprium ; (b) *oblatione sacrificii Missæ,* vi cujus ipsis applicantur satisfactiones Christi; (c) valore *satisfactorio* operum nostrorum, qui, cum sit solutio debiti, aliis applicari et prodesse potestl ; (d) *in-dulgentiis,* quibus eis applicantur satisfactiones Christi et Sanctorum 23

Scholion de loco Purgatorii Nil hac de re determinatum invenitur in Scriptura. Probabilius Purgatorium, secundum legem communem, est *locus inferior,* inferno proximus; sed, secundum *dispensationem specialem,* quidam probabiliter dicunt animas ibi purgari ubi peccarunt.

§ III. De inferno 4.

1137. Infernus (græce αοη , hebraice *scheol* vel *gehenna)* (a) sensu *generico* designat omnem locum cælo inferiorem, ideoque limbum, purgatorium et infernum proprie dictum; (b) sensu autem *proprio,* hic usurpato, duo significat, scilicet : i) *statum* damnatorum seu eorum qui, in peccato mortali decedentes, in æternum puniuntur; 2) *locum* in quo damnati detinentur.

1 Hinc pius et laudabilis est actus quem *heroicum* vocant, quo nonnulli, approbante Ecclesia, omnia bona opera sua pro animabus purgatorii offerunt; quod quidem de *valore satisfactorio* intelligi debet. Nec timendum est eos per longum tempus in purgatorio remansuros; qui enim caritatem erga defunctos exercent in misericordiam Dei jure meritoque confidere possunt.

3 J. Munford, *Traité de la charité envers les âmes du Purgatoire.*

3 S. Thom., *Suppl,* (in fine), de Purgatorio, a. 2; DD. Chollet, *Nos morts,* P- 183 sq.

4 S. Thom., *Suppl.*, q. 99; Petavius, *op. cit.,* l. III, c. 6-8; Patuzzi, *op. ci(.y* l. III, c. i sq.; Perrone, *op. cit.,* n. 726 sq.; Mazzella, *op. cit.,* n. 1253 sq.; Hettinger, *Apolog. du Christ,* vol. IV, c. 15; Pusey, *op. cit.,* p. 38 sq.; Oxenham, *Eschatol., c.* 3-6; Passaglia, *De aternitate pcmarum deque igne inferno;* L. Billot, *De novissimis,* Thés. 2-4; Sachs, *Die ewige Dauer der Hollenstrafen,* 1900; Baütz, *Die Nolle**,* 1905; Kiefl, *Die Ewigkeit der Nolle und ihre speculative Begründung,* 1905; J. Hontheim, *Hell* in *The Catholic Encycl.,* t. VII, p. 207-211; P. C. Toner, *Eschatology* in *The Cath. Encycl.,* L V., p. 528-534; P. Bernard, *Enfer,* in *D. A. (cPAles),* I, 1377-1399; M. Richard, *Enfer,* in *D. T. C.,* t. V, 28-120; A. Michel, *DEnfer et la règle defoi,* 1921.

I. De existentia et æternltate pœnarum inferni,

1138. Errores. (A) *Existentiam* inferni negant ii omnes qui animæ immortalitatem aut necessitatem alicujus sanctionis rejiciunt, quales sunt Athei, Pantheistæ, Materialist», Epicuræi, Positivistæ, Agnostici.

(B) *Æternitatem* pœnarum rejiciunt : (a) *Arnobius,* post Zoroastrum et Gnosticos, putavit reprobos annihilari; ejusque discipuli dicti sunt *conditionalista,* quia considerabant donum immortalitatis tanquam *conditionale,* eo sensu quod eo frui debent soli electi. Quem errorem diu sopitum renovarunt quidam Protestantes liberales, v. g., *Sociniani, Rothe, Ed. White,* (b) *Origenista* æternitatem pœnarum inferni negarunt, eo quod, juxta eos, omnes angeli et homines tandem resipiscent. Quem errorem renovarunt *Universalisiez* XVIII° sæculo, *Unitarii, Congregationalism* multi, nonnulli *Anglicans,* et in genere Protestantes *liberales* dicti; necnon *Spirita* qui contendunt omnes animas, post varias expiationes, æternam beatitudinem assecuturas esse [*] (c) *Misericordes (V* et VI sæc.) docuerunt ab inferno liberari, post aliquod expiationis tempus, *omnes* damnatos, vel saltem *quosdam,* nempe eos qui fidem aliquando habuerunt aut saltem usque in finem retinuerunt. aut saltem eos qui *opera misericordia* egerunt, (d) *Rationalista* uno ore clamant æternitatem pœnarum Dei sapientiae, justitiæ et misericordiæ repugnaFe.

1139. *Thesis :* Dæmones, et homines in statu peccati mortalis morientes, aeternis suppliciis puniuntur.

De fide est : (a) ex *Symbolo Athanasiano :* "Qui bona

æternum (b) ex *Concil. Lateran. IV :* " ... Illi cum diabolo poenam perpetuam (recipiunt)"[2] (cf. n. 1149).

1140. Probatur. i° Script. (A) In *Vet. Test,* duo tempora distinguere licet :

(a) *Usque ad prophetas,* nonnisi *obscura* inveniuntur de malorum sorte post mortem; attamen ex poenis quas Deus eis infligebat super terram, et ex conceptu divinae justitiae tam saepe inculcato, absque ullo limite temporis, jam inferri poterat miserabiliorem fore eorum sortem in altera vita.

(b) *A tempore Prophetarum,* clare asseritur *existentia* et *æternitas* poenarum inferni pro reprobis.

[1] Tournebize, *Opinions dujour sur les peines d'outre-tombe,* 1902.

[•] D. B., 429.

Celebre est *Isaia* vaticinium de rege Babylonis, cui in infernum cadenti occurrunt alii principes, eum irridentes qui, post gloriosos triumphos, in profundum laci detractus est " quasi stirps inutilis pollutus, et obvolutus cum his qui interfecti sunt gladio et descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadaver putridum " x.

Sed magis explicite reproborum sortem describit quando, post praenuntiatum judicium, ait a : " Et egredientur, et videbunt cadavera virorum qui praevaricati sunt in me; vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur, et erunt usque ad satietatem omni carni " *(hebr.* erunt abominationi omni cami). Quod multi interpretes non solum catholici, sed etiam protestantes, de aeterna impiorum sorte in sensu directo et proprio intelligunt 3.

Confirmatur ex *Daniele,* qui praeterea mortuorum resurrectionem clare annuntiat : " Multi de his qui dormiunt in terræ pulvere evigilabunt, alii in vitam aeternam, et alii in opprobrium ut videant semper "4 *(hebr.* in contemptum aeternum); inspecto enim contextu, hic agitur de retributione ætema.

Sors malorum eorumque desperatio vivide describitur in *Sapientia* capite V° : "Ergo erravimus a via veritatis, et justitiae lumen non luxit nobis, et sol intelligentiæ non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis... Quid nobis profecit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis?.. In malignitate autem nostra consumpti sumus ".

1141. (B) \x*Navo Testamento sæpe* et lucide praedicatur, tanquam veritas fundamentalis, ætema malorum reprobatio. Quod probabimus quoad reprobationem *in genere,* et speciatim quoad poenarum *æternitatem.*

(a) Quoad *reprobationem in genere,* Christus asserit eum qui blasphemaverit in Spiritum, non habere remissionem in æternum 5; eum qui irascitur fratri, reum esse judicio 6; eum qui moechatur, mitti in gehennam 7; Judæos qui fidem reji-

3 Certum est hunc textum sic intelligi debere saltem sensu indirecto et spirituali, cum Christus (J/err., IX, 15) hoc usus sit ad damnatorum tormenta describenda.

4 *Dan.y* XII, 2. — 5 A/izrr., III, 29. — 6 *Matth^* V, 22.

7 *Maltha* V, 29, 30. — *Gehenna* vallem designated prnpe Jerusalem, in qua jam a tempore Josiæ (Z/Aκ, XXIII, 10) comburebantur cadavera et alia

ciunt, ejiciendos esse in tenebras exteriores, ubi erit fletus et stridor dentium1; eos qui scandalum praebent, ire in gehennam, in ignem inexstinguibilem a; malos mitti in caminum ignis 3; malos divites cruciari in flamma4; invitatos convivium nuptiale ingredientes sine veste nuptiali, projici in tenebras exteriores, ubi erit fletus et stridor dentium 5; virgines fatuas a regno caelorum excludi 6; servum inutilem projici in tenebras exteriores?; tandem eos qui caritatem non coluerunt, sententia definitiva in ignem aeternum descendere 8.

1142. (b) Quoad *pœnarum æternitatem,* textus in triplicem classem dividuntur. 1) Imprimis pœnæ inferni diserte et explicite *æternæ* dicuntur : " Qui poenas dabunt in interitu *æternas* a facie Domini "9; "Quibus procella tenebrarum servata est in *æternum* " 10 ;" Discedite maledicti in ignem *æternum,* qui paratus est diabolo et angelis ejus"11.

Quæ ultima verba specialem vim ex contextu habent : hic enim agitur de sententia *finali,* a supremo Judice lata, a qua proinde non datur appellatio, et in qua statuitur sors bonorum malorumve, non pro brevi vel longo temporis spatio, sed definitive.

1143. Nec dici valet vocem *aternum* (gr. αιώνιο) sæpe adhiberi sensu lato, ut longa, non autem perpetua exprimatur duralio; nam in N. T. illa vox, quæ septuagies saltem occurrit, semper, exceptis forsan duobus casibus dubiis, æternitatem propriam designat; ac speciatim, si *contextus* inspicitur, nullum dubium remanere potest quoad textum 5. *iMatthai;* ibi enim tormenta reproborum ætema dicuntur eodem sensu ac justorum præmia; hoc enim exigit *parallelismus;* atqui, juxta omnes, præmia justorum sunt sine fine duratura ".

hujusmodi : hinc, cum esset locus horrendus, ejus nomen ad designandum locum in quo damnati torquentur, translatum est

I Alalth., VIII, 11-12. — ' *A/arc.,* IX, 42-48. — 3 *Alalth.,* XIII, 47-50.
4 Luc., XVI, 19-31. — 5 *Alatth.,* XXII, 1-14. — 6 *Alatth.,* XXV, 1-13.
i Luc., XIX, 1-28. — 8 *Alatth.,* XXV, 41. — » ***II*** *Thessal.,* I, 9.
10Jud., 13. — " *Alatth.,* XXV, 41.

II Pusey suæ de poenis æternis orationi notam in modum appendicis de vocis αιώνιο usu apud classicos græcos adjecit, quam Rev. J. Riddel, vir omnium tunc Oxonii degentium hellenistarum peritissimus exaravit. Ex qua eruitur vocem illam ad *alemitatem significandam* sensu stricto adhilæri, id est sine fine existentiam qualis concipi potest cum tempus non erit amplius *{Afocal.,* X, 6). In Novo Testamento septuaginta et una vicibus vox ista legitur ; quadraginta quatuor vicibus de vita ætema prædicatur *{Alalth.,* XIX, 16, 29; XXV, 46;

1144.2) Probatur ex iis textibus, in quibus asseritur poenas inferni *nullumfinem habituras :* " Si scandalizaverit te manus tua, abscide illam; bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, ubi vermis eorum *non moritur, et ignis non exstinguitur* " 1 ; quæ comminatio ter repetitur cum maxima emphasi. Similiter S. *Paulus* pluries de iniquis dicit : " An nescitis quia iniqui *regnum Dei non possidebunt?...* qui talia agunt regnum Dei *non consequentur* " a.

1145.3) Probatur tandem ex iis locis ubi damnatorum sicut et justorum status *immutabilis* dicitur. De eo qui contra Spiritum peccavit legitur : " Qui blasphemaverit in Spiritum Sanctum non habebit remissionem in aeternum, sed reus erit *æterni* delicti "3; *in æternum* igitur reus manebit, et *in ceternum* punietur. Idem deducitur ex parabola divitis epulonis : " Et in his omnibus *inter nos et vos chaos magnum* firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc transmeare " 4.

Igitur poenarum æternitas non in uno solum textu asseritur, neque ab hac vel illa particula pendet, ut falso clamant adversarii, sed in *multis* textibus *explicite* et *sub variisformis* traditur, ita ut difficile fuisset eam luculentius exprimere.

Marc., X, 17, 30; *Luc.,* X, 25; XVIII, 18, *yr,Joan.,* viginti tribus vicibus, **III,** J5» 36; IV, 14» V, 24, 39 etc.; *Act.,* **XIII,** 46, 48; *Roen.,* **II,** 7; V, 21; **VI,** 22, 23; *Galat.,* VI, 8; ***I** Tim.,* I, 16; VI, 12; *Tit.,* **I,** 2; **III,** 7); tribus vicibus de Deo, de ejus spiritu et gloria prædicatur *{Rom.,* XVI, 26; *Hebr.t* IX» I5î ***I** Tim.,* VI, 16); de regno Christi, de Redemptione, de sanguine Testamenti *{H Petr.,* I, **i1**; *Hcbr.,* IX, 12; XIII, 20) de Evangelio, de salute æterna, de nostro in cælis habitaculo *{Apoc.,* XIV, 16; *Hebr., N,* 9; *Luc.,* XVI, 9) de gloria nobis in cælo parata, tribus vicibus (Z/ *Cor.,* IV, 17, 18; ***I** Tint.,* I, 16; ***I** Petr.,* V, 10); de nostra hæreditate, de electorum gaudio, de nostra vitæ æternæ participatione *{Hcbr.,* IX, 15; ***II** These.,* **II,** 15; *Philent.,* 15); de igne æterno tribus vicibus *{Maith.,* XVIII, 8; XXV, 41 ; *S.Jud., η}·,* de poenis, de judicio, de consummatione finali quatuor vicibus *{Matth.,* XXV, 46; *Marc.,* III, 29; ***II** These.,* I, 9; *Hebr.,* VI, 2). Hæc itaque vox numquam in Novo Testamento futurum tempus designat, nisi de vita æterna, vel poenis æternis agatur. (Pusey, *op. cit.* p. 38-39. Cfr. Oxenham, *op. cit.,* P- 136).

l *Marc.,* IX, 42 sq.; *Matth.,* XVIII, 8 sq.

' ***I** Cor.,* VI, 9-10; *Galat.,* V, 21.

J *Marc.,* III, 29; *Matth.,* XII, 32. — « *Luc.,* XVI, 26.

1146. 2° Tradit. : i) Ex *Patribus.* Tria tempora distinguere licet :

(A) *Ante sæc. III'tm,* nondum exorta *Origenistarum* controversia, unanimiter Patres docent existentiam et aeternitatem poenarum inferni, asserentes malos tormentis terribilibus torqueri, incessabili dolore, vermi non moriente, igne inexstinguibili, a quo nihil eos eripiet.

S. *Ignatius* de eo qui fidem prava doctrina corrumpit, ait : " In ignem inexstinguibilem ibit "[1]. Ecclesia *Smyrnensis* de martyribus loquens qui ignem persecutorum contemnebant, scribit : ''Præ oculis enim habebant fugam illius (ignis) qui æternus est et nunquam exstinguetur''[2]. *S. Justinus* declarat neminem vitium electurum esse si sciret ''se ad ætemam ignis condemnationem proficisci "[3], et addit hanc esse Ecclesiæ fidem : " Qui autem improbe vivunt nec se convertunt, eos igne æterno credimus puniri "[4]. 5. *Irenaus* tanquam catholicum dogma docet " impios et injustos et iniquos et blasphemos homines in ætemum ignem mitti ''[5]. Nec aliter *Tertullianus,* qui inter articulos regulæ fidei reponit " malos adjudicandos igni perpetuo "[6]. Magis explicite etiam 5. *Hippolytus* describit tormenta reproborum : " Hos manet ignis inexstinguibilis, et qui nunquam finietur, et vermis igneus non moriens, sed incessabili dolore ex corpore effervescens "[7].

Quibus addi possunt *martyres*[8] qui sæpe declarabant se non temporaneum, sed ætemum ignem timere; nam, inquiebant, " mortis æternæ mercedem et inexplicabiles sine termino cruciatus apostatæ patientur"; quare tormenta ipsis videbantur *unctiones* et *refrigeria igni inexstinguibili* comparata.

Attamen Patres, qui dilationem visionis beatificæ admittebant, falso etiam, sed logice, poenam ignis usque ad resurrectionem differebant, etsi faterentur reprobos jam esse incarcerates et diversis suppliciis afflictos.

1147. (B) *A sæc. IIIo ad Vum, Origenes,* cui præluserat *Clemens Alex.,* philosophia platonica deceptus, præsertim theoria præexistentiæ animarum, non tanquam rem certam

[1] *Ad Ephes.,* XVI, i. — [2] *Epist. de martyrio S. Polycarpi,* II, 3.
[3] *Apolog.,* I, 12, *P. G.,* VI, 341. — [4] *Apo!.,* I, 341, *P. G.,* VI, 361.
[5] *Adv. h/rres.,* 1. I, c. io, η. I, *P. G.,* 549.
[6] *De prascriptione,* 13, *P. L.,* II, 27. — [7] *Adv. Gracos,* 3, *P. G.,* X, 801.
[8] Cf. Ruinart, *Ada Martyrum,* ed. 2% pp. 27, 34, 76, 81, 157, 159, 168, 267, 268, 294, 295, 298, etc.

sed tanquam hypothesim probabilem, docuit omnes angelos (si forte Satanam 'excipias) et homines, post varia supplicia variasque probationes, tandem aliquando ad Deum reversuros; quem secuti sunt quidam ex ejus discipulis.

(a) *Doctrina Origenis* Suam opinionem non tanquam Ecclesiæ doctrinam, sed tanquam rem incertam ita proponit : " Quæ quidem a nobis etiam cum magno metu et cautela dicuntur, discutientibus magis et pertractantibus quam pro certo ac definito statuentibus "... Suam vero mentem de universali instauratione ita aperit : " In unum sane finem putamus quod bonitas Dei per Christum suum universam revocet creaturam, subactis et subditis etiam inimicis... Jamvero si aliqui ex his ordinibus, qui sub principatu diaboli agunt ac malitiæ ejus obtemperant, poterunt aliquando in futuris sæculis converti ad bonitatem, pro eo quod est ipsis liberi facultas arbitrii"'... Addit autem non omnes eodem tempore ad bonum reversuros, sed alios in primis, alios in secundis, alios in ultimis temporibus. In quibusdam locis affirmare videtur etiam conversos posse iterum peccare, quippe qui liberi maneant; in aliis autem asserit tandem aliquando eorum voluntatem immutabiliter in bono confirmandam esse.

(b) *Origenismi vestigia in Oriente.* Quidam inter Origenis discipulos 3 ejus errores plus minusve amplexi sunt, aut dubii hæserunt inter pcenarum aeternitatem et universalem omnium instauratio-nem. Ita 5. *Pamphilius* dubie hac de re loquitur; *Didymus* in quibusdam locis pcenarum aeternitatem advocat, in aliis origenismo favet ♦, *Theophilus Alex.,* qui primum origenista fuerat, postea universalem restitutionem deliramentum vocat, a philosophis mutuatum. S. *Gregorius Naz.* diverse a diversis auctoribus intelligitur, sed in quibusdam locis clare ætemitatem pcenarum docet s.

Quoad S. *Gregorium Nyss.,* difficile est eum ab origenismo excusare, cum universalem restitutionem pluries proposuerit, v. g., ubi scribit : "Aliquando ad nihilum transibit mali natura, plene et perfecte deleta ex rerum essentia, divinaque et ab omni interitu aliena bonitas in se continebit omnem naturam ratione præditam,

* F. Prat, *Origine, 1907,* p. 95-109. — P. 188-213 brevis delineatur historia Origenismi.

* *De principiis,* l. I, c. 6, nn. 1-3, *P. G.,* XI, 165-169; JourneI, 456, 457

3 Cfr. Tixeront, L II, p. 196-200; p. 333-348. M. Richard, loc. cit, 64-83, ubi præcipua testimonia discussa invenies.

4 G. Bardy, *Didyme l'Aveugle,* 1910, pp. 142-1445 161-162; 254-262.

5 Præsertim *Oral.* XVI, n. 7, *P. G.,* XXXV, 944. L. Billot, *op. cit.,* p. 70, not. i (ed. 3) et Pesch, *Theol. Zeitfraoen,* 2e *série,* p. 103 sq., contra Petavium et quosdam eruditos, docent Nazianzenum rectam fidem tradere de aeternitate poenarum, et dubia aliis clarioribus testimoniis explicant

nullo ex iis qui a Deofacti sunt excidente a regno Dei" '... — Sed alii Patres græci sedulo istum errorem rejecerunt; et præsertim, 5. *Methodius, S. Eustathius Antiochensis, S. Petrus Alexandrinus.* Inter ceteros autem, S. *Epiphanius* vehementer Origenem reprobat ut a mente Ecclesiæ omnino alienum '. " Audet dicere diabolum id rursum futurum esse quod fuerat!... Proh ! nefas! quis tam vecors et stolidus ut hoc recipiat quod... et reliqui prophetæ cohæredes fiant diaboli in regno cælorum? "

(c) *Origenismi vestigia in Occidente.* Apud *Latinos,* errores Origenis, latina versione operis *de Principiis* a Rufino peracta, aliquorum mentes pervadere coeperunt quarto sæculo. Ita 5. *Hieronymus* junior, ante 394, quamdam omnium restitutionem admisisse videtur 3; sed mox istum errorem strenue rejecit et impugnavit, putans tamen peccatores, qui fidem integram servaverant, non in æternum cruciandos fore : ""Sicut diaboli et omnium negatorum atque impiorum... credimus æterna tormenta : sic peccatorum et tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt atque purganda, moderatam arbitramur et mixtam clementiae sententiam judicis"".* Quod tamen quidam, cum *Pesch* (n. 631), intelligunt de peccatoribus qui *pœnitentes* decesserunt: — S. *Ambrosius* clare quidem docet poenarum æternitatem quoad daemones, infideles, apostatas et impios; sed asserit peccatores qui sacrosanctæ Ecclesiæ copulati moriuntur, aliquando resurrectionis et delectationis æternæ gratiam consecuturos esses; interea vero ""isti urentur donec impleant tempora inter primam et secundam resurrectionem; aut si non impleverint, diutius in suppliciis permanebunt ""6.

1148. (d) *Origenismi confutatio.* Doctrinam catholicam de aeternitate poenarum inferni, non solum quoad daemones et impios, sed etiam quoad peccatores in peccato mortali decedentes, S. *Augustinus* lucide exposuit et strenue propugnavit 7.

' *Orat,* in illud quando sibi subjecerit omnia, *P. G.,fA,VL,* 1313. — Alium textum invenies apud JourneI, 1033.

' *Epist.* ad Joan. Hierosol., *P. G.,* XLIII, 385.

3 *In Ep. ad Ephes.*, II, 7; IV, ιὸ, *P. L.,* XXVI, 463, 503 ; *fn Eccles.,* I, 15, *P. L.,* XXIII, 1017, 1024. Attamen ipse postea scribit se in his locis *expositorem,* non approbatorem fuisse origenismi; et in *Ep. ad Pannmach, P. L.,* XXII, 744, scribit : ""Si mihi creditis, origenistes nunquam fui; si non creditis, nunc esse cessavi ".

4 *In Isaiam,* l. XVIII, c. 66, V, 24, *P. L.,* XXIV, 677; JourneI, 1402.

s *In Ps.* CXVIII, serm. XX, 23, 24, 29, *P. L.,* XV, 1491-1493.

6 *In Ps.* I, n. 54, *P. L.,* XIV, 951.

7 A. Lehaut, *L'Eternité des peines de Γenfer dans S. Augustin,* 1912.

1) Contra *Origenistas proprie dictos,* ostendit verba Christi in ultimo judicio poenarum aeternitatem involvere ‘, et contrarium errorem sensui Ecclesiæ omnino adversari : “ Sed sunt hujus Origenis alia dogmata quæ catholica Ecclesia omnino non recipit,... maxime de purgatione et liberatione, ac rursus post longum tempus ad eadem mala revolutione rationalis universæ creaturæ. Quis enim catholicus Christianus vel doctus vel indoctus non vehementer exhorreat eam quam dicit purgationem malorum, id est, etiam eos qui hanc vitam in flagitiis et facinoribus et sacrilegiis atque impietatibus quamlibet maximis finierunt... purgatos atque liberatos regno Dei lucique restitui 2) Contra *misericordes* (qui contendebant eos qui corpus Christi participaverunt, vel eleemosynam fecerunt aut in catholica fide mortui sunt, etiamsi pessime vixerint, ab ætemo supplicio quondam liberandos esse), probat testimonia Scripturæ ab eis allata non recte intelligi, et aliunde ex indubiis testimoniis constare non solum paganos et incredulos, sed etiam Christianos qui mala opera commiserunt nec expiarunt, æternis devoveri suppliciis 3. 3) Contra *incredulos* qui dicebant repugnare physice et moraliter ætemos cruciatus in igne devorante, ostendit *physice* nil impossibile esse apud Deum : “ Ipse quippe faciet, quia se facturum esse prædixit, quæ impossibilia putantur, qui promisit et fecit ut ab incredulis gentibus incredibilia crederentur”;* aliunde non injustum esse ut pro peccatis, parvo tempore perpetratis, pœna subeatur ætema; nam qui usque ad mortem peccato inhæret juste ætemo supplicio punitur, ‘‘ut, quia æternam voluit habere peccati perfructionem (perfruitionem) æternam vindictæ inveniat severitatem ” s.

1149. 2) *Ex Conciliis. Sæculo Ve,* res definita fuit. Jam sæc. IV0, S. *Anastasius I* modo generali errores Origenis damnaverat, statim ac Romæ noti fuerant6.

Cum autem quidam adhuc Origenismo faverent, iste error, promovente imperatore Justiniano, damnatus est a synodo *Constantinopol.* (an. 543), quam confirmavit *Vigilius Papa :* “ Si quis dicit aut sentit ad tempus esse dæmonum et impiorum hominum supplicium, ejusque finem aliquando futurum, sive restitutionem et redintegrationem fore daemo-

’ *De civit. Dei,* lib. XXI, c. 23, *P. L.,* XLI, 735.
* *De haresibus,* XLIII, *P. L.,* XLII, 33-34.
’ *De civit. Dei,* l. XXI, c. 25-27, *P. L.,* XLI, 741'752 ; *Defide et operibus,*

4 *De civit. Dei,* l. XXI, c. 7, *P. L.,* XLI, 720.
s *Epist.,* CII, 27, *P. L.,* XXXIII, 381. — 4 Migne, *P. L.,* XX, 71.

num aut impiorum hominum, A. S. ” [1]. Valde probabile est etiam eamdem condemnationem renovatam esse a c. cecumenico V°, *Constantinop.* I (553) [2]. — Poenarum aeternitas clare enuntiatur in *Symbolo Athanasiano;* necnon in *C. Lateranensi IV* (1215), *Lugdunensi II, Florentino* et *Tridentino :* “ Si quis dixerit justum in quolibet opere bono peccare... atque ideo poenas *æternas* mereri, A. S. ” [3].

1150. Ratione suadetur poenarum æternitas. Duo sunt investiganda : poenarum *existentia* et earum *ceternitas.*

(A) *Existentiapoenarum* quibus impii in altera vita aliquo saltem tempore puniuntur, *certo* demonstrari potest.

Objiciunt quidem *Rationalists* et *Positivists* poenas vindicativas aliquid barbari præ se ferre, ideoque ut Deo et homine indignas rejiciendas esse [5].

Ex adverso autem asserimus poenas impænitentibus peccatoribus inflictas, etiam in altera vita, omnino rationi consentaneas esse, attenta natura *Dei* et *peccati,* (a) *Deus* enim summe *bonus* et *justus,* auctor et *legislator ordinis moralis,* media efficacia instituere debet, quibus legum observatio promoveatur. Atqui, nisi poenas infligat impænitentibus peccatoribus, non tantum in praesenti sed etiam in altera vita, nullum erit medium efficax ad promovendam legum custodiam : dantur enim multi homines qui nonnisi poenarum timore a malo deterreantur. Nec sufficiunt hujus vitæ miseriae ad eos corrigendos : sunt enim mali qui bonis temporalibus fruantur et sine remorsu conscientiae moriantur; necesse est igitur eos in altera vita dignis suppliciis puniri

[1] D. B., 211.

[2] F. Diekamp, Die origenistischen Streittigkeiten in sechsten Jahrundert, und das filnfte allgemeine Concil, 1899; F. Prat, *op. cit.,* p. 210-213.

[3] Sess. VI, can. 25, D. B., 835.

[4] A. Dupont, *Eternité de l'enfer,* ap. Jaugey, *Diet, apolog.,* 1076-1118; P. Bernard, *Enfer,* in *D. A.,* t I, 1378-1399.

[5] Ita, v. g., A. Fouillée, *La pénalité et les collisions du droit,* in *Rev. des Deux Mondes,* nov. 1879, p. 411 : “ La science sociale contemporaine a rejeté l’idée barbare des supplices matériels ; elle ne tardera pas à rejeter l’idée non moins barbare des supplices moraux, et, en général, des peines expiatoires. La justice distributive, rémunératrice du bien ou vengeresse du mal, fera place ici comme ailleurs à la justice purement commutative ou contractuelle, qui n’a d’autre but que de rétablir entre les personnes les véritables relations de droit ”,

ut, horum suppliciorum metu, homines adhuc *viventes* ad meliora reducantur.

Quod etiam ex pravis consectariis contrariæ hypothesis clare evincitur : supponatur enim Deum semper impænitentibus parcere; eo ipso hominibus apparebit Eum plus minusve indifferentem se habere quoad bonum et malum, et ita pravi homines ad multiplicanda peccata inducentur.

(b) Legitimitas poenarum ex ipsa *natura peccati* constat. Qui peccat, eo ipso sese avertit a Deo, summo bono omniumque bonorum supremo fonte; igitur qui in peccato suo moritur, a summo bono manet aversus, privaturque omnibus bonis quæ a Deo profluunt. Atqui hæc privatio non potest non causare peccatori veram tristitiam, cum privetur bonis ad quæ destinatus erat et quibus frui appetebat. Hæc est veluti *justitia immanens,* quæ rationi omnino consentanea apparet.

1151. (B) Ratio autem *ceternitatem pcenarum* non potest *apodictice* demonstrare, sed solum *probabilibus* argumentis suadere, ex parte *peccatoris* et ex parte *Dei.*

(a) Ex parte *peccatoris,* i) Ex natura *peccati mortalis :* homo enim per peccatum mortale a Deo ultimo fine se avertit *totaliter* ideoque gratiam habitualem amittit, quæ est medium ad salutem necessarium ; — et *irreparabiliter,* quando usque ad mortem impænitens manet, cum post mortem non possit suam voluntatem mutare quoad finem ultimum. Porro qui *totaliter* et *irreparabiliter* libere se a Deo avertit, eo ipso per totam æternitatem a Deo manet separatus, et ita in æternum Dei possessione privatur, ideoque æternam poenam subit ; justitia enim exigit ut poena tamdiu duret quamdiu durat culpa. Ergo.

2) Ex *infinitate peccati.* Peccatum mortale quamdam infinitatem habet quia Deo irrogat offensam *objective* saltem .infinitam, ut in *Tr. de Verbo Incarn.* (n. I22l), probatum est ; atqui peccatum aliquo modo infinitum debet puniri poena aliquo modo infinita, et cum non possit esse infinita in intensitate, debet esse *infinita* in *durationel.* Ergo.

* S. Th., Sm/#, q. 99, a. I.

(b) *Ex parte Dei.* i) Deus enim, *supremus omnium dominus,* jus strictum habet ut a creatura sua revereatur. Atqui nisi aeternis poenis obstinate in peccato mortali morientes punire valeret, debitam reverentiam non consequeretur. Nam, seclusa aeternitate poenarum, peccator impaenitens vel *annihilaretur,* vel, post varias probationes, *atemam beatitudinem* consequeretur; atqui annihilatio non est pœna sufficiens, cum non proportionetur variis gradibus culparum, nec praesertim reos inducat ad supremum Dei dominium agnoscendum ; secunda hypothesis magis etiam repugnat, quia si peccator impaenitens sciat se tandem aliquando beatitudinem consecuturum, plerumque de paenitentia non curabit, sed Deum irridere poterit. Ergo remanet ut poenae inferni sint aeternae.

2) Deus, utpote *supremus legislator,* debet legibus suis *sanctionem* sufficientem apponere. Atqui quaelibet sanctio mere temporalis insufficiens esset; nam ardua est virtutis semita, et aliunde natura est ad malum valde prona, ita ut nisi homo poenas *æternas* timeret, saepe saepius a vitio deterreri non posset.

Quod luculenter experientia confirmatur; nam, etiam stante timore poenarum aeternarum, multi sunt qui passionibus indulgeant, et sibi persuadere conentur poenas hujusmodi non esse aetemas ; quid igitur eveniret, si jam timore aeterni supplicii non refrenarentur? Hoc intellexit *Lucretius* poeta dum dixit :[1]

> Nam si certum finem esse viderent
> Ærumnarum homines, aliqua ratione valerent
> Religionibus atque minis obsistere vatum.
> Nunc ratio nulla est, restandi nulla facultas,
> Ætemas quoniam poenas in morte timendum est.

II52. (C) *Solvuntur difficultates.*

(a) Rationalistæ objiciunt *justitiam* postulare ut inter poenam et culpam debita sit proportio, proindeque poenam aeternam propter momentaneum delictum irrogari non posse.

Respondetur autem poenam proportionari quidem *gravitati* culpae, non autem ejus *durationi.* Recte enim animadvertit S. *Thomas :* " Non enim adulterium, quod in momento temporis perpetratur, momentanea poena punitur, etiam secundum leges

[1] *De Nai. d&rum,* I, 108.

humanas. Sed duratio pœnæ respicit dispositionem peccantis. Quandoque enim ille qui peccat in aliqua civitate, ex ipso peccato efficitur dignus ut totaliter a civium consortio repellatur vel per exsilium perpetuum, vel etiam per mortem... Et ita etiam secundum divinam justitiam aliquis ex peccato redditur dignus penitus a civitatis Dei consortio separari ”x. Revera pcena mortis, vel perpetui exsilii, quæ aliquando a judicibus humanis juste infligitur, est sine fine, in quantum fieri potest : non igitur repugnat Deum pcena æterna grave peccatum punire, quod, ex dictis, quamdam infinitatem habet.

(b) Iterum objiciunt *sapientem* judicem nonnisi poenas *medicinales* infligere, pœnam autem ætemam minime emendationem rei procurare.

Respondetur vero poenas non solum ad emendationem rei, sed ad reparationem ordinis violati bonumque commune esse ordinandas1. Jamvero poena æterna i) ordinem a peccatoribus violatum reparat, dum aeternaliter a Deo separat eos qui voluntarie et pertinaciter a Deo sese averterunt; 2) communi bono favet dum peccatores a vitiis deterret, et ad pœnitentiam urget : quot enim peccatores vias suas pessimas mutaverunt, cælumque ingressi sunt propter metum inferni' “ Initium sapientiae timor Domini ” λ

(c) *Instant* dicentes hanc aeternitatem divinæ misericordiae repugnare.

Quod quidem negamus; nam, 1) licet Deus omnium misereatur, ejus tamen misericordia sapientiae ordine regulatur, nec ad illos se extendit qui se misericordiae fecerunt indignos, et sunt in malitia obstinati :* 2) Aliunde misericordia Dei, licet in se infinita, est in sua manifestatione limitata, sicut cetera Dei attributa; jamvero Deus suam misericordiam erga peccatores jam satis exhibuit, illis gratias largiendo, dum adhuc in terra viverent 3) Tandem misericordia etiam in eis locum habet, inquantum citra condignum puniuntur, ut tenet 5. *Thomas* s.

II53. Difficultates autem, quæ ex magno damnatorum numero urgentur, ad rem non pertinent, quia fides nihil hac de re docet {*De Deo Uno,* n. 545 sq.). Ceteroquin unusquisque a Deo judicatur secundum propriam conscientiam, nullusque, etiam inter paganos, æternis suppliciis condemnabitur, nisi sciens et volens contra conscientiae dictamen deliquerit, et pertinaciter in suo peccato perseveraverit.

• *Suppi.,* q. 99, a. I.
* Newman, *Grammar of Assent,* ed. 1887, p. 390-391.
' *Ps.* CX, 10.
4 *Suffi.,* q. 99, a. 2, ad **I.**— s Ibidem.

Corollarium de subjecto inferni : Ex dictis in thesi in inferno sunt omnes qui peccati mortalis rei sunt nec pœnitentiam egerunt, nempe : 1) *daemones* seu *angeli *mali* de quibus in *Tr. de Deo Creante* egimus ; 2) homines qui in peccato mortali impaenitentes moriuntur.

Sufficit autem quodlibet peccatum **mortale* etiam internum, cum sit aversio a Deo fine ultimo; peccatum autem **veniale* cum a Deo nos non avertat, sed tantum retardet, non sufficit ad æternam damnationem.

II. De natura poenarum infernir.

1154. Duplex distinguitur poena in inferno, nempe poena *damni* et poena *sensus :* prior est *privatio visionis *beatificae* et peccatori infligitur eo quod *sese averterit a Deo;* posterior vere consistit in *positivo dolore* divinitus inflicto per agens *extrinsecum* eo quod peccator *ad creaturas et voluptates sese converterit.* De utraque seorsim dicemus.

Pcena damni.

1155. i° Ejus notio. Poena damni est *privatio definitiva visionis beatificae et omnium bonorum quae eam consequuntur.*

Dicitur : (a) *Privatio definitiva visionis beatifica;* nam homo ad videndum et possidendum Deum destinatur; jamvero reprobi sese avertendo a Deo per peccatum mortale, jus ad visionem beatificam amiserunt et in ætemum a Deo separati manebunt, non solum ut *fine *supernaturali* sed etiam ut *fine *naturali* quia peccatum mortale est offensa Dei etiam in ordine naturali; (b) *et omnium bonorum;* nam reprobi, Deum amittendo, omnia bona quæ in Dei possessione includuntur, eo ipso amittunt, v. g., societatem Christi, B. M. Virginis, Angelorum et Sanctorum, ineffabiles delicias electis paratas a constitutione mundi..., etc.

1156. 2° *Thesis :* Damnati pœnam damni subeunt in inferno.

Defide est; nam **Florentinum* postquam definivit animas justorum in cælum mox recipi, et ipsum Deum trinum et

* S. Thom., *Suppi.*, q. 97-99; *C. Gent.,* cc. 90, 93; Suarez, *De Angelis** l. VII, c. 4 sq.; Petavius, *De Angelis** 1. III, c. 4-5; Patuzzi, *Diss. de sede inferni** Venet. 1763; Jungmann, *De Navissimis** n. 27 sq.; Hettinger, *op. cil.** c. XV; Mazzella, n. 1274 sq.; Hurter, n. 796 sq.

unum clare intueri, addit : " Illorum animas qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in *infernum* descendere, poenis tamen disparibus *puniendas"; quæ* quidem verba, inspecto contextu, clare important damnatos cælo, proindeque visione beatifica privari.

(a) *Scriptura probatur :* in die judicii Christus damnatos sic alloquetur : "*Discedite a me,* maledicti, in ignem aeternum"; atqui hæc verba clare exprimunt æternam separationem a Deo, et privationem bonorum quæ cum praesentia Dei connectuntur. — Confirmatur ex his et similibus verbis : " Nescio vos : *discedite a me* omnes operarii iniquitatis

(b) *Rat. theol. suadetur.* Homo, in peccato mortali decedens, est jam in statu separationis a Deo, cum peccatum mortale sit aversio a Deo et conversio ad creaturas ; atqui, post mortem, nullus est pænitentiæ locus, ex dictis ; ergo peccator in aeternum manet a Deo separatus, et merito quidem, cum libere et pertinaciter ad Deum reverti noluerit.

1157. 30 Acerbitas hujus poenae vix concipi potest in terra; attamen hæc duo notari possunt : (a) *In se* hæc poena est privatio Summi Boni ad quod omnes ordinati sunt, et sine quo nulla est felicitas; atqui privatio Summi Boni est summum malum; ergo, (b) In *damnatis maximam tristitiam* aflert, quia vivide ab eis percipitur. Jam inter mundanas varietates et fascinationes nugacitatis anima humana inclinatur ad Deum et ad illum tendit sicut ad suum ultimum finem seu supremum bonum. Hæc autem inclinatio etiam in damnatis crescit quando, morte intercedente, omnia temporalia quibus cor irretiebatur evanescunt, *clareque* perspiciunt Deum esse supremum bonum et extra Deum nullam esse beatitudinem, ideoque vehementi inclinatione naturali in Eum feruntur ; — sed simul cum hac vehementi inclinatione inest animæ damnati horror Dei et ab eo aversio ex peccato non remisso proveniens, et repulsio ab ipso Deo illata : "Discedite a me, maledicti... nescio vos" x. Unde dolorosissima et atrocissima in anima damnati *disruptio* et *discissio,* et quidem eo gravior quo nobiliores fuerunt ejus aspirationes et graviora peccata.

x *Matth.,* XXV, 12, 41.

Comparatione res illustratur : supponatur vir e patria sua ejectus, omnibus bonis privatus, ab omnibus parentibus et amicis violenter separatus non solum pro centum et amplius annis, sed pro tota æternitate, absque ulla spe unquam ullum amicum, ullum gaudium inveniendi! Eamdem et multo acerbiorem pœnam in aeternum patietur impænitens peccator.

(c) Insuper damnati *desperatione* torquebuntur, optime intelligentes se *in æternum* esse damnatos, et quidem *propria culpa ;* unicum instans ad veram pœnitentiam sufficiebat, eisque gratia multoties oblata fuit, sed eam pertinaciter despexerunt. Pariter felicitatem Beatorum videbunt, et invidia tabescent : " Peccator videbit et irascetur; dentibus suis fremet et tabescet; desiderium peccatorum peribit"[1]. Et alibi[2]: "Videntes turbabuntur timore horribili..., dicentes intra se, pœnitentiam agentes, et præ angustia spiritus gementes... Nos insensati vitam illorum (justorum) aestimabamus insaniam, et finem illorum sine honore... Ergo erravimus a via veritatis... Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis, etc. "

Hinc S. *Augustinus's :* "Perire a regno Dei, exsulare a civitate Dei, carere tam magna multitudine dulcedinis Dei, quam abscondit timentibus se..., tam grandis est poena, ut nulla ei possint tormenta, quæ novimus, comparari "[3]. S. *Chrysostomus* addit : " Hic enim est cruciatus omnium acerbissimus ".

De pœna sensus.

1158. i° Ejus existentia. Præter pœnam damni, adest in inferno *pœna sensus*^ id est, positivus *dolor a Deo inflictus per agens extrinsecum tanquam instrumentum punitionis.* Non est igitur necessario in parte sensitiva, cum dæmones et animæ separatæ eam patiantur. Sed est verus ac positivus dolor.

Ejus *existentia* est de fide et probatur præsertim omnibus textibus in quibus agitur de igne inferni (n. 1140 sq.) et etiam aliis (n. 11 59).

Post resurrectionem vero corpus hominis variis cruciati-

[1] *Ps.* CXI, 10. — [3] Sa/., V, 1-16. — [3] *Enchirid.,* c. II2, *P. L.y* XL, 285.
[4] *Ad. Thtod.,* ep. I, n. 12. Hanc damni pœnam egregie declarat J. H. Newman, *Callista,* c XIX.

bus affligetur, præsertim igne, ut mox dicetur, (a) Dicitur enim in Evangelio [1] : " Timete eum qui potest et animam et *corpus* perdere in gehennam "; et infernus dicitur *locus tormentorum* [a]. (b) Aliunde corpus est veluti instrumentum animæ, et aliquo modo bonorum malorumve operum particeps : convenit igitur ut pariter sit aliquo sensu mercedis vel pœnæ particeps, (e) Præterea, ut ait S. *Thomas* " poena debet proportionaliter culpæ respondere... In culpa autem non solum avertitur mens ab ultimo fine, sed etiam indebite convertitur in alia quasi in fines. Non solum ergo puniendus est qui peccat per hoc quod excludatur a fine, sed etiam per hoc quod ex aliis rebus sentiat nocumentum

1159. 2° De **natura** autem pœnæ sensus Ecclesia nihil definivit ; si Scriptura perlegitur, infernus ibi exhibetur ut *career,* in quo reprobi tanquam captivi detinentur, ut *locus tenebrarum,* in quo adest stridor dentium, ut *stagnum ignis* et *sulphuris, ut* locus *tormentorum* [4]; ex quo inferre licet reproborum sortem sane lugendam esse; sed quaestio est praecise quo sensu illa verba intelligi debeant, utrum *litteraliter,* an solum *metaphorice.*

De nonnullis damnatorum poenis recte ait S. *Thomas*[3] : " Nihil tamen prohibet quædam etiam quæ de damnatorum poenis in Scripturis dicta corporaliter leguntur, *spiritualiter* accipi, et velut per similitudinem dicta : sicut dicitur [6] : *vermis* eorum non morietur; potest enim per vermem intelligi *conscientia remorsus... Non* enim est possibile quod corporeus vermis spiritualem corrodat substantiam, neque etiam corpora damnatorum, quæ incorruptibilia erunt. *Tletus* etiam et *stridor dentium* in spiritualibus substantus non nisi *metaphorice* intelligi possunt; quamvis in corporibus damnatorum post resurrectionem nihil prohibeat corporaliter ea intelligi, ita tamen quod per fletum non intelligatur lacrymarum deductio, quia ab illis corporibus nulla resolutio fieri potest, sed solum dolor cordis, conturbatio oculorum et capitis, prout in fletibus esse solet ".

1160. 3° Quaeritur præsertim utrum *ignis* inferni sit physicus et realis an solum metaphoricus [7]. Jamvero

[1] *Matth.,* X, *28.* — [2] *Luc.,* XVI, *28.* — [3] *C. Genl.,* lib. III, c. 146.
[4] *II Petr.,* II, 4; *Matth.,* XXII, 13; *Apec.,* XX, 14.
[5] *C. Gent.,* lib. IV, c. 90. — [6] *ha.,* LXVI, 24.
[7] A. Michel, *D. T. C., Feu* (de l'enfer) 2196-2239.

doctrina *communis* et *certa* Patrum et Theologorum est hunc ignem esse *realem,* i. e., *objectivum,* a damnato distinctum, ideoque non mere subjectivum aut metaphoricum.

" *Certa* et *catholica* sententia est, ait *Suarez* ', ignem qui paratus est diabolo et angelis ejus, ut in illo crucientur, verum ac proprium ignem corporeum esse ". *Perrone* eam doctrinam ut certam habet, ita ut in dubium absque temeritate vocari nequeat (n. 730). *Hurter* eam vocat *communem* sententiam, a qua temerarium esset recedere. Hinc, cum sacerdos Mantuensis postulaverit quomodo agendum sit cum pœnitentibus qui censent ignem infemi non esse realem sed metaphoricum, 5. *Pcenitentiaria,* 30 Apr. 1890, respondit ‘‘hujusmodi pænitentes diligenter esse instruendos, et pertinaces non esse absolvendos quæ quidem decisio, etsi non doctrinalis, sed practica, communem Ecclesiæ doctrinam exhibet, a qua sine temeritate recedere non licet.

(A) *Script,* probatur. Nam a sensu litterali non est recedendum, nisi contextus vel ratio naturalis id postulent. Atqui in locis ubi agitur de igne inferni, contextus sensui litterali nedum obstet, illum potius requirit : ita, apud *Marcum* 2 ter repetit Christus damnatos puniri *igne inextinguibili,* et addit : " Omnis enim igne salietur, et omnis victima sale salietur"; ita sicut realis est sal quo victima saliebatur, ita realis. est ignis inferni ; apud S. *Matthœum,* Christus, explicans parabolam zizaniae, asserit omnes qui faciunt iniquitatem mitti in· *caminum ignis* 3. Præsertim vero vox " *ignis* " in sententia *judiciali* a Christo prolata invenitur, quæ sane omnem metaphoram prorsus excludit. Aliunde non repugnat Deum creare ignem, qui, supernatural! quadam accedente virtute, substantias spirituales torquere valeat.

1161. (B) *Tradit,* (a) Plerique enim Patres aperte aut æquivalenter docent ignem inferni esse physicum, verum, corporeum ; quidam eum comparant ignibus Etnæi montis aut Vesuvii. Sufficiat referre verba S. *Augustini* 4 : " Gehenna illa, quod etiam stagnum ignis et sulphuris dictum est, *corporeus* ignis erit, et cruciabit corpora damnatorum";

1 *De Angel.,* 1. VIII, c. 12, n. 9. — a *Marc.,* IX, 42-48.
3 *Maith.,* XIII, 42.
4 *De Civit. Dei,* XXI, 10, *P. L.,* XLI, 725.

et 5. *Gregorii M.* [2]. " An ignis inferni corporeus sit? *Corfioreum* esse non ambigo

(b) Attamen nonnulli Patres, ut *Origenes, Theophylacies,* aliique quos citat 5. *Hieronymus* insuper quidam theologi, ut *Catharinus,* putarunt illum ignem esse *metaphoricum.* Sic enim arguunt : sæpe sæpius Scriptura, dum beatitudinem ætemam describit, metaphoras adhibet, ut melius intelligere possimus in quo consistat sors electorum ; ergo idem dici potest de inferni descriptione, præsertim cum vox *ignis* sæpe in Scriptura metaphorice usurpetur. Iterum omnes fatentur vocabulum " *vermis* " metaphorice accipiendum esse in hoc versiculo ; " Vermis eorum non moritur, et ignis non exstinguitur"; atqui, vi parallelism!, *ignis* eodem modo intelligi debet; ergo.

Respondent tamen communiter auctores Scripturam Traditione interpretandam esse; jamvero, ut ait *Hurter,* n. 797, " vermis a paucis proprie accipitur, ignis vero fere ab omnibus, et a nemine significatio propria clare et diserte excluditur ". Ergo a sententia communi recedere non licet.

1162. [40] **Explicatur natura ignis inferni.** (A) Ignis inferni dicitur *realis* et *corporeus,* quatenus est agens materiale, quod non in mente solum sed revera existit, verumque *instrumentum* quo Deus reprobos punit; sed de ejus *natura* vel de *modo* quo damnatos torquet nihil in Scriptura revelatur. S. *Augustinus* fatetur hac de re diversas esse sanctorum opiniones, et nemirjem scire qualis sit et quomodo operetur [3].

(B) De modo quo ignis damnatos cruciet diversæ sunt opiniones.

(a) Difficile est præsertim concipere quomodo ignis, qui paratus est diabolo et angelis ejus, *spirituales* substantias possit cruciare. 5. *Augustinus*[4] dicit eas " *miris,* tamen

« *Dial.*. 1. IV, c. 29» Λ *L*.. LXXVII, 36S.

[2] In *Isa.* LXVI, 24, *P. L*·. XXIVT 676. — Apod *S. Ambrosium* et 5. *Hieronymum.* textus inveniuntur qui igni metaphorico faveant, sed alii etiam qui realem esse ignem affirment. Quod quidem ostendit rem non fuisse tunc temporis tanquam dogma definitam. Nec mirum, quia difficile concipiclxatur quomodo substantia spiritualis, ut angelus et anima separata, ab igne materiali torqueri posset. Cfr. A. Michel, 1. c. 2200-2208.

[3] *De Civit. Dei.* 1. XXI, c. 10. *P. L*.. XLI, 723, 724.

[4] *De Civit. Dei.* I. XXI, c. 10, *P. L*.. XLI, 724 : ‘‘Cur non dicamus, quamvis miris, tamen veris modis etiam spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi, si spiritus hominum, etiam ipsi profecto incorporei, et nunc potue-

veris modis affligi". Juxta *omnes,* ignis torquet non ex virtute sola sibi propria, sed ut instrumentum justitiæ divinæ. Non producit quidem in eis passionem sensitivam, sed tristitiam naturæ spirituali proportionatam. Quomodo? Id diverse exponunt theologi.

1) S. *Thomas* rem sic explicat[1]: "Non igitur sic aestimandum est quod substantiæ incorporeæ ab igne corporeo pati possint, quod earum natura corrumpatur per ignem, vel alteretur..., substantiæ enim incorporeæ non habent naturam corporalem, ut possint a rebus corporeis immutari... Neque etiam potest dici quod patiantur ab igne corporeo afflictionem ratione alicujus contrarietatis, sicut corpora post resurrectionem patientur, quia substantiæ incorporeæ organa sensuum non habent, neque potentiis sensitivis utuntur. Patiuntur igitur ab igne corporeo... per modum *alligationis* cujusdam... virtute divina spiritus damnandi igni corporeo alligari possunt; et hoc ipsum est eis in afflictionem quod *sciunt se rebus infimis alligatos in poenam*". Quod intelligendum est non solum de alligatione extrinseca, sed etiam *intrinseca,* qua ipsæ potentiæ plus vel minus ligantur in suis operationibus'.

2) *Suarez*[3] autem probabile putat igni materiali insitam esse qualitatem *quamdam spiritualem et supernaturalem,* in suo ordine *doloriferam,* qua spiritus affliguntur. — Prior opinio nobis probabilior videtur, quia prætematurale non est admittendum sine necessitate.

(b) Quoad *corpora* post resurrectionem, ignis inferni ea neque dissolvit, neque consumit, licet ea comburat et *cruciet* modo nobis ignoto, sed reali et acerbo.

De gradu poenarum.

1163. i° De **inæqualitate**.. Pœnæ damnatorum sunt quidem aequales ratione *durationis,* cum sint æternæ, sed ratione *acerbitatis* valde differunt.

Defide est *pœnas inferni inœquales* esse, cum *Florentinum* definierit damnatos in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendos[4].

(a) *Scriptura* id testatur: "Deus reddet unicuique secundum opera ejus"[5]; "Potentes autem potenter tormenta

runt includi corporalibus membris, et tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari". — [1] *C. Cent.,* I. IV, c. 90; cfr. *Suffi.,* q. 70, a. 3.

[2] Ita J. a S. Thoma, *Cursus theol.,* q. 44, n. 13.

[3] *De Angelis,* l. VIII, c. 14, n. 47-48. — [4] D. B., 693, — [5] *Rons.,* II, 6.

patientur"1; "Quantum glorificavit se et in deliciis fuit» tantum date illi tormentum et luctum " ».

(b) *Patres* sæpe id docent; quorum doctrinam sic contrahit *Gregorius M.* 3 : " Unus quidem est gehennae ignis sed non uno modo omnes cruciat peccatores. Uniuscujusque etenim quantum exigit culpa, tanta illic sentitur pœna

(C) *Ratione* suadetur. Pœna culpae proportionari debet; atqui culpae sunt inaequales, sive numero, sive gravitate; ergo pœnæ inferni inaequales esse debent.

Hæc autem inæqualitas oritur ex pœna damni et ex pœna sensus, i) Etsi enim privatio beatificae visionis *in se* sit eadem pro omnibus, ex parte *damnatorum* majorem aut minorem cruciatum affert secundum eorum demerita : ii enim qui magis a Deo aversi sunt, eo vividius percipient Summi Boni aeternam privationem. 2) Pariter diversa erit pœna *positiva sensus* : ignis enim, utpote divinæ justitiæ instrumentum, sapienter acerbius torquebit eos qui gravius et pluries peccaverunt.

1164. 20 De mitigatione pcenarum. (A) Sunt theologi qui nullam prorsus mitigationem in pœnis inferni admittant; quod probare conantur ex parabola divitis epulonis, ex qua apparet etiam aquæ guttulam diviti in inferno patienti denegatam fuisse.

(B) Alii quamdam *accidentalem* mitigationem admittunt, sed diversimode, (a) S. *Thomas* 4 putat pœnam, ex misericordia Dei, in ipso judicio, taxari *infra condignum* : " In damnatione reproborum apparet misericordia, non quidem totaliter relaxans, sed aliqualiter allevians ".

(b) Alii, cum *Scoto,* admittunt, etiam post judicium, aliquam mitigationem ex duplici capite : tum quia pœna peccatis venialibus debita, finem accipiet post aliquod tempus; tum quia pœna temporalis, peccatis mortalibus jam remissis debita, pariter cessabit; hoc enim videtur requiri ex ipsa justitia. Attamen *probabilius* hæc opinio rejicitur, quia : 1) pœna venialibus debita non potest remitti nisi remissa culpa, quæ in infemo non remittitur; 2) pœna autem pro peccatis mortalibus remissis non cessat, quia debi-

' *Sap.,* VI, 7. — * *A/oe.,* XVIII, 7; cfr. *Maith.,* X, 15.
3 *Dial.,* 1. IV, 43, *P. L.,* LXXVII, 401, Journel, 2322,
4 *Sum. theol.,* I, q. 21, a. 4, ad i; cfr. *In IV Sentent.,* dist. 23, q. i, a. 1, ad 5.

tor remanet creditori inimicus, ideoque ejus satispassio non acceptatur.

(C) Ulterius quidam progrediuntur admittendo non quidem ex justitia, sed ex *misericordia divina,* momentaneam vel successivam mitigationem, qua sors damnatorum, licet *semper lugenda,* cum semper a Deo separati sint remansuri, tolerabilior tamen fieri potest. Hæc opinio invenitur in hymno *Prudentii* [1], qui olim in multis ecclesiis tempore paschali canebatur, et, juxta *Petavium,* permittitur a 5. *Augustino* [2], insinuatur a *S. Chrysostomo* [3], et in c. *Florentino* a *Marco Ephesino,* nomine Græcorum, proposita fuit, nec condemnata [4].

Quæ opinio non est hæretica, sed nullum habet fundamentum in Scriptura, et tanquam *prcesumptuosa* a S. Thomas habetur. Contraria sententia communior est, atque innititur Ecclesiæ praxi, quæ pro damnatis orare non consuevit, et communi fidelium sensui. Auctoritates allegatæ S. *Augustini* et *Chrysostomi,* ex contextu, de iis qui sunt in *purgatorio* intelliguntur [6]. Unde, in praxi, omnino standum est communi sententiæ quæ illam mitigationem reprobat.

(D) A fortiori rejicienda est opinio eorum qui, cum *Mivart,* putabant ita mitigari posse poenas inferni ut tandem aliquando desinant aut quasi desinant. Talis enim opinio est eversiva catholici dogmatis de ætemitate poenarum et horrendo reproborum statu.

1165. Infernum esse *locum* determinatum jam dictum est n. 1068. De loco inferni nil certi scire possumus, cum Scriptura et Traditio hac de re sileant, et theologi nonnisi conjecturas plus minusve probabiles facere valeant; ita multi eum locant in visceribus terrae, quia, ex documentis Ecclesiæ, damnati in infernum *descendunt;* ex hoc autem

[1] " Sunt et spiritus sæpe nocentibus
Pcenarum celebres sub styge*feria*
Illa nocte, sacer qua rediit Deus
Stagnis ad superos ex acheronticis...
Marcent suppliciis tartara mitibus,
Exsultatque sui carceris otio
Umbrarum populus liber ab ignibus.
{Cathem. hymn., V, 125).

[2] *Enchirid.,* 110-112, *P. L.,* XL, 283-284.

[3] *Homil. 3 in ep. ad Philip.,* 3-4.

[4] Quæ testimonia lege apud Petavium, *op. cil.,* l. III, c. 8, n. 16 sq.; vel Emery, *Dissertation sur la mitigation de la peine des damnés,* Œuvres complètes, ed. *Migne,* 1857, p. 1358 sq.

[5] *Suppl.,* q. 71, a. 5. — [6] *Ami du Clergé,* 1920, p. 662-667.

loquendi modo nil certi deduci potest, cum sursum ac deorsum sint quid omnino relativum. Dicamus igitur : " De hac re temere definire nihil audeo", ait S. *Gregorius M,* [1] Recte igitur S. *Chrysostomus* [2] : "Ne igitur quaeramus ubi sit, sed quomodo eam (gehennam) effugiamus

Conclusio practica. Officium est pastorum, juxta *Catechismum Tridentinum,* sæpe de inferno praedicare, ut salutari timore juste incusso fideles salutem suam operentur.

In hac autem praedicatione duo excessus sunt vitandi : excessus eorum qui, descriptionibus *mere imaginariis* pios fideles terrent, sed *dubia* excitant in mentibus eorum qui talia admittere non valent; sed etiam excessus eorum qui doctrinam fidei ita *emolliunt* ut fideles infernum amplius non timeant et in peccata facilius labantur. Ad quos excessus vitandos, sedulo exponant praedicatores ipsa verba Christi et Apostolorum, ex quibus fideles facile intelligent quam horrendum sit pro peccatoribus impoenitentibus incidere in manus Dei viventis.

1166. De limbis puerorum. [*Limbipuerorum* désignant " locum vel statum medium expertem cuTpæ et poenæ inter regnum Dei et damnationem æternam " [3]. Eorum *existentia* theologice probatur ex eo quod pueri multi sine baptismo morientes qui nec beatitudinem æternam obtinere possunt, nec poenis damnatorum puniuntur pro peccatis actualibus quæ non commiserunt, recipi æternaliter debent in loco, qui tum a cælo tum ab inferno differt et *limbus* vocatur. Limbus continet eos omnes qui cum solo originali peccato decedunt. In hoc statu, puer privatur a visione beatifica, nullam sensus poenam patitur, sed gaudet beatitudine naturali.

[1] *Dialog.,* IV, 42, *P. L.,* LXXVII, 40α
[2] *Eft. ad Rom^* XXXI, *P· G^* LX, 674- — [3] D. B., 1526.

CAPUT

DE NOVISSIMIS MUNDI.

Post dicta de novissimis *hominis,* dicendum manet de novissimis *mundi.* Tria sunt declaranda : i° *finis mundi ipsius ; 2° resurrectio corporum; 30judicium universale.*

Art. L De fine mundi \

Præsens mundus, id est, terra in qua homo habitat et cælum seu firmamentum quod videmus, non destruetur quidem, sed *innovabitur;* pauca de *existentia, modo* et *tempore* hujus innovationis dicenda sunt.

1167. i° Existentia. *Præsens mundus aliquandofinem habebit,* eo sensu quod innovabitur. ~

Script. Christus ipse annuntiatT cælum et terram transitura essea, loquitur de consummatione saeculi 3, et finem mundi explicite Apostolis praedicat 4. — Apostoli docent figuram hujus mundi transire 5, et mundum dissolvendum esse et innovandum : " Cum igitur hæc omnia *dissolvenda sint...,* exspectantes et properantes in adventum diei Domini, per quem *cæli ardentes solventur* et *elementa ignis* ardore tabescent. *Novqs vero cælos* et *novam terram* secundum promissa ipsius exspectamus, in quibus justitia habitat"6.

2° Modus quo fiet. (a) Finis mundi erit *improvisus :* " Dies Domini sicut*fur in nocte,* ita veniet " 7.

(b) Purificatio mundi præsentis fiet *per ignem,* ut constat ex textu S. Petri superius allegato.

1 S. Thom., *Supfil.,* q. 88-90; *C. Gent.,* 1. IV, 96; Suarez, *De Mysteriis Christi,* disp. 53 sq. ; Gengel, *Tract, dejudicio universali,* 1727; Jungmann, n. 243 sq.; Bautz, Weltgericht und Weltende, 1886; Sigmund, Das Ende der Zeilen, 1892; Thomas, *Das Weltende,* 1900; F. Schmid, *Der Unsterblichkeist und Auferstehungsglaube in der Bibel,* 1905; Pesch, n. 672-681; Palmieri, p. 88-121 ; L. Biilot, p. 189-221 ; A. Lemonnyer, *Fin du Monde,* in *D. A.,* I, ion sq. ; Mangenot, *D. T. C.,* art. *Fin du Monde.*

3 *Matth.,* V, 18; XXIV, 35; *Luc.,* XVI, 17.

3 *Matth.,* XIII, 39-40, 49; XXVIII, 20.

4 *Matth.,* XXIV, 3 sq.; *Luc.,* XXI, 9 sq.

» *I Cor.,* VII, 31. — β *II Petr.,* III, II-13. — ⁋ *I Thess.,* V, 2.

(C) Mundus autem non destruetur, sed *innovabitur* ex eodem textu, et ex multis aliis, v. g. : " Ipsa creatura (corporalis) liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei"[1]. Joannes id expresse asserit[2] : " Vidi *calum novum et terram novam;* primum enim cælum et prima terra abiit ".

1168. 3° De tempore autem quo hæc omnia fient nil certi cognosci potest, juxta illud Domini : " De die autem illo vel hora nemo scit, neque Angeli in caelo, neque Filius nisi Pater "[3]; hinc *Leo X,* in C. *Lateran. V* vetuit ne quisquam de hoc aliquid tanquam certum asserere auderet[4].

Attamen theologi ex Scripturæ variis locis quædam *signa* collegerunt, ex quibus adventus judicii conjecturaliter praevideri possit Praecipua sunt : (a) *praedicatio Evangelii* per universam terram[5], hic agitur de praedicatione Evangelii, non autem de conversione universali omnium gentium; insuper horum Christi verborum sensus est, juxta *Maldonatum* (in h. l.), consummationem mundi non ante futuram quam Evangelium per omnes orbis oras prædicatum sit, non autem statim post illam praedicationem finiendum esse mundum; (b) *conversio Judaorum,* quæ fiet praesertim per adventum et praedicationem duorum prophetarum Henoch et Eliae,[6] aut juxta alios, Moysis vel Jeremiae; (c) magna gentium *catholicarum apostasiai* (quæ forsan fiet propagatione atheismi, pantheismi, materialism! similiumve errorum); (d) adventus *antichristi,* sive sit una persona, ut communiter creditur, sive designet Christi inimicos in genere[8]; (e) *perturbationes multa* in natura physica, bella, pestilentiae, obscuratio solis, commotio caelorum, etc. ? : " Sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de caelo

Fatendum est tamen hæc signa satis incerta esse, tum quia quædam ex illis ad solam destructionem Jerusalem referri possunt, tum quia nimis generalia sunt ut ex illis adventus Domini certo dignosci possit. Dominus itaque inopinate adveniet, sicut fur in nocte : "Sicut in diebus Noe, ita erit et adventus Filii hominis" [10]...

[1] *Rom.,* VIII, 21. — [2] *Afoc.,* XXI, 1. — [3] *Marc.,* XIII, 32.
[4] Apud Labbe, t XIV, p. 290. — [5] *Matth.,* XXIV, 14.
[6] *Rom.,* XI, 26; *Malach.,* IV, 5-6; £<Æ,XLIV, 16.
[7] *II Thess.,* II, 3; *Luc.,* XVII, 26-30; *Matth.,* XXV, 21-28.
[8] *II Thess.,* II, 1-11; *IJoan.,* II, 18; IV, 3; *IIJoan.,* 7.
[9] *Matth.,* XXIV, 29; *Luc.,* XXI, 25. — Notandum est in his omnibus Scripturam non scientifice, sed *modo populari* res describere; ita, quando dicitur stellas de cælo casuras esse, probabiliter id intelligi potest de meteoris, ex dissolutione cometarum ortis, quæ contra terram ferantur, vel aliquid simile; et sic de ceteris. — [10] *Matth.,* XXIV, 37-39.

Art. IL De Resurrectione corporum'.

Dicemus : i° de *ipsa resurrectione ;* 2° de *dotibus* corporum suscitatorum.

§ I. De ipsa resurrectione corporum.

1169. Status quaestionis. *Notio.* Resurrectio de qua hic agitur *active* sumpta est actio qua Deus corpora mortuorum suscitat eaque de novo substantialiter unit animæ quae eadem informaverat. — *Passive* sumpta est *vivificatio corporis per mortem ab anima separati et iterata substantialis unio ejusdem animæ cum suo corpore.*

Errores, (a) *Existentia* resurrectionis negata fuit a *Sadducais ',* a quibusdam e prioribus Christianis, præsertim *Hymenæo* et *Phileto,* quos refellit S. Paulus 3; a *Gnosticis* multis, *Maniehais* et *Priscillianistis, Waldensibus* et *Albigensibus, Socinianis.* Hodie rejicitur ab *Unitariis,* Protestantibus *liberalibus,* et *Rationalistis,* utpote quid rationi contrarium ; necnon a *Pantheistic* et *Agnosticis.*

(b) *Naturam* resurrectionis plus minusve adulteraverunt : 1) *Origenes,* qui, platonicis doctrinis imbutus, docuit corpora suscitata non ex eadem materia constitui, sed ex materia ætherea; 2) *Moderniste, pragmatici,* qui resurrectionem corporum, sicut cetera dogmata, sensu *tantum pragmatico,* seu in ordine ad actionem intelligunt [1]*.

Quare duo exponemus : i° *thesim catholicam ;* 2° *controversiam* de modo quo intelligenda sit *identitas* corporum resurgentium.

I. Dogma catholicum de resurrectione corporum.

1170. *Thesis :* Omnes homines in fine sæculi cum suis propriis resurgent corporibus quæ nunc gestant.

1 S. Thom., *Suppi.,* q. 75 sq.; *C. Gent.,* l. IV, c. 79 sq.; Suarez, *De Mysteriis Christi,* disp. 50; Jungmann, n. 193 sq.; Méric., *L'autre vie,* vol. II, c. 3; H. Martin, *La Vie Future,* c. IX, § 3; Bautz, *Die Lehre vom Auferstehitngsleibe,* 1877; Scheurer, *Das Auferstehungsdogma in der vomicànischen Zeit,* 1896; Schmid, *Der Unsterblichkeits und Auferstehungsglaube in der Bibel,* 1902; A. d'Alès, *D. A.,* art. *Résurrection,* 982-1004; L. Billot, th. X-XIV; Card. Lépicier, p. 394'543: E. Hugon, p. 455-483; Ami du Clergé, 1929, p. 812 sq.

3 *Matth.,* XXII, 23. — 3 Z *Cor.,* XV, 12; ***II Tim.,*** II, 16-18.

4 Cfr. *Synop. theol. dogrn.,* t. II, n. 219.

ex concil. *Lateran. VI* [1] : " Qui *omnes* cum *suis propriis* resurgent *corporibus* quæ *nunc gestant,* ut recipiant secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala ".

Explicatur. Tria igitur sunt *de fide ;* i) resurrectionem fore; 2) et quidem *universalem* pro bonis et malis ; 3) homines resurrecturos cum *iisdem* corporibus quæ nunc gestant.

Quæ quidem tria simul complectimur ne eadem testimonia bis aut ter repetamus.

1171. Probatur : i° Scriptura, (a) In *Vet. Test,* hæc doctrina, primum obscure manifestata, clarius paulatim revelata fuit[a].

b
1

i) Allegantur imprimis celeberrima verba *Job,* quæ in *Vulgata* resurrectionem perspicue docent : vir justus, ulcere pessimo percussus, et ab amicis suis vexatus, Deum suæ innocentiæ testem invocat, et *divino lumine* illustratus, exclamat : " Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei? Quis mihi det ut exarentur in libro stylo ferreo, et plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum : et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum "[3]. In textu quidem *hebraico,* qualis hodie exstat, legitur : " Post pellem meam, quam conciderunt hanc, ex came mea aspiciam Deum ". Quæ verba, etsi minus explicita, resurrectionem camis tamen supponunt. Unde S. *Hieronymus,* qui hebraicam linguam callebat, scribit [4] Resurrectionem corporum sic prophetat, ut nullus de ea vel manifestius vel cautius scripserit". Quidam tamen catholici exegetæ, post S. *Chrysostomum* et *Calmet,* litteræ hebraicæ fidentes, ita textum intelligunt : " Surgam de morbo, et videbo Deum mihi apparentem, innocentiæ meæ vindicem et bonorum restitutorem ".

1 Cap. I, *De Fide cathol.*. D. B., 429.

2 Profectum doctrinæ resurrectionis apud Judæos erudite delineavit J. Touzard, *Le développement de la doctrine de l'immortalité* in *Revue biblique.* 1898, p. 207-241 ; *La religion d'Israël.* ap. Bricont, *Où en est l'hist. des religions?*

3 *Job*.. XIX, 23-26.

4 *Epist.* LUI, n. 8, *P. L*.. XXII, 545. — Ita etiam S. Augustinus, *De Civ. Dei,* l. XX, c. 29, *P. L*.,XLI, 789; S. Gregorius M., *Moral*.. l. XIII·

2) Alia sunt testimonia ex quibus merito infertur fides Judaeorum in resurrectionem carnis. Satis clare asseritur apud *Isaiam* [1]*: " Vivent mortui tui, interfecti mei *resurgent :* expergiscemini, et laudate qui habitatis in pulvere "... Quæ dicit *Esechiel* [2] de resurrectione populi Israel supponunt eamdem fidem. Lucidius eam exprimit *Daniels* [3] sive quoad bonos sive quoad malos : " Et multi de his qui dormiunt in terræ pulvere *evigilabunt,* alii in vitam ætemam, et alii in opprobrium ut videant semper".

3) *Diserte* autem hæc doctrina asseritur in II *Machabæorum libro* [4], ubi refertur septem fratres eorumque matrem libenter vitam sacrificasse pro patriis legibus, spe futuræ resurrectionis roboratos : " Tu quidem, scelestissime, in præsenti vita nos perdis, sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in *æternæ vitæ resurrectione* suscitabit

4) Mortuorum resurrectionem pariter affirmant libri *apocryphi,* præcipue *Henoch,* LI, LXI.

Ex his aliisque factis infertur fidem in resurrectionem corporum apud Israelitas, sicut apud Semitas, fuisse antiquissimam, sed in veteribus scriptis fuisse velatam, ne forte Judæi, ad idololatriam proni, mortuos cultu divino colerent [5].

1172. (b) In *Novo Test,* luculenter res declaratur : 1) Christus non solum resurrectionem corporum tanquam rem notam supponit, sed eam contra Sadducæos defendit : " Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam *totum corpus* tuum mittatur in gehennam[6]. In *resurrectione* enim, neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cælo. De *resurrectione* autem *mortuorum* non legistis quod dictum est a Deo dicente vobis : Ego sum

[1] *Isa.,* XXVI, 19. — [2] *Ezech.,* XXXVII, 1-14. — [3] *Dan.,* XII, 2.

[4] *II Math.,* VII, 1-13; cfr. XII, 39-46, ubi Judas Machabæus dicitur "bene et religiose de resurrectione cogitans

[5] Ad rem P. Lagrange, *Etudes sut les Religions sémitiques,* c. VIII, § 5 : " Mais si on songe à l'influence extraordinaire exercée par la Chaldée dans le domaine religieux et au nombre assez élevé des croyances communes à tous les Sémites, on ne sera pas éloigné de placer la résurrection des corps parmi les idées qui régnaient dans le monde sémite vers 2000 ans avant Jésus-Christ, et le soin pris des sépultures trouve encore dans l'espérance de la résurrection une explication plus complète

[6] *Matth.,* V, 29-30; cfr. X, 28.

Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium " x. Apud S. *Joannem,* explicite de resurrectione carnis ait : "Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in resurrectionem judicii..."; de Lazaro loquens : " Ego resuscitabo eum in novissimo die " a. Revera Christus Lazarum a mortuis suscitavit 3.

2) S. *Paulus* resurrectionem mortuorum diserte in *ep. I ad Corinthios* probat : ex ipsa *resurrectione Christi, capitis* nostri, cujus membra resurgere debent : (XV, 1-20) : " Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit *ex efficacia redemptionis* et ex *nostra cum Christo* capite intima *connexione* (21-28) : " Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur, unusquisque autem in suo ordine : primitiae Christus, deinde ii qui sunt Christi "; *e moribus et laboribus fidelium* (29-34) : " Si ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?"; ex *solutione dubiorum* contra resurrectionem (35-44), ejus possibilitatem illustrando comparatione seminis quod "non vivificatur, nisi prius moriatur " 4.

Revera hoc dogma annuntiavit coram Atheniensibus 5, Felice 6 ac Thessalonicensibus 7 Si enim credimus quod Jesus mortuus est et resurrexerit, ita et Deus eos qui dormierunt per Jesum adducet cum eo... et *mortui* qui in Christo sunt *resurgent* primi ".

In *ep. ad Rom.*8 hanc resurrectionem infert ex *inhabitatione Spiritus Sancti* in justis : "Quod si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum Christum a mortuis habitat in vobis, qui suscitavit Jesum Christum a mortuis vivificabit et mortalia corpora nostra,propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis".

Hanc autem resurrectionem esse *universalem* Christus diserte asserit in textu allato, ubi asserit non solum *bonos* sed etiam *malos* surrecturos esse. — Paulus etiam prædicat

x *Maith.,* XXII, 30-32. — a *Jean.,* V, 29; VI, 55. — 3 *Joan., XI,* 1-44.

4 Quod argumentum evolutum invenies apud F. Prat, *La Théologie de St Paul,* t. I, pp. 157-167, ed. 7; t. II, p. 495-504.

5 *Act.,* XVII, 31.32.

6 *Act.,* XXIV, 15 : "Spem liabens in Deum quam et hi ipsi exspectant, *resurrectionemfuturamjustorum et iniquorum*

7 Z *Thess..* IV, 13-15. — 8 *Rom..* VIII, 11.

"resurrectionem futuram justorum et iniquorum". si in *ep. ad Cor.* argumenta affert speciatim pro *fidelibus,* ratio est quia de hoc puncto a Corinthiis interrogatus fuerat.

Identitas autem corporis suscitati, quæ in omnibus testimoniis allatis supponitur, clare asseritur his verbis : " Oportet enim corruptibile *hoc* induere incorruptionem et mortale *hoc* induere immortalitatem. Cum autem mortale *hoc* induerit immortalitatem... " 1

1173. 2° Traditione. (A) *Ex Patribus.* Vix est ullum dogma quod tam *perspicue* ab *antiquissimis* Patribus tradatur, et quidem tanquam unum e fundamentis religionis christianæ.

(a) *Exeunte sæc. 1°,* vivide in *Didache* describuntur novissima : " Primum signum cæli aperti, deinde signum tubæ, et tertium *resurrectio mortuorum" *; S. Clemens* hortatur Corinthios ut considerent " quemadmodum Dominus *futuram resurrectionem* continuo nobis ostendat, cujus primitias Dominum Jesum Christum fecit, suscitans eum a mortuis " 3.

(b) *Scec. II0, S. Polycarpus* tanquam primogenitum satanæ habet eum qui " dixerit nec resurrectionem nec judicium esse " 4. *Aristides* asserit christianos ideo custodire mandata quia " mortuorum resurrectionem ac futuri saeculi vitam exspectant " 5.

Jam *S. Athenagoras* integrum habet tractatum *De resurrectione mortuorum,* in quo duo demonstrat : *possibilitatem* resurrectionis, quam contra adversariorum difficultates et praejudicia vindicat; ejus *convenientiam* et *necessitatem,* ostendens hominem, utpote rationabilem, esse immortalem, et aliunde naturaliter ex anima et corpore constitui, ita ut homo suum finem suamque beatitudinem perfecte assequi non valeat nisi corpus iterum animæ uniatur : " Cum unum sit ex utrisque animal quod patitur quæcumque anima patitur et corpus, et operatur ac perficit quæcumque sensuum aut rationis judicio continentur; necesse est ut tota ejusmodi rerum series ad unum aliquem finem referatur " 6.

S. *Irenceus* hoc dogma infert ex eo quod corpora nostra *cibo eucharistico nutrita* semen resurrectionis accipiunt 7. Idem *Minucius Felix* variis comparationibus illustrat : " Flores occi-

* *I Cor.,* XV, 53, 54. — ' *Didache,* XVI, 6.
3 *I ad Corinth.,* XXIV, 1. — 4 *Ep. ad Philip.,* VII, 1.
5 Ap. Joannem, *Vita Barlaam, P. G.,* XCVI, 1121.
4 *De resurrect.,* 15, *P. G.,* VI, 1004, JourneI, 170.
l *Adv. hares.,* 1. V, II, 2, *P. G.,* VII, 1124; JourneI, 249.

dunt et reviviscunt, post senium arbusta frondescunt, semina non nisi corrupta revirescunt; ita corpus in sepulcro, ut arbores in hiberno u *.

(c) *Sac. IIP, Tertullianus,* integrum scribit tractatum *De resurrectione carnis,* ubi dogma catholicum strenue propugnat ex dignitate corporis tam multipliciter sanctificari, et asserit corpus suscitatum *idem* esse substantialiter ac corpus terrenum : " Resurget igitur *caro,* et quidem *omnis,* et quidem *ipsa,* et quidem *integra* " *.

Ex adverso autem *Origenes,* factum quidem resurrectionis probat contra Celsum 3, sed putat corpora Beatorum fieri *atherea,* nostris similia quoad formam, non autem quoad materiam.

(d) Quapropter, *scec. IV° et Ve,* non solum diserte asseritur resurrectio camis, sed etiam *corporis suscitati identitas* contra Origenem. Ita, inter alios, S. *Methodius*4, S. *Hieronymus*s, S. *Epiphanius* 6, S. *Gregorius Kyss. 'I, S. Augustinus :* " Ista caro resurget, ista ipsa quæ sepelitur, quæ moritur; ista quæ videtur, quæ palpatur, cui opus est manducare et bibere ut possit durare; quæ ægrotat, quæ dolores patitur, ipsa habet resurgere, malis ad poenas sempiternas, bonis autem ut commutentur "8.

(e) *Universalitas* autem resurrectionis a primis sæculis et deinceps diserte asseritur, v. g., a *S. Justino :* " Deus corpora resuscitabit omnium, quicumque exstiterunt hominum, ac dignorum quidem corpora induet incorruptione, iniquorum autem in perpetuo sensu cum pravis dæmonibus in ignem perpetuum mittet "9; *S.Joan. Chrysostomo :* " Communis est *omnibus* resurrectio, et *piis* et *impiis* *S. Fulgendo* ▮ *:* ""Erit etiam *iniquorum* resurrectio". Alia testimonia, v. g., *Tertulliani* jam allegavimus, multaque alia citari possent.

(B) *Ex documentis ecclesiasticis :* (a) Ex *symbolis :* " Credo camis resurrectionem"; ex symb. *Athanasiano 12* ""Ad cujus adventum, *omnes* homines resurgere habent cum

* *Octavius,* 34, *P. L.,* III, 347; Journel, 347.
• *De camis resurrect.,* 63, *P. L.,* II, 885; Journel, 365.
3 *C. Celsum,* 1. V, 22, *P. G.,* XI, 1216; Journel, 528,
4 *De resurrectione, P. G.,* XVIII, 281; Journel. 616.
5 *Contra Joan. Hierosol.,* n. 25 sq., *P. L.,* XXIII, 375.
6 *Hares.,* 1. II, hæres., LXIV, 10., *P. G.,* XLI, 1S86.
7 *De opificio hominis,* c. XXVII; *Orat, in Christi resumed.,* III, *P. G.,* XLVI, 668.
8 *Sermo* CCLXVII, 4, *P. L.,* XXXVIII, 1231.
' *Af>ol.,* I, 52, *P. G.,* VI, 404, Journel, 124.
,0 *Sermonesfaneg.,* 7, *P. G.,* L, 429, Journel, 1141.
" *De fide,* ad Petrum, *P. L.,* LXV, 699, Journel, 2267. —

corporibus *suis",* ubi simul *universalitas* resurrectionis et *identitas* corporis explicite asseruntur.

(b) Ex *conciliis* et *Pontificum definitionibus : Bragarensi* (561) contra Priscillianistas [1]; *Toletano XI* (675) : "Confitemur veram fieri *resurrectionem carnis omnium* mortuorum ; nec in aerea vel qualibet alia carne (ut quidam delirant) surrecturos nos credimus, sed in *ista qua vivimus,* consistimus et movemur" 2; ex confessione fidei a S. *Leone IX* proposita (1053) : "Credo etiam veram resurrectionem ejusdem carnis, quam nunc gesto" 3; ex definitione *Benedicti XII* (1336) : "In die judicii *omnes* homines ante tribunal Christi cum *suis* corporibus comparebunt, reddituri de factis propriis rationem, ut referat unusquisque *propria corfioris,* prout gessit, sive bonum sive malum" 4. Nota in his documentis declarari simul resurrectionis *universalitatem* et *corporis identitatem.*

1174. 30 **Ratione suadetur.** (A) Resurrectio carnis non potest ex solis principiis naturalibus stricte probari. Nam, ut ait S. *Thomas* 5, nullum est principium activum resurrectionis in natura, neque respectu conjunctionis animæ ad corpus, neque respectu dispositionis quæ est necessitas ad talem conjunctionem. Unde, etsi ponatur esse aliqua potentia passiva ex parte corporis, non est talis quod sufficiat ad rationem motus naturalis.

(B) Attamen resurrectio corporis valde convenit : (a) *Ex parte Dei,* qui, cum sit *omniscius* et *omnipotens,* corpus et animam iterum conjungere potest; et qui, cum sit infinite *justus,* toti homini secundum corpus et animam convenienter retributionem largitur, (b) *Ex parte Christi,* qui vere a mortuis surrexit : cum enim Ipsi arctissimo vinculo uniamur sicut *membra capiti,* omnino decet nos Ei conformari in omnibus quæ repugnantiam non involvunt, ideoque quoad resurrectionem, ut jam S. Paulus arguebat[6], (c) *Ex parte hominis :* 1) corpus, in *ordine naturali,* est veluti animæ *socius* et *instrumentum,* nec mere passivum, cum sit pars compositi humani, sed *vere animatum,* ejusque operum sive

[1] D. B., 242. — [2] D. B., 287. — [3] D. B., 347. — [4] D. B., 531. — [5] *Supplent.* q. 75, a. 3. — [6] S. Thom., *Suppl.,* q. 75, a. 1 ; Ami du Clergé, 1926, p. 647 sq.

bonorum sive malorum particeps : operatio enim non est solius animæ, sed totius conjuncti, et in *ordine supernaturali,* per receptionem sacramentorum, præsertim Eucharîstiæ, necnon christianæ mortificationis praxi sanctificatum fuit; atqui non decet carnem, tantis privilegiis nobilitatam, in ætemum corruptam manere, ab anima separatam, omnique mercede privatam2) Secundum S. *Thomam*2, contra naturam et perfectionem animæ est absque corpore existere : anima enim humana a corpore separata aliquo modo imperfecta est, sicut pars extra totum suum existens, cum revera sit naturaliter pars humanæ naturæ ; nihil autem quod est contra naturam potest esse perpetuum. Separatio corporis ab anima est poena peccati; atqui pœna peccati non debet esse æterna ; ergo nec æterna esse debet separatio corporis ab anima.

1175. Corollaria. (A) Resurrectio est naturalis *secundum quid,* quatenus ad vitam naturalem terminatur, sed *simpliciter* est supematuralis seu miraculosa : 1) quia, ex dictis, nullum est principium activum resurrectionis in natura, sed solum in Deo qui, sicut primum univit corpus et animam, ita solus potest denuo utrumque unire; 2) quia resurrectio, quatenus est *gloriosa,* omnino vires et exigentias cujuslibet naturæ transcendit.

(B) Exinde intelligi potest quænam sint *resurrectionis causa.*

(a) Causa *efficiens :* 1) *principalis* est Deus qui utpote auctor vitæ et mortis, ‘‘vivificat mortuos et vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt ”. 2) Causa autem efficiens *instrumentaits* est *Christus ut homo,* qui, vi auctoritatis a Deo acceptæ, suscitabit mortuos “ quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei 3) Causa autem ministerialis sunt *angeli* qui mortuos evigilabunt in sono tubæ.

(b) Causa *exemplaris* est Christi resurrectio, cui nostra conformari debet sicut membra capiti similia esse debent.

(c) Causa *meritoria* est Christus, qui nobis meruit gratiam resurrectionis sicut ceteras gratias.

(d) Causa *finalis ultima* est *gloria Dei,* cui debetur omnis honor et gloria; proxima autem sunt merita electorum, quæ accedente Dei promissione, vitam æternam merentur.

l S. Thom., *Supply* q. 75, a- 1, ad 3 : ‘‘Unde operatio est conjuncti et non tantum animæ... Et quia operanti debetur operis merces, oportet quod ipse homo, compositus ex anima et corpore, operis sui mercedem accipiat”.

l *C. Gent.f* L IV, c. 79.

II. Quo sensu intelligence sit corporum suscitatorum identitas? [1]

1176. Status quæstionls. Ex allegatis Ecclesiæ documentis de fide est corpora suscitata eadem esse ac erant antea non solum *specifice,* sed etiam *numerice : specifice* quidem, quatenus erunt corpora vere humana, etsi *spiritualizata,* ut mox dicemus; *numerice,* eo sensu quod *quisque idem* habebit corpus ac antea, *substantialiter* saltem. — Sed quæstio movetur quid *requiratur* et *sufficiat* ad hanc identitatem. Ardua est quæstio et duplex etiam hodie inter catholicos proponitur sententia. Cum hic agatur de veritate revelata, ea seligenda est quæ fontibus revelatis magis consentanea videtur.

i° Quidam theologi, cum *Durando* [a] et *L. Billot* [3], putant ad hanc numericam identitatem sufficere *identitatem animæ* seu *formæ,* non vero requiri materiæ identitatem. Sic enim arguunt : quando puer fit vir, nil manet in viro totius materiæ quæ in puero erat; attamen puer et vir non sunt duo individua, sed unum atque idem, quia, etsi alia materia substituta fuit, hæc trahitur ad unitatem personæ per hoc quod semper uni formæ subjicitur. Deus igitur facere potest ut vere mortuus resurgat, ne unam quidem habens partem materiæ quam ante mortem habebat; et etiam ut, loco parvuli, resurgat adultus, et ille quidem adultus quoad corpus qui tunc exstitisset si certo annorum numero vixisset infans defunctus. — Ita penitus tollitur difficultas, quam adversarii urgent ex eo quod eadem elementa materiæ successive in variis hominibus fuerint.

1177. 2° *Communis* tamen sententia est corpus resurgentium constare *partim* saltem ex eadem numero materia ex qua prius constitit. Ita plerique theologi cum S. *Thoma;* et multi putant eam esse *moraliter certam.*

Hæc enim sententia omnino consentanea videtur modo loquendi Scripturæ, Patrum ac Conciliorum.

(A) *Scriptura* enim testatur fratres Machabæos credidisse *ipsa membra* quæ torquebantur suscitanda esse; S. Paulus testatur *hoc idem corpus* quod nunc *corruptibile* est, induturum immortalitatem;

[*] Qua de re erudite scripsit F. Segarra, S. J., in *Esltidios ecclesiasticos,* jan. 1922 et sq. usque ad jan. 1925.

[1] *In 4 Sent.,* disp. XLIV, q. I. — [3] Th. XIII, § 2.

Joannes narrat corpus Christi suscitatum esse idem corpus quod in cruce crucifixum fuerat et servare cicatrices vulnerumatqui resurrectio Christi est exemplar resurrectionis nostræ. Jamvero hæc omnia nonnisi ægre explicantur in systemate Durandi, dum omnino consentanea sunt communi sententiæ.

(B) *Patres* idem sentiunt, excepto Origene et paucis ex ejus discipulis. S. Justinus scribit[1] : " Deo credimus, quippe cum nostra etiam corpora, mortua et in *terram conjecta* nos rursus recepturos speremus, nihil non posse a Deo fieri asserentes". *Tatianus*[2] magis explicite s : " Etiamsi *mea* caro *igne evanescat,* diffusam instar Vaporis materiam mundus excepit. Etiamsi in *fluminibus,* etiamsi *in mari* absumar, etiamsi *a feris dilanier,* thesauris recondor divitis Domini... regnator autem Deus conspicuam sibi soli substantiam, ubi volet, in *pristinum statum* revocabit". S. *Aphraates*[3] : "Corpus quod *decidit in terram, idem ipsum* resurget S. *Hilarius*[4] : " Confracta reparabit (Deus) non ex alia aliqua, sed ex *vetere* atque ipsa originis suæ materie... " Quorum aliorumque doctrinam confirmat 5. *Augustinus*[6] ; " Absit autem ut ad resuscitanda corpora vitæque reddenda non possit omnipotentia Creatoris omnia revocare, quæ vel bestiæ, vel ignis absumpsit, vel in pulverem cineremve collapsum, vel in humorem solutum, vel in auras est eschalatum ". Atqui hæc omnia vix intelligi queunt nisi pars saltem corporum viventium inveniatur in corporibus suscitatis.

Idem infertur e *conciliis* jam citatis, n. 1173 : ibi enim asseritur nos resurrecturos esse in *ista came* in *qua vivimus,* — quam gestamus super terram.

(C) *Rat. theologica,* (a) *Ex ipsa notione resurrectionis :* hæc enim, juxta Patres ac theologos, est *erectio ejus quod ceciderati;* atqui id non verificatur nisi suscitetur aliquid saltem de materia quæ fuit in corpore vivente.

(b) *Ex notione sanctionis.* Corpora enim suscitantur, juxta S. Paulum, ut unusquisque referat *propria corporis,* prout gessit, sive bonum sive malum; exinde concludit *Catech. Trid.*[7] : " Hominem igitur *ex ipso corpore,* cujus opera vel Deo vel dæmoni servivit, resurgere oportet, ut *cum eodem corpore* triumphi coronas et præmia consequatur, aut poenas et supplicia miserrime perferat ".

1 *Joan.* XX, 25-28. — 2 *Apol.* I, *P. G.,* VI, 356, Journel, 120.
3 *Advers. Gracos,* 6, *P. G.>* VI, 817, Journel, 155.
4 *Demonstr.*^ VIII, 3; Journel, 686.
5 *In ps.* II, 41, *P. L.'* IX, 285, Journel, 885.
6 *De Civitate Dei,* 1. XXII, 20, i, *P. L·,* XLI, 782, Journel, 1785.
7 S. J. Damas, *Defide orthod.,* 1. IV, 27, *P. G.,* Journel, 2375.
8 P. I, art. XI, n. 9.

(c) *Ex ordinatione animæ ad corpus.* Anima enim creata est et individuata in ordine ad *hanc materiam* informandam quam reapse informavit; atqui nisi aliquid de priore materia resurgat, non videtur quomodo materia simpliciter nova, etiam ab eadem anima informata sit *proprium corpus hominis ;* ergo, ait S. Thomas [1], "nisi autem idem homo rediret ad vitam qui mortuus est, non diceretur reviviscere

1178. **Exponuntur ac solvuntur difficultates.** *Rationalists* ita arguunt : (a) sunt anthropophagi qui carnibus humanis vescantur; eadem igitur materia in pluribus hominibus successive fuit, ac proinde impossibile est unumquemque cum propria sua carne resurgere, (b) Immo omnes homines sub aliquo respectu aliorum hominum carnes comedunt; nam statim ac cadavera terne mandata sunt, mox in principia chimica resolvuntur; his nutriuntur vegetalia, quibus animalia aluntur; cum igitur vegetalia et animalia manducamus, in nostram substantiam convertimus elementa chimica quæ constituerunt substantiam aliorum hominum, et sic in infinitum. Cuinam igitur restituetur substantia quæ tot hominibus successive propria fuerit?

Ad quas difficultates solvendas, prius recolamus *principium generale* a S. Thoma[2] propositum : " Quod non impedit unitatem secundum numerum in homine, dum continue vivit... non potest impedire unitatem resurgentis. In corpore autem hominis, quamdiu vivit, non semper sunt eædem partes secundum materiam, sed solum secundum speciem ; secundum vero materiam partes fluunt et refluunt. Nec propter hoc impeditur quin homo sit unus numero a principio vitae usque ad finem... Sic igitur non requiritur ad hoc quod resurgat homo idem numero, quod quidquid fuit materialiter in eo secundum totum tempus vitæ suae resumatur, sed tantum ex eo quantum sufficit ad complementum debitae quantitatis... Si quid vero defuit ad complementum debitae quantitatis, vel quia aliquis praeventus est morte, antequam natura ipsum ad perfectam quantitatem deduceret, vel quia forte aliquis mutilatus est membro, aliunde hoc divina supplebit potentia. Nec tamen hoc impediet resurgentis corporis unitatem, quia etiam opere naturæ super id quod puer habet, aliquid additur aliunde, ut ad perfectam perveniat quantitatem, nec talis additio

[1] *Supplem.,* q. 79» *· [2] *G. Gent.,* l. IV, c. 81. — * *C. Gent.,* l. IV, c. 81.

facit alium numero : idem enim numero est homo et puer et adultus

Quibus prænotaris, difficultates propositæ satis facile solvuntur, (a) Quoad anthropophages, nullus est qui, toto vitæ decursu, solum carnibus humanis vescatur; sæpe enim fructus aut animalia manducant; in die igitur resurrectionis accipient eas materiæ partes, quas ex vegetalibusanimalibusve desumpserunt, non autem cames humanas quas comederunt, (b) Quoad herbas animaliaque quibus nutrimur, hæc non præcipuam partem substantiæ suæ acceperunt ex cadaverum elementis, sed vel ex humo vel ex aere, vel ex corporibus brutorum; unde, si forte per vitam nostram aliquot elementa materiæ habuerimus, quæ ad alios homines pertinuerunt, hæc sunt relative pauca, nec nobis necessaria erunt in die resurrectionis, cum sufficientem materiæ quantitatem aliunde acceperimus; si vero aliquid deest, suppleri potest per potentiam Dei.

i.

bî

§ II. De dotibus corporum resurgentium λ

Dicemus : i°de dotibus quæ sunt *omnibus corporibus communes;* 2° de dotibus *corporum gloriosorum.*

I. De dotibus corporum in omnibus resurgentibus.

$

Præcipuæ sunt *immortalitas* et *integritas.*

1179.i° *Immortalia* erunt corpora, ut constat ex iis quæ jam diximus de beatitudine cælesti et de pcenis inferni, cum æternæ sint beatitudo electorum et pcena damnatorum, et quidem non solum quoad animam, sed etiam quoad corpus, n. 1122, 1139. — Quod *de fide* est ex symbolo *Athanasiano* Omnes homines resurgere habent cum *corporibus suis...* et qui bona egerunt, ibunt in *vitam æternam,* qui vero mala in *ignem ceternum*

S

-i

1180. 2° *Integra* etiam erunt, i. e., omnibus suis membris et organis prædita, juxta *Catech. Trident. : " Neque* vero corpus tantum resurget, sed quidquid ad illius naturæ *veritatem,* atque ad hominis decus et ornamentum pertinet, restituendum est ".

1181. Corollaria, (a) Itaque, cum diversitas sexuum ad integritatem naturæ spectet, quisque resurget in suo proprie sexu 2 Attamen, quia homines sunt *in termino,* cessabunt illæ

Süpplem., q. 70-95, ejusque commentatores. — * *Supplent.,* q. 81, a. 3.

operationes quæ ad generationem et nutritionem pertinent ; cessabit enim propagatio humanæ speciei, et corpus non indigebit cibo materiali ad suam incorruptibilitatem servandam. Quapropter, juxta S. *Thomam* [1], comedere, bibere, dormire et generare cessabunt in resurrectione, quia ad animalem vitam pertinent. — Quo sensu intelligi possunt ipsa Christi verba[2] : "In resurrectione neque nubent neque nubentur".

(b) Communiter etiam docent theologi Beatorum corpora ea *statura* resurrectura esse quam homines *virili alate* habere solent, cum corpus suam completam evolutionem attigit; et quidem absque defectibus (v. g., cæcitate, claudicatione) quibus forsan obnoxia fuerunt [3].

II. De specialibus dotibus corporum gloriosorum.

1182. Cum Christus sit *causa exemplaris* nostræ resurrectionis, corpora gloriosa Beatorum aliquid habebunt de similitudine corporis gloriosi Christi : " Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ " [4].

Juxta S. *Paulum,* hæc similitudo quatuor speciales dotes importat [5] : " Seminatur in corruptione, surget in *incorruptione.* Seminatur in ignobilitate,surget *ingloria.* Seminatur in infirmitate, surget *in virtute.* Seminatur corpus animale, surget corpus *spiritale* ". Quæ quidem dotes vocantur : *impassibilitas* (in incorruptione); *claritas* (in gloria); *agilitas* (in virtute); *subtilitas* (spiritale).

Modo generali dici potest hujusmodi dotes esse manifestationem *imperii* quod anima glorificata exercet in corpus.

1183. i° **Impassibilitas** est qualitas corporis gloriosi excludens non solum omnem corruptionem et læsionem, sed etiam dolorem : " Et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt " [6].

Hæc autem impassibilitas oritur ex animæ perfecto dominio super sènsibilitatem corporis; quod magis aut minus erit prout anima magis aut minus Deo fruetur

1184. 2° **Claritas** est qualitas qua corpus gloriosum *fit lumi-*
nosum et perlucidum : " Justi fulgebunt sicut sol in regno Patris " [8]. Quia vero hæc claritas redundat in corpus ex gloria animæ [9], diversa erit pro diversitate gloriæ animæ : " Stella enim a stella

[*] *Supplent.,* q. 81, a. 4. — [3] *Matth.,* XXII, 30. — [3] *Supplent.,* q. 8r, a. I.
[4] *Phil.,* III, 21 ; cfr. *Rom.,* VI, 5. — [5] *I Cor.,* XV, 42-44. — [6] *Apoc.,* XXI, 4.
[7] *Supplent.,* q. 82, a. 2. — [8] *Matth.,* XIII, 43. — [9] *Supplent.,* q. 85, a. t.

differt in claritate, sic et resurrectio mortuorum " '. Insuper, cum proveniat ex merito voluntatis, subditur ejus imperio; ideoque in potestate animæ glorificatæ erit ut hæc claritas videatur aut non videatur ab oculo non glorioso '.

1185. 30 **Agilitas** est qualitas qua corpus gloriosum ita animæ, ut *motori,* subjicitur ut velociter, sine labore aut difficultate, ad nutum animæ, sese transferre valeat. Ita totus mundus corporeus erit in possessione justorum qui hac facultate uti volent, et sic visus eorum reficietur pulchritudine creaturarum in quibus relucet Dei sapientia λ

1186. 40 **Subtilitas** est qualitas qua corpus gloriosum perfecte subjicitur animæ ad quamvis actionem organicam, et id sine alimenti necessitate. Quapropter corpus dicitur *spirituale,* non eo sensu quod sit spiritus, sed quod spiritui sit omnino subjectum «.

1187. **Corollaria,** (a) Corpora gloriosa non possunt quidem, ex *virtute sibi indita,* alla corpora penetrare, cum subtilitas quantitatem dimensivam a corpore glorioso non auferat; sed id poterunt ex *operatione virtutis divina.* Attamen non convenit ut duo corpora gloriosa sint simul in eodem loco.

(b) Corpus gloriosum est *ex se palpabile,* sed ex virtute supernatural! ei competit ut, cum vult, non palpetur a corpore non glorioso s.

His diversis dotibus *accidentalis* electorum beatitudo augebitur, et ita totus homo ineffabiliter et indesinenter delectabitur.

Art. III. De judicio universali 47

1188. Resurrectionem sequetur *judicium universale.* Jam supra, n. 1070, notionem exposuimus judicii *particularis* et *universalis :* prius est id quod quaelibet anima, ut persona *particularis,* statim post mortem *privatim* subit; alterum (quod dicitur *universale, extremum, dies Domini, I adventus gloria magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi}* est id quod *in fine mundi erit, post resurrectionem, publice,* quando *omnes homines* ante tribunal Christi sistent.

' *I Cor.,* XV, 4142. — · *Suppletu.,* q. 85, a. 3. — 3 *Supplent.,* q. 84, a. 1-3.
4 *Sujplem.,* q. 83, a. 1-6. — 5 *Supplem.,* q. 83, a. 2-6.
6 S. Thom., *Supplent.*, q. 87-90; Gengel, *Tr. de judicio universali;* Palmieri, p. 131-141; Pesch, n. 718-727; Card. Lépicier, p. 491-520; J. Rivière, *D. T. C.*9 art. *Jugement** 1721-1828 cum multis auctoribus ibi allegatis.
7 *I Cor.,* III, 13; *Tit.* II, 13.

Ejus existentiam negarunt primis sæculis quidam *Gnostici;* Medio Ævo, *Albigenses;* nostris diebus *Rationalistæ, Liberales, Modernistes.*

Duo exponemus : i° *existentiam judicii universalis;* 2° præcipuas *ejus circumstantias.*

i° Existentia judicii universalis.

1189. *Thesis :* Post resurrectionem, judicium universale a Christo instituetur, in quo omnes homines de factis propriis rationem reddent.

Defide est ex variis Symbolis quæ profitentur Christum venturum esse "judicare vivos et mortuos"1, præcipue ex Symbolo *Athanasiano:* "ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis et reddituri sunt de factis propriis rationem " 2

Probatur : (A) *Script.* Judicium universale, pluries a *Prophetis* annuntiatum 3, et in libro *Sapientia* vivide descriptum 4, sæpe et lucide a Christo et Apostolis praedicatur : " Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis, et tunc reddet unicuique secundum opera ejus 5 Cum autem venerit Filius hominis in majestate sua, et omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suae. Et congregabuntur ante eum *omnes gentes,* et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hædis"6, etc... Eamdem veritatem 6'. *Paulus* sæpe inculcat : " Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum sive malum 7. — Omnes stabimus ante tribunal Christi8... Qui judicaturus est vivos et mortuos " 9. — 5. *Joannes* idem judicium clare describit : " Et vidi mortuos, magnos et pusillos, stantes in conspectu throni... et *judicati* sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum " I0.

1 D. B., 54. — 3 D. B., 40.
Isa., XXIV, 16-23; LXVI, 15-24; *Dan.,* XII, 1-3.
4 *Sap.,* V, 1-24. — 5 *Maith.,* XVI, 27. — 6 *Mallh.,* XXV, 31-46.
7 *II Cor.,* V, 10. — 8 *Rom.,* XIV, 10.
Apoc., XX, 12.

1190. (B) *Tradit.* Patres non minus diserte docent futurum esse judicium quam resurrectionem, supra, n. 1173. Jam S. *Polycarpus* scribit[1] : " Qui eloquia Domini ad desideria sua traduxerit dixeritque nec resurrectionem nec judicium esse, hic primogenitus est satanae De eo sermonem habet S. *Hippolytus* in libro *De Antichristo ;* et in opere *Adversus Græcos*[3] ait : "Cum (Dei Verbi) judicio adstantes omnes, homines, angeli, dæmones, unam hanc vocem emittent... : Justum judicium tuum". Hac veritate utitur S. *Chrysostomus* ad pænitentiam suadendam : " Ejus benignitate fidamus et pænitentiam sollicite exhibeamus, priusquam dies ille veniat, in quo nihil nobis pænitentia proderit : nunc enim in nobis tota res sita est; tunc vero judex solus erit judicii "[3]. Circumstantias judicii graphice exponunt S. *Cyrillus Hierosol.*[4] et *S. Ephræm.*[5]. Doctrinam vero theologicam de judicio contrahit S. *Augustinus* in libro *De Civitate Dei*[6].

1191. (C) *Ratio* hujus judicii *convenientiam* exhibet (a) Ratio *fundamentalis* a S. Thoma traditur? ; Quilibet homo est *singularis* persona et *pars totius generis humani.* Unde duplex judicium ei debetur : *singulare,* quod fit statim post mortem; *universale,* quando judicium dabitur de communitate cujus est pars.

(b) Insuper id decet quod divinam providentiam, majestatem Christi et gloriam electorum manifestat. Atqui judicium universale evidenter manifestabit : 1)*Deiprovidentiam;* sæpe in præsenti vita divina consilia scrutari non valemus, nec intelligere cur mala bonis, bona vero improbis sæpe eveniant; sed in die judicii ratio horum omnibus patebit, et Dei sapientiæ justitiæque laus ab omnibus tribuetur ; 2) *Christi majestatem :* in primo adventu pauper, humilis, obediens visus est; tunc autem in majestate veniet, juste judicaturus eos qui injuste eum condemnaverunt vel reje-

[1] *Ep. ad Philip,* (paulo post 197), VII, 1, *P. G., N,* 1012; Journel, 74.
[2] *Adv. Graces,* 3, *P. G.,* X, 801.
[3] *In Matth.,* homil. XIV, 4, *P. G.,* LVII, 222; Journel, 1172.
[4] *Cateches.,* XV. — [5] Praecipue in sermonibus qui *Paraneses* dicuntur.
[6] *De Civit. Dei,* l. XX, c. 30, *P. L.,* XLI, 704-708.
[7] *Supplem.,* q. 88, a. 1, ad 1; *C. Gent.,* L IV, c. 91.

cerunt, ut in nomine ejus omne genu flectatur cælestium, terrestrium et infernorum ; 3) *electorum gloriam :* sæpe enim hi per vitam injuriis et persecutionibus vexati sunt : tunc autem manifeste et publice gloria coronabuntur, dum impii qui non semel ex fictis virtutibus famam sibi acquisierant, confusione et ignominia cooperientur.

20 Circumstantiae judicii.

1192. (A) De persona judicis. Judex erit Christus ipse in forma humana, et hoc *de fide est* ex Symbolis ubi asseritur de Christo : " Qui venturus est judicare vivos et mortuos ". Licet enim judicium sit a *Deo,* ut a *causa principali,* judiciaria tamen potestas homini Christo convenit, ait S. *Thomas* x, " et propter divinam personam et propter capitis dignitatem, et propter plenitudinem gratiæ habitualis; et tamen etiam ex merito obtinuit, ut scilicet secundum Dei justitiam judex esset qui pro Dei justitia pugnavit et vicit et injuste judicatus est". Quapropter sententia a *Christo homine* pronuntiabitur, ut ex textibus jam citatis patet; et merito, nam convenit ut is, cujus redemptionis beneficio ad regnum cælorum admitti valemus, judicio praesideat 2

Cum gloria et majestate veniet, Angelis eum comitantibus : "Tunc parebit signum Filii hominis in caelo "3; quod Patres de signo crucis 'intelligunt : hinc canit Ecclesia : " Hoc signum crucis erit in cælo, cum Dominus ad judicandum venerit ".

Cum Christo, et sub Christo, *Apostoli* judicabunt duodecim tribus Israel, quasi *assessores* 4, sententiam latam pronuntiando.

Perfecti viri, qui relinquunt omnia ut sequantur Christum, juxta S. *Thomam* s, judicabunt etiam cum Christo, " in quantum in eis continentur decreta divinæ justitiæ, ex quibus homines judicabuntur; sicut si liber in quo continetur lex, judicare dicatur".

Angeli autem, cum non sint humanæ naturæ participes, non *proprie* judicabunt, sed *improprie* tantum, scilicet per sententiæ approbationem 6.‡

l *Sum. theol.,* 3, q. 59, a. 3. — ' S. Thom., *Suppi.,* q. 90, a. 1.
1Matth.,XXIV, 30. —4 *Luc.,* XXII, 30. — s*Suppi.*, q. 89, a. I.— 6 Ibid., a. 3.

1193. (B) De judicandis. Hi sunt *omnes homines,* ut ex textibus allatis constat. *Certum* est quoad *adultos.* Ratio est quia "potestas judiciaria Christo-Homini collata est in præmium humilitatis quam in passione exhibuit. Ipse autem in sua passione sanguinem pro *omnibus* fudit... Et ideo congruum est ut *omnes* homines in judicio congregentur ad videndum ejus exaltationem in humana natura, secundum quam constitutus est a Deo judex vivorum et mortuorum " '.

Communiter receptum quoad *parvulos;* ait enim S. *Thomas* 3 : "Etiam pueri *ante perfectam atatem decedentes* in judicio comparebunt, non ut judicentur, sed ut videant gloriam judicis". Excipientur forsan infantes non baptizari, qui in limbo erunt λ Juxta quosdam tamen, judicabuntur non judicio *discussionis,* sed judicio *retributionis* quod est pro omnibus hominibus.

Infideles (positivi) judicabuntur non quidem judicio *discussionis,* sed judicio *retributionis* quatenus veluti hostes condemnabuntur.

Quoad *angelos* autem, ita distinguit S. *Thomas' :* 1) Judicium *discussionis* eis non competit, cum in bonis nihil mali et in malis nihil boni inveniatur discutiendum; quantum ad propria *merita,* jam judicati sunt et suam sortem consecuti. 2) Judicio autem *retributionis* judicabuntur quantum ad merita bona vel mala hominum, quos ad bene vel male agendum induxerint.

1194. (C) Materia judicii erit uniuscujusque vita moralis integra, quidquid cogitatione, verbo, opere, commissione aut omissione, *boni* vel *mali* fecerimus : "Qui et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium " s. Etiam *verba otiosa* manifesta fient : " Omne verbum otiosum, quod loculi fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii"6.

Communius asseritur etiam peccata justorum in die judicii manifestanda, ut sic melius cognoscatur pænitentia de illis peccatis et misericordia Dei : talis autem manifestatio nullam tristitiam aut pudorem Beatis afferet 7.

Probabilius judicium non per vocalem locutionem, sed per *mentalem manifestationem* fiet, ut tradit S. *Thomas* 8; unde cito peragetur, sed sententia omnibus tamen judicandis manifestabitur 9, ita ut quisque sua et aliorum facta clare noscat.

(D) Sententia finalis probabilius locutione sensibili a Christo proferetur: "Venite, benedicti... Discedite a me. maledicti". — Quæ quidem statim exsecutioni mandabitur : " Et ibunt hi in supplicium æternum, illi autem in vitam æternam ".

1 S. Thom., *Suffi.,* q. 89, a. 5. —' *Suffi.,* q. 89, a. 7.
3 Suarez, *Dt feccatis,* disp. VII, sect 6.
4 *Suffi.,* q. S9, a. 8. — 5 *I Cor.,* IV, 5. — 4 *Maith.,* XII, 36.
7 S. Th., *Suffi.,* q. 87, a. 2. — · *Suffi.,* q. 88, a. 2. — ' Ibid

1195. (E) Locus judicii dicitur esse vallis *Josaphat';* cum autem vox *Josaphat,* juxta chaldaicam interpretationem, idem significet ac *Deus judex,* nil ex hoc nomine deduci potest quoad judicii locum.

Conclusio practlca Tractatus.

1196. *Frequens novissimorum meditatio* ac *prædicatio* est efficacissimus *stimulus* ad recte et christiane agendum. Hac enim meditatione evidenter apparet vitam praesentem brevem, momentaneam esse, et ad nihil valere nisi ad praeparandam vitam aeternam. *Præterit enim figura hujus mundi*2... *Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus* 3. Maximi igitur refert ut totam nostram vitam in Deum ultimum finem ordinemus : quem si attingimus, in possessione Dei per beatificam visionem et amorem, aeterna beatitudine fruemur ; si autem ab eo avertimur, aeternis suppliciis devovebimur. Jamvero, ut ait S. *Paulus,* " existimo enim quod non sunt condignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis 4... Id enim quod in praesenti est *momentaneum* et *leve* tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriae pondus operatur in nobis " 5.

Quapropter, cum matre Ecclesia, quotidie dicamus : " Dirigere et sanctificare, regere et gubernare dignare, Domine Deus, Rex caeli et terrae, hodie corda et corpora nostra, sensus, sermones et actus nostros in lege tua et in operibus mandatorum tuorum : ut hic et in æternum, te auxiliante, salvi et liberi esse mereamur, Salvator mundi, qui vivis et regnas in saecula saeculorum " 6.

• *Jod,* III, 2. — *I Cor.,* VII, 31. — 3 *Hebr.,* XIII, 14· ~ 4 VIII, 18.
5 / *Cor.,* IV, 17. — 6 *Breviar. Rom.,* ad Primam.

CONCLUSIO GENERALIS THEOLOGIÆ DOGMATICÆ.

De Communione Sanctorum

1197. Status quæstionis. (A) Articulus de *communione sanctorum* : " Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, *Sanctorum communionem* ", Symbolo Apostolorum insertus apparet quinto saeculo apud Ecclesias Galliae [1].

Vox *communio* idem significat ac participatio. Vox *sanctorum* dupliciter sumitur : sensu masculino, pro sanctis qui gratia habituali ornantur; sensu *neutro,* pro *bonis spiritualibus.* Communio sanctorum duo igitur significat, nempe communionem *inter varia membra* Ecclesiæ *militantis, patientis* et *triumphantis;* necnon participationem quamdam *bonorum spiritualium* quæ Ecclesiæ propria sunt; quæ duo sunt intime connexa : ex eo enim quod membra Ecclesiæ inter se uniuntur, merito infertur inter ea quamdam esse participationem eorumdem bonorum.

Fundamentum hujus communionis est *unitas* Ecclesiæ *triumphantis* in cælo, *patientis* in purgatorio, *militantis* in terra. Omnia enim membra Ecclesiæ simul coadunantur vinculo *caritatis* quam Spiritus Sanctus in eorum corda infundit. Vi hujus solidaritatis, spirituales relationes *inter se* habent, et participant gratias quæ ex Christo capite dimanant.

Hoc dogma altissimas projicit *radices* in alias veritates fidei catholicæ : (a) primario defluit e doctrina de *Christo angelorum et hominum capite (Tr. de Verbo incarnato,* η. 1191) : nam ex eo quod hi Christo capiti uniuntur, sequi-

[1] S. Thom., 3, q. 8; Suarez, De Incarnat., disp. XXIII; Petavius, *De Incarnat.,* lib. XII, cap. 17; Franzelin, *De Ecclesia,* th. II, XVII-XX, XXII-XXV; M. Lamache, *Zz Dogme de la Communion des Saints* (thèse), Lyon, 1912; P. Bernard, *Communion des Saints,* in *D. T. C.,* III, 429-454; R. Bour, ibid., 454-4S0; S. Urtevent, *L'uniti de ГEglise du Christ.*

[2] Controvertitur autem utrum hic articulus primum in Gallia ortus fuerit, an originem duxerit ab Oriente : cfr. Kirsch, *Die Lekre von der Gemeinschaft der Heiligen in christlichen Altertum,* 1900, ch. 6; P. Bernard, l. c., 429 sq.

tur eosdem, per Christum et in Christo, *inter se conjungi,* et eorumdem *bonorum* per Redemptionem acquisitorum *participes* esse; (b) connectitur etiam cum doctrina de SS. *Trinitate,* de *Gratia* et de *Sacramentis,* cum bona spiritualia a Christo acquisita diffundantur *reapse* per totam Trinitatem et *attributive* per Spiritum Sanctum; et aliunde hæc primario consistant in *vita deiformi* seu *gratia,* quæ præcipue per *sacramenta* dispensatur; (c) necnon cum *Tr. de Ecclesia,* cum Christus, quatenus Ecclesiæ caput, omnes fideles communi nexu ejusdem regiminis et doctrinae eorumdemque sacramentorum coadunet; (d) tandem cum doctrina de operibus *meritoriis* et *satisfactoriis,* de *cantate* et *oratione,* quatenus omnes fideles, caritatis vinculo uniti, aliquam participationem accipiunt meritorum, satisfactionum et orationum aliorum Ecclesiæ membrorum, immo et intercessione Angelorum Beatorumque spiritualia consequuntur bona. Est igitur veluti *synthesis* praecipuorum fidei dogmatum.

(B) Quam doctrinam variis modis impugnant *Protestantes liberales : (yi)* alii dogma communionis Sanctorum intelligunt de quodam polytheismo in quo Sancti a catholicis colerentur sicut diix; (b) alii nihil vident in communicatione reciproca meritorum nisi systema quoddam mere mechanicum justificationis quo homines ab extrinseco justificantur sine propria singulorum cooperatione morali2 3 — In utroque casu contendunt hoc dogma, primis sæculis incognitum, inventum fuisse a Scholasticis, aut forsan a S. Gregorio Magno.

Catholicæ doctrinæ expositione luculenter constabit quantum *Protestantes liberales* hoc dogma adulteraverint.

1198. *Thesis :* **Datur communio sanctorum vi cujus omnia Christi membra per Christum et in Christo arctissime inter se uniuntur, atque spiritualia bona, etsi diverso gradu, participant.**

De fide est tum ex *Symbolo Apostolorum* tum ex *magisterio ordinario Ecclesiæ* 3.

1 M. Nicolas, *Le symbole des ApSires,* p. 249; A. Harnack *, *Dogmengeschichte,* § 46, p. 216.

' A. Viguié, art. *Communion des Saints,* in *Encyclopédie des sciences religieuses (Lichtenberger),* III, 286.

3 Qnod constat ex universali expositione catechismorom ; cfr. *Catechismo bubblicalo per ordine di S. S. Pio X,* Rotua, 1912, p. 31.

Declaratur. Ecclesia in terra militans non est tantum *societas externa* quæ, in ordine ad vitam æternam, visibili regitur hierarchia; sed simul *societas spiritualis et mystica,* cujus caput est Christus, et cujus membra, per admirabile consortium caritatis et vitæ supernaturalis, cum Sanctissima Trinitate et Christo, cum Sanctis, Angelis et animabus Purgatorii, et inter se connectuntur.

(a) Ex una parte, *Deus* et *Christus* in omnia Ecclesiæ membra *tona, gratia* vel *gloria* infundunt; ex altera, in Deum et Christum *membra Ecclesia refundunt laudes,* gratiarum actiones ceterosque actus religionis, præsertim per orationem publicam quæ in sacrificio Missæ suam perfectionem attingit; (b) Sancti intercedunt pro fidelibus terræ et Purgatorii animabus; (c) fideles terrae Sanctos orant et pro Purgatorii animabus deprecationes, satisfactiones et indulgentias offerunt; (d) animæ Purgatorii pro fidelibus terræ deprecantur.

Itaque, inter Deum et omnia Ecclesiæ membra, inter membra Ecclesiæ ad invicem, regnat caritas, quæ est "*vinculum perfectionis*", et eo usque tandem progredi debet ut in ætemum omnes Sancti et omnes Angeli sint in unum consummati et unus cum Deo spiritus x.

1199. Probatur : i° Scriptura, (a) In *Synopticis* evangeliis videmus a Christo annuntiari, præparari et fundari *regnum Dei* in quo homines ad acquirendam *vitam spiritualem* 3et *salutem*4coordinantur non tantum potestate hierarchica Ecclesiæ, sed mutua et maxime concordi *caritate* 5, ita ut efforment veram *familiam* cujus Deus est *Pater*6.* Hoc autem regnum coalescit non tantum ex fidelibus in terra degentibus, sed etiam ex electis et Angelis 7, quorum gaudium, præ flagranti qua consumuntur caritate, increscit peccatoris etiam perditissimi conversione 8.

(b) Dogma communionis Sanctorum clarius elucescit in *Christi sermone* post ultimam coenam : i) declaratur unio discipulorum *cum Christo* comparatione vitis et ramorum :

• *I Cor.,* VI, 17. — « *Maith.,* III, 2; XII, 28; *Marc.,* I, 15; *Luc.,* XVII, 20.
3 *Maith.,* X, 14, 15, 40; XVIII, 17; *Marc.,* XVI, 15; *Luc.,* X, 16.
4 *Maith.,* XII, 20.
5 *Matth.,* XXII, 37-40; *Luc.,* XIV, 12-14; *Marc.,* XII, 33.
4 *Matth., V,* 45; VI, 9; *Luc.,* XI, 2; XII, 49.
1 *Maith.,* XIX, 28; *Lue.,* XX, 30.— · *Luc.,* XV, 10.

"Ego sum vitis, vos palmites; qui manet in meet ego in eo, hic fert fructum multum" [1] : itaque, sicut rami a vite motum, succum et vim fructificandi accipiunt, ita fideles a Christo accipiunt motum et vitam spiritualem necnon vim fructus salutares proferendi ; 2) postea vero eorum unio *inter se,* quæ aliquo modo imitatur unionem trium divinarum personarum [2] : " Omnes *unum sint,* sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi *unum sint...* Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, ut *sint unum,* sicut et nos unum sumus". — Utramque unionem exponit S. *Joannes* [3] : "Quod vidimus, et audivimus annuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre et cum Filio ejus Jesu Christo".

(c) Idem dogma sæpe et diserte proponit S. *Paulus,* asserens Christum esse *caput morale* corporis mystici, cujus nos membra sumus [4]; ex quo tria infert : i) *singulos fideles* spiritualiter *proficere omnibus totius Ecclesiæ* militantis precibus, operationibus, gratiis et meritis, ita ut totum bonum communitatis sit uniuscujusque partis emolumentum [5] : omnes enim sumus *corpus Christi;* sed *corpus non est unum membrum, sed multa;* unde " si quid patifbr unum membrum, compatiuntur omnia membra; sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra" 6; 2)adesse insuper communionem inter Ecclesiam *militantem* et Ecclesiam *triumphantem :* siquidem caritas, qua fideles conjunguntur, nunquam excidit, ideoque precibus fiducialiter ad Sanctos accedere valemus : " Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem caelestem, et multorum millium angelorum frequentiam, et ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cælis, et judicem omnium Deum, et spiritus justorum perfectorum, et testamenti novi mediatorem Jesum " 7 ; 3) adhuc esse communionem inter Ecclesiam *militantem* et Ecclesiam *patientem :* siquidem Paulus effusa caritate misericordias Domini carissimo Onesiphoro defuncto ad precatur [8].

[1] *Joan.,* XV, 5. — [3] *Joan.,* XVII, 21, 22. — [3] *I a Joan.,* I, 3.
[4] *Κοηι.,'Υλλ,* 4, *Cor.,* XII, 12-27; *Epies.,* I, 22-23; *Coloss.,* I, 18, II, 19; III, 14-15, etc.
[5] *I Cor.,* XII, 4-6; *Ephes.,* IV, 4-6.
[6] *41 Cor.,* XII, 14, 26, 27. — [7] *i Heb.,* XII, 22-23. — [8] *I7 Tim.,* I, 18.

1200. 2° Traditione L (a) Per *tria priora sæcula,* duo praecipua hujus dogmatis elementa sparsa inveniuntur in operibus Patrum, nempe participatio quædam omnium fidelium in bonis operibus et precibus ceterorum, necnon relationes inter Ecclesiam *militantem* et Ecclesiam *triumphantem-*

Ita S. *Clemens Papa* docet fideles unum corpus in Christo constituere, et in orationibus meritisque communicare, immo et Beatis uniri quos imitari debent ; 5. *Ignatius Martyr* se offert ut piacularem hostiam pro Ephesiis, orat pro fidelibus diversarum ecclesiarum, seseque fidelium orationibus commendat quæ in Deo et caritate fiunt 3; *Clemens Alex,* describit angelos circumdantes discipulum Christi orantem etiam privatim ; *Origenes* 4 diserte asserit, ex testimonio seniorum, Beatos pugnare nobiscum et adjuvare nos orationibus suis; quod et testatur S. *Cyprianus*

(b) *Quarto sæculo,* magis explicite asseritur communio non solum cum Ecclesia *triumphante,* sed etiam cum Ecclesia *patiente :* missæ enim sacrificium offertur in memoriam eorum qui regnant cum Christo, " ut Deus eorum precibus et legationibus orationem nostram suscipiat ", et pro defunctis ut sit eis adjumentum6.

Insuper jam *ratio* hujus communionis expenditur :

1) *Grcui,* cum 5. *Basilio,* eam reponunt in influxu *Spiritus Sancti,* qui non tantum fideles in terra degentes, sed etiam Beatos in cælo regnantes eadem caritate coadunat, et ex utrisque unam effbrmat civitatem, quæ est civitas Dei L

2) *Latini,* cum SS. *Hilario*3 et *Ambrosio* eam potius referunt ad doctrinam *de Ecclesia :* cælestis Ecclesia est veluti forma Ecclesiæ terrestris, quam protegit et adjuvat; fideles autem, communione corporis Christi et virtutum praxi, disponuntur ad ingrediendam civitatem sanctam Jerusalem, et si qui peccaverint, fratrum orationibus niti debent ad veniam a Deo exposcendam.

I P. Bernard, 1. c., 432-447.

II Corinth., XXXVIII, I; LII, 2; LV, 6.

3 *Ephes.,* VIII, II; *Magnes.,* XIV; *Philad.,* V, i, etc.

4 *In Num.,* homil. XXIV, n. i, *P. G.,* XII, 757; *De orat.,* XI, I, *P. G.,* XI, 448.

5 *De habitu virginum, P. L.,* IV, 464.

6 Ita S. Cyrillus Hierosol., *Caieches.,* XXIII, 9, *p. L.,* XXXIII, 1116; ita pariter in ceteris *Liturgiis.*

1 *Lib. de Spiritu S.,* XXVI, 61, *P. G.,* XXXII, 1S1.

4 *Tract, in Ps. LXIV,* 6 et *CXXIV,* 4, *P. L.,* IX, 421, 681.

9 *Expos, in Lucam,* V, II, *P. L.,* XV, 1723.

1201. (c) *Quinto sæculo, S. Augustinus* hujus doctrinae theologicam synthesim tradit, quam postea sequentur et ampliabunt Scholastici.

1) Primo quidem tanquam principium inconcussum statuit *Ecclesiam* esse *corpus Christi,* et quidem caritate ad unitatem redactum I3 Unde ii tantum hujus unitatis perfecte participes sunt qui habent caritatem a : hæretici autem et schismatici ab hac unitate avulsi sunt, peccatores sunt membra aegra et languida : pro haereticis et peccatoribus est tamen orandum, ut ad Christum redeant. — Ad unitatem corporis Christi nobiscum pertinet *Ecclesia cceli :* " Templum ergo Dei sancta est Ecclesia, scilicet universa in caelo et in terra" 3; pertinent omnes fideles ab initio (mundi) usque ad finem, ''adjunctis etiam legionibus et exercitibus angelorum, ut fiat illa una civitas sub uno rege''45 — Neque a corpore Christi excluduntur animae in Purgatorio detentæ, quæ pietate viventium relevantur, præsertim quando pro eis offertur sacrificium missæ (supra n. 942). 2) Hujus autem corporis *caput* est *Christus, anima* est *Spiritus Sanctus :* " Totus Christus et caput et corpus est " 5. " Societas unitatis Ecclesiæ Dei tanquam proprium est opus Spiritus Sancti, Patre et Filio cooperantibus " 6.7 3) Ex quibus sequitur inter Christianos *vitam esse communem,* quippe qui per Christum et in Christo virtute Spiritus Sancti uniantur et ejusdem vitæ divinæ sint participes : " Officia diversa sunt, vita communis " 7; fideles esse filios martyrum, qui pro nobis intercedunt et quos colere debemus : " Fructus laboris illorum etiam nos sumus " 8.

1202. 30 Ratione convenientiae. (A) *Ex parte Dei.* (a) Sicut in ordine naturali lex *solidaritatis* viget, qua omnes homines inter se connectuntur, et in multis communibus bonis participant; ita decebat in ordine supernatural! justos *aim Deo* et inter se *conjungi,* caritate affectiva et effectiva ; et in eisdem bonis spiritualibus communicare, nempe gratia, sacramentis, orationibus, suffragiis, etc.; nam *inter fratres omnia sunt communia,* (b) Creaturae nobiliores nobiliori operi Dei, æternæ scilicet animarum saluti, cooperantur,

1 *De unilale Ecclesia,* c. II, *P. L.,* XLIII, 392.
* *De baptismo contra Donatistas,* 1. III, c. 17, *P. L.,* XLIII, 149.
3 *Enchiridion,* c. 56, *P. L.,* XL, 258.
4 *Enarr. in Psalm.,* XXXVI, serm. III, 4, *P. L.,* XXXVI, 385.
5 *Serm.* CXmi, η. I, *P. L.,* XXXVIII, 754.
6 *Serm.* LXXI, n. 20, *P. L.,* XXXVIII, 463.
7 *Serm.* CCLXVII, n. 4, *P- L,,* 1231.
» *Serm.* CCLXXX, I, n. 6., *P. L.,* XXXVIII, 1283.

dum sibi invicem auxilium et solamen afferunt offerendo pro fratribus vivis aut defunctis preces, satisfactiones, merita, etc. (c) Quod quidem præstant, duce et adjuvante *Spiritu Sancto,* qui, cum Ipse tamquam causa *principalis* omnes sanctificet, sive Angelos sive homines, quibusdam utitur creaturis intellectualibus tanquam *instrumentis animatis* ad alias sanctificandas, et ita omnes in eadem societate spirituali conjungit, et participes efficit eorumdem bonorum.

(B) *Ex parte Christi.* Data *redemptione* generis humani *per Christum* Deum hominem, omnino decebat hanc communionem hominum cum Deo et inter se fieri per Eum qui est *mediator* inter cælum et terram, et qui, postquam reconciliavit homines cum Deo, eosdem *inter se* conjunxit non solum arctissimo caritatis vinculo, sed etiam communicatione ejusdem vitæ deiformis, eorumdem sacramentorum, suffragiorum, etc.

1203. It» intelligitur *quinam* hujus communionis *participes* sint, — et *quomodo manifestetur* eadem communio.

(a) Quinam *hujus communionis sintparticipesl*

Responsum generale est eos omnes esse participes qui a *Christo capite* aliquem *influxum* accipiunt.

Jamvero Christus est caput : 1) omnium hominum, secundum diversos gradus : *actu* beatorum et justorum in terra aut in purgatorio degentium quibus gloriam aut gratiam largitur, immo et peccatorum quibus fidem et spem concedit; *in potentia* haereticorum et infidelium, quibus meruit gratiam salutis, et in quos influit ut eos ad fidem adducat; ideoque beati, justi et peccatores per Christum unum efficiunt corpus, et, sicut membra ejusdem corporis, *ejusdem vita,* etsi *diverso gradu, participes* fiunt. 2) Christus est etiam *caput Angelorum,* etsi minus perfecte quam hominum, in eos infundens gloriam saltem *accidentalem,* per Eum homines Angelis uniuntur, et cum eis unum corpus mysticum efficiunt.

(b) Quomodo manifestetur communio sanctorum?

1) *Per caritatem mutuam.* Omnia membra corporis Christi mystici se mutuo diligere debent *fraterna caritate.* Id sane Christus inculcat, dicens : “ In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem”1. Idem Apostoli praedicant, v. g., 5. *Paulus,* Corinthios hortans “ ut non

[1] *Ioan.,* XIII, 35.

sit schisma in corpore, sed idipsum pro invicem sollicita sint membra" '; *S. Joannes,* discipulis scribens : " Diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis " ', eosque monens nullum diligere Deum si fratrem suum oderit 3. Quæ caritas non solum *affectiva* sed et *effectiva* esse debet, immo quandoque *heroica :* " Quoniam ille animam suam pro nobis posuit, et nos debemus pro fratribus animas ponere... Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate " 4.

2) Per *speciales relationes* quæ existunt inter varia membra corporis mystici Christi.

Ecclesia *militans honorat* et *invocat* Ecclesiam *triumphantem·,* suis autem suffragiis juvat *patientem* Ecclesiam.

Ecclesia patiens honorat et invocat Ecclesiam *triumphantem·,* intercedit autem pro Ecclesia *militante.*

Ecclesia *triumphans* intercedit pro *militante* et pro *patiente* Ecclesia.

Quæ quidem omnia fiunt *per* Christum et *cum* Christo et *in* Christo : ita *laudes* quæ Deo persolvuntur, et *petitiones* quæ Ei fiunt multo majorem efficaciam consequuntur, quia aliquid unum efficiunt cum ipsius laudibus et orationibus quas nostras facimus.

Decipiuntur itaque Protestantes dum asserunt communione sanctorum quamdam *spiritualem otiositatem* foveri. Nam e contra maxime *augetur* nostra *activitas,* dum cogitamus de sanctis in cælo regnantibus, qui nos adjuvant; de animabus in purgatorio pro quibus suffragia offerre debemus ; de fratribus nobiscum in terra militantibus qui suis precibus et exemplis nos juvant et quos et ipsi juvare debemus; sed præsertim de Christo capite, qui in nobis vivit ad interpellandum pro nobis, et sicut aquila nos pueros suos ad orandum et agendum provocat, nostrisque orationibus et actibus tantam efficaciam addit.

1204. Conclusio. Ex dictis apparet communionem Sanctorum esse quasi *synthesim* theologiæ tum dogmaticæ tum moralis. Etenim : (a) Deus unus et trinus est *causa exemplaris* hujus communionis : " Ut sint unum sicut et nos unum sumus"; *causa efficiens principalis* est reapse tota Trinitas, quæ sola gratiam et gloriam seu participationem vitæ divinæ largiri potest; et per attributionem Spriritus Sanctus; *causa instrumentalis principalis* et *meritoria* est Christus, utpote caput Ecclesiæ in suo triplici statu consideratæ ; *causa instrumentalis secundaria* sunt sacramenta;

1 *I Cor.,* XII, 25.
* *1 Joan.,* III, 23. — 3 *I Joan.,* IV, 20. — 4 *I Joan.,* III, 16, 18.

causaformalis est gratia, cum comitatu virtutum infusarum, qua vitæ divinæ participes efficimur; *causa finalis* et *consummatio* est gloria cælestis in qua erit societas perfecta et æterna sanctorum cum Christo et gloriosa Trinitate.

(b) Omnia autem *præcepta* et *consilia* ac virtutum exercitium ad hoc tendunt ut caritas magis ac magis in corpore Christi augeatur, et ita unio inter membra et cum Capite magis ac magis perficiatur usque dum consummetur in beatissima visione et caritate et possessione Dei, cui sit honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Finem huic *Synopsi theologice dogmatica* imponens, ea omnia quæ scripsi judicio Ecclesiæ humiliter subjicio : si quæ sint, præter intentionem, minus recte dicta, ea pro non scriptis haberi volo, et a lectoribus emendari.

INDEX RERUM ALPHABETICUS

Abercii inscriptio, 646.

Ablutio aquæ est materia proxima baptismi, 467 ; quomodo fieri debeat, 470.

Accidentia eucharistica objectivam realitatem servant,672; non inhærent proprio subjecto, 679 ; sine subjecto subsistunt, 680 ; in seipsis subsistunt, 681; quid agere et pati valeant, 682. Solvuntur difficultates ex his accidentibus desumptæ, 707, 708.

Acolythatus, 1043.

Actus heroicus, 1136. not

Adductio non sufficit ad transsubstantiationem, 669.

Adrumetini monachi de gratia, 16.

Adultorum infidelium salus, 231.

Ætemitas cælescis beatitudinis, 1122; ætemilas pœnarum infemi : a quibus negatur? 1138; demonstratur, 1139 ; rationi non adversatur, 1152.

Agilitas corporum Beatorum, 613.

Alexander VIII damnat Jansenianos, 237'

Alphonsi de Liguori (S.) systema de gratia efficaci, 251.

Altare ejusque apparatus, 836.

Ambrosius (S.) de necessitate gratiæ, 153; præsertim quoad tentationes, 193 ; de gratia habituali, 75, 89. ; de necessitate baptismi, 504; de sufficientia caritatis cum voto baptismi, 517; de reali Christi præsentia in eucharistia, 638; de transsubstantiatione, 661; de aeternitate pœnarum, 1147,

Amentes quoad baptismum, 524 ; confirmationem, 583 ; communionem, 926 ; ex. unctionem, 972.

Americæ Latinæ plen. Concilium, de prima sollemni communione, 922, not. t.

Amor beatificus, 1106.

Amor Dei naturalis quo sensu possibilis sine gratia? 197. Amor Dei erga nos effulget in Eucharistia, 410.

Amor erga Christum in Eucharistia augetur, 649.

Anabaptistæ de baptismo per immersionem, 466.

Anglicanæ ordinationes, 1036.

Anglicani de sacrificio missæ, 724; de ordine, 987.

Animæ separatae facultates, modus cognoscendi, immutabilitas, modus essendi in loco, 1065-1068.

Animarum in purgatorio status,

Antichristus, 645, 1168.

Apparitiones Christi in Eucharistia, 702.

Appetitus videndi Deum, 125, 1105.

Applicatio fructuum missæ, 795.

Aqua vino miscenda, 264 ; aqua baptismi, 462.

Attentio in ministrandis sacramentis, 425.

Attritio in baptismi receptione, 522 ; in extrema unctione, 974.

Augmentum gratiæ est objectum meriti, 275.

Augustini (S.) doctrina de gratiæ actualis necessitate, 154; etiam ad initium fidei, 161 ; de gratuitate gratiæ, 204; de necessitate gratiæ ad superandas tentationes, 193; de dispensatione gratiæ, 213; etiam peccatoribus, 216; de libero arbitrio sub influxu gratiæ, 239; de cooperatione cum gratia, 242 ; de convenientia sacramentorum, 295 ; de numero sacramentorum, 312; de causalitate sacramentorum, 369 ; de reviviscentia baptismi, 387 ; de charactere sacramentali, 395; de efficacia sacramentorum ab indignis collatorum, 409 ; de necessitate baptismi quoad infantes, 504 ; de præsentia Christi in eucharistia, 639 ; de sacrificio missæ, 730; de sacramento ordinis, 994; de ætemitate pœnarum inferni, 1148.

« In boc Indice numeros marginales indicamus.

Augustiniani de necessitate gratiae ad opus naturaliter bonum, 178; de gratia efficaci, 249.
Aureolae Beatorum, 1115.
Azymus panis ad eucharistiam, 859.

Baii errores de gratia exponuntur, 21, 178; confutantur, 179, 183.
Balsamum in confirmatione, 564.
Baltimorense C. II de Sacramentalibus, 449, not. I; de visitando SS. Sacramento, 714, not. 2.
Baltimorense C. III de obligatione ministrandi sacramenta, 426, not 3.
Bannez thomismum propugnat, 244.
Baptismi sacramentum, 450; definitio, 452; figura, 454; divina institutio, 456; materia remota, 462; proxima, 466; forma, 471; effectus, 477; minister, 489; subjectum, 495; necessitas, 497; media quibus suppletur, 509; baptismus flaminis, 515; baptismus sanguinis, 510; baptismus infantium, 525; acatholicorum, 531; adultorum, 519; neoconversorum, 537; baptismi iteratio. 535-
Baptistarum errores exponuntur, 466; confutantur, 467.
Basilius (S.) de gratia habituali, 89.
Bayma de transsubstantiatione, 666.
Beati in caelo Deum vident intuitive, 1085; sunt impeccabiles, 1121.
Beatitudo in genere, naturalis ac supernaturalis, 1083.
Beatitudo eælestis essentialis, 1083 sq.; accidentalis, 1110. Eeatitudinis proprietates, II17 sq.
Beatitudinis formalis essentia, 1108.
Beda Ven. de ex. unctione, 950.
Bellarminus de gratia congruente, 246; de Purgatorio, 1134, not. 3.
Bellord de sacrificio missæ, 736.
Benedictio aquæ baptismalis, 465;
Benedictio SS. Sacramenti, 714.
Benedictus XII de intuitiva Dei visione, 1085.
Berengarii error de eucharistia, 604.
Bessarion de epiclesi, 876.
Billot L. de possibilitate pro justis supernaturaliter agendi sine gratia actuali, 165; de essentia gratiæ actualis, 136; de causalitate sacramentorum, 377; de sacrificio Missæ, 753; de sacramentalitate ordinum

Binatio missæ, 822.
Boetius de beatitudine, 1083.
Bonaventura (S.) de remedio peccati originalis, 302; de causalitate morali sacramentorum, 374; de Purgatorio, ''34-

Cælestinus I de necessitate gratiæ ad superandas tentationes, 193.
Cælum, 1083.
Cæsarius (S.) semi-pelagianos confutat, 162.
Cajetanus de salute non-baptizatorum infantium, 230.
Calvinistæ seu Presbyteriani de gratia errant, 20; de sacramentorum numero, 308; de eorum efficacia, 363; de confirmatione, 553; de præsentia Christi in eucharistia, 605; de sacrificio missæ, 724; de ex. unctione, 945; de ordine, 987; de Purgatorio, 1124.
Capacitas sacramenta recipiendi, 439.
Cassianus semi-pelagianismo favet, 161.
Catechumeni quomodo ad baptismum praparabantur, 545.
Catharinus de certitudine propriæ justificationis, 67; de intentione ministri sacramentorum, 417.
Causalitas sacramentorum, 365, 372; causalitas moralis, 373; physica, 376; intentionalis, 377.
Ceremoniae sacramentorum, 435; baptismi, 545; confirmationis, 589.
Character sacramentalis, 392; ejus natura, 399; dotes, 403.
Chiliasmus, 1070, 1078.
Chrisma, materia confirmationis, 563.
Christus sacramentorum institutor, 329; præsertim eucharistiæ, 594; substantialiter præsens in eucharistia, 609.

In hoc Indice numkkos mahginalbs indicamus.

Chrysostomus (S.) de gratiæ necessitate, 153; etiam aliquando ad bonum naturale peragendum, 193; de libero arbitrio sub influxu gratiæ, 239; de sacramentorum efficacia, 368; de baptismi effectibus, 482; de praesentia Christi in eucharistia, 636.
Circumcisionis origo et efficacia, 304» 3°7·
Circumscriptive in loco non est Christus in eucharistia, 698.
Claritas corporum beatorum, 1143.
Clericorum a laicis distinctio, 989.
Clemens (S.) Papa de ordine, 993.
Clemens Alex, de effectibus baptismi et gratia sanctificante, 482 ; de præsentia reali, 635.
Cælestius pelagianismi fautor, 15.
Communio sacramentalis non est necessaria necessitate medii, 911; sed præcepti, 914; communio sub utraque specie, 915; communionis paschalis præceptum, 920 ; privata communio puerorum, 921; solemnis, 921 ; communio amentium etc., 926 ; communio frequens, 936 ; communio spiritualis, 941.
Communio sanctorum, 1197; ejus existentia, 1198; quinam hujus communionis sint participes? 1203; quomodo sit synthesis theologiæ dogmaticæ, 1204.
Concelebratio missæ, 778.
Condignum meritum, 255.
Condonatio missarum, 817.
Confirmatio est sacramentum a Christo institutum, 554; ejus materia et forma, 561; effectus, 569; minister, 576 ; subjectum, 582; ceremoniæ, 589.
Congruismus, 246.
Consensus ad Sacramenta recipienda necessarius, 439.
Consubstantiatio rejicienda, 654, 659-
Copia confessarii quandonam deest? 786.
Corpus Christi realiter præsens in eucharistia, 357 ; ad modum substanti», 697 ; non localiter, 698 ; sed sacramentaliter, 699.
Cultus Christo in eucharistia debitus, 713-
Custodia eucharîstiæ, 903.
Cyprianus (S.) de necessitate gratiæ, 153; de necessitate fidei in ministro sacramentorum, 406 ; de necessitate baptismi, 504; de baptismo et confirmatione, 558 ; de ministro sacrificii missæ, 776; de Beatis, 1092.
Cyrillus Alex. (S.) de gratia habituali, 36; de inhabitatione Spiritus S., 75.
Cyrillus Hieros. (S.) de gratia habituali, 89; de confirmatione, 558; de reali Christi præsentia in eucharistia, 636; de transsubstantiatione, 661; de sacrificio missæ, 730; de precibus pro defunctis, 1127.

Damnatorum pœnæ sunt æternæ, 1139; earum natura, 1154.
Damni pœna in inferno, 1155.
Decentia corporis ad communionem requisita, 935.
Definitive in loco corpus Christi non est, 698.
Diaconatus sacramentalitas, 1005 ; materia et forma, 1045; virtutes ei adnexæ, 1045.
Diaconus minister extraordinarius baptismi, 491 ; sacræ communionis, 901.
Dies Domini, 1188.
Dissimulatio sacramentorum, 434.
Dona Spiritus S. : notio et existentia, 115; numerus, 116.
Dotes corporis gloriosi, 1179.
Durandus de causalitate occasional! sacramentorum, 374; de natura characteris, 399, not I; de transsubstantiatione, 667.

Efficacia gratiæ, 143, 238, 243; efficacia sacramentorum, 365; utrum moralis an physica? 372.
Elevans gratia, 143.
Epiclesis eucharistica, 872.
Epiphanius (S.) Origenem impugnat de ælernitate poenarum, 1147.

In boc Indice numbros marginales indicamus.

Episcopatus est sacramentum, toot ; num presbyteralem potestatem complectatur? 1004; ejus materia et forma, 1049.
Episcopi presbyteris superiores, 1002; ministri ordinarii confirmationis, 576; ministri ordinis, 1031.
Eucharistia : figure, 591 ; varia nomina, 592. Eucharistia a Christo instituta, 594 ; non est figura corporis Christi, sed illud vere continet, 609. Christus est præsens in eucharistia per transsubstantiationem, 658; eucharistia divina attributa manifestat, 649; virtutes promovet, 650; cultus eucharistiæ debitus, 713; eucharistiæ materia et forma, 857, 871 ; effectus, 885 ; cfr. *communio, missa.*
Excaecati non privantur omni gratia, 216.
Excitans gratia, 142.
Exorcistatus, 1042.
Extremæ Unctionis sacramentum : notio et existentia, 943 ; materia et forma, 954 ; effectus, 965 ; minister, 979; subjectum, 971.

Facienti *quod in se est Deus non denegat gratiam,* 225, 226.
Faustus Regiensis semi-pelagianus, 16.
Fides non requiritur ad omnem actum bonum, 183. Fides ad justificationem requiritur, sed non sola, 50; non est fiducia, 56.
Finis mundi, 1167.
Forma sacramentorum, 344; mutatio vitanda in forma, 350 ; unio materiæ et formæ in sacramentis, 355.
Fructus sacrificii missæ, 766.
Fulgentius Rusp. (S.) contra semi-pelagianos, 16.

Gaudium electorum, 1107.
Gehennæ nomen, 1141, not 7.
Gloria æterna : gloria animæ, 1085 ; gloria corporis, 1182; lumen gloriæ, 1098.
Gratia : notio, 5 ; præcipuæ divisiones, 9, 138; errores circa gratiam, 13.
Gratiæ actualis natura, 127, 135; species, 138; necessitas ad opera supernaturalia, 145; ad initium fidei, 158; ad perseverantiam, 167; ad venialia vitanda, 173; ad tentationes superandas, et ad legem integre servandam, 191 ; ad amorem Dei, 196. — Gratiæ actualis gratuitas, 200. — Gratiæ dispensatio fidelibus, 210; peccatoribus, 215; etiam obduratis, 216; infidelibus, 221.

Gratia, etiam efficax, non est necessitans, 238; datur gratia vere et mere sufficiens, 234; quomodo gratia efficax a sufficiente distinguitur, juxta Molinistas, 245; Congruistas, 246 ; Tbomistas, 248 ; Augustinianos, 249 ; S. Alphonsum, 251-
Gratiæ habitualis notio, 23 ; existentia et natura gratiæ justificantis, 26; incompossibilitas cum peccato mortali, 39; effectus formales, 42 ; dispositiones ad justificationem, 49; proprietates, 64 ; theologica exspolitio, 73 ; gratia increata, 74 ; gratia creata, 83; connexio inter gratiam habitualem et adopt'onem, 90; relatio inter gratiam et animam, 92 ; gratiæ distinctio a caritate, 113. Cfr. *Justificatio.*
Gratiæ ordo est vere supematuralis, 123 ; et conveniens, 125.
Gratiæ gratis datæ, 120.
Gratiæ sacramentalis notio, 381 ; reviviscentia, 386.
Gregorianæ missæ, 824.
Gregorius M. (S.) de sacrificio missæ, 731; de gratia in ordinatione recepta, 994; de precibus pro defunctis, 1128.
Gregorius Naz. (S.) de possibilitate faciendi aliquod bonum naturale sine gratia, 184; de poenis infemi, 1147.
Gregorius Nys. (S.) de Christi præsentia in eucharistia, 637 ; de transsubstantiatione, 661; de sacrificio missæ, 730; de ordine, 994; de æternitate poenarum infemi, 1147.

In hoc Indice numbkos marginales indicamus.

Gulielmus Antisiodor. de materia et forma sacramentorum, 344.

Haereticis quomodo gratia confertur, 223; num eis missa applicari potest? 825.
Harnack de institutione eucharistiæ, 599.
Heitmüller W. de institutione eucharistiæ, 600.
Henoch, num mortuus, 1058; num rediturus? 1168.
Hæredes Dei efficimur per gratiam, 43.
Hierarchia ecclesiastica, 998.
Hieronymus (S.) de possibilitate faciendi aliquod bonum naturale sine gratia, 184; de discrimine inter episcopos et presbyteros, 1003; de æternitate infemi, 1147.
Hilarius (S.) de necessitate gratiæ, 153; de præsentia Christi in Eucharistia, 638.
Hoffmann G. de institutione eucharistiæ, 599.
Hordeum non est materia consecrabilis, 858.
Hostiæ dubie aut invalide consecra-

Identitas corporis in resurrectione,

Ignis inferni natura, 1162; quomodo cruciat spiritus, 1162.
Ignis purgatorii, 1133.
Illuminatio mentis per gratiam, 128.
Immersio in baptismo non est necessaria, 467.
Immolatio ad sacrificium requisita, 720; immolatio mystica in sacrificio missæ sufficit, 753.
Immortalitas corporum resurgentium, 1179.
Impanatio, 654, 659.
Impassibilitas corporum beatorum, 1182.
Impeccabilitas beatorum, 1121.
Impetratorius effectus missæ, 758.
Impotentia moralis et physica, 191.
Inaequalitas beatitudinis, 1117.
Indigni quoad sacramentorum susceptionem, 442; quoad eorum administrationem, 443.
Infantes quoad necessitatem baptismi, 508; quoad confirmationem, 582 ; quoad capacitatem recipiendi communionem, 909; quoad præceptum communionis, 921 ; quoad ordinationem, 1027.
Infantes catholicorum baptizari debent, 525; et quidem *quamprimum,* 526; quid vero de infantibus acalholicorum? 531.
Infernus existit et est æternus, 1139; poenarum acerbitas, 1157; inæqualitas, 1163; mitigatio, 1164.
Infideles aliquod bonum naturale agere possunt, 183; non autem totam legem servare, 191 ; infidelibus datur gratia, 222 ; quomodo? 223 ; num eis missa applicare potest? 826.
Infirmorum communio, 906.
Infusio aquæ in baptismo, 272.
Inhabitatio Spiritus Sancti et totius Trinitatis in anima justi, 74.
Initium fidei quid, et num gratiam
Innocentias I. (S.) pelagianos condemnat, 155; de confirmatione, 558; de extrema unctione, 950; de ordine, 994.
Inspirationis gratia voluntas movetur, 132.
Instrumentorum porrectio quo sensu requiritur in ordinatione? 1012.
Integritas corporum resurgentium, 1180.
Intellectus beatorum quomodo Deum videt? 1098.
Intentio in ministro sacramentorum requisita, 416; interna aut externa, 418; virtualis aut habitualis, 422; absoluta et conditionata, 423 ; determinata, 424.
Irenaeus (S.) de libero arbitrio sub influxu gratiæ, 239; de intrinseca justificatione, 35 ; de sacramentorum efficacia, 368.
Iteratio sacramentorum, 359.

Jansenistæ, 22; de necessitate fidei ad bona opera, 178 ; de distributione

In hoc Indice numeros marginales indicamus.

gratiæ, 209, 222; de gratia nécessitante et mere *sufficiente, 233; de frequenti* communione, 936.
Jejunium eucharisticum : ejus notio, *931 ;* obligatio, 932; causæ excusantes, 7S1, 933-
Jeremiæ, Patriarch. C. P. testimonium de septem sacramentis, 3x8.
Judaizantes de gratia, *14.*
Judicium particulare, 591 ; generale, 1188.
Jülicher de institutione eucharistiæ, 354-
Justificare, quid significat? 24.
Justificatio : notio, 24; elementa, 27; existentia et natura, 28; secundum Scripturam, 29: secundum Patres, 35; ejus effectus, 42; dispositiones ad justificationem requisite, 50; fides ad justificationem requisita non est fiducia, 56; justificationis incertitudo, 65; inæqualitas, 68; amissibilitas, 71. Virtutes in justificatione infusæ, 99; dona cum justificatione infusa, 115.
Justis omnibus datur gratia vere suffi ciens, 21α

Laicorum a clericis distinctio, 939.
Latreuticus missæ effectus, 761.
Lectoratus, 1041.
Leo XIII de inhabitatione Spiritus S. 77; de gratia communionis, 894; de anglicanis ordinationibus, 1037.
Lepin de sacrificii missæ essentia, 719. 751·
Lex naturalis integra sine gratia servari nequit, 191.
Liberales protestantes, de gratia. 17; de sacramentis, 294; de baptismo, 456; de confirmatione, 553; de eucharistia, 595; de extrema unctione, 945; de ordine, 987; de judicio particulari, 1070; de resurrectione, 1169.
Libertas humana sub influxu gratiæ efficacis servatur. 238.
Liguori de gratiæ efficacia, 251.
Limbi puerorum, 1166.
Linteamina sacra, 842.
Locus celebrationis missæ, 830; locus interdictus, *8jj;* exsecratus, *Sjj;* violatus, 835.
Lornbardus (P.) de causa formali justificationis, 80; de notione sacramenti, 314; de institutione confirmationis et extremæ unctionis, 33
Lugo de determinatione materiæ et formæ sacramentorum, 341 ; de essentia sacrificii missæ, 737, 74t.
Lumen gloriæ, 1098.
Lutherus et Lutheranismus, 20; de necessitate gratiæ ad opera ethicc bona, 17S; de dispensatione gratiæ, 209, *222;* de gratia nécessitante, 233; de natura justificationis, 26; de fide justificante, 49; de proprietatibus justificationis, 64; de merito, 268; de numero sacramentorum, 308; de eorum efficacia, 363; de charactere, 392 ; de confirmatione, 553 ; de praesentia Christi in eucharistia, 605; de transsubstantiatione, 656; de sacrificio missæ, 724; de extrema unctione, 945.

Macarius Magnes de eucharistia, 639.
Manûs impositio in confirmatione, 565; in ordinatione, 1009.
Martyrium vices supplet baptismi, 510.
Materia sacramentorum, 344 ; quo sensu a Christo determinata? 339; notio et existentia, 345; mutationes in ea vitandæ, 349; unio materiæ et formæ in sacramentis, 355 ; materia baptismi, 462; confirmationis, 563; eucharistiæ, 857; extremæ unctionis, 954; ordinis, ion.
Medicinalis gratia, 143.
Meritum : notio et species, 254 ; conditiones, 256 ; existentia, 268 ; objectum, 274.
Millenariorum error, 1078.
Minister sacramentorum, 405; qualitates in eo requisite. 408, 41l ; ejus officia, 426, 428.
Minister missæ inserviens, 789.

In hoc Indice numéros marginales indicamu».

Missa ut sacrificium novæ legis, 723» ejus existentia, 725; essentia, 734; effectus, 755 ; valor, 767 ; minister, 774; ministri dispositiones, 779; ejus obligationes quoad missæ celebrationem, 791 ; quoad applicationem fructuum, 796; quoad stipendium, 800; quoad missas fundatas, 812 ; quoad missam pro populo, 813 ; quoad tempus celebrandi, 819; quoad binationem, 821 ; quoad liturgica præcepta, 829. — Missæ interruptio, 846. — Subjectum missæ seu ii pro quibus ofierri potest, 825.
Modemistæ de gratia, 17; de institutione sacramentorum, 331 ; de baptismo, 456 ; de confirmatione, 553; de euchark.tia, de ex. unctione, 945 ; de ordine, 987.
Molinismus de necessitate gratiæ pro justis, 165; de natura gratiæ actualis, 137 ; de discrimine inter gratiam operantem et cooperantem, 140; de gratia sufficiente et efficaci, 245.
Mors corporis est lex universalis, I057 J ejus incertitude, 1060.
Motus localis Christi in eucharistia, 701.
Multilocatio corporis Christi in eucharistia, 705.
Mundus finem habebit, 1167.
Mutationes vitandæ in materia et forma sacramentorum, 348.
Mysticum corpus Christi, 1197.

Naturalismus negat aut minuit gratiæ necessitatem, 14.
Necessitas medii et præcepti, 498.
Novissima mundi, 1167; hominis, 1052.
Numerus septenarius sacramentorum, 308; numerus ordinum, 998.

Obdurati non carent omni gratia, 216.
Obex in sacramentis. 364 ; obice remoto, reviviscunt quædam sacramenta, 387·
Obstinatio damnatorum, 1151.
Oleum quatenus est materia confirmationis, 564; materia extr. unctionis, 954·
Opera quædam naturaliter bona homini lapso possibilia sine gratia, 187. — Opera meritoria, 254; cfr. *meritum.*
Operans gratia, 139.
Opus operatum, 364.
Ordinationes anglicanæ, 577.
Ordo ut sacramentum, 986; ejus divina institutio, 988; quinam ordines sint sacramenta? 1001 ; numerus ordinum, looi ; materia et forma ordinum, IOO7, 1040, 1045, 1049; effectus, 1013; subjectum, 1023; minister, 1030.
Origenes de necessitate gratiæ, 153; de eucharistia, 635; de universali instauratione, 1147.
Ostiariatus, 1040.

Panis eucharisticus, 857 ; num triticeus? 858; num azymus? 859.
Paradisus, 596.
Patrini in baptismo, 538; in confirmatione, 587.
Peccatores gratiam accipiunt, 216; quomodo, 219. — Peccatores *publici* vel *occulti* quoad receptionem sacramentorum, 430, 431.
Peccata omnia tolluntur per baptismum, 470 ; peccata remittuntur mediate per missam, 762; venialia per communionem, 892; etiam mortalia, sed secundario, per extr. unctionem, 969.
Pectorius Augustod. de eucharistia, S46‘.
Pelagiani gratiæ necessitatem negant, 15.
Perseverantia impossibilis sine gratia, 167; perseverantia finalis, speciale donum, 169; non potest mereri de condigno, 280.
Pietas donum Spiritus S., 116.
Pius IX de invincibiliter veram religionem ignorantibus, 224.
Pius X de prima communione, 921 ; de frequenti communione, 937.
Pœnæ inferni, 1154 ; purgatorii, 1131.
Pœnalitates a baptismo non tolluntur, 486.

In hoc Indice numéros marginales indicamus.

Potentia obedientialis, 94, 125.
Praecepta justis impossibilia non sunt, 21α
Præmotio physica, 248.
Praescriptionis argumento probatur existentia sacramentorum, 316; extremæ unctionis, 950.
Præsentia realis Christi in eucharistia probatur Scriptura, 610; Traditione, 632. — Modus pnesentiæ realis, 652; nam ad modum substantiæ? 697; num localis, circumscriptiva, definitiva? 69S. Est sacramentalis, ; hujus cum ratione concordia, 704.
Pragmatistæ de reali præsentia, 607.
Presbyteratus est ordo, 1001; ejus materia et forma, 1007, 1047 ; effectus, 1013 ; virtutes ei adnexæ, 1048.
Presbyteriani, cfr. *Calmnista.*
Processiones SS. Sacramenti, 714.
Propitiatorius missæ effectus, 762.
Prosper Aquitanus (S.) Semi-pelagianismum confutat, 161.
Pseudo-Supernaturalismus nimium gratiæ tribuit, 19.
Pueri quandooam communionem recipere debent? 921.
Purgatorium : existentia, 1125; natura pœnarum, 113l ; status animarum in purgatorio, 1136; quomodo juvari possunt animæ Purgatorii? 1136.

Quantitas dimensiva, interna et externa, juxta Suarez, 695; juxta S. Thomam, 696.

Rabanus de effectibus confirmationis, 574-
Rationahstæ ordinem gratiæ negant, 18.
Reductio missarum, 818.
Remedium legis naturæ ad delendum originale peccatum, 301.
Remissio peccati ac pœnæ per baptismum, 479.
Reproductio non sufficit ad transsubstantiationem, 669.
Res et sacramentum, 404.
Resurrectio carnis probatur, 117α
Reviviscentia gratiæ sacramentalis, 386.
Ritualistae de numero sacramentorum, 308; de præsentia Christi in eucharistia, 605.
Rosmini de transsubstantiatione,667.

Sacerdotii dignitas, 1021 ; sanctitas; 1022.
Sacramentalia : notio et species, 447; effectus, 449.
Sacramenta : ante Christum, 291 ; 29S; Sacramenta N. Legis, 292; sacramentorum convenientia, 295. Septenarius numerus a Christo institutus, 310; convenientia hujus numeri, 321. Principalis sacramentorum auctor est Deus, 328. Institutor autem est Christus, 332. Institutio immediata a Christo, 334; determinatio in genere an in specie? 339 ; materia et forma, 344 ; effectus, 363 ; *gratia* ex opere operato collata, 365; *charatter* a tribus sacramentis impressus, 392; minister ejusque dotes, 405 ; ejus officia, 426; subjectum, 439; ceremoniæ sacramentorum, 435.
Sacrificii notio in genere, 717. Sacrificium missæ, 723; cfr. Missa.
Sacrilega communio, 927.
Sanctorum communio : notio, 1197; existentia, 1198; consectaria, 1203.
Scotistæ de distinctione inter gratiam Christi *capilù* et Christi *redemptoris,* 9, not. i; de incompossibilitate gratiæ cum peccato, 40; de modo quo fit justificatio, 90.
Sapientia Dei in eucharistia elucet, 410.
Sapientia ut donum Spiritus Sancti, 116.
Schæfer de institutione eucharistiæ, 601.
Secale non est materia eucharistiæ, 858.
Semi-pelagiani, 16; confutantur, iS8.

In hoc Indice numeros margtnalks indicamus.

Serapionis sacramentarium seu euchulogium de transsubstantiatione, 647; de extrema unctione, 950.
Species impressa et expressa in visione beatifica, 1100.
Species eucharisticæ objectivam habent realitatem, 672; sub qualilæt specie et singulis cujusque speciei partibus Christus est præsens, 689; 690; quomodo? 692; de natura et modo existendi specierum, 678. Communio sub utraque specie, 915.
Spes in eucharistia fovetur, 650.
Spiritæ, 1069.
Spiritus S. habitat in anima justi, 74; per appropriationem, 81. Spiritus S. dona, 115.
Stephanas (S.) Papa de baptismo hærelicorum, 406.
Stipendii notio et origo, 800; legitimitas, 801. Regulæ de stipendio, 804; de transmissione stipendii, 808; de vitanda mercatura stipendiorum, 811.
Suarez de natura gratiæ actualis, 137» de gratia requisita ad bonum naturale, 191; de gratia congrua, 246; de gratia necessaria ad ultimam dispositionem pro justificatione, 63; de causalitate physica sacramentorum, 376; de quantitate interna corporis Christi, 695; de essentia sacrificii missæ, 742.
Subdiaconatus, 1006, 1044.
Subtilitas corporum beatorum, 1186.
Sufficiens gratia, 143, 234, 245, 246, 248, 249, 251.
Suffragia pro defunctis, 1136.
Supernaturalitas gratiæ, 123.

Taille (M. de la) de essentia sacrifici missæ, 749.
Tharsicii (S.) inscriptio de eucharistia, 646.
Tentatio gravis quo sensu vinci nequit sine gratia? 191.
Tertullianus de necessitate gratiæ, 158; de sacramentorum numero, 312; et efficacia, 368; de effectibus baptismi, 482.
Thomas Aq. (S.) in qualibet fere pagina allegatur.
Thomassinus de gratiæ efficacia, 249, noL 2; de minorum ordinum sacramentalitate, 1006.
Tonsura præambulum ad ordines, 1038.
Transsubstantiatio : notio, 653; existentia, 658; falsæ notiones rejiciuntur, 659, 666; theologica expolitio, 668; natura actionis qua Christus fit præsens, 669; est vera conversio, 670; de speciebus manentibus, 671; de statu Christi sub speciebus, 685, 688; concordia cum ratione, 704.

Unctio extrema, 943; cfr. Extrema unctio.
Unio animæ cum Deo per gratiam, 77» 79; cum Christo per communionem, 886.
Unio Christi cum speciebus, 700.
Unitarii, 17; cfr. *Liberales protestantes.*
Universalistæ pœnarum ætemitatem negant, 1138.

Vasa sacra, 841.
Venialia peccata omnia vitari nequeunt sine speciali gratia, 173.
Vestes sacræ, 843.
Viaticum quomodo ministrandum? 907.
Vinum eucharisticum, 861; aqua vino miscenda, S64.
Vires morales et physicæ quas gratia præbet, 133, 134.
Virtutes in justificatione infusæ, 99 ; tres virtutes lheologicæ infunduntur, loe; imo et quædam morales, 104; et quidem justificationis instanti, 105; augmentum et amissio virtutum infusarum, 106; discrimen inter virtutes et gratiam, 113.
Visio beatifica : ejus existentia, 1085; ejus natura, 1097; ejus objectum, I ıoi ; ejus supernaturalitas et possibilitas, 1104.

In boc Indice numbros marginales indicamu

Vita supernaturalis, 121.
Votum seu desiderium eucharistiæ quo sensu necessarium, 913.

Wiseman de præsentia Christi in eucharistia, 610, not. 1; 616, not. 2, 620, not. 1, 2; 629, not. 2.

Zwingdius de sacramentis, 363; de cœna Domini, 605.

In hoc lodice numrros marginaux indiouatu.

ï
il
I

In hac vicesima tertia editione *præcipua errata* quæ irrepserant corrigere sategimus; cetera emendabit benevolus lector.

Intprimd par 1« Société S. Je« rEvmigtlut·, De*cJ6e & Cie. Toortai (Be^ique). — 3176.

De Dænitentia

ET

ffîatrimonto.

PARS DOGMATICA

Auctore Ad. Tanquerey

Cooperantibus F. Cimeteer, C. Belmon, A. Cance.

De Pænitentia et Matrimonio. Pars dogmatica (editio quarta)
auctore Ad. Tanquerey.

Nil obstat.

Parisiis, die 29 Aprilis 1930.

P. VlGUÉ, Censor deputatus.

✠ Imprimatur.

Parisiis, die 29 Aprilis 1930.

Joannes Card. VERDIER,

Archiep. Paris.

Imprimatur.

Tornaci, die 10 Junii 1930.

V. Cantineau, Vic. Gen.

SYNOPSIS THE0L0G1Æ
DOGMATICÆ
AD MENTEM S. THOMÆ AQUINATIS
hodiernis MORIBUS ACCOMMODATA.

pe pænitentia

ET

ÇQatrimonio

PARS DOGMATICA

Auctore Au. Tanquerey
Cooperantibus F. Cimetier, C. Belmon, A- CANGE.

EDITIO QUARTA

Typis Societatis Sancti Joannis Evangelists
DESCLÉE et SOCII
PARISIIS — TORNACI (Belc.) — ROMÆ

MONITUM AUCTORIS.

Cum in novâ editione *Synopsis Theologia Dogmatica* quam publici juris facimus desit pars dogmatica Tractatuum de Pœnitentiâ et Matrimonio, quæ in nostrâ *Synopsi Theologia moralis* simul cum parte morali invenitur, opportunum duximus hos tractatus seorsim edere, ad usum eorum qui Synopsim dogmaticam, non autem moralem comparare volunt.*

adhib'r,WrW reIin^uîmus 'n ed,tione B *Synopsis Theologia Dogmatica*

De Pænitentiâ

Auctores consulendi.

Inter Patres : *Sac. II·,* Hermas, *Pastor.* — *Sac. III,* Tertullianus, *Liber de Panitentiâ* et *de Pudicitiâ;* S. Cyprianus, *Liber de Lapsis.* — *Sac. IV,* S. Basilius, *Homil. in ps. 32;* S. Ambrosius, *Libri duo de Panilentid;* S. Ephrem, *Paratieses 76* seu *hortationes de panitentia;* S. Chrysostomus, *Homilia IX de Panitentiâ; Libri duo de Compunctione;* S. Pacianus, *Paranesis,* sive *adhortatorius libellus ad panilentiam.* — *Sac. VI,* Joannes Jejunator, *Consequentia et ordo erga eos qui confitentur*l. — *Sac. VII,* S. Columbanus, *Depanitentiarum mensurâ taxandâ*3; Cummianus, *Demensurd panitentiarum*3. — *Sac. VIII,* Alcuinus, *De confessione peccatorum;* Egbertus, *Panitentiale* S. Joannes Damascenus, *Ep. de Confessione.* — *Sac. IX,* Theodorus Cantuariensis, *Panitentiale et capitula* Rabanus Maurus, *Panitentium liber* Halitgarius Cameracensis, *De vitiis et virtutibus et de ordine panitentium.*

Inter TheologOS : *Sac. XII,* Petrus Lombardus, *Sentent.,* lib. IV. — *Sac. XIII,* S. Thomas Aq., O. P., *Sum. theol.,* 3, q. 84 sq.; *Supplement.,* q. I sq.; *C. Gentil.,* lib. IV, c. 70-72; *Opusc. de modo confitendi et puritate conscientia.* — *Sac. XIV,* F. Mayron, O. M., *De Panitentiâ.* — *Sac. XV,* S. Bernardinus Senensis, 7r. *de Confessione;* S. Antoninus, *Liber de eruditione confessariorum.* —*Sac. XVI,* Barthol. Medina, O. P., *Instructio de sacr. Panitentia;* Joannes Fisher, *De panitentiâ et virtutibus panitentia annexis;* S. Carolus Borromæus, *Instructio pro confessariis;* Martinus Azpicuelta *{Navarrus* di&us), *Manuale,* seu *Enchiridion Confessariorum;* Emmanuel Sa, S. J., *Aphorismi confessariorum.* — *Sac. XVII,* Sayrus, O. S. B., *Summa sacram. Panitentia,* Venetiis, 1615; Phil. Fabri, *Disput. theol. de panitentiâ, de peccato, de suffragiis,* Venetiis, 1623; Suarez, S. J., *de Panitentiâ;* Bellarminus, S. J., *De sacram. Panitentia;* J. de Lugo, S. J., *De virtute et sacram. Panitentia;* Mart. Perez, S. J., *De virtute et sacram. Panitent.,* Lugduni, 1656; Petavius, S. J., *De panitentia velere in Ecclesiâ ratione* (A *G.,* t. XLII, 1027 sq.); *De panitentiâ et reconciliatione veteris Ecclesia moribus receplâ; De la pénitence publique et de la préparation à la communion;* Jac. Sirmondus, S. J., *Historiapanitentia publica,* 1651; J. Morinus, *Comment, historicus de*

* A *G.,* LXXXVIII, 1889. — ▮ A *L.*. LXXX, 223. — 3 A *L.,* LXXXVH, 978. XCIX, 927. — · A *L.*. ÇXLI, 1397. —

in ădministration sacram. Pernitentne, Parisiis, 1651; Seraphinus a Conceptione, O. C., *De Pernitent, virtute ac sacramento,* Romæ, 1674; Natalis Alexander, O. P., *Dissertatio polemica de confessione sacramentali, l6j8;* Denis de Ste Marthe, *Traité de la Confession auriculaire,* Paris, 1685. — *Sac. X'SIII,* Liberius a Jesu, O. Carm., *Fadus timoris et amoris Dei in ministerio sacramentalis reconciliationis,* Romæ, 1713; Ziegler, O. S. B., *Pharus navigantium,* seu *de sacram. Pernitentur,* Monachii, 1709: Cl. Pelletier, *Traité dogmatique et moral de la Pénitence,* 1728; P. Collet, *Tr. de Pcrnitentiâ,* ap. *Aligne,* Theol. Curs., vol. XXII; Ant. Magre, S. J., *Theol. Scholast.,* tr. XII de Pænit., Ingolstadii, 1732; P. Straka, O. Præm., *De sacram. Pernitentur,* Pragæ, 1758-60; Billuart, Gotti, Wirceburgenses, *oper. cit.* — *Sac. XIX,* Lierheimer, *Das heilige Busssacrament;* Tappehorn, *Anleitung zur Herwaltung des hl. Busssacraments;* Palmieri, S. J., *De sacramento Pœmtentùe* 1896; Cambier, *De divinA Instit. confessionis,* Lovanii, 1884; L. de San, *Tr. de P<rnitentid,* 1900; Schmoll. *Die Busslehre der Fruhscholastik,* 1909; Billot, S. *J.t De Sacramentis* t. II, Romæ, 1906; Tepe, S. J., *Instit. theol.,* t. IV, 1896; Pesch, S. J., t. VII; E. Vacandard, *La confession sacramentelle dans la primitive Iglise,* 1903; *Confession* in *Diet, de Theol. (Alangenot),* t. III, 838-894; P. Batiffol, *Les origines de la pénitence,* in *Etudes d'hist, et de théol.positive3,* 1904, p. 45-222; P. A. Kirsch, *Zur Geschichte der Katholischen Beühte,* 1902; A. d'Alès, *DEdit de Calhste,* Etude sur les origines de la Pénitence chrétienne, 1914; P· Galtter, *De poenitentia,* 1923. — Alia recentiora opera in decursu Tractatus indicantur.

Inter Protestantes : Dallæus, *De sacramentali seu auriculari latinarum confessione,* Genevæ, 1661 ; Blunt, *Sacraments,* London, 1S68, p. 179 sq.; Morgan Dix, *The Sacramental system,* New York, 1893, p. 92 sq., H. C. Lea, *History of Confestian and Indulgences,* Philadelphia, 1896; H. B. Swete, *Penitential discipline in the three first centuries,* in *Journal of theological Studies,* t. IV, 1903, p. 321-327.

EX DECRETO AD Ar MENOS.

Quartum sacramentum est Pænitentia, cujus quasi materia sunt aétus pænitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis contritio : ad quam pertinet ut doleat de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero. Secunda est oris confessio : ad quam pertinet ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia est satisfa&io pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis, quæ quidem præcipue fit per orationem, jejunium et eleemosynam. Forma hujus sacramenti sunt verba absolutionis, quæ sacerdos profert, cum dicit : Ego te absolvo, etc., et minister hujus sacramenti est sacerdos habens auétoritatem absolvendi, vel ordinariam vel ex commissione superioris. Effedus hujus sacramenti est absolutio a peccatis.

Cone. Trident. Decreta et Canones de Pænitentiæ sacramento[1].

CAP. 1. De necessitate et institutione sacramenti Pænitentiæ.

Si ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, ut justitiam in Baptismo ipsius beneficio et gratiâ susceptam, constanter tuerentur, non fuisset opus aliud ab ipso Baptismo sacramentum ad peccatorum remissionem esse institutum. Quoniam autem Deus, dives in misericordiâ, cognovit figmentum nostrum, illis etiam vitæ remedium contulit, qui sese postea in peccati servitutem, et dæmonis potestatem tradidissent, sacramentum videlicet Pænitentiæ; quo lapsis post Baptismum beneficium mortis Christi applicatur.

Fuit quidem Pænitentia universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quovis tempore ad gratiam et justitiam assequendam necessaria, illis etiam qui Baptismi sacramento ablui petivissent, ut perversitate abjeétâ et emendatâ, tantam Dei offensionem cum peccati odio et pio animi dolore detestarentur. Unde Propheta ait[2] : " Convertimini et agite pænitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris : et non erit vobis in ruinam iniquitas ". Dominus etiam dixit[3] : " Nisi pænitentiam egeritis, omnes similiter peribitis ". Et princeps Apostolorum Petrus peccatoribus Baptismo initiandis pænitentiam commendans, dicebat[*] : ‘‘Pænitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum ".

Porro nec ante adventum Christi Pænitentia erat sacramentum, nec est post adventum illius cuiquam ante Baptismum. Dominus autem sacramentum Pænitentiæ tunc præcipue instituit, cum a mortuis excitatus, insufflavit in discipulos suos, dicens[5] : " Accipite Spiritum sanétum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis : et quorum retinueritis, retenta sunt ". Quo tam insigni faéto et verbis tam perspicuis, potestatem remittendi et retinendi peccata, ad reconciliandos fideles post Baptismum lapsos, Apostolis et eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, universorum Patrum consensus semper intellexit; et Novatianos, remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magnâ ratione Ecclesia

[*] Disputationes patrum Tridentinorum de his decretis ac canonibus vide ap. Theiner, *op. cit.*. vol. I. p. 531 sq.

[2] *Euch.,* XVIII, 30. — [3] *Luc.,* XIII, 3. — [4] *Act.,* II, 38.

[5] *foa.,* XX, 22-23.

Catholica tanquam hæreticos explosit atque condemnavit. Quare verissimum hunc illorum verborum Domini sensum sanéla hæc Synodus probans et recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes, qui verba illa ad potestatem prædicandi verbum Dei et Christi Evangelium annuntiandi, contra hujusmodi sacramenti institutionem falso detorquent.

CAP. 2. De diflerentiâ sacramenti Pænitentiæ et Baptismi.

Ceterum hoc sacramentum multis rationibus a Baptismo differre dignoscitur; nam pneterquam quod materia et forma, quibus sacramenti essentia perficitur, longissime dissidet, constat certe Baptismi ministrum judicem esse non oportere, cum Ecclesia in neminem judicium exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus. ''Quid enim mihi, inquit Apostolus de iis qui foris sunt, judicare?" Secus est de domesticis fidei, quos Christus Dominus lavacro Baptismi sui corporis membra semel efficit; nam hos, si se postea crimine aliquo contaminaverint, non jam repetito Baptismo ablui, cum id in Ecclesiâ Catholicâ nullà ratione liceat, sed ante hoc tribunal tanquam reos sisti voluit; ut per sacerdotum sententiam non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum pænitentes confugerint, possent liberari.

Alius est præterea Baptismi, -et alius Pænitentiæ fruétus : per Baptismum enim Christum induentes, nova prorsus in illo efficimur creatura, plenam et integram peccatorum omnium remissionem consequentes : ad quam tamen novitatem et integritatem per sacramentum Pænitentiæ, sine magnis nostris fletibus et laboribus, divina id exigente justitia, pervenire nequaquam possumus : ut merito Pænitentia laboriosus quidam Baptismus a Sandtis Patribus diftus fuerit. Est autem hoc sacramentum Pænitentiæ lapsis post Baptismum ad salutem *necessarium,* ut nondum regeneratis ipse Baptismus.

GAP. 3. De partibus et fructu hujus sacramenti.

Docet praeterea sanéta Synodus sacramenti Pænitentiæ *formam,* in qua præcipue ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse : *Ego te absolvo,* etc.; quibus quidem de Ecclesiæ sanétæ more preces quædam laudabiliter adjunguntur : ad ipsius tamen formæ essentiam nequaquam speélant, neque ad ipsius sacramenti administrationem sunt necessariae.

Sunt autem *quasi materia* hujus sacramenti ipsius pænitentis aitus, nempe *Contritio, Confessio* et *Satisfacio.* Qui, quatenus in pænitente ad integritatem sacramenti, ad plenamque et perfeélam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hâc ratione Pænitentiæ partes dicuntur.

Sane vero res et efleitus hujus sacramenti, quantum ad ejus vim et efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo, quam interdum in viris piis et cum devotione hoc sacramentum percipientibus, conscientiæ pax ac serenitas cum vehementi spiritûs consolatione consequi solet. Hæc de partibus et efleélu hujus sacramenti sanéla Synodus tradens, simul eorum sententias damnat, qui Pænitentiæ partes, incussos conscientiæ terrores et fidem esse contendunt.

GAP. 4. De contritione.

Contritio, quæ primum locum inter diétos pænitentis aélus habet, *animi dolor ac detestatio est de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero.* Fuit autem quovis tempore, ad impetrandam veniam peccatorum, hic contritionis motus necessarius; et in homine post Baptismum lapso, ita demum præparat ad remissionem peccatorum, si cum fiduciâ divinæ misericordiæ et voto præstandi reliqua conjunétus sit, quæ ad rite suscipiendum hoc sacramentum requiruntur.

Declarat igitur sanéla Synodus, hanc contritionem non solum cessationem a peccato, et vitæ novæ propositum et inchoationem, sed veteris etiam odium continere, juxta illud [1]: "Projicite a vobis omnes iniquitates vestras, in quibus prævaricati estis, et facite vobis cor novum et spiritum novum". Et certe, qui illos Sanélorum clamores consideraverit: "Tibi soli peccavi, et malum coram te feci[2]; Laboravi in gemitu meo; lavabo per singulas noétes leétum meum [3]; Recogitabo tibi omnes annos meos ih amaritudine animæ et alios hujus generis, facile intelliget eos ex vehementi quodam anteaélæ vitæ odio, et ingenti peccatorum detestatione manasse.

Docet præterea, etsi contritionem hanc aliquando caritate *perfeflam* esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum aétu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni, sine sacramenti voto quod in illa includitur, non esse adscribendam. Illam vero contritionem *imperfeCam,* quæ *attritio* dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ et poenarum metu communiter concipitur,

• *Euch.,* XVIII, 31. — « *Pi.* L, 6. — 3 *Ps.* VI, 7. — * *7sa.,* XXXVIII, 15.

si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ, declarat, non solum non facere hominem hypocritam et magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, et Spiritûs san&i impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo paenitens adjutus viam sibi ad justitiam parat. Et quamvis sine sacramento Pænitentiæ per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad gratiam in sacramento Pænitentiæ impetrandam disponit Hoc enim timore utiliter concussi Ninivitae ad Jonæ praedicationem plenam terroribus pænitentiam egerunt, et misericordiam a Domino impetrarunt. Quamobrem falso quidam calumniantur catholicos scriptores, quasi tradiderint sacramentum Pænitentiæ absque bono motu suscipientium gratiam conferre, quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit; sed et falso docent contritionem esse extortam et coaAam, non liberam et voluntariam.

GAP. 5. De confessione.

Ex institutione sacramenti Pænitentiæ jam explicatâ universa Ecclesia semper intellexit, institutam etiam esse a Domino integram peccatorum confessionem, et omnibus post Baptismum lapsis jure divino necessariam existere : quia Dominus noster Jesus Christus, e terris ascensurus ad cælos, sacerdotes sui ipsius vicarios reliquit, tanquam praesides et judices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint : quo pro potestate clavium, remissionis aut retentionis peccatorum sententiam pronuntient. Constat enim sacerdotes judicium hoc, incognita causâ, exercere non potuisse, neque aequitatem quidem illos in poenis injungendis servare potuisse, si in genere duntaxat, et non potius in specie, ac sigillatim, sua ipsi peccata déclarassent.

Ex his colligitur, oportere a pænitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint, et tantum adversus duo ultima Decalogi præcepta commissa, quæ nonnunquam animum gravius sauciant, et periculosiora sunt iis quæ in manifesto admittuntur : nam venialia, quibus a gratia Dei non excludimur, et in quæ frequentius labimur, quamquam reôte et utiliter citraque omnem præsumptionem in confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat, taceri tamen citra .culpam, multisque aliis remediis expiari possunt. Verum cùm universa mortalia peccata, etiam cogitationis, homines iræ filios, et Dei inimicos reddant, necessum est omnium etiam veniam, cum apertâ et verecunda confessione, a Deo quærere. Itaque dum omnia, quæ mémorisé occurrunt, peccata Christi fideles confiteri student, procul dubio omnia divinae misericordiae ignoscenda

exponunt; qui vero secus faciunt, et scienter aliqua retinent, nihil divin® bonitati per sacerdotem remittendum proponunt; si enim erubescat ægrotus vulnus medico detegere, quod ignorat, medicina non curat.

Colligitur praeterea, etiam eas circumstantias in confessione explicandas esse, quae speciem peccati mutant : quod sine illis peccata ipsa neque a pænitentibus integre exponantur, nec judicibus innotescant, et fieri nequeat, ut de gravitate criminum redte censere possint, et poenam, quam oportet, pro illis pænitentibus imponere. Unde alienum a ratione est, docere circumstantias has ab hominibus otiosis excogitatas fuisse; aut unam tantum circumstantiam confitendam esse, nempe peccasse in fratrem. Sed et impium est, confessionem quæ hâc ratione fieri praecipitur, impossibilem dicere aut carnificinam illam conscientiarum appellare : constat enim, nihil aliud in Ecclesia a pænitentibus exigi, quam ut, postquam quisque diligentius se excusserit, et conscientiae suæ sinus omnes et latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum et Deum suum mortaliter offendisse meminerit; reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in universum eâdem confessione inclusa esse intelliguntur : pro quibus fideliter cum Propheta dicimus [1] : " Ab occultis meis munda me, Domine ". Ipsa vero hujusmodi confessionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia, gravis quidem videri posset, nisi tot tantisque commodis et consolationibus levaretur, quæ omnibus digne ad hoc sacramentum accedentibus, per absolutionem certissime conferuntur.

Ceterum, quoad modum confitendi secreto apud solum sacerdotem, etsi Christus non vetuerit quin aliquis in vindidtam suorum scelerum et sui humiliationem, tum ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiæ offensæ aedificationem, deliéta sua publice confiteri possit, non est tamen hoc divino praecepto mandatum, nec satis consulte humana aliqua lege praeciperetur, ut delifta præsertim secreta, publicâ essent confessione aperienda.

Unde cum a sanétissimis et antiquissimis Patribus, magno unanimique consensu, secreta confessio sacramentalis, quâ ab initio Ecclesia sanéta usa est, et modo etiam utitur, fuerit semper commendata; manifeste refellitur inanis eorum calumnia, qui eam a divino mandato alienam, et inventum humanum esse, atque a Patribus in Concilio Lateranensi congregatis initium habuisse, docere non verentur. Neque enim per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, ut Christi fideles confiterentur, quod jure divino

[1] *Ps.* XVII, 13.

necessarium et institutum esse intellexerat; sed ut praeceptum confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus et singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleretur; unde jam in universâ Ecclesià cum ingenti animarum fidelium fru&u observatur mos ille salutaris confitendi sacro illo et maxime acceptabili tempore Quadragesimae : quem morem hæc sanéla Synodus maxime probat et ample&itur, tanquam pium et merito retinendum.

CAP. 6. De ministro hujus sacramenti et absolutione.

Circa ministrum autem hujus sacramenti, declarat sanéla Synodus, falsas esse et a veritate Evangelii penitus alienas doétrinas omnes, quæ ad alios quosvis homines præter episcopos et sacerdotes, clavium ministerium perniciose extendunt; putantes verba illa Dominil : “ Quæcumque alligaveritis super terram, erunt alligata et in cælo : et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in cælo”, et : ‘‘Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt" ad omnes Christi fideles indifferenter et promiscue, contra institutionem hujus sacramenti, ita fuisse diéla, ut quivis potestatem habeat remittendi peccata publica quidem per correélionem, si correptus acquieverit, secreta vero per spontaneam confessionem, cuicumque faétam.

Docet quoque, etiam sacerdotes qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritûs sanéti in ordinatione collatam, tanquam Christi ministros, fun&ionem remittendi peccata exercere, eosque prave sentire, qui in malis sacerdotibus hanc potestatem non esse contendunt

Quamvis autem absolutio sacerdotis alieni beneficii sit dispensatio, tamen non est solum nudum ministerium vel annuntiandi Evangelium, vel declarandi remissa esse peccata, sed *ad instar afliisjudicialis*, quo ab ipso velut a judice sententia pronuntiatur; atque ideo non debet pænitens adeo sibi de suâ ipsius fide blandiri, ut etiam si nulla illi adsit contritio, aut sacerdoti animus serio agendi et vere absolvendi desit, putet tamen se, propter suam solam fidem, vere et coram Deo esse absolutum; nec enim fides sine pænitentiâ remissionem ullam peccatorum præstaret : nec is esset, nisi salutis suæ negligentissimus, qui sacerdotem jocose absolventem cognosceret, et non alium, serio agentem, sedulo requireret

« *Matt.,* XVIII, ıȣ;/>α., XX, 23.

CAP. 7. De casuum reservatione.

Quoniam igitur natura et ratio judicii illud exposcit, ut sententia in subditos duntaxat feratur, persuasum semper in Ecclesiâ Dei fuit, et verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam non habet jurisdictionem. Magnopere vero ad Christiani populi disciplinam pertinere sanétissimis Patribus nostris visum est, ut atrociora quædam et graviora crimina non a quibusvis, sed a summis duntaxat Sacerdotibus absolverentur; unde merito Pontifices maximi pro supremâ potestate sibi in Ecclesiâ universali traditâ, causas aliquas criminum graviores suo potuerunt peculiari judicio reservare. Neque dubitandum est, quando omnia, quæ a Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem Episcopis omnibus in suâ cuique dioecesi in aedificationem tamen, non in destruCiionem, liceat, pro illis in subditos traditâ supra reliquos inferiores Sacerdotes auétoritate, præsertim quoad illa quibus excommunicationis censura annexa est. Hanc autem deliCtorum reservationem, consonum est divinæ auéloritati, non tantum in externâ politiâ, sed etiam coram Deo vim habere.

Verumtamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eâdem Ecclesiâ Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis : atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pænitentes a quibusvis peccatis et censuris absolvere possunt : extra quem articulum sacerdotes, cum nihil possint in casibus reservatis, id unum pæniténtibus persuadere nitantur, ut ad Superiores et legitimos judices pro beneficio absolutionis accedant.

CAP. 8. De satisfactionis necessitate et fructu.

Demum quoad satisfactionem, quæ ex omnibus Pænitentiæ partibus, quemadmodum a Patribus nostris Christiano populo fuit perpetuo tempore commendata; ita una maxime nostrâ ætate, summo pietatis prætextu impugnatur ab iis, qui speciem pietatis habent, virtutem autem ejus abnegarunt : sanéta Synodus declarat, falsum omnino esse, et a verbo Dei alienum culpam a Domino nunquam remitti, quin universa etiam pæna condonetur. Perspicua enim et illustria in sacris Litteris exempla reperiuntur, quibus, præter divinam traditionem, hic error quam manifestissime revincitur. Sane et divinæ justitiae ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerint; aliter vero, qui semel a peccati et dæmonis servitute liberati, et accepto Spiritûs Sanéti dono, scienter templum Dei

violare, et Spiritum SanCtum contristare non formidaverint. Et divinam clementiam decet, ne ita nobis absque ullâ satisfactione peccata dimittantur, ut occasione acceptâ, peccata leviora putantes, velut injurii et contumeliosi Spiritui SanCto, in graviora labamur, thesaurizantes nobis iram in die iræ.

Procul dubio enim magnopere a peccato revocant, et quasi fræno quodam coercent hæ satisfaCloriæ pœnæ, cautioresque et vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt : medentur quoque peccatorum reliquiis, et vitiosos habitus, male vivendo comparatos, contrariis· virtutum aClionibus tollunt. Neque vero securior ulla via in Ecclesiâ Dei unquam existimata fuit ad amovendam imminentem a Domino poenam, quam ut hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quod, dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Jesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur, certissimam quoque inde arrham habentes, quod si compatimur, et conglorificabimur.

Neque vero ita nostra est satisfaClio hæc, quam pro peccatis nostris exsolvimus, ut non sit per Christum Jesum : nam qui ex nobis tanquam ex nobis nihil possumus, eo coopérante qui nos confortat, omnia possumus : ita non habet homo unde glorietur : sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo vivimus, in quo meremur, in quo satisfacimus facientes fruftus dignos pœnitentiæ, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, et per illum acceptantur a Patre.

Debent ergo sacerdotes Domini, quantum spiritus et prudentia suggesserit, pro qualitate criminum et pœnitentium facultate, salutares et convenientes satisfactiones injungere : ne, si forte peccatis conniveant, et indulgentius cum pœnitentibus agant, levissima quædam opera pro gravissimis deliClis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur.

Habeant autem præ oculis, ut satisfaClio, quam imponunt, non sit tantum ad novae vitæ custodiam, et infirmitatis medicamentum; sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindiCtam et castigationem : nam claves sacerdotum non ad solvendum duntaxat, sed et ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres et credunt et docent; nec propterea existimarunt, sacramentum Pœnitentiæ esse forum iræ vel poenarum; sicut nemo unquam Catholicus sensit, ex hujusmodi nostris satisfactionibus vim meriti, et satisfaClionis Domini nostri Jesu Christi vel obscurari, vel ex aliquâ parte imminui : quod dum Novatores intelligere nolunt, ita optimam pœnitentiam novam vitam esse docent, ut omnem satisfaClionis vim et usum tollant.

CAP. 9. De operibus satisfactionis.

Docet præterea, tantam esse divinæ munificentiae largitatem, ut non solum pœnis, sponte a nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam, quod maximum amoris argumentum est, temporalibus flagellis a Deo infliélis et a nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Christum Jesum satisfacere valeamus.

CANONES.

1. Si quis dixerit, in Catholicâ Ecclesiâ Pœnitentiam non esse vere et proprie sacramentum, pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur,ipsi Deo reconciliandis a Christo Domino nostro institutum; A. S.

2. Si quis, sacramenta confundens, ipsum Baptismum Pœnitentiæ sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo sacramenta distinda non sint, atque ideo Pœnitentiam non reéte secundam post naufragium tabulam appellari; A. S.

3. Si quis dixerit, verba illa Domini Salvatoris : " Accipite Spiritum SanChim : quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt ", non esse intelligenda de potestate remittendi et retinendi peccata in sacramento Pœnitentiæ, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit; detorserit autem, contra institutionem hujus sacramenti, ad auctoritatem praedicandi Evangelium; A. S.

4. Si quis negaverit, ad integram et perfeétam peccatorum remissionem requiri tres aCtus in paenitente quasi materiam sacramenti Pœnitentiæ, videlicet, contritionem, confessionem, et satisfactionem, quæ tres Pœnitentiæ partes dicuntur; aut dixerit, duas tantum esse Pœnitentiæ partes, terrores scilicet incussos conscientiæ, agnito peccato, et fidem conceptam ex Evangelio, vel absolutione, quâ credit quis sibi per Christum remissa peccata; A. S.

5. Si quis dixerit, eam contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem et detestationem peccatorum, quâ quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, foeditatem, amissionem æternæ beatitudinis, et æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ, non esse verum et utilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam et magis peccatorem; demum illam esse dolorem coaéhim, et non liberum ac voluntarium; A. S.

6. Si quis negaverit, confessionem sacramentalem vel institutam, vel ad salutem necessariam esse jure divino, aut dixerit, mo-

dum secrete confitendi soli sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper observavit et observat, alienum esse ab institutione et mandato Christi, et inventum esse humanum; A. S.

7. Si quis dixerit, in sacramento Pænitentiæ ad remissionem peccatorum necessarium non esse jure divino, confiteri omnia et singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita et diligenti praemeditatione habeatur, etiam occulta, et quæ sunt contra duo ultima Decalogi præcepta, et circumstantias, quæ peccati speciem mutant; sed eam confessionem tantum esse utilem ad erudiendum et consolandum pænitenlem, et olim observatam fuisse tantum ad satisfaéù'onem canonicam imponendam; aut dixerit, eos, qui omnia peccata confiteri student, nihil relinquere velle divinæ misericordiæ ignoscendum; aut demum, non licere confiteri peccata venialia; A. S.

8. Si quis dixerit, confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia servat, esse impossibilem, et traditionem humanam a piis abolendam; aut ad eam non teneri omnes et singulos utriusque sexûs Christi fideles, juxta magni Concilii Lateranensis constitutionem, semel in anno, et ob id suadendum esse Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadragesimæ; A. S.

9. Si quis dixerit, absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse aétum judicialem, sed nudum ministerium pronuntiandi et declarandi remissa esse peccata confitenti, modo tantum credat se esse absolutum : aut sacerdos non serio, sed joco absolvat; aut dixerit, non requiri confessionem pænitentis, ut sacerdos eum absolvere possit; A. S.

10. Si quis dixerit, sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi et solvendi non habere; aut non solos sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus et singulis Christi fidelibus esse diôtum : "Quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata et in cælo; et quæcunque solveritis super terram, erunt soluta et in cælo "; et : " Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt " : quorum verborum virtute quilibet absolvere possit peccata, publica quidem per correptionem duntaxat, si correptus acquieverit, secreta vero per spontaneam confessionem; A. S.

11. Si quis dixerit, Episcopos non habere jus reservandi sibi casus, nisi quoad externam politiam, atque ideo casuum reservationem non prohibere, quominus Sacerdos a reservatis vere absolvat; A. S.

12. Si quis dixerit, totam poenam simul cum culpâ remitti semper a Deo, satisfactionemque pænitentium non esse aliam, quam fidem, quâ apprehendunt Christum pro eis satisfecisse; A. S.

13. Si quis dixerit, pro peccatis, quoad pœnam temporalem, minime Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflitSlis, et patienter toleratis, vel a sacerdote injunélis, sed neque sponte susceptis, ut jejuniis, orationibus, eleemosynis, vel aliis etiam pietatis operibus, atque ideo optimam pænitentiam esse tantum novam vitam; A. S.

14. Si quis dixerit, satisfactiones, quibus pænitentes per Christum Jesum peccata redimunt, non esse cultus Dei, sed traditiones hominum, doCtrinam de gratiâ, et verum Dei cultum, atque ipsum beneficium mortis Christi obscurantes; A. S.

15. Si quis dixerit, claves Ecclesiæ esse datas tantum ad solvendum, non etiam ad ligandum, et propterea sacerdotes, dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem clavium, et contra institutionem Christi, et fictionem esse, quod virtute clavium, sublatâ pœnâ æternâ, pœna temporalis plerumque exsolvenda remaneat; A. S.

Objectum Tractatûs.

653. Pænitentia est simul *aEtus, virtus* et *sacramentum.*

Aliquem pænitentiæ *actum* esse necessarium, post peccatum commissum, reCta ratio demonstrat. Injuria enim Deo irrogata reparari debet; aliunde, transaélo aCtu peccaminoso gravi, homo remanet ab ultimo fine aversus, donec per pænitentiam a peccato liberetur x.

Ad aétus pænitentiæ exercendos, infunditur in justificatos, juxta communem sententiam, *virtus* pænitentiæ quæ nos inclinat ad detestationem et expiationem peccati.

Præteiea Christus instituit *sacramentum,* quo, positis quibusdam pænitentiæ aétibus, et, mediante sacerdotis absolutione, remittuntur peccata post baptismum commissa.

De hoc sacramento agemus, paucis tamen prænotatis de *aclu* et *virtute* pænitentiæ.

Utilitas hujus Traélatûs desumitur ex necessitate *Fidelibus* exponendi doôlrinam de sacramento quod frequenter recipiunt, eamque vindicandi contra impugnationes *Protestantium* ac *Modernistarum.*

x Ad rem *Tridentinum* (sess. XIV, cap. 1) : "Fuit quidem Pænitentia universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quovis tempore ad gratiam et justitiam assequendam necessaria, illis etiam qui Baptismi sacramento ablui petivissent, ut perversitate abjeéta et emendatâ, tantam Dei offensionem cum peccati odio et pio animi dolore detestarentur",

PRÆNOTANDA DE ACTU ET VIRTUTE Pænitentiæ.

Dicemus : 1° de ejus *notione,* 2° de ejus *necessitate.*

I. Genuina pænitentlæ ☼notio

654. i° Etymologica notia Pænitentia, juxta plerosque antiquos auélores, derivatur a vocibus *panam tenere,* ideoque designat aétum quo poenam subimus ad satisfaciendum pro peccatis.

Verius autem recentiores dicunt pænitentiam originem ducere a *pane,* seu *penitus,* et etymologice designare aliquid intimum, quod cor ipsum ☼fficit

Apud profanos auétores, hæc vox tria præsertim significat : (a) interiorem *tadii* vel *displicentia* sensum; ita apud *Ciceronem,* lib. de Sene&ute, dicitur : " Num igitur, si centesimum vixisset annum, eum suæ seneélutis pæniteret?" (b)*dolorem* ob faitum antea admissum, sive bonum sive malum : " Pænitere tunc dicere solemus, cum quæ ipsi fecimus aut quæ de nostra voluntate nostroque consilio faita sunt, ea nobis post incipiunt displicere sententiamque in iis nostram demutamus"3; (c) *dolorem* conceptum de aliquo *crimine* seu *delicio :* "Alexandrum regem videmus, ait Cicero4, qui cum interemisset Clytum familiarem suum, vix a se manus abstinuit : tanta vis fuit pænitendi ! "

Hoc ultimo sensu auôtores *sacri* sæpissime vocem *pænitentiam* usurpant, quatenus nempe significat *animi dolorem de peccato commisso.*

055- 2° Theologica notio. (A) *Pœnitentia ut aCius.* Saepe in Scripturis commendatur *Pœnitentia :* quâ voce, ex contextu, significatur complexus aéhium qui peccatum tùm in præterito, tùm in futuro respiciunt. Scilicet vir vere pœnitens propria peccata commissa retraôiat ac detestatur, ad ea satisfactione expianda paratus est, et insuper quaelibet peccata in futurum devitare proponit. Tres igitur aCtus praecipuos compleditur : *contritionem* seu detestationem, *firmum propositum* et *satisfactionem* 5.

' S. Thom., 3 p., q. 85; Suarez, *de Panitent.,* disp. I et VII; Morinus, *Commentar, in admin. Panit.,* lib. I, c. 1-2; BiUuart, diss. II; Card. Billot, *De Ponit.,* th. 6; L. de San, *de Panit.,* P. I, cap. 1-6; Pesch, n. 87 sq. ; P. Galtier, *De poenitentia,* th. I.

2 M. Bréal et A. Bailly. *Diction, itymol. latin,* 1898, p. 240. — 3 Aulus Gellius, *Nxt. attic.,* l. XVII, c. i. — 4 Cicero, *Tiiscul. quast.,* lib. IV.

5 Horum actuum genesis sic intelligi potest : quando primum peccator apprehendit peccatum commissum ut *malum,* voluntas illud abominatur ac detestatur, quia malum est; dein animadvertit hoc malum esse sibi *pratens,* in se vel

Insuper, ut sit *salutaris* seu ad Deo reconciliandam animam apta, pænitentia peccatum in ordine ad Deum respicere debet et ex *supernaturali gratiâ motivoque* retractare.

Hinc: (a) *peccatum* e$t *objeflum materiale* pænitentiæ, seu *id quod* contritione, firmo proposito et satisfaélione reparatur; (b) *objeflum formale* seu motivum pænitentiæ est honestas ipsius reparationis; (c) pænitentia *proprie difla* respicit peccatum *pænitentis proprium :* id enim tantum retraétare possumus quod nos ipsi commisimus; (d) pænitentia vera et salutaris non soliim est propositum novæ vitæ, ut contendit *Lutherus* cum plerisque *Protestantibus,* sed etiam peccatorum commissorum *detestatio.*

(B) *Pænitentia ut virtus.* Hanc pænitentiam salutarem fovere possumus etiam postquam justificati sumus, et quidem ope virtutis per se infusæ quam simul cum gratiâ habituali accipimus, juxta communem sententiam (n. 193).

Hæc autem definitur [1] *virtus supernaturalis et moralis, peccatorem inclinans ad detestationem propriipeccati, quatenus est offensa Dei, et adfirmum emendationis satisfactionisque propositum.*

SubjeCtum *proximum* hujus virtutis est *voluntas,* quia odium peccati est aétus quo *voluntas* a peccato avertitur; hic autem voluntatis aétus supponit praeviam *intelleflûs* cognitionem, quâ peccatum ut malum apprehenditur; insuper *aliquando in appetitum sensibilem* influit, ibi causando sensibilem dolorem seu tristitiam; sed voluntas manet sedes propria pænitentiæ.

Pænitentia, juxta communem sententiam, est *virtus specialis.* Id satis apparet ex eo quod inclinat ad adlum speciali honestate praeditum, "scilicet operari ad destructionem peccati praeteriti, in quantum est Dei offensa : quod non pertinet ad rationem alterius virtutis" [1].

Hæc autem virtus ad *justitiam commutativam* refertur, non quidem tanquam pars subjeCtiva, sed ut *pars potentialis ;* [2] per eam siquidem peccator aliquo modo reparat injustitiam erga Deum commissam, non quidem ad perfeCtam æqualitatem, cum inter in effeélibus, et de eo dolet; non potest autem sincere de peccato dolere, nisi firmiter illud *in posterum vitare* velit; et insuper, cum praeteritum malum sit reparandum, jam sponte oritur *voluntas satisfaciendi,* ut infra declaratur.

[1] S. Thom., 3, q. 85, a. 2.

[1] Partes *subjectivae* alicujus virtutis sunt veluti species in quas dividitur, seu partes quæ plene participant rationem illius virtutis; partes *potentiales,* seu adnexæ, cæ sunt quæ ordinantur ad aliquos a&us etiam præcellentiores, ut est adlus religionis relate ad justitiam, qui tamen non habent totam rationem hujus virtutis.

Deum et hominem nimia sit disproportio, sed meliori quo fieri potest modo, quatenus peccator Deo satisfacere conatur sicut servus domino et filius patri

Attamen *aflus* pænitentiæ ad ceteras virtutes referri potest in eo sensu quod aliquando *imperatur* sive a religione, sive a caritate, etc. [*]

656. 3° Falsa Protestantium notio. (A) *Exponitur,* Hæc fluit ex modo quo isti concipiunt peccatum et justificationem.

Cùm homo, juxta *Lutherum,* necessario peccet, pænitentia proprie non consistit in mutatione voluntatis, quæ mala remanet, sed in mutatione sensûs *(sentiment)* relate ad Deum; videlicet sensus terroris, agnito peccato incussus, mutatur in fidem seu fiduciam qui quis credit propter Christum sibi condonari peccata, et ita justificatur.

Calvinus autem hanc notionem correxit, asserens pænitentiam esse vitæ novæ inceptionem ex fiducia ortam, seu " veram ad Deum vitæ nostræ conversionem, a sincero serioque Dei timore profeétam, quæ carnis nostræ veterisque hominis mortificatione et spiritûs vivificatione constet

Arni contendunt nullam satisfaélionem Deo solvendam esse, cum Christus pro nobis abundanter satisfecerit.

Moderni autem Protestantes, propius veritatem catholicam accedentes, fatentur vitæ novæ inceptionem esse conditionem praeviam ad justificationem, et veram pænitentiam compleéti humilem confessionem deliéti coram Deo, horrorem peccati commissi, atque vitæ emendationem[4].

(B) *Confutatur. Pænitentia genuina et salutaris non solum est propositum novæ vitæ, sed etiam peccatorum commissorum detestatio.* Certum est.

(a) Quidquid enim dicitur de sensu etymologico vocabulorum *pænitentia* vel μετάνοια[5], certum est *usu biblico*

1 S. Thom., 3, q. 85, a. 3.

' Ita pænitentia aliquid participat aliarum virtutum, ut retfle animadvertit S. Thomas, 3, q. 85, a. 4. Pænitentia est cum *fide* passionis Christi, per quam justificamur a peccatis, et cum *spe* veniae, et cum odio vitiorum, quod pertinet ad *caritatem.* In quantum vero est virtus moralis, participat aliquid *prudentia,* quæ est dire&iva omnium virtutum; sed ex ipsâ ratione justitiæ, non solum habet id quod *justitia* est, sed etiam quæ sunt *temperantia et fortitudinis,* in quantum scilicet abstinet ab eis quæ deleélationem causant, quod ad temperantiam pertinet, et sustinet dura, quod pertinet ad fortitudinem.

3 *Institut.,* l. III, c. 3, n. 4.

4 Cfr. Bovon, *Morale chrétienne,* Lausanne, 1897, t. I, p. 224-237.

5 Vox μετάνοια (μετά, trans, νου , mens) etymologice idem sonat àc transmentatio, seu mentis mutatio, sed ex usu loquendi apud au&ores tum sacros

vocabula hujusmodi non tantum simplicem consilii mutationem, sed etiam *præteritæ vitæ detestationem,* significare. 1) Ita dicebat pius/^Æ l .: " Ideo insipienter locutus sum... idcirco ipse *me reprehendo,* et ago pænitentiam in favillâ et cinere"; pariter ait *Psalmista'l* : " Sacrificium Deo spiritus *contribulatus;* cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies"; nec aliter Prophetae : ''Convertimini, et agite pænitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris... et facite vobis cor novum, et spiritum novum "3. Porro in his et similibus textibus, praeter vitæ mutationem invenire est peccati detestationem; quid est enim *seipsum reprehendere,* cor *contritum* habere, *a peccatis pœnitentiam agere,* etc., nisi vitam praeteritam detestari ? 2) S. *Paulus* paenitentes Corinthios alloquens, explicite *tristitiam* commemorat ut verae pœnitentiæ elementum 4 : ''Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam... Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur ".

(b) Consonat ipsa *ratio.* 1) Qui enim resipiscit, et vitam in melius mutat idcirco consilium revocat, quia priorem vitam malam esse intelligit; utquid enim novam duceret, nisi priorem aequitati contrariam esse videret? Atqui sicut amare bonum tenemur, ita et malum odisse, præsertim si fuerit a nobis commissum. Ergo pœnitentia peccati detestationem importat. 2) Aliunde reconciliatio cum personâ offensâ plus requirit quam cessationem injuriæ; qui enim ab hominibus veniam petit, primum detestationem ac dolorem injuriæ prius illatae manifestare debet, ut, hoc dolore mota, persona offensa injuriam condonare velit. Eodem igitur modo peccator sese cum Deo habere debet

tum profanos, tristitiam et dolorem de præterito etiam significat, ut constat ex Lexicis etiam a Protestaniibus editis, *Schleusner, Robinson, Thayer,* etc. Cfr. Morinus, *op. cit.,* lib. I, c. 2. — liem dici potest de voce *panitentia;* ex diftis enim supra, hoc vocabulum aliquando significat *displicentiam;* quod confirmatur ex his *Ovidii* versibus (1. I de Ponto, Eleg. I) :

" Pœnitet : oh ! si quid miserorum crediturf ulli ;
Pœnitet, et facto *torqueor* ipso meo ".

lJob., XLII, 3-6. — 2 *Ps.* L, 19. — 3 *Ezech.,* XVIII, 30 sq.
4 ***II*** *Cor.,* VII, 9-10.

II. De pænitentiæ necessitate[1].

657. i° Status quæstionis. Quæstio est de homine peccatore, et de necessitate tum *medii* tum *præcepti,* et quidem aélûs pænitentiæ *formalis* aut *virtualis*. Jam vero *omnes* Catholici docent pænitentiam in genere, id est quamdam peccati detestationem ac retractationem, necessariam esse *necessitate medii,* posito peecato mortali.

(a) *Scotistæ* autem tenent *virtualem* aétum pænitentiæ sufficere; multi *Thomista* putant requiri aétum *formalem; Suarez* autem distinguit dicendo aétum formalem *fer se* requiri, quando quis de suis peccatis cogitat, sed *fer accidens* remissionem peccati per aétum virtualem pænitentiæ obtineri posse, quando quis, ex oblivione vel inconsideratione, de peccatis suis non cogitat; quam opinionem ut probabiliorem amplectimur.

(b) *Vifloria'* negat esse *speciale prceceptum* pænitendi, ideoque impænitentiam esse speciale peccatum : textus enim Scripturæ, ait, intelligi debent de necessitate medii quæ non est semper conjunéta cum praecepto : ita, v. g., gratia sanélificans, licet ad salutem necessaria, non cadit sub praecepto. Sed hæc opinio communiter a theologis rejicitur.

658. 20 *Thesis :* **Supposito peccato mortali, certum est actum saltem virtualem pænitentiæ necessarium esse necessitate medii in praesenti ordine ; communiter tenetur eum necessarium esse necessitate praecepti.**

Dixi : 1) *posito peccato mortali,* quo nempe avertimur a Deo, fine ultimo; si peccatum est veniale tantum, pænitentia, quamvis exoptabilis, necessaria non est ad salutem; 2) *in prcesenti ordine,* seu de potentia ordinata, quia nonnulli theologi putant Deum posse, de potentiâ suâ absolutâ, condonare peccatum et gratiam infundere absque ullo adu peccatoris; attentis autem suis attributis, præsertim sapientia, justitia et sanélitate, non potest.

(A) Quoad *necessitatem medii,* (a) *Script.* Id enim necessarium est necessitate medii quod ita cum fine conjunftum est, ut sine eo finis obtineri nequeat? Atqui, posito peccato gravi, salus ita cum pænitentia conjungitur, ut sine eâ haberi non possit 1) In *Vet. Testamento* legitur : " Si pænitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum

1 S. Thom., 3 p., q. 86, a. 2; Suarez, disp. IX et XV; Salmant, disp. IV, dub. 2; disp. V, dub. 6; Drouin, q. I, c. 3; Palmieri, th. 7; de Augustinis, th. ii ; Galtier, *op. cit.,* th. III. — ' *Tr. de septem Sacram.,* q. 21.

adversus eam, agam et ego pœnitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei... si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam, pœnitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei " '; "Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis... vitâ vivet et non morietur... si autem averterit se justus a justitiâ suâ, et fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas operari solet impius, numquid vivet? Omnes justitiae ejus, quas fecerat, non recordabuntur; in praevaricatione quâ praevaricatus est, et in peccato suo quod peccavit, in ipsis morietur " 2. 2) Nec aliter in *Nov. Testamento :* " Si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis " 3; " Paenitemini igitur, et convertimini, ut deleantur peccata vestra " «, quasi diceretur : conditio necessaria ut deleantur peccata vestra est quod pœnitentiam agatis. Ergo, in praesenti ordine, pœnitentia cum remissione peccati jungitur sicut *medium* cum fine.

(b) *Tradit.* Ex *Tridentino* superius allegato : " Fuit quidem pœnitentia universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinâssent, quovis tempore ad gratiam et justitiam assequendam necessaria". Ex quo sequitur pœnitentiam necessariam esse necessitate medii, cum omni tempore,etiam antequam lex positiva condita fuisset, ad remissionem peccati requireretur.

(c) *Rat. theol.* Peccator salvari nequit nisi prius a Deo remissionem peccati sui impetraverit. Atqui sine pœnitentiâ Deus peccata remittere nequit : 1) *sapientia* vetat ne sibi reconciliet, nec in suam amicitiam recipiat quem a se voluntarie aversum, et in peccati amore obstinatum cognoscit : hoc enim rîihil aliud esset nisi peccatum ipsum fovere et praemiari; 2) *justitia* prohibet ne offensa remittatur sine aliquâ reparatione; 3) *sanElitas* ne sibi uniat aliquid impurum peccato adhuc adhærens.

659. (B) Quoad *necessitatem præcepti.*

1) Textus allati satis clare manifestant Deum velle ut omnes pœnitentiam agere teneantur. 2) Præterea, teste Scripturâ, qui pœnitere renuit, *inobedientiæ* convincitur, et quidem

' *Jerem.*. XVIII, 8-IO.
' *Ezech.*. XVIII, 21-27. — 3 *Luc.*. XIII, 5. — ‹ *AA.*. III, 19.

gravis, cum gravi puniatur pcenâ : " Quia vocavi et renuistis, extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret,... ego quoque in interitu vestro ridebo" x. Aliunde Christus sub formâ *prcecepti* pænitentiam praedicavit : " Exinde coepit Jesus praedicare et dicere : *Pœnitentiam agite;* appropinquavit enim regnum caelorum " a.

Frustra autem objicitur gratiam, licet ad salutem necessariam, non cadere sub speciali praecepto; gratia siquidem, utpote *donum Dei,* non praecipitur; pœnitentiæ vero aélus, ab *homine eliciendus,* sub praecepto cadit

(b) *Rat.* 1) Quisque tenetur, ex *præcepto justitia,* reparare injuriam alteri illatam, ideoque peccatum mortale quod gravem injuriam Deo irrogavit 2) Cuique praecipitur spiritualis salutis curam habere; atqui peccator animam suam salvare nequit, nisi de peccatis gravibus pœniteat; ergo vi *caritatis erga seipsum* pœnitentiam agere tenetur.

Divisio Tractatûs.

660. Pœnitentia, prout *sacramentum,* definitur : *Sacramentum Novæ Legis a Christo institutum, quo, perjuridicam sacerdotis absolutionem, homini contrito, confesso et satisfactionem promittenti, remittuntur peccata post baptismum commissa.*

Dicitur : (a) *quo perjuridicam sacerdotii absolutionem,* ut sic declarentur *forma* hujus sacramenti, videlicet absolutio sacerdotis cui divinitus commissa est *potestas clavium; minister* seu sacerdos; et *modus* quo ministratur, nempe judicialis forma; (b) *homini contrito,* etc., quibus verbis designantur tum *subjeflum,* tum subjeéti *dispositiones,* contritio, confessio et votum satisfaciendi, quæ, juxta multos, sunt etiam *materia proxima* sacramenti; (c) *remittuntur peccata,* etc., et ita exprimuntur non solum *effeflus* praecipuus, sed etiam *materia remota* sacramenti, videlicet omnia peccata, sive mortalia, sive venialia, post baptismum commissa.

Quam definitionem legitimam esse ostendemus, tria expendendo :

I. *Potestatem clavium* Ecclesiæ concessam ;

II. *Actus pœnitentis* ad exercitium hujus potestatis requisitos ;

III. *Naturam* sacramenti, prout ex his duobus inferri potest

' *Prn.,* I, 24-33. — ' *Matt.,* IV,17.

In *Appendice,* de *Indulgentiis* agemus, quibus remittitur *pcena* peccatis debita.

Ratio divisionis hæc est : juxta *Tridentinum,* Dominus sacramentum Pænîtentiæ tunc præcipue instituit quando apostolis contulit potestatem remittendi peccata, quæ *potestas clavium* dicitur : hanc igitur exponere ante omnia nccesse est. Quia vero hæc non exercetur nisi *positis* quibusdam *pcenitentis aftibus,* nempe confessione, contritione et satisfaélionc, de iis postea agendum est Cùm autem ex exercitio potestatis clavium et ex aétibus pænitentis constituatur *ipsum sacramentum,* de eodem disputare oportet, describendo ejus *materiam* et *formam* necnon *effedlus.*

Caput *j*

DE POTESTATE CLAVIUM ECCLESIÆ COLLATA.

Duo expendemus : i° *num* hæc potestas vere a Christo collata fuerit; 2° *quinam ministri* eam exercere valeant.

Art. L De ipsa potestate clavium, quatenus vere fuit Ecclesiæ collata.

661. Status quæstionis. i° *Natura hujus potestatis declaratur.*

(A) Per potestatem clavium *in genere* intelligitur plenitudo potestatis Ecclesiæ a Christo concessæ ad regendos fideles in ordine ad vitam æternam. Quæ triplex est : potestas *legesferendi,* — ad normam legum *judicandi,* — judicia *exsequendi* per *coactionem* seu *coercitionem.*

Ad *judicialem* potestatem pertinet potestas remittendi et retinendi peccata, quæ *in foro interno* exercetur. Ecclesia enim judicat turn in foro externo, seu diredle in commodum *societatis* fidelium, tum in foro interno, seu direéie in commodum *singulorum* fidelium.

(B) Potestas clavium, prout *hic sumitur,* est potestas *judicandi de statu conscientia interno,* seu potestas *remittendi ac retinendi peccata* etiam in *foro interno coram Deo;* ideoque potestas regendi fidelium conscientiam in suis intimis relationibus ad Deum.

Duplex est : (a) potestas novas statuendi obligationes quas implere debeat pænitens ut a suis peccatis liberetur, seu potestas poenas imponendi; (b) potestas debita spiritualia solvendi coram Deo, seu remittendi peccata.

(C) Quæ quidem potestas est : (a) *supernaturalis,* ab ipso Deo gratiæ auétore *delegata,* qui solus tanquam causa principalis peccata remittere valet; (b) in suo genere *suprema,* cùm sit quædam participatio divinæ potestatis; (c) vere *efficax,* id est, ligans aut liberans ipsam conscientiam, (d) Attamen *non est absoluta,* cùm ejus exercitium et efficacia pendeat a certis conditionibus ab ipso Deo statutis, quas servare debeant tum minister tum pænitens; (e) nec *infallibilis,* cùm Dei minister, etsi *authoritative* de statu interno pænitentis judicans, præ humanâ. infirmitate errare valeat. Deus utique ratam habet in cælis ministri sententiam, sed tantum positis ponendis, seu impletis conditionibus requisitis ex parte ministri et ex parte pænitentis.

662. 2° *Errores.* Præter *Montanistas* et *Novatianos,* de quibus mox suo loco agemus, *Protestantes* potestatem clavium diverso modo impugnaverunt. Horum principium generale est justificationem, ideoque peccatorum remissionem, fieri *perfidem* seu *fiduciam* (supra, n. 656).

(a) *Lutherus* quidem diu anceps mansit, nunc agnoscens, tunc rejiciens hujusmodi sacramentum; quam hæsitationem imitati sunt ejus discipuli.* Attamen absolutio, juxta ipsos, vim solum habet *declarandi,* non autem efficiendi peccatorum remissionem, (b) *Calvinus* aperte sacramenti existentiam negavit, docens Pænitentiam non vere a Baptismo, vel *Baptismi memoria* distingui; per Baptismum non deleri peccatum, sed tantum testimonium præberi peccata fide remissa fuisse, seu potius non imputari; in memoriam baptizari, subsequentibus peccatis territi, revocandum esse Baptismum antea collatum, ut pignus justificationis pro totius vitæ cursu acceptae; quæ *baptismi memoria* nihil aliud est nisi *Panitentia,* quâ renovatur

' Hinc in Conf. *Augustand* (a. 12) legitur : " De Pænitentiâ docent, quod lapsis post Baptismum contingere possit remissio peccatorum, quocumque tempore cum convertuntur; et quod Ecclesia talibus redeuntibus ad pænitentiam absolutionem impertiri debeat". (Apud Schaff·, *Creed:,* vol. Ill, p. 14). Cfr. Pfisterer, *Luther: Lehre der Beichle,* Stuttgart, 1857.

peccati displicentia novæque vitæ propositum', (c) *Anglicans* agnoscunt a presbyteris absolvi posse tum moribundos tum publice communicaturos,immo utilitatem confessionis admittunt, non autem ejus necessitatem', (d) *Ritualisiez* praeterea docent absolutionem esse sacramentum, unum videlicet ex *minoribus* sacramentis; non enim inter *majora* sacramenta recensent nisi baptismum et cœnam.

663. (e) Nostris diebus, americanus protestans *H. C. Lea*\ Dallæi argumenta renovans, divinam institutionem confessionis et absolutionis ita impugnat : 1) Christus in Evangelio, qui sæpe inculcat Deum in spiritu et veritate colendum esse, nullum ritum externum instituit ad remittenda peccata, sed tantum dileétionem et cordis pænitentiam exigit. 2) Potestas remittendi peccata aliquo ritu sacramentali minime agnoscebatur primis Ecclesiæ sæculis. Vigebat quidem disciplina quædam pænitentialis, sed vim habebat solum in*foro externo,* ad reconciliandos peccatores cum Ecclesia, non autem cum Deo. 3) Patres docent multa esse media ad peccatorum remissionem consequendam, sed, inter ea absolutionem sacerdotalem non commemorant. 4) Ceteroquin absolutionis verba, super pænitentes recitata, nihil aliud sunt nisi preces quibus sacerdotes enixe a Deo flagitabant veniam peccatorum, minime vero formæ sacramentales gratiam conferentes.

Idem fere docent hodierni *Liberales* 4 et *Modernisiez* 5.

1 " Sic autem cogitandum est, quocumque baptizemur tempore, nos semel in omnem vitam ablui et purgari : itaque quoties lapsi fuerimus, repetenda erit Baptismi memoria, et hac armandus animus, ut de peccatorum remissione semper certus securusque sit ; nam, etsi administratus præleriisse visus sit, posterioribus tamen peccatis non est abolitus". (Calvinus, *Instit.,* l. IV, c- 15)·

2 Ante communionem, hæc ab Anglicanis ministris dicuntur : " Si in medio vestrum quis reperiatur cujus conscientia in angoribus et in angustiis versetur, atque consolatione vel consilio indigeat, ad me vel ad alium prudentem, docfium ac in lege Dei peritum sacerdotem confugiat; confiteatur et detegat secreto peccata sua suosque angores, ut monita salutaria, consilia necnon solatia recipere possit, et per nos Dei et Ecclesiæ ministros, fidentiam et absolutionem obtineat ". Cfr. Blunt *The sacraments,* London, 1868, p. 190; Morgan Dix *The sacramental system*, New York, 1893, p. 82-104. — Protestantium doctrinam expositam vide ap. Vacant, *Diet, de Thiol.*, t. I, c. 214-229.

3 J *history ofauricular confession and indulgences,* 1896, t. I, ch. 1-7, p. 3-167.

4 A. Harnack *Dogmengeschichte* 1.1, p. 439-444, contendit Ecclesiam primitivam minime consciam fuisse potestatis remittendi peccata; usque ad finem sæculi II[l] a sinu suo in perpetuum ejecisse christianos gravissimorum deli&orum reos; tertio sæculo *Callistum* sibi vindicasse potestatem impudicitiam remittendi; apostatas vero nonnisi a sæculo IV0 fuisse absolutos.

5 *Modernistarum* error, secundum decretum *Lamentabili* (n; 46), ita contrahitur : " Non adfuit in primitivâ Ecclesia conceptus de christiano peccatore auôoritate Ecclesiæ reconciliato, sed Ecclesia nonnisi admodum lente hujusmodi conceptui assuevit. Immo, etiam postquam pænitentia tanquam Eccle-

Contra quos errores doélrinam catholicam exponemus ac vindicabimus, Scripturæ et priorum Patrum textus critice expendendo.

664. *Thesis :* Christus Ecclesiæ contulit potestatem remittendi et retinendi omnia peccata post baptismu .. commissa, et quidem actu vere judiciali.

_*De fide* est exsequentibus *Tridentini* canonibus' : 1. ‘‘Si quis dixerit, in Catholica Ecclesiâ Pænitentiam non esse vere et proprie sacramentum, pro fidelibus, *quoties* post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis a Christo Domino nostro institutum ; A. S. °

3. ‘‘Si quis dixerit, verba illa Domini Salvatoris : ‘‘Accipite Spiritum Sanétum : quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis,retenta sunt”, non esse intelligenda *de potestate remittendi et retinendi peccata* in sacramento Pænitentiæ, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit; detorserit autem, contra institutionem huius sacramenti, ad auéloritatem praedicandi Evangelium; A. S. ”

9. “ Si quis dixerit, absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse *aclum judicialem,* sed nudum ministerium pronuntiandi et declarandi remissa esse peccata confitenti, modo tantum credat se esse absolutum : aut sacerdos non serio, sed joco absolvat; aut dixerit, non requiri confessionem pænitentis, ut sacerdos eum absolvere possit; A. S. ”

Concilium igitur docet : (a) *potestatem remittendi et retinendi peccata* vere fuisse *Apostolis eorumque successoribus collatam;* (b) eam exerceri posse in catholicâ Ecclesiâ non semel aut iterum, sed *quoties* fideles post baptismum *in peccata labuntur,* ideoque nullum peccatum irremissibile esse; (c) hanc autem potestatem non esse nudum ministerium declarandi remissa esse peccata, sed *actum verejudicialem* quo sacerdotes ipsi Deo reconciliant peccatores ceteroquin bene dispositos.

§ I. Thesis Scriptura probatur 2.

Duo praenotamus : (a) Christum, dum in terris viveret, exercuisse potestatem remittendi peccata libero aélu voluntate institutio agnita fuit, non appellabatur sacramenti nomine, eo qaod haberetur uti sacramentum probrosum''. — » Sess. XIV, can. 1, 3, 9.

' Cfr. Corluy, *Spicilegium Dogmatico-bihlicuni,* Gandavi, 1884. t. I, p. 33-51· t. II, p. 438-452; Vacant, *Diet, de Théol.,* t I, p. 138-145; A. d'Alès^ *L'édit de Callisle,* 1914, p. 12-51 ; *D. A.,* t. III, 1756-1763.

tatis suæ, v. g., in casu paralytici et mulieris peccatricis; (b) eumdem modo generali Apostolis contulisse omnem potestatem sibi a Patre commissam ad salutem animarum promovendam. Jamvero omnino improbabile est ab hâc generali missione seu delegatione exceptam fuisse potestatem clavium.

Revera, sedulo inspeôtâ Scrioturâ. duo constant : i° Apostolis eorumque successoribus *promissam* fuisse *potestatem clavium,* in cujus amplitudine continetur *potestas remittendi peccata;* 2° hanc vero potestatem eis fuisse *collatam* ipso resurreétionis die.

665. i° *Hanc potestatem fuisse Promissam,* constat ex verbis ChristFad PetnfffiT^TKt egodico tibi quia tu es Petrus et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam; et tibi dabo claves regni cælorum, et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super terram erit solutum et in caelis "J? Item ex Christi verbis ad omnes Apostolos postea direôtis " Amen dico vobis, quaecumque alligaveritis super terram erunt ligata et in cælo, et quæcumque solveritis super terram erunt soluta et in cælo".

(a) Petro itaque promittuntur *claves regni cælorum,* id est potestas jurisdiétionis super *universam Ecclesiam,* quam

verbis antea prolatis : " super hanc petram ædificabo *Ecclesiam meam*l'. Jamvero *claves tradere* alicujus domûs aut civitatis idem est ac auéloritatem conferre eam claudendi et aperiendi, seu supremam au&oritatem, ut constat ex usu loquendi apud auétores sacros et profanos 3.

666. (b) Quænam sit autem *natura* hujus potestatis sequentia verba declarant : " *quodcumque ligaveris... quodcumque solveris... "* Fatemur equidem hæc verba duplicem sensum *historice* præ se ferre : quandoque nihil aliud significant nisi *declarare* rem esse licitam vel non (v. g., in Tal-

l *Mati.,* XVI, 1S-19. — XVIII, i8._

i Ita quando Eliacim substituitur Sobnæ, templi aut domûs regiæ præposilo, dicitur : " Et dabo elavem domûs David super humerum ejus " (Ζτα., XXII, 22); pariter quando Christus gloriosus vult significare sibi traditam fuisse omnem potestatem, ait : " Et habeo claves mortis et inferni" *{Apec.* I, 18).

mude legitur : Rabbi M solvit, Rabbi N ligat, id est, prior asserit rem esse licitam, posterior autem non licere); alias autem designant potestatem *legislativam* et *judiciariam.* Hunc porro esse sensum in *præsenti loco* constat ex contextu : i) Christus emm_ Apostolis propriam auctoritatem promittit; atqui hæc auctoritas non CSt tantum, *declarativa,* sed simul h·*judiciaria:* ergo Christus Apostolis promittit potestatem leges ferendi, obligationes imponendi, necnon judicium ferendi et vincula solvendi quæ fideles ab ingressu cæli prohibere possunt, præsertim vero peccata quæ sunt unum e praecipuis vinculis; 2) quod consonat cum priori parte textûs, ubi traditur potestas clavium seu claudendi et aperiendi caelum, ideoque tollendi peccatum quod cæli ingressui obstat; 3) et firmatur ex loco parallelo, ubi eadem potestas Apostolis confertur relate ad peccat^J^

Hanc autem potestatem non solum forum externum attingere, sed ipsam *conscientiam,* patet ex eo quod Deus *ratum habet in cælo* quodeumque Ecclesia ligaverit aut solverit in terræ

607· (c) Quod Christus primum soli Petro promiserat, paulo post *omnibus simul apostolis* pariter promisit; eis non tradit quidem potestatem clavium seu potestatem supremam, sed potestatem ligandi atque solvendi, *dependenter a Petro* exercendam.

(d) In utroque casu, hic agitur de potestate *in ipsam Ecclesiam* exercendâ, non autem in eos qui foris sunt : "Ædificabo Ecclesiam, et tibi dabo claves..." Pariter, quando agitur de potestate Apostolis collatâ, prius commemoratur Ecclesia : "Dic Ecclesiæ; si autem Ecclesiam non audierit..". Potestas hujusmodi *distinguitur proinde a potestate baptizandi,* quæ exercetur in eos qui foris sunt, ut hi in Ecclesiam introducantur.

Præfatum argumentum, etsi generale, est omnino validum. Ejus vis ex verbis S. Joannis et Patrum auélorîtate firmatur; jam enim S. Pontifex *Callistus* hoc textu uteba-

l **J/g//.**, XVIII, 15-18. Ibi enim agitur de peccatis remittendis aut retinendis *: ll Si* autem *ftccaverit* *in* /^deficit in optimis codicibus) frater tuus... dic Ecclesiae; si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Arnen dico vobis, quæcumque alligaveritis, etc. ''

tur ad probandum sibi inesseQTacultatenrp remittendi peccata; *Tertullianus* autem, etsi Montanista, hunc sensum non negabat, sed solum dicebat hanc potestatem Petro collatam ad solos *spirituales* transmissam fuisse

668. 2° Quam promiserat potestatem Christus Apostolis *contulit;* siquidem a'mortuls redivivus, stetîFin medio discipulorum et dixit eisÇgJJ " Pax vobis..· sicut *misit* me Pater, et ego *mitto* vos. Hæc cum dixisset, *insufflavit* et dixit eis : *Accipite Spiritum Santium : quorum remiseritis peccata^ remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt*

Quæ quidem verba sunt veluti *authentica declaratio* quâ speciatim definitur una ex multis potestatibus Petro et Apostolis jam promissis in praefatis textibus. Potestas enim de quâ hic agitur, non est, ut volunt Protestantes, mera facultas praedicandi remissionem peccatorum, vel declarandi peccata paenitentibus esse remissa, sed potestas *vere remittendi* peccata; — non solum quoad pcenam, sed etiam quoad *culpam;*—ad *omnia peccata* se extendens; — *modo judiciali* exercenda ; — ideoque *non coarciata ad potestatem peccata remittendi per baptismum.* Quod successive declarabimus.

(a) Potestas hic concessa est potestas non tantùm declarandi peccata esse remissa, ut volunt *Protestantes,* sed *vere remittendi peccata,* ut e praecipuis verbis colligitur : i) Christus declarat missionem Apostolis dandam similem esse missioni quam Ipse a Patre accepit; jamvero Christus non solum praedicaverat remissionem peccatorum, sed ea Ipse dimiserat, immo ad hoc venerat in mundum ut ea destrueret 3. *2)* Verbum *remiseritis (gr.* ἀφήπε) est aétivum, et talem remissionem significat, quæ fiat per aétionem positivam et efficacem, non pèF meram declarationem remissionis jam faétæ; confirmatur ex aliâ voce *retinueritis* (χοατήτε), quæ pariter aétionem positivam denotat. 3) Aliunde in secundo inciso additur : " *remittuntur eis, retenta sunt";* quod quidem, juxta ipsos Protestantes, idem sonat ac *vere remittuntur* vel *vere retenta sunt;* ergo, vi paralle-

* **Tertul.**, *Depudicitiâ,* c. 21, *P. L.y* t. **II**, c. 1025. — *'Joa..*, **XX**, 21-23.
J *Matth.*, **IX**, 2-8; *Luc., N,* 20; **VII**, 47; *Apoc.*, **I**, 5.

lismï, priora verba, *remiseritis, retinueritis,* eodem sensu intelligi debent

(b) Hanc potestatem attingere non tantum rcatum., pcenæ, sed etiam *reatum'ciîÎpæ,* constat : i) Christus enim utitur verbis ἀφηΓε τα; àuapria;, quibus antea usus fuerat ad significandam peccatorum remissionem quoad culpaniX)2) Apostoli, remittendo peccata, agunt nomine Christi et Spiritûs Sanéti, qui peccata remittunt quoad culpam6)

(c) Hæc potestas *ad omnia peccata se extendit :* i) constat ex eo quod nulla limitatio apponitur : " quorum remiseritis peccata, remittuntur eis ", et græcus textus ἀν ηνων ἀφ/ϊτε clare designat *omnes* peccatores posse veniam consequi; 2) confirmatur ex loco parallelo : " *Quæcumque* solveritis super terram, erunt soluta et in cælis ",

(d) Eadem potestas exerceri debet *actu judiciali,* id est : **i**) *causam instruendo* ; duplex enim confertur potestas, peccata tam remittendi quam *retinendi;* jamvero hujusmodi potestas debet exerceri *prudenter,* videlicet præmittendo juridicam materiæ investigationem. 2) *Sententiam ferendo :* causâ enim instruélà, sententia pronuntiari debet quâ peccata auétoritative remittantur vel retineantur, secundùm dispositiones pænitentis, quâ conditiones præscribantur ad remissionem peccatorum adimplendæ, onera et satisfactiones imponantur pro peccatis commissis; ut ita exerceatur potestas ligandi æque ac solvendi.

(e) Hæc potestas non coarélatur ad *potestatem remittendi peccata per baptismum,* sed .coinpleélitur -etiam facultatem dimittendi peccata *post baptismum commissa.* Verba enim Apostoli : 1) *universâtià* sunt; 2) supponunt hanc potestatem *indefinite* et *modo judiciali* exerceri : quod quidem de pænitentiâ potiusquam de baptismo intelligitur, cum hic nonnisi semel conferatur, nec proprie ad modum judicii.

Ex his igitur S. Joannis verbis, et ex modo quo communiter intellecta fuerunt jam a sæculo **III** 3, merito infertur Apostolis eorumque successoribus vere fuisse concessam

'*Marc.*, **II**, 17; Λ/αZM.. **XVIII**. 11; **XIX**, 10; V. jq . 18, iq, *Maith*,, **XVIII**, 11; *Luc.*, **XIX**, 10; */tom.*, *V*, 10, 18, 19; / *Cor.*x **VI**, 11.

3 Quod infra demonstrabilur, n. 689.

potestatem remittendi, ritu judiciali, omnia peccata post baptismum commissa

669. 3° *Confirmatur* ex ratione agendi Apostolorum, (a) Videmus enim Apostolos exercuisse potestatem *ligandi* seu pœnas imponendi ad correptionem et emenqationem peccatorum, v. g.t in casu "~mcestuosi Corinthiiffi(b) ex quo infertur Apostolos etiam exercuisse potestatem *solvendi;* nam peccator traditur pcenis quibusdam temporalibus ut postea justificetur et ejus " spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi et ita jam apparet inter pœnam canonicam et remissionem peccati nexus, qui postea in discipliné pœnitentiali manifesto exhibetu^j)

Notandum est insuper : (fi) Apostolis evidenter persuasum fuisse *omnia* peccata, *gravissima,* ante judicium condigna pœni-~~tentia *remissibilia* essdÇ^Çbjpotéstatem clavium apostolicis tempo-" ribus fuisse exercitam, *non* tamen *eodem modo ac nunc* exercetur : 1) videlicet *non frequenter,* quia *minora* seu venialia peccata tunc potestati clavium subjici non solebant, et aliunde *majora* rarius committebantur; 2) cum *quadam severitate,* quatenus ardua pœnitentia peccatoribus imponebatur antequam absolutio concederetur. Cùm enim Christus non determinâsset modum quo potestas clavium exerceretur, ad Ecclesiam speélabat, pro diversitate temporum, hunc definire ad majorem fidelium utilitatem.

670. *Solvuntur difficultates* contra quorumdam peccatorum remisibilitatenù} (a) Christus videlicet Pharisæis dixit : "Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus : Spiritûs autem blasphemia *non remittetur*^—*Resp.* Contextu inspedto, peccatum de quo agitur est illud quo opera manifeste divina, ut miracula ad divinitatem missionis Christi probandam faéta, diabolo ascribuntur, sicque *deliberate et pertinaciter fidei lumini clauduntur oculi;* agitur enim de Pharisæis qui dicebant Christum in Beelzebub ejicere dæmonia. Jamvero illud peccatum dicitur *non remitti,* non quod nunquam dimittitur, sed quia *ex se nullam excusationem habet,* nullam veniam meretur; vel, juxta alios, quia *difficilius* remittitur, non quidem ex defeétu potestatis aut voluntatis in Deo ejusque ministris, sed quia difficile est peccatorem, qui pertinaciter gratiæ mediis abusus est, sincere pœnitere. Quod sic optime declarat 5. *Thomas*^: " Qui

l Merito itaque a S. *Officio* (dec. *Lamentabili}* reprobata est sequens Modernistarum propositio 47 : " Verba Domini *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata,* etc., minime referuntur ad sacramentum Pœnitentiæ, quidquid Patribus Tridentinis asserere placuit".

J *1 Cor.*, V, 3, 5· Cf. /Z *Thess.,* III, 14-15; 7)7., III, 10. — V *Cor.,* V, 5. Alia exempla hujus exercitu atteri A. d'Aiês, *op. cit.,* p. 38-51.

5J/ *Cor.,* XII, 20-21; *Apoc.,* II, 19-23.

6 Cfr. A. d'AÎès, *op. cit.,* p. 21-38.

' ^*jallh.,* XII, 31. — 8 *Sum. theol.,* 2 2«, q. 14, a. 3.

enim ex ignorantia vel infirmitate peccat, minorem poenam meretur; qui autem ex certa malitia peccat, non habet aliquam excusationem, unde ejus pœna minuatur. Similiter etiam qui blasphemabat in Filium hominis, ejus divinitate nondum revelati, poterat habere aliquam excusationem propter infirmitatem carnis, quam in eo aspiciebat, et sic minorem poenam merebatur. Sed qui in ipsam divinitatem blasphemabat, opera Spiritûs S. diabolo attribuens, nullam excusationem habebat, unde ejus poena diminueretur". Pergit S. Doctor exponendo peccatum in Spiritum S. etiam irremissibile dici secundum naturam suam, in quantum excludit fidem, ideoque ea per quæ fit remissio peccatorum; sicut morbus insanabilis dicitur secundum naturam morbi, per quem tollitur id per quod morbus curari potest.

Alii tamen, cum 5. *Augustino*[1], tenent peccatum hujusmodi esse *finalem iinpœnitentiam,* quæ nullo modo remittitur, quia peccatum mortale in quo homo perseverat usque ad mortem, neque in hâc vitâ neque in futura remitti potest. Quæ tamen expositio aliena esse videtur a contextu.

671. (b) Allegantur verba *ep. ad Hebrews : " Impossibile est* enim eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cæleste, et participes faéti sunt Spiritûs S., gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum virtutesque sæculi venturi et prolapsi sunt, *rursus renovari adpanitentiam* — *Resp.* Hic agitur de *apostatis,* qui, post receptum Baptismum *{illuminati),* post receptam Eucharistiam et Confirmationem *{donum caleste... participes Spiritûs S.),* ad judaismum aut paganismum revertebantur, et, juxta quosdam Patres et Theologos, declaratur eos non posse renovari *per Baptismum,* cùm hujusmodi sacramentum non sit iterabile. Quam interpretationem tradit 01 *Athanasius*[3] : ""Neque, ait, impossibile est pænitere, sed impossibile est obtentu pænitentiæ nos renovari. Est autem ingens inter hæc diète discrimen. Is enim quem pænitet, peccare quidem desinit, retinet tamen vulnerum cicatrices. Qui autem baptizatur, veterem exuit hominem, et renovatur superne genitus Spiritûs gratiâ". — Alii autem permulti, et quidem probabilius, verbum *impossibile* intelligunt de magnâ difficultate, de *morali* non autem physica impossibilitate, ita ut sensus sit admodum difficile esse apostatas ad veram fidem redire. Simili fere modo intelligi possunt sequentia verba : " Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam *non relinquitur pro peccatis hostia,* terribilis autem quædam exspeètetio judiciit^^siquidem hic etiam agitur de *apostatis,* qui, quatenus in apostasia manent, carent hostiâ pro peccatis, sicut qui voluntarie extra Ecclesiam manent

[*] *Sermo* LXXI, *P. L·,* XXXVIII, 445-467.
[\] *Hebr.,* VI, 4 sq. — Cf. Galtier, *of>. cit.,* n. 200-202.
[J] *Ep.* IV n. 13, *P. G.,* XXVI, 655. — [4] *Hebr.,* X, 26.

sunt extra viam salutis; nec tamen exinde præcluditur possibilitas ad fidem Christianam redeundi, in quâ offertur pro peccatis

(c) Opponuntur etiam verba *Joanni&* " Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, et dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est *peccatum ad mortem,* non pro illo dico, ut roget quis ". — *Resp.* Quodnam sit illud peccatum ad mortem, disputant theologi et commentatores : probabilius putamus hic agi de peccato *odii* quo quis *obstinate* fratres suos prosequitur. Apostolus autem non declarat tale peccatum irremissibile esse, sed solum praeceptum pro proximo orandi ad eos qui tali peccato se inquinarunt non extendi; quia, propter sui peccati enormitatem, hoc merentur ut a fidelibus relinquantur sicut ethnici et publicani; aliis verbis isti peccatores privantur publicis Ecclesiæ suffragiis, sicut hodie excommunicat).

§ II. Thesis Traditione probatura

Praenotanda.

672.i° Status quæstionis. Cùm hodie Protestantes *liberales* contendant Ecclesiam reconciliâsse peccatores *in foro externo tantum,* quatenus nempe iterum in sinum suum recipiebat eos quos, ob peccata, excommunicaverat, nostri propositi est ostendere eos etiam *in foro interno* et *coram Deo* remissionem peccatorum consecutos esse.

673. 20 Argumentum generale. Antequam vero singulos textus declaremus, *generale argumentum* praebere expedit, probando reconciliationem cum Ecclesiâ involvere etiam reconciliationem cum Deo, attentis Scripturae et Patrum testimoniis. Duplici probatur argumento : (A) Ex

1 Cfr. A. Lemonnyer, O. P.. *Epîtres de S. Paul,* Paris, Bloud. 1005, t. II, p. 221-223. — VZ*foa.,* V, 16.

Palmieri, *op. cit.,* thes. IX-XI; L. de San, *op. cit.,* n. 180-245; P· Pignataro, *De clisciplinâ panitentiali priorum Ecclesia sacul.,* Rotnæ, 1904; Funk, *Ztir altchristlichen Bussdisziplin,* Paderborn, 1897; Boudinhon, *Sur Γhistoire de la pénitence,* in *Revue d'hist. et de Littér. relig.,* t. II, 1897, pp. 306, 496; Vacandard, in *Diet, de Théologie,* t I, p. 145-168; Batiffol, *op. cit. ;* Swete *l. cit.;* Casey, *Notes on a history of auricular confession,* Philadelphia, 1889; P. A. Kirsch, *op. cit.;* Gartmeier, *Die Beichtpflicht,* 1905; G. Rauschen, *Eucharistie und Bussakrament in den ersten fahrhunderten der Kirche,* 1908, gallice, *DEucharistie et la Pénitence dans les six premiers siècles,* trad. *Al. Decker* et *E. Ricard,* 191c; A. d'Alès et P. Galtier, *D. si.,* verbo *Pénitence,* col. 17561865; P. Galtier, *op. cit.,* th. XIII; A. d'Alès, *Prima lineamenta tractatus dogmatici de sacramento Poenitentia,* 1926 ; *L'Edit de Callisle,* p. 52-455.

eo quod *uniri Ecclesiæ idem est ac ipsi Deo uniri,* (a) Id jam constat ex diébis in *Tr. de Ecclesidt* ubi probavimus Ecclesiam a Christo institutam esse ad sanctificandos homines (n._6o7 sq.), et extra Ecclesiam non dari salutem (n. 824~sq.) : ex hoc enim logice sequitur Ecclesiæ vere et proprie uniri idem esse ac Deo ipsi conjungi, qui solus est sanCtificationis auCtor. (b) Quod quidem ex eo firmatur quod Ecclesia, juxta doCtrinam S. Pauli, est *corpus Christi*^ ita ut esse membrum Ecclesiæ idem sit ac esse membrum Christi. (c) Idem docent Patres antiquissimi, qui, cum S. Ignatio, asserunt eos qui Deo et Christo intime uniuntur esse cum episcopo, et eos qui pænitentiâ duCti redierint ad unitatem Ecclesiæ, eo ipso Dei esse et secundum Christum viverex. Lucidius rem declarant Patres tertii et quarti sæculi, ut infra dicemus.

(B) Ex comparatione institutâ ab antiquis Patribus, Herma aliisque, inter baptismum et pænitentiam quoad *effectus* quos producunt : sicut enim baptismus *interne* et *coram Deo* abluit peccata, ita pariter et pænitentia, etsi diverso modo.

Quibus praenotatis, thesim probabimus triplici testimoniorum genere : i° testimoniis *implicitis* secundi sæculi; 2° testimoniis *explicitis* in controversià cum *Montanistis;* et 30 in controversià cum *Novatianis.* Per modum *appendicis*^ dicemus 40 de *disciplinâ pœnitentiali* per quatuor priora sæcula.

Animadvertimus tamen quædam documenta priorum sæculorum, et quidem maximi momenti, periisse, ut inferri potest ex eo quod *Callisti* decretum, de quo infra, nonnisi imperfefte novimus, nempe ex scriptis Tertulliam~~qui illud impugnâp Ünde si argumentum tustoncum pro prioribuTsæculis mancum apparet, id tribuendum est, ex parte, paucitati documentorum; ideoque ea quæ obscura sunt elucidari debent tum ex praxi Ecclesiæ tum e documentis subsequioris ævi.

I. Secundi sæculi testimonia expenduntur.

674. Primævâ Ecclesiæ ætate, toti erant Do&ores in propugnandis fundamentalibus fidei dogmatibus, nempe unitate

Dei, divinitate Christianae religionis, divinitate Christi, obedientiâ episcopis præstandA, etc. — Insuper, sub influxu enthusiasm! et fervoris in primis christianis communitatibus vigentis, non pauci fideles putabant peccata gravia vix a fidelibus committi posse, ideoque parum de pænitentiâ cogitabant. — Experientiâ tamen compertum est ipsos baptizatos non esse impeccabiles, immo et quosdam in gravissima peccata aliquando labi. Exinde quaestio orta est num et quomodo hæc peccata deleri possint. Quidam *rigoristes* putabant peccata post baptismum commissa esse irremissibilia. Contra quos, Patres secundi sæculi docuerunt peccata post baptismum commissa, per pænitentiam deleri posse : non diserte tamen, sed obiter et obscure, si res judicatur tantum ex documentis quæ supersunt.

675. i° Id innuit *SHgnatius* martyr, dum scribit an. circiter 107 : " Quotquot enim Dei et jesu Christi sunt, hi sunt cum episcopo; et quotquot *pænitentiâ* duéti redierint ad unitatem Ecclesiæ, et hi Dei erunt, ut secundum Jesum Christum vivant"[1] Pariter in *Doflrinâ duodecim Apostolorum {Didache}* legitur[2] : "Die autem dominicâ convenientes frangite panem et gratias agite, postquam *delifta vestra confessi estis,* ut sit *mundum* sacrificium vestrum"; ibi enim confessio peccatorum, seu exomologesis, exhibetur ut medium quo peccata tolluntur : " ut sit *mundum* sacrificium ". Quod confirmatur ex **testimonio***freauziA ;* hic enim narrat mulieres quasdam, a Marco mago et hæretico fuisse seduétas et corruptas. Jamvero quædam inter eas, conversæ ad Ecclesiam Dei, peccata sua confessæ sunt, et publicam pænitentiam seu exomologesim fecerunt; aiiæ autem publicâ exomologesi perterritae, desperantes a vitâ Dei abcesserunt. Ex quo merito infertur pænitentiam tunc habitam fuisse ut medium ad vitam divinam recuperandam[4][5]

676. 2° Sed opus praecipuum, in quo doétrina pænitentialis hujus aetatis exponitur, est *Hermce Pastor,* opus scriptum, mediante sæc. IJ°va fratre Tu, Romani Pontificis 5.

(a) Imprimis auétor inquirit *num,* post baptismum, *pœnitentiæ locus detur.* Audivit enim *Hermas* a quibusdam doôloribus aliam pænitentiam non esse nisi eam quæ fit in

1 *Ad Philaddph.,* n. 3; p. 267 ed. *Funk* (Patres Apostolici), 1901.
2 *Didache* (an. 98-120?), n. 14, p. 33 ed. *Funk.*
3 *Contra hæreses,* lib. I, cap. 13, n. 5-7, *P. G.,* t. VII, 587-591.
4 Alia testimonia vide apud A. d'Alès, *op. cit.,* p. 114-133.
5 A. d'Alès, *op. cit.,* p. 52-113.

baptismo. “ Reéte audisti, inquit Pastor[1], sic enim res se habet. Debuit enim qui accepit remissionem peccatorum non amplius peccare, sed in castitate permanere ” [2]. Attamen Deus, ciirn sit valde misericors, pergit Pastor, pœnitentiam concedit pro omnibus peccatis hucusque commissis, et quidem ad modum privilegii *extraordinarii*. *Semel* tantum datur pœnitentia : non enim licet pœnitere et iterum peccare, ne ita fideles in peccatum inducantur [3]. Remissio autem ad *omnia* deliéla se extendit, etiam *apostasiam* et *adulterium* [4].

677. (b) Hanc autem pœnitentiam fieri *duce et auspice Ecclesiâ,* constat præsertim ex analogic *turris,* quæ, ut ait Hermas, est *Ecclesia.* Nam per baptismum ingredimur *turrim,* per peccatum ab eâ expellimur, sed *per pœnitentiam* iterum in struéluram *turris* intramus : “ Propterea enim intermissio ædificationis faéta est, ut hi (peccatores), si pœnitentiam egerint, intrent in struéluram turns. Si autem non egerint pœnitentiam, tunc alii intrabunt et illi in perpetuum abjicientur”[5]. Non agitur pro inde de pœnitentiâ mere privatâ, sed de eâ quæ fit sub pastoribus ecclesiasticis, et concluditur per reconciliationem cum Ecclesiâ, ideoque cum ipso Deo.

(c) *Necessitatem* et *efficaciam* pœnitentiæ in *foro interno* ad vitam spiritualem recuperandam, ita declarat[45] ‘‘Quotquot autem non agent pœnitentiam, vitam suam amiserunt; quotquot ex iis pœnitentiam egerunt, boni evaserunt et habitationem acceperunt in primis muris; quidam etiam in turrim ascenderunt. Vides igitur,

[1] Hic pastor, juxta quosdam, est angelus Dei ; juxta alios, ipse Christus.

[3] *Pastor** Mand. IV, 3, 2, p. 479 ed. *Funk.*

[3] Mandat. IV, 3, 4-7, p. 479-4S1 ed. *Funk.* Ex aliis tamen locis videtur *Pastor* nunquam denegare remissionem vere pœnîtentibus. Ita A. d’Alès, *op. cit.** p. 104-105; P. Galtier, th. XIII, n. 229-233.

[4] Simii. VI, 2, 3-4, et VIII, 2, 8-9; et VIII 6, 6; pp. 547, 561, 569. —*Modus fictnitendi* postea describitur: “ Oportet pœnitentem cruciare animam suam et humiliare fortiter in omni a&u suo et affligi in omnibus tribulationibus variis; cumque sustinuerit tribulationes sibi supervenientes, omnino miserebitur qui creavit omnia confirmavitque, et remedium aliquod ei dabit; et hoc certe, si viderit cor pœnitentis mundum ab omni negotio”. Itaque requiritur imprimis cor *contritum* et humiliatum, deinde patiens *acceptatio tribulationum*, tandem *mutatio vitet.* (Simii. VII, 4, p. 555 ed. *Funk.)*

[5] Simii. IX, 14, 2, p. 605 ed. *Funk.*

[•] Simii. VII, 6, 6, p. 569.

inquit, pænitentiam peccatorum vitam habere, impænitentiam vero mortem ".

678. *Hermas* igitur supponit Ecclesiæ inesse potestatem pænitentiam imponendi et peccatores coram Deo reconciliandi ; *modum hujus reconciliationis non describit,* quia ejus scopus erat mores Christianos instaurare, non autem omnia describere quæ ad disciplinam pænitentialem speCtant. Quod hic autem praetermisit, scriptores tertii saeculi tam expresse affirmant, ut exinde merito inferatur potestatem clavium non fuisse ignotam saeculo secundo.

II. Testimonia Patrum tertii saeculi contra Montanistas.

Pænitentia, quam Hermas tanquam remedium *extraordinarium* tradiderat mediante saeculo secundo, exhibetur ut remedium *ordinarium, ineunte sceculo tertio.* — Insuper *Ecclesiæ potestas remittendi peccata* diserte affirmatur.

679. i° Id constat ex *hæresi Montanistarum,* qui, circa exitum saeculi secundi, auCtore Montano, rati finem mundi et extremum judicium instare, in Phrygiâ *rigorismum* praedicabant, præsertim vero contendebant apostasiam, homicidium et adulterium ab Ecclesiâ nunquam esse remittenda. Quibus auCtoritatem sui ingenii dedit *Tertullianus.*

(A) In traCtatu *de Pœnitentia* quem adhuc catholicus exaravit (an. 202-206), *Tertullianus* diserte commendat secundam pænitentiam, et eam expresse dicit constare tùm *confessione* quâ determinatur satisfaCtio, tùm *exomologesi* seu satisfaétione quæ tunc valde rigorosa erat, ut ex ejus descriptione patet. Insuper, in eodem traCtatu satis subaudit *sententiam absolutionis* quam sponte suâ exposcit judicium ibi fuse descriptum. Praeterea, nullibi in hoc traCtatu dicit aliquot peccatis fuisse absolute denegatam reconciliationem, sed potius longanimem indulgentiam erga quoslibet pœnitentes ostenditI.

680. (B) Sed, in *Tr. de Pudicitiâ,q\iem* jam Montanista scripsit (an. 217-222), Tertullianus contendit quaedam peccata esse *irremissibilia.*

» A. d'Alès, *op. cit.,* p. 142-168.

(a) Occasio hujus traélatûs fuit *ediftum Callisti,* in quo R. Pontifex declarabat se remittere peccata fornicationis et adulterii : " Audio, ait Tertullianus, ediétum esse propositum, et quidem peremptorium. Pontifex scilicet maximus, quod est episcopus episcoporum, edicit : *Ego et moechia: et fornicationis delifta pœnitentiâ funtlis dimitto" x.* Ibi tanquam auéloritatem habens loquitur; nam, teste Tertulliano, ediétum est *peremptorium ;* suam vero auctoritatem desumit ex verbis Christi : *Tu es Petrus,* etc.

68l. (b) Tertullianus montanista eum acerbe reprehendit Admittit quidem episcopis inesse potestatem quædam peccata dimittendi, ea nempe quæ non sunt ad mortem a; sed asserit peccata quædam esse ad mortem seu irremissibilia, inter quæ fornicationem et moechiam seu adulterium recenset Aliunde, inquit3, Callistus non remittit idololatriam nec homicidium; cur ergo adulterium dimittit? Fatetur tamen Tertullianus hæc tria peccata posse a Deo ignosci. Immo agnoscit Ecclesiæ hanc potestatem competere, sed addit ejus exercitium non expedire : " Sed habet, inquis, *potestatem Ecclesia delicia donandi. Hoc ego magis et agnosco et dispono,* qui ipsum Paracletum in prophetis novis habeo dicentem : potest Ecclesia donare deliétum; sed non faciam, ne et alia delinquant " 4. Ergo hæc potestas absolvendi ab omnibus peccatis, post baptismum commissis, tam inconcussa existimabatur'ut ab ipsis Montanistis agnoscebatur. Neque negabant verba : "Tu es Petrus... quodcumque ligaveris, etc.", includere potestatem peccata remittendi, sed dicebant eamdem transmissam fuisse non episcopis, sed

1 Hoc decretum novimus ex ipso Tertulliano, *De pudic.,* c. I, p. 220 ed. *Vindobon.; P.* II, p. 981. —Siquidem tunc vigebat praxis, in aliquibus ecclesiis, non absolvendi a tribus gravissimis peccatis, nempe idololatriâ aut apostasiâ, fornicatione aut adulterio, et homicidio; non quia Ecclesia carebat facultate ea remittendi, sed quo efficacius fideles ab istis removerentur. Horum criminum reis imponebatur quidem pœnitentia publica, et spes eis relinquebatur quod veniam ab ipso Deo impetrarent; sed absolutio ab his peccatis dari non solebat : quæ proinde erant peccata veluti Deo *reservata.*

9 Peccata hujusmodi quæ dicuntur *leviora* seu *minora* aut *media* relate ad tria crimina reservata, non sunt ea quæ hodie *venialia* vocamus, sed mortalia quæ publicâ pœnitentia expiabantur.

3 *De pudic.*^ c. 5, p. 227 ed. *Vindobon. ; P. L.*> t. II, p. 988.

4 *De pudic.*^ c. 21, p. 269 ed. *Vindobon.; P. L.*y II, 1024.

spiritualibus seu discipulis Montani qui Spiritu ducebantur; ita errabant potius circa sacram hierarchiam et opportunitatem dimittendi peccata quam circa potestatem absolvendi in se speélatam.

Non obstante Tertulliani eloquentiâ, Callisti decretum in Ecclesiam universalem mox receptum fuit.

682. 2° Quod quidem aliis testimoniis confirmatur :

(A) *Origenes* distincte agnoscit episcopis et sacerdotibus inesse potestatem dimittendi peccata, et quidem coram Deo : " Est adhuc et septima, licet dura et laboriosa, per pænitentiam remissio peccatorum, cùm lavat peccator in lacrymis stratum suum... et cum non erubescit sacerdoti Domini indicare peccatum suum et quærere medicinam " 2. Etiam *graviora* peccata *semel* pænitentibus remitti possunt, *leviora* autem semper : " In gravioribus criminibus semel tantum pænitentiæ conceditur locus; ista vero communia, quæ frequenter incurrimus, semper pænitentiam accipiunt et sine intermissione redimuntur" 3.

683. (B) Aliunde ex *libris liturgicis* et *canonicis* hujus temporis patet potestatem dimittendi peccata episcopis in ipsâ ordinatione fuisse concessam.

(a) In *Constitutionibus ecclesiæ Ægyptiaca,* tertio exeunte sæculo, legitur : " Offerat sacrificium sanétæ Ecclesiæ tuæ, et in sanéto animo... peccata dimittat juxta præceptum tuum, ordinationes faciat juxta dispositiones tuas, et in virtute potestatis Apostolis tuis conlatae, omnia poenarum vincula solvat ". Similia invenire est in *Canonibus Hippolyti* 4.

(b) Quod etiam infertur ex opere *Didascalia Apostolorum,* quod ante finem tertii saeculi in ecclesiâ syriacâ recipiebatur. Ibi enim

' *Depudic.,* c. 21, p. 270-271; *P. L.t* II, 1026.

' *In Levitic.,* homil. II, 4, *P. G.,* XII, 417.

3 *In Levitic.,* XV, 2, *P. G.,* XII, 561. — Quidam putant *Origenem* primum docuisse tria peccata esse irremissibilia *{De Oratione,* 28, *P. G.,* XI, 527-530) : ibi enim eos irridet ‘‘qui nescio quomodo sibi arrogant ea quae sacerdotalem superant dignitatem... glorianturque quasi possint etiam idololatriam condonare, adulteriaque et fornicationes remittere"; et nonnisi postea, ab anno 244, docuisse haec etiam posse remitti. Sed A. d'Alès ostendit, *op. cit.,* p. 283-295, praefata verba intelligi posse eo sensu quod Origenes reprehendit sacerdotes qui ista peccata facilius condonabant absque débita pænitentiâ.

4 Ambo haec documenta invenies inter *Monumenta Ecclesia Hturgica* (quae ediderunt F. Cabrol et H. Leclercq), Parisiis, t. I, p. xxxi.

(cap. 5-10) traditur episcopo officium incumbere graviter quidem increpandi peccatores, eisque pænitentiam imponendi, sed postea eos reconciliandi per manûs impositionem, quia potestatem habet ligandi atque solvendi. Neque ullum excipitur peccatum; sed e contra afferuntur Scripturæ textus, ex quibu. constat Deum condonasse peccata Manasse, qui idololatriam et homicidium commiserat, necnon mulieris adulteræ '.

684. Conclusio. Tertio sæculo quamdam potestatem remittendi peccata Ecclesiæ inesse agnoscunt ipsi Montanistæ, atque aperte docent libri liturgici et canonici: et exinde merito infertur eamdem doélrinam *sæculo secundo fuisse receptam :* si enim Tertullianus novisset hanc doétrinam fuisse recenter in Ecclesiam inveétam, id sane dixisset dum tam acerbe impugnabat Callistum; aliunde preces ordinationis et canones superius allati de potestate clavium non fuissent universim recepti, nisi fidei Ecclesiæ consentanei fuissent.

Et ita confirmatur interpretatio quam dedimus testimoniorum secundi sæculi.

III. Patrum doctrina contra Novatianos.

685. Status quaestionis. Mediante sæc. 111°, nova quæstio orta est de absolutione *lapsorum,* seu eorum qui in apostasiam lapsi erant tempore Decianæ persecutionis (an. 250).

Christiani multi idolis sacrificaverant, et *sacrificati* vocabantur; alii ab officialibus libellum acceperant in quo declarabatur ipsos sacrificasse, etsi revera ab idolorum cultu abstinuissent; quare *libellatici* dicebantur. Sedatâ tempestate, multi ex lapsis reconciliationem et absolutionem quærebant, a confessoribus et martyribus petentes *libellos pacis* quos sacerdotibus exhibebant ut statim in pacem Ecclesiæ reciperentur. Exinde orta est quæstio num *lapsis* absolutio concedenda esset.

686. ic Ecclesiæ doctrina. (A) S. *Cyprianus,* tum in epistolis tum in libro de Lapsis, ita respondet (a) Iis lapsis

l Textum syriacum hujus operis edidit Lagarde, Lipsiæ, 1854; gallicam versionem publici juris fecit Nau, *La Didascatie,* Paris, 1902. — Eamdem doélrinam invenies in *Constitutionibus apostolicis; cfr.* Funk, *Die Apostolisthen Konstitutionem,* eine litterar historische Untersuchung, Rottenburg, 1S91

qui *veni pœnitentiâ* et *Christi confessione* suum peccatum expiaverunt, pax neganda non est : " Cum ergo abluerint omne dcliélum, et maculam pristinam assistente sibi Domino potiore virtute deleverint, jacere ultra sub diabolo non debent qui extorres fachi et bonis suis omnibus spoliati, ere-xerunt se et cum Christo stare coeperunt " Pariter si *periculosA infirmitate* laborant, statim reconciliari possunt, " ut exomologesi faélâ et manu eis a vobis in pœnitentiam impositâ, cum pace a martyribus sibi promissâ ad Dominum remittantur " 12

(b) Sed, extra hos casus, lapsi longam agere debent pœniten-tiam antequam absolvantur, nec approbandi sunt sacerdotes qui, exhibitis litteris pacis a martyribus datis, *statim* lapsos ad commu-nionem acceperunt : " Nam, cùm in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam justo tempore, et secundum disciplinae ordinem ad exomologesim veniant, et per manus impositionem episcopi et cleri jus communicationis accipiant, nunc, crudo tem-pore, persecutione adhuc perseverante, nondum restitutâ Ecclesiæ ipsius pace, ad communicationem admittuntur, et offertur nomine eorum, et nondum pœnitentiâ aétâ, nondum exomologesi faélâ, nondum manu eis ab episcopo et clero impositâ, eucharistia illis datur "3.

687. (B) *Romance Ecclesiæ responsum.* Cùm autem nonnulli de hoc conquererentur, S. Cyprianus ad presbyteros et diaconos Romæ, sede pontificiâ vacante, scripsit, totam rem exponens; hi autem ejus agendi rationem approbarunt atque *antiqua praxi Romana Ecclesiæ* confirmârunt; prudenter erga lapsos agebant, " ut nec pronam nostram improbi homines laudent facilitatem, nec vere pœnitentes accusent nostram quasi duram crudeli-tatem " 4

(C) *Decretum Carthaginense.* Postea hæc agendi ratio appro-bata fuit a Concilio *Carthaginensi* (an. 251), cui multi episcopi interfuerunt. 1) Discrimen institutum est inter *libellaticos* et *sacrificatos :* priores post aliquam pœnitentiam reconciliabantur, posteriores tantum in exitu vitæ : ""Et ideo placuit..., examinatis

1 *Ep.* XXV, p. 538 ed. *Vind.; P. L.,* t. IV, p. 274.

2 *Ep.* XIX, 2, p. 525 ed. *Vind.; P. L.,* t. IV, p. 260; cfr. *ep.* XVIII, p. 523 ed. *Vind.,* et *P. L.,* IV, 259.

3 *Ep.* XVI, 2, p. 518 ed. *Vind.; P. L.,* t. IV, p. 251-252.

4 *Ep.* XXX (alias XXXI), p. 556 ed. *Vind.; P. L.,* t. IV, p. 315. — Hanc epistolam scripsit *Novatianus,* postea rigorismi et schismatis fautor; et jam aliqua severitatis nota in ejus epistolâ apparet.

causis singulorum, *libdiaticos* interim admitti, *sacrificatis* in exitu subveniri, quia exomologesis apud inferos non est " Apostasia igitur hoc tempore non erat peccatum reservatum. 2) Ii vero qui per vitam pænitentiam agere noluerunt, et solum tempore periculosæ infirmitatis exomologesim deprecantur, non recipient communionem et pacem, quia " nec dignus est in morte accipere solatium qui se non cogitavit esse moriturum " ▮.

688. 20 Novatianorum error. (A) *Exponitur.* Quæ tamen decreta non placuerunt Novato et Felicissimo, qui Romam profugerunt et Novatiano adhæserunt : hic presbyter, dolens quod non fuerat ele&us S. Pontifex, ab Ecclesià secessit, (a) *Novatianus ipse* docuit Ecclesiam non posse remittere *peccatum apostasia :* qui error damnatus fuit in Concilio Romæ habito, an. 251, sed per multos annos supervixit (b) Ejus discipuli, *Novatiani,* postea docuerunt *omnia peccata ad mortem* non posse ab Ecclesià dimitti.

689.(B) *Novatianismus a Patribus impugnatur.* Contra quos scripserunt, inter alios, S. *Ambrosius* et S. *Padanus.*

(a) *S. Ambrosius,* inlib. de Pænitentiâs (an. circiter 384), probat Christum Ecclesiæ contulisse potestatem omnia peccata dimittendi, et quidem coram Deo : ex verbis S. Joannis 4 ; " Quorum remiseritis peccata...", et ex verbis S. Matthæi 5 : "Tibi dabo claves regni cælorum... Peccata autem remitti *coram Deo* demonstrat ex analogiâ cum baptismo : " In baptismo utique remissio peccatorum omnium est : quid interest utrum per pænitentiam an per lavacrum hoc jus sibi datum6sacerdotes vindicent. Unum in utroque mysterium est". Posteaque addit in pænitentiâ sicut in baptismo conferri gratiam. — Tandem ostendit nulla peccata esse irremissibilia, explicando textus Scripturæ ab adversariis allatos 7, de quibus jam supra egimus, nn. 670-671.

690. (b) 5. *Padanus,* Barcinonensis episcopus, in epistolis tribus ad Sempronianum novatianum scriptis (an. circiter 380), dodtrinam catholicam diserte propugnat

* *Ep.* LV, 17, p. 636 ed. *Vind.* — · *Ibid.,* 23, p. 641-642 ed. *Vind.*
3 *P. L.,* t. XVI, p. 465-524. — 4 *P. L.,* XVI, 467. — 5 *p. L.t* XVI, 476.
6 *De panit.,* L I, c. 8, *P. L.,* XV
1 *P. L.,* XVI, 480 482, 496, 409.

1) Probat non solum *apostolis,* sed eorum *successoribus* concessam fuisse a Deo *potestatem peccata dimittendi : "* Nunquam Deus non pænitenti comminaretur, nisi ignosceret pænitenti. Solus hoc, inquies, Deus poterit. Verum est : sed et quod per sacerdotes suos facit, ipsius potestas est. Nam quid est illud quod Apostolis dicit : *Qua ligaveritis in terris,* etc...? Cur hoc, si ligare hominibus ac solvere non licebat? An tantum hoc solis Apostolis licet? Ergo et baptizare solis licet"[1].

2) Quia vero Novatiani dicebant inutilem fore baptismum, si pænitentibus remissio peccatorum datur, S. Pacianus ostendit *discrimen esse inter utrumque sacramentum :* " Baptismus enim sacramentum est dominicæ passionis, pænitentium venia, meritum confitentis. Illud omnes adipisci possunt, quia gratiæ Dei donum est, id est gratuita donatio; labor vero iste paucorum est qui post casum resurgunt, qui post vulnera convalescunt, qui lacrymosis vocibus adjuvantur, qui carnis interitu reviviscunt"[2].

3) Cùm haeretici contenderent remissionem peccati esse incitamentum ad peccandum, respondet Pacianus : ""Quid ais? Ergo qui sæpius remedium criminis monstrat, crimen ostendit? Et medicus ille cùm curat assidue vulnerari docet? Deus nec peccare vult hominem semel, et tamen liberat a peccato. Nec utique cùm liberat, peccatum docet; sicut nec qui ab incendio liberat, incendium monstrat "[3].

4) Tandem ostendit *omnia* peccata posse remitti : *"Quacumque solveritis,* inquit; omnino nihil excipit. *Quacumque,* inquit : vel magna, vel modica"[4]. — Quia vero opponebatur condemnatio incestuosi, respondet hunc non fuisse Satanæ traditum ad mortem æternam, sed ad pænitendum : " Deinde vides quod hic ipse peccator incestûs non morti traditur, sed Satanæ, ad emendandum, ad colaphizandum, ad pænitendum. Denique ait, *ad interitum carnis,* non tamen animæ, non etiam spiritus; sed ad solius carnis interitum, tentationes scilicet, carnis angustias, detrimenta membrorum " [5].

691. Multi alii Patres quarti sæculi hanc absolvendi potestatem tanquam veritatem inconcussam tradunt[6]. —

[1] *Ep,* I ad Sempron., n. 6, *P. L.,* t. XIII, 1057.

[2] *Ep.* III ad Sempron., n. 8, *P. L.,* XII, 1068. — [3] *Op. cit.,* n. 9, p. 1069.

[4] *Op. cit.,* n. 12, p. 1071. — [5] *Op. cit.,* n. 18, p. 1075.

[6] Ita inter alios, S. Joannes Chrysostomus, *De Sacerdotio,* l. III, c. 5, *P. G.,* t. LXVII, 643; S. Gregor. Naz., *Orat.* 39 in SS. Lumina, n. 18-19, *P. G.,* t. XXXVI, 356-357; S. Aphraates, *Patrol, syriaca,* ed. *Grajfin,* 1894, t. I, pp. 313-360; S. Ephrem., *Opera,* Romæ, 1740, t. II, p. 440; S. Hilarius, *Comment, in Matt., P. L.,* t. IX, 1921, etc.

CAPUT I.

Nec ulterius progredi necesse est, cum, latentibus adversariis, potestas clavium jam a sæculo quinto ab *Ecclesiâ exercita fuerit.*

692. Conclusio generalis. Ex faults et testimoniis supra allegatis historice constat Protestantes omnino errare dum affirmant Ecclesiam per priora sæcula peccatores non reconciliâsse nisi *foro ecclesiastico,* (a) *Explicite* enim Patres quarti, immo et tertii sæculi, affirmant Ecclesiæ potestatem inesse vere dimittendi quædam saltem peccata etiam gravia, *coram Deo* seu *aim infusione gratiæ.*

(b) *Implicite* idem constat e modo quo *progressive nata est hæresis contraria primum* Tertullianus, cum Montanistis, non negat ipsam potestatem sed solum opportunitatem eam exercendi; postea Novatiani, etiam quarto sæculo, hanc potestatem non omnino negant, sed coarélant ad peccata quæ non sunt ad mortem; Protestantes sæc. XVI primi sunt qui clavium potestatem penitus rejecerint.

Nova igitur non est doélrina catholica, sed Protestantium affirmatio quæ antiquis Patribus erat penitus ignota.

693. *Solvitur difficultas.* Objiciunt tamen *Liberales* quarto sæculo vestigia inveniri sententias vi cujus peccata non vere remittuntur, sed solum remissa *declarantur. S. Hieronymus* enim, verba *Tu es Petrus...* exponens, comparationem instituit inter sacerdotes Veteris et Novae Legis, et asserit similem esse priorum ac posteriorum missionem; sicut sacerdos antiquus lepram non curabat, sed solum authentice de morbo et ejus sanatione judicabat, ita "alligat vel solvit episcopus et presbyter non eos qui insontes sunt vel noxii, sed, pro officio suo, ciim peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, qui solvendus" [1].

P.esp. (a) Etiamsi S. Hieronymus docuisset potestatem sacerdotum esse mere declarativam, hujus testimonium, utpote *unicum,* innumera Patrum anterioris aut sequioris ævi infringere non posset, (b) Valde probabiliter autem ejus verba sensu catholico intelligi possunt, eo sensu nempe quod sacerdotes non possunt modo *arbitrario* peccata dimittere, sed post accuratam investigationem, ut sciant qui legitime ligandus sit aut solvendus, ut supra diélum est de naturâ hujus potestatis (n. 661); nam postea fatetur quodcumque ligant super terram esse ligatum in cælis

[1] *In Maith.,* XVI, 19, *P. L.,* XXVI, 118.
[2] *In Maith.,* XIX, 18.

IV. Appendix de antiquâ pænltentlali ðisciplInâ

Potestas clavium, ex diitis, eadem semper fuit in Ecclesiâ, sed modus eam exercendi diversus fuit secundum diversa tempora, prout postulabat fidelium vel Ecclesiæ utilitas : quod breviter exponere opportunum erit.

694. i° Generalis indoles antiquae pænitentialis disciplinae describitur. Ecclesia fidelibus peccatoribus novum genus vitæ imponebat, vitæ *religiosa* postea institut» valde similem. (A) Primum pænitentia ab Episcopo injungebatur ’ : (a) peccatores specialem induebant habitum, ut in sacco et cinere austeram et laboriosam vitam ducerent : ita veluti authentice inter pænitentes recipiebantur; (b) multis privabantur privilegiis in ordine religioso et civili : stantes ad portas ecclesiæ, vel intra ecclesiam speciali loco admissi, eucharistico sacrificio assistere non poterant; neque nuptias inire aut matrimonio jam inito uti; nec etiam honores ambire, militiam aut negotium exercere 3; (c) variis autem mortificationibus corpus suum afficiebant, balneis et lautis epulis renuntiabant ; brevi somno contenti, diuturnae orationi vacabant, eleemosynis suæ conditioni proportionatis peccata redimentes.

(B) Huic public» pænitentiæ *tola Ecclesia cooperabatur* non solum piis exhortationibus, sed etiam veniam a Deo petendo pro pænitentibus : hæc fuit veluti prima origo indulgentiarum.

695· (C) Quando pænitentia sufficiens judicabatur, *absolutio* ab Episcopo concedebatur, quæ consistebat in *impositione manuum* cum *oratione* quæ veniam peccatorum significabat. Hæc autem cuique pænitenti *semel* tantum dabatur, ne frequentiori concessione fideles ad multiplicanda peccata induci viderentur. Generatim semel in anno sollemniter coram fidelibus coadunatis absolutio concedebatur, et quidem in Cœnâ Domini, juxta usum romanum.

1 Hæc disquisitio, quæ ad demonstrationem thesis minime necessaria est, ad eam confirmandam haud parum inservit. — Cfr. Tertul., *De pænitentiâ, De pudicitiA; Philosophoumenay* IX, 12; E. ₱reuschen *TertuHians Schriflen De pænitentia und de pudicitia, init Biicksicht auf Bussdisziplin untersuchty* Giessen, 1890; E. ₱olffs *Das Indulgent-Edict des romischen Bischofs Kaliist kritisch untersucht und reconstruiert,* Leipzig, 1893; A. d’Alès, *op. cit.,* p. 422-455; G. Rauschen, *op. cit.y* l. II, § II; P. Galtier, th. XIV, XV.

’ Quam laboriosa fuerit hujusmodi pænitentia, describit Tertullianus, *De*

3 Ita Papa Siricius, ad Himerium scribens, *ep.* I, 5, *P. L.y* XIII, I137»eos carpit ‘‘qui aéiâ pænitentiâ tanquam canes ac sues ad vomitus pristinos et volutabra redeuntes et militiæ cingulum et ludicras voluptates et nova conjugia et inhibitos denuo appetivere concubitus”,

Si vero urgebat *periculum mortis, statim* absolvebantur ægroti, ne absque communione e sæculo exirent [*].

Conclusio. Antiquitus sicut nunc tres aôlus pænitentis requirebantur, sed primæva Ecclesia magis satisfactioni insistebat.

696. a3 Quaestiones disputatae. Hodie tamen, inter catholicos auctores, duæ præcipuæ quæstiones agitantur : (a) num, per aliquod tempus, in universâ Ecclesiâ, absolutio tribus maximis peccatis denegata fuerit; (b) num, quinque prioribus sæculis, præter pænitentiam publicam, viguerit etiam pænitentia privata.

697. (A) Ad primum quod speélat : (a) auétores maximi ponderis, ut *Morinus, d'Aubespine, Juenin, Petavius, Sirmond, Funk, Vacandard, Batiffol,* putant Ecclesiam, per tria priora sæcula absolutionem denegasse reis apostasiæ, fornicationis et homicidii', etiam in articulo mortis, eos remittens judicio Dei simulque preces fundens ut Deus eis ignosceret. — Quod probant : ex *Tertulliano;* hic enim asserit Callistum primum fuisse qui moechis veniam daret, et ita non sibi consistere, quia idololatris et homicidis absolutionem denegare pergit 3; ex 5. *Cypriano,* qui testatur quosdam ex episcopis africanis adulteros absolvere noluisse ‹; ex concilio *Illiberitano* (an. 306), can. 1, ubi dicitur : " Placuit inter eos qui post fidem baptismi salutaris adultâ ætate ad templum idoli idolaturus accesserit, et fecerit, quod est crimen capitale, quia est summi sceleris placuit nec in finem eum communionem accipere " 5; ex concilio *Arelatensi* (an. 314), can. 22, ubi similia habentur; ex *Origene,* qui reprehendit sacerdotes absolventes, ex ignorantiâ canonicæ disciplinæ, tria præfata deliéta6. Ergo, inquiunt, in Ecclesiâ tum

1 Quod constat ex ep. S. Innocentii I ad Decentium, episcopum Eugubinum *(P. L.,* XX, 559) : " De pænitentibus autem, qui sive ex gravioribus commissis, sive ex levioribus pænitentiam gerunt, si nulla interveniat ægritudo, quinti feriâ ante Pascha eis remittendum Rornanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Ceterum de pondere æstimando deli&orum, sacerdotis est judicare, ut attendat ad confessionem pænitentis, et ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac tum jubere dimitti, cùm viderit congruam satisfactionem suam. Vel si quis ægritudinem incurrerit, atque usque ad desperationem devenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, ne de sæculo absque communione discedat

* Morinus, *op. cit.,* lib. X, c. 1-3; d'Aubespine, *De vel. Ecclesia ritibus,* c. 2; Juenin, *De ponit.,* q. VII, c. I, a. 2, § I; Petavius, in notis ad Epiphanii hæres. 59, ad calcem ejus operum; Sirmond, *Hist, panit. publica,* c. 1; Funk, *Theol. Quartalschrift,* p. 432 sq.; Vacandard, in *Rev. du clergt franf.,* L XX, 1899, p. 575 sq.; Batiffol, *op. cit.,* p. 215.

1 Tertul., *De pudiciiiâ,* c. 5-6; *P. L.,* L II, p. 987-991.

4 S. Cyprian., *ep.* 52 ad Antonianum, n. 21.

s Ap. Bruns, *op. cit.,* L II, p. 2.

* Orig., *De oratione,* c. 28, *P. G.,* t. XI, p. 528-529.

‹

Latinâ tum Græcâ, praxis viguit, usque ad quartum sæculum, veniam denegandi horum criminum reis.

698. (b) Aliunde multi theologi, inter quos *Stufler, A. d'Alès, P. Galtier,* docent *nunquam* in Ecclesiâ praevaluisse praxim *universalem* graviorum criminum, in fine vitæ, absolutionem denegandi ». Quod probant duplici argumento : *indirefle,* auéloritate *C. Tridentini* definientis confessionem sacramentalem necessariam esse jure divino; ex quo infertur Ecclesiam non potuisse pænitentibus denegare, præsertim in articulo mortis, tam necessarium sacramentum; *direfle,* exhibendo testimonia Patrum, præsertim Hermae, S. Cypriani, S. Paciani, S. Cælestini, S. Leonis, etc., quæ supra retulimus.

Ad auéloritates allegatas respondent : *Tertullianus* calumniatur Callisti doétrinam, forte ad imminuendam ejus auéloritatem apud Afros ; 5. *Cyprianus* affirmat *quosdam* episcopos, non autem omnes, absolutionem moechis denegâsse; concilia superius allegata loquuntur de *communione,* non autem de absolutione denegandâ.

699.(c) *Judicium de hàc controversia.* Hic non agitur de re dogmatica, sed *historicâ* et *disciplinari,* quæ ex*faflis* dirimenda est Hæc autem sunt satis obscura. Certum videtur, mediante sæculo secundo, absolutionem denegatam non fuisse ob præfata peccata, ut constat ex auétoritate Hermæ. Pariter omnes concedunt jam a sæculo quarto horum peccatorum reservationem aboletam fuisse, in plerisque saltem ecclesiis. Sed res dubia manet quoad finem sæculi secundi et initium tertii. ôl· *Irenæus* et *Clemens Alexandrinus* supponunt suo tempore adulterium et homicidium condonari posse'. Attamen, attentis testimoniis supra allatis, n. 679, valde probabile est, per aliquod breve tempus, horum peccatonim condonationem judicio et misericordiaè Dei fuisse reliétam in *quibusdam ecclesiis,* ut fideles ab istis deliétis deterrerentur; Callistum vero hanc praxim reprobâsse praecipue quoad adulteros, ne forte in desperationem venirent, et mox reservationem sublatam fuisse quoad duo alia peccata. Ceteroquin pænitentia pro istis delicStis imponebatur, et delinquentes veniam consequebantur per contritionem perfeétam.

1 Palmieri, th. 9, p. 92; De San, η. 2ii sq.; Pignataro, *op. cit.,* p. 106 sq. ; Pellé, *Le Tribunal de la Pinitence,* thèse, Paris, Oudin, 1903, p. 86-136; G. Esser, *Die Bussschriften Tertullians,* 1905; Stufler, in *Zeitschriftf. Kath. Theol.,* 1908, p. 1-48; A. d'Alès, *op. cit.,* p. 228 sq. ; P. Galtier, th. XIII.

8 S. Iren, 1. cit ; Clemens Alex., *Quis dives salvetur,* c. 47, *P. G.,* t IX, p. 647-651, ubi narrat S. Joannem in Ecclesiam recepisse quemdam latronum ducem, antea a se baptizatum, ideoque supponit homicidium non esse irremissibile.

70α (B) Quoad pænitentiam *privatam,* duplex pariter viget opinio.

(a) Theologi, de quibus supra », tenent prioribus sæculis duplex fuisse pænitentiæ genus : pænitentiam *publicam* pro publicis gravioribus deli&is, *privatam* vero pro occultis. Quod probant : 1) *a priori:* nam, si obligatio viguisset publice confitendi peccata *occulta,* aut publice pro eis pænitendi, sigillum sacramentale fuisset violatum; insuper pænitentia publica *semel* tantum concedebatur, ideoque, sublatâ pænitentia privata, nulla esset spes veniæ pro recidivis. 2) Ex quibusdam *failis :* Cerdon, hæreticus, a S. *Ireneto*l describitur tanquam " in Ecclesiam veniens et exomologesim faciens... modo quidem, latenter docens (hæresim), modo vero exomologesim faciens "; atqui pænitentia publica *semel* dabatur; ergo hic agitur de privatâ exomologesi. Idem fere narratur de Marcione, qui, semel et iterum ex Ecclesiâ ejeôtus, tandem pænitentiam subiit, pacem postea recepturus 3. — Præterea *C. Niccenum,* can. 13, statuit ut omnibus moribundis (ideoque relapsis) non denegetur sacra communio; ergo eis prius ministrabatur pænitentia, eaque privata.

701. (b) Ex adverso autem critici, de quibus supra, negant per quatuor saecula fuisse pænitentiam *privatam* a publicâ distinctam.* Agnoscunt quidem *confessionem* peccatorum generatim fuisse occultam et auricularem; sed *satisfaflio* seu pænitentia sem-per publica erat; idem dicendum de *absolutione,* si excipias casum morientium : tunc enim peccatorum condonatio privatim fiebat Etenim : 1) quoties Patres quatuor priorum sæculorum de pænitentiâ agunt semper eam describunt ut *publicam.* 2) Pænitentia *privata* non exhibetur nisi quarto exeunte sæculo in *Oriente,* quando *Neblarius* (381-398) pænitentiarios abolevit, occasione cujusdam scandali^; in *Occidente* autem, sæculo sequenti. 3) Paucissima faéta in contrarium allegata nil probant : Cerdon et Marcio, hæretici, non aliam exomologesim susceperunt nisi *publicam,* quæ sola tanto crimini competebat, sed, propter inconstantiam suam, pluries eam abruperunt; ex canone *Nicceno* nihil aliud infertur nisi condonationem peccatorum *moribundis* concedi privatim,

1 Cfr. S. Harent, in *Eludes des PP. Jisuites,* L LXXX, 1899, p. 577, et t. LXXXII, 1900, p. 577; A. d'Alès, *op. cil.,* p. 422-455.

* S. Iren., *C. Hares.,* l. III, c. 4, *P. G.,* t. VII, p. 857.

3 Tertullianus, *De prascript.,* c. 30, *P. L.,* t. II, p. 42.

* Quorum argumenta exponit Vacandard, in *Rev. du Cl. français,* L XXIX, 1900, p. 258-264.

5 Quod narrant Socrates, *H. E.,* L V, c. 19, *P. G.,* L LXVII, p. 613 sq., et Sozomenes, *H. E,* l. VII, c. 16, *P. G.,* t LXVII, 1457 sq.

per modum *privilegii,* sed exinde minime probatur modo generali pro aliis Christianis viguisse pænitentiam privatam; immo, si moribundi supervixerint, juxta *Condi. Arausicanum /,* can. 3, in ordine pænitentium stare debebant, ideoque pænitentiam agere publicam.

702. (c) *Judicium de hâc controversies* In re tam difficili et obscurâ, hæc animadverte liceat : — 1) Pænitentiæ publicæ subjiciebantur non solum tria maxima peccata, nempe apostasia, fornicatio et homicidium, sed etiam alia minora, quæ ut mortalia existimabantur; quod testatur 5. *Cyprianus :* " Cum in minoribus peccatis agant peccatores pænitentiam, justo tempore et secundum disciplinae ordinem ad exomologesim veniant, et per manûs impositionem episcopi et cleri jus communionis accipiant "x. 2) Pænitentia publica vere erat *sacramentalis,* quippe quæ tota tenderet in remissionem peccatorum non solum quoad poenam, sed etiam quoad culpam per ministerium et absolutionem sacerdotis, intercedentibus cum eo fidelibus, ut constat ex superius diCtis de exomologesi, et ex dicendis de absolutione. 3) *Moribundis* concedebatur absolutio sacramentalis, etiam antequam canonicam pænitentiam absolverint, ut reconciliati cura Deo e vita excederent; insuper aliquando, ob confessorum et martyrum intercessionem, tempus pænitentiæ abbreviabatur. 4) Extra hos casus, valde probabile est *absolutionem* concessam esse pro minoribus deliCtis quæ publicæ pænitentiæ non subdebantur a.

Art. II. De ministro potestatis clavium.

Ex didis jam inferri potest non omnibus christianis competere potestatem clavium : cùm enim hæc ipsam conscientiam fidelium attingat, peccataque remittat etiam coram Deo, evidens est eam exerceri non posse nisi ab iis qui divinitus deputati sunt ad fideles sanctificandos. Ad eam sxercendam duplex requiritur potestas, juxta *Tridentinum*\ nempe potestas *ordinis* et*jurisdictionis.*

§ I. De potestate ordinis ad remittenda peccata.

703. i° Errores, (a) *Montanistce* potestatem clavium tribuebant solis pneumaticis seu spiritualibus, id est iis qui Spiritu SanCto

1 S. Cyprian., *ep.* 9, n. 2, *P. L.,* t. IV. p. 251.

» Tertullianus enim concedit *{De pudicitiâ,* XVIII, 18) fideles posse pro ‘‘levioribus delidlis veniam ab episcopo consequi".

J Sess. XIV, cap. 7, Denz. Bann., 903 (782).

inspirabantur; (b) *ll'aldenses* et *Wicleffita* bonis sive laicis sive sacerdotibus eamdem concedebant; (c) *Protestantes liberales* tenent primis Ecclesiæ sæculis ; testatem clavium exercitam fuisse a *charismaticis,* id est, a fidelibus speciali dono seu charismate gaudentibus.

704. 20 *Thesis :* Soli sacerdotes, id est episcopi et presbyteri, sunt ministri potestatis clavium, seu valide possunt a peccatis absolvere.

De fide est ex *Tridentino* 1 : " Si quis dixerit, sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi et solvendi non habere; aut non solos sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus et singulis Christi fidelibus esse diôtum : " Quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata et in cælo; et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in cælo"; et: "Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt" : quorum verborum virtute quilibet absolvere possit peccata, publica quidem per correptionem duntaxat, si correptus acquieverit; secreta vero per spontaneam confessionem; A. S. "

(A) *Scripturâ* probatur, nempe ex duobus textibus a *Tridentino* allegatis, quos supra (nn. 665-668) declaravimus. Ex his enim constat potestatem apostolis eorumque successoribus collatam, modo *judiciali* exercendam esse. Jam vero auéioritate judiciali non gaudent omnes fideles, sed solum ii qui Ecclesiæ præsunt Et sane *Apostolis,* non vero indiscriminatim omnibus discipulis, Christus promisit et contulit clavium potestatem.

(B) *Traditione. S. Ignatius* non promittit peccatoribus remissionem peccatorum nisi *redeant ad episcopum Tertullianus,* adhuc catholicus, exomologesim describens, dicit peccatores *"presbyteris advolvi" 3; S. Cyprianus,* Tertulliani discipulus, peccatores ad pænitentiam hortatur, " dum satisfaéiio et remissio faéta per *sacerdotes* apud Dominum grata est " 4. Alii cum *S. Ambrosio* explicite dicunt *apostolis* et *sacerdotibus* incsse potestatem remittendi peccata 5.

1 Sess. XIV, can. 10, Denz.-Bann., 920 (798). — Cfr. *Codex,* can. 871.
2 *Ad Philadelph.,* 3, 2, JourneI, 56.
3 *De Penii.,* n. 9, JourneI, 315. — 4 *Dt lapsis,* c. 28, JourneI, 553.
5 *De Penii.,* lib. T, c. 2, JourneI, 1297.

Per quatuor priora sæcula, potestas clavium fere exclusive ab episcopis exercebatur; quarto autem sæculo, presbyteris quibusdam, nempe pænitentiariis, concessa est auctoritas confessiones audiendi et peccatores absolvendi; a quinto ad oélavum saeculum hæc potestas ad plures alios presbyteros extensa est; et jam a sæc. VIII ad omnes sacerdotes x.

Solvuntur difficultates'. (A) Pauca tantum animadvertere liceat de *pneumaticis*. Non diffitemur quidem quosdam, in primævâ Ecclesiâ, specialibus charismatibus fuisse donatos, quæ describuntur a S. Paulo; sed nullibi dicitur ipsis concessam esse potestatem remittendi peccata. — Tertullianus, jam montanista faétus, hanc potestatem *spiritualibus* adscribit, sed, non obstante ejus ingenio,, hæc assertio mox universim reprobata fuit, etiam a S. Cypriano, ejus discipulo. Nil igitur exinde deduci potest contra nostram thesim.

705. (B) Nonnulli objiciunt *confessores* et *martyres* privilegium obtinuisse *libellos pacis* concedendi, ideoque remissionem peccatorum. — Ex epistolis S. Cypriani evidenter constat hanc martyrum intercessionem fuisse quidem unum e motivis propter quæ pænitentia mitior aut brevior imponebatur, sicut hodie vi communionis saniorum conceduntur indulgentiæ, sed minime fuisse veram absolutionem a peccatis; episcopos autem judicasse quibusnam et quandonam reconciliatio concedi debeat 3. Jamvero hæc doétrina approbata fuit non solum ab episcopis africanis, sed etiam ab Ecclesiâ Romana, ut jam supra notavimus, n. 687.

706. (C) Alia tamen difficultas exsurgit ex interventu *diaconorum* in administratione pænitentiæ. S. *Cyprianus,* de lapsis scribens qui in periculo mortis erant, dicit eos *exomologesim* facere posse apud presbyterum, aut, si presbyter desit, apud *diaconum* .*

Hic agitur de *reconciliatione externâ* cum Ecclesiâ, quæ quoad peccatores, præcedere debebat administrationem viatici. Quæstio enim erat de *lapsis* qui libellum pacis a martyribus acceperant, simulque gravi infirmitate laborabant, et in periculo mortis versabantur. Episcopus permittit presbyteris, et, si desint, diaconis pænitentiam infirmis dare per impositionem manuum, ut, pænitentiâ acceptâ, atque acStu contritionis elicito, morituri possint communionem accipere, et ita ad Dominum accedere cum pace.

1 Tixeront, III, 253.

' P. Laurain, *De l'intervention des laïques, des diacres et des abbesses dans l'administration de la Pénitence,* 1897.

3 *Epistolce 9,* 10, II, 13, 17, 26, 30, etc., *P. L.*, t. IV, pp. 252, 255, 257, 260, 270, 304-305. — 4 *Epist.* 12, *P. L.,* t IV, p. 259.

707.(D) Objicitur etiam aliquando *monachos,* qui sacerdotio initiati non erant, confessiones audiisse.

Resp. Fatemur equidem Medio Ævo, præsertim in Oriente, rem *aliquando* se ita habuisse, quia videlicet populus Christianus, pravis moribus sæcularium sacerdotum scandalizatus, regularibus peccata confiteri saepe mallebant, etiam iis qui sacerdotes non erant : hic autem erat abusus ex ignorantiâ ortus qui non diu perseveravit.

708. (E) Urgent : Medio Ævo invaluit usus ut in periculo mortis, deficiente sacerdote, confessio laicis fieret [1]; hanc praxim commendârunt doctissimi theologi, immo ejus necessitatem docuerunt, v. g., *Lanfrancus* [2], *Petrus Lombardus* [3], *Rob. Pullus* [4], *Albertus Magnus* [5], *Thomas* [6], aliique; ergo etiam laici absolvere possunt

Resp. Præfati Do€tores minime docent laicos potestatem habere absolvendi, quamvis teneant, in casu necessitatis, *utile* aut *necessarium esse peccata laico confiteri.* Hanc opinionem acceperunt ab auétore libri de verâ et falsâ pænitentiâ, qui [7] *Augustino* immerito adscribebatur; en verba Pseudo-Augustini[8] : ‘‘Qui vult confiteri peccata ut inveniat gratiam, quærat sacerdotem qui sciat ligare et solvere... *Tanta itaque vis est confessionis, ut si deest sacerdos, confiteatur proximo...* Etsi ille cui confitebitur, *potestatem solvendi non habeat,* fit tamen dignus venià ex sacerdotis desiderio, qui crimen confitetur socio ”. Ex quo sequitur laicos potestate absolvendi carere. Idem tenet *S. Thomas* (l. c.) ubi dicit : “ Sed quando necessitas imminet, debet facere pænitens quod ex parte suâ est, scilicet conteri, et confiteri cui potest; qui, quamvis *sacramentum perficere non possit,* ut faciat id quod ex parte sacerdotis est, absolutionem scilicet, defeétum tamen sacerdotis summus sacerdos supplet Laici igitur, dum confessiones audiebant in casu necessitatis, potestate absolvendi non gaudebant; sed Christus ipse, occasione hujus humilis confessionis, remissionem peccatorum bene dispositis impertiebatur. Attamen, propter hunc interventum, diaconi a quibusdam theologis hujus ætatis vocabantur ministri *extraordinarii* sacramenti Pænitentiæ [8].

[*] A. Teetaert, *La confession aux laïques dans ГEglise latine depuis le VIII* siicle jusqu'au XIV·,* Bruges, 1926; *Diet. Thiol.,* t. I, p. 183-189.

[*] *De Celandâ confessione, P. L.,* t. CL, p. 629 sq.

[3] *Sentent.,* lib. IV, dist 17.

[4] *Sentent.,* lib. VI, cap. 51, 301-302, *P. L·,* L CLXXXVI, p. 897.

[5] *lu IV Sentent.,* dist. 17, art. 58-59. — [6] *Supplent.,* q. 8, a. 2, ad I. — [8] A. Vacant, *Diet, de Thiol.,* I, p. 182-189.

§ II. De potestate jurisdictionis.

709. 1° Praenotanda. (A) *Notio jurisdictions.* (a) JurisdiCb'o ecclesiastica *in genere* definitur *potestas regendi subditos adfinem supernaturalem.* Triplex est : *legislativa,* ad leges ferendas, *judiciaria,* ad sententias auCloritative ferendas, et *coaCliva,* ad pcenas infligendas.

(b) Jurisdictio, quæ ad *sacramentum Pœnitentiæ* requiritur, est *judiciaria,* cùm hoc sacramentum sub formâ judiciali ministretur, et quidem *fori interni,* cùm direCte et primario privatam cujuslibet fidelis utilitatem respiciat, immo et fori *pœnitentialis,* ut sic distinguatur a jurisdictione fori interni *extra-pœnitentialis,* quæ extra confessionem sacramentalem exerceri potest, v. g., dispensando in voto, tollendo censuram cum effeCtu in foro interno tantum.

(c) Unde jurisdiCtio confessarii definiri potest *potestas supernaturalis, externo superioris aCtu collata, quA sacerdcs judicium exercere potest erga subditos in foru interno ac pœnitentiali.* Confertur autem designando *subditos* in quos exerceri valeat potestas absolvendi, vel *locum* ubi legitime exerceatur.

(B) *Erravit Synodus Pistoriensis* asserens non esse necessarium, sed tantùm conveniens, ad validitatem absolutionis, ut confessarius jurisdictione polleatx.

710. 20 *Thesis :* **Præter potestatem ordinis requiritur, ad validam absolutionem, potestas jurisdictionis, quæ non accipitur vi solius ordinationis, sed superiorum ecclesiasticorum concessione.**

(A) *Prius,* videlicet *jurisdictionem ad validam absolutionem requiri,* (a) docet *Tridentinum* a, praeludente *Decreto ad Armenos* 3 : " Minister hujus sacramenti est sacerdos habens auCtoritatem absolvendi, vel ordinariam, vel ex commissione superioris"; id est, jurisdiClionem ordinariam aut delegatam; (b) confirmat *rat. theol. :* siquidem potestas remittendi vel retinendi peccata per modum *judicii* exercetur; atqui potestas judicialis valide exerceri nequit nisi in

1 Denz., n. 1537 (1400). — * Se<«. XIV, cap. 7. Denz.-Bann., 903 (782).
3 Denz.-Bann., 699 (594)· — Cfr. *Codex,* can. 872.

subditum, id est in eum qui judicis auéloritati seu jurisdictioni subjeéhis fuit a legitimo superiore : si enim judices indiscriminatim quaslibet causas traélarent, nulla esset inferiorum ac superiorum subordinatio, sed totus justitiae ordo turbaretur.

(B) *Posterius* autem, videlicet *hanc jurisdictionem non conferri vi solius ordinationis, sed superiorum concessione,* ex jam probatis sequitur. Nam *Tridentinum* (1. c.), declarando absolutionem sacerdotis jurisdiéb'one carentis esse nullius valoris, supponit aliquem sacerdotem posse jurisdictione carere; atqui si jurisdiétio vi solius ordinationis haberetur, amitti non posset.

711. 3· Corollaria. (A) *JurisdiClio variis modis limitari potest a superioribus, prcesertim a R. Pontifice.* Qui enim jurisdictionem concedere possunt vel non, a fortiori possunt eam conferre modo plus minusve limitato, *quoad homines, quoad locum, quoad tempus, quoad peccata.* Ait enim *Tridentinum* 1 ; " Magnopere ad Christiani populi disciplinam pertinere sanétissimis Patribus nostris visum est, ut atrociora quædam et graviora crimina non a quibusvis, sed a summis dumtaxat sacerdotibus absolverentur ",

(B) *Certissimum estjurisdictionem requiri etiam ad absolutionem peccatorum venialium* Hoc quidem negarunt multi veteres theologi, etiam primi nominis, ut S. *Thomas* et *Scotus* 3, quia venialia etiam aliis sacramentis, in quibus non requiritur jurisdictio, remitti valent Sed *Innocentius XI* ‹ injunxit episcopis non permittere " ut venialium confessio fiat simplici sacerdoti non approbato ab episcopo aut Ordinario"; insuper *Codex juris canonici,in* can. 872,inter peccata non distinguit.Et merito,cùm etiam venialia in sacramento Pænitentiæ remittantur per modum judicii.

1 Sess. XIV, cap. 7, Denz.-Bann., 903 (782).

3 Pauci cum Ballerini, *Opus Morale,* De Pænit., n. 555, contrarium tenebant et decretum *Innocenta* intelligebant de liceitate, non autem de validitate absolutionis.

3 S. Thomas, *In IV Seni.,* dist. 18, q. 2, a. 3, sol. 1, ad 3; Scotus, *In IV Sent.,* dist. 18, q. 4, a. 2, sol. 3.

4 Decreto *Cùm ad aures,* apud Denz., n. 1150 (1086).

Caput if.

DE PÆNITENTIS ACTIBUS.

Potestas clavium, *modo judiciali* exercenda, quosdam aélus supponit ex parte pænitentis. Tres vero aélus praecipuos exomologesis superius descripta complectebatur : *confessionem peccatorum* coram Dei ministris ; *contritionem* seu peccati odium et detestationem; *satisfaflionem,* id est, longam et laboriosam deliéti expiationem : de quibus seorsim dicendum.

Art. I. De confessione peccatorum.

712. Status quaestionis. i° *Confessionis notio.* (A) In *veteri Lege,* agnoscebatur quædam peccatorum confessio, et quidem multiplex : —

(a) Confessio Deo faita, ad facilius remissionem peccatorum obtinendam : " Qui abscondit scelera sua non dirigetur, qui autem confessus fuerit et reliquerit ea, misericordiam consequetur"[1]; (b) confessio generalis quâ supremus Pontifex iniquitates populi Israel semel in anno publice recitabat : " Tunc offerat hircum viventem; et posita utrâque manu super caput ejus, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel " (c) confessio magis specifica, quæ fiebat sacerdotibus, quando sacrificium pro peccato offerebatur, quia viétima diversa erat pro peccatorum diversitate, vel etiam quando restitutio facienda erat[2]. (d) Judæi, qui a Joanne baptizabantur, sua peccata confitebantur[3]* ut sic efficacius propositum pænitentiam agendi manifestarent : hæc autem confessio non erat sacramentalis[4].

(B) Postquam vero institutum est pænitentiæ sacramentum, confessio peccatorum fuit unus ex aélibus ad remissionem peccatorum requisitis, et sæpe vocata est *exomologesis.*

Quæ vox apud Patres duo significat : *totam aflionem pœnitentia,* seu longam et laboriosam seriem aétuum quibus remissio peccatorum obtinebatur ; et primam partem hujus pænitentiæ, nempe *peccatorum declarationem,* sive publicam, sive privatam.

[1] *Prov.,* XXVIII, 13; cfr. *Eccli.,* IV, 31. — [2] *Levit.,* XVI, 20-21.
[3] *Levit.,* IV, 3-35; V, I-13; VI, 1-7; *Num.,* V, 6-7. — [4] *Matt.,* III, 6.
* Cfr. Vacant., in *Dictionnaire de la Bible (Vigour.),* vocabulo *Confession.*

Hoc ultimo sensu intellefta, confessio sacramentalis est *accusatio propriorum peccatorum, post baptisma commissorum, legitimo sacerdoti fafla, ad veniam absolutione consequendam.*

713. 2° *Errores de confessionis necessitate.* Hanc negârunt : (a) *Illde/fus,* dicens : "Si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua et inutilis"; quæ propositio damnata fuit a *C. Constantiensi';* (b) *Lutherus,* qui tamen non sibi consistens, asserebat modo confessionem esse "cruentissimam carnificinam, quæ miseras torquet conscientias", modo "affliélis conscientiis optimum remedium"[2]; (c) *Calvinus*[3], qui contendit auricularem confessionem, prout existit apud Romanistas, non a Christo, sed ab *Innocentia III* in Cone. *Lateranensi fuisse* institutam, et rem esse Ecclesiæ noxiam; (d) *moderni Protestantes,* etiam *Ritualisiez,* qui, licet ejus utilitatem agnoscant, tamen ejus necessitatem rejiciunt[4].

714- Argumenta, quibus *hodierni protestantes* divinam institutionem simul et necessitatem confessionis impugnant, ab historia desumuntur et ad hæc reducuntur : (a) Inveniuntur quidem, apud auftores sacros et Patres, testimonia quædam de confessione : sed. ibi agitur de confessione *coram Deo,* non autem apud sacerdotes faétâ; (b) aliunde confessio, quam antiqui Patres commemorant, non est auricularis, nec proinde sacramentalis, sed *publica* et ad reparandum scandalum communitati datum; (c) a sæculo septimo, in *Pcenitentialibus,* describitur quidem auricularis confessio, sed ex modo quo peragitur, ex multis precibus recitatis, jejuniis ad hanc requisitis, aliisque adjunétis, clare colligitur eam fuisse *valde extraordinariam;* (d) ceterum, etiam sæculo XII, de ejus necessitate dubitabatur, et quidam asserebant confessionem Deo faôtam sufficere, quin opus esset sacerdotibus cônfiteri. Ex quibus patet nonnisi sæculo XIII confessionem auricularem tanquam necessariam habitam fuisse[5].

71S 3° *Doctrina catholica.* Contra hos errores, *Tridentinum* [6] exponit doctrinam catholicam :

(a) De *divinâ institutione* et *necessitate* confessionis :

" Ex institutione sacramenti Pænitentiæ jam explicata, universa Ecclesia semper intellexit *institutam etiam esse a Domino integram*

1 Denzing., 587 (483).
* Apud Moehler, *Dic Symbolik,* § 33. — J Cf. *Instil.,* 1. Ill, c. 4
4 Morgan Dix*, *op. cit.,* p. 90.
5 Quæ argumenta fuse exponit Lea*, *op. cit.,* t. I, p. 168-273.
4 Sess. XIV, cap. 5.

peccatorum confessionem, et omnibus post Baptismum lapsis *jure divino necessariam* existere : quia Dominus noster Jesus Christus, e terris ascensurus ad cælos, sacerdotes sui ipsius vicarios reliquit, tanquam praesides et *judices,* ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint : quo, pro potestate clavium, remissionis aut retentionis peccatorum sententiam pronuntient. Constat enim, sacerdotes judicium hoc, *incognità causà,* exercere non potuisse, neque aequitatem quidem illos in pœnis injungendis servare potuisse, si in genere duntaxat, et non potius in specie, ac sigillatim, sua ipsi peccata déclarassent. Ex his colligitur, oportere a pœnitentibus *omnia peccata mortalia,* quorum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint ".

Tria hic asseruntur : *divina institutio* confessionis, ejus *necessitas,* necnon ejus *objectum,* videlicet *omnia peccata mortalia* post baptismum commissa, quorum conscientia habetur.

716. (b) Quoad *modum* vero *confitendi,* secretum aut publicum, addit S. Synodus :

" Ceterum, quoad modum confitendi *secreto* apud solum sacerdotem, etsi Christus non vetuerit, quin aliquis in vindiétam suorum scelerum et sui humiliationem, tum ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiæ offensæ ædificationem, deliéla *publice* confiteri possit; non est tamen hoc divino præcepto mandatum, nec satis consulte humanâ aliqua lege præciperetur, ut deliéta præsertim secreta, publica essent confessione aperienda.

Unde, cùm a sanctissimis et antiquissimis Patribus, magno unanimique consensu, secreta confessio sacramentalis, *quà ab initio Ecclesia sanfla usa est,* et modo etiam utitur, fuerit semper commendata; manifeste refellitur inanis eorum calumnia, qui eam a divino mandato alienam, et inventum humanum esse, atque a Patribus in Concilio Lateranensi congregatis initium habuisse, docere non verentur".

Ex quibus colligitur confessionem, sive *secretam* sive *publicam,* esse vere sacramcntalem; neque tamen expedire ut praecipiatur confessio *publica* deliClorum præsertim occultorum. Aliunde asseritur, etsi non definiatur, confessionem secretam *ab initio* Ecclesiæ in usu fuisse.

Ad quod melius intelligendum, sciendum est hanc quæstionem diligenter a theologis et episcopis Concilii fuisse perpensam; quidam censebant secretam seu auricularem confessionem a Christo institutam esse; alii vero putabant Christum confessionem quidem instituisse, sed nullo modo determinasse utrum secreta an publica

esse deberet. Concilium rem definire noluit, sed solummodo declaravit modum confitendi secrete non esse alienum ab institutione Christi, id est, juxta *Suarez'*, non esse contrarium nec repugnare divino praecepto, immo esse consentaneum.

Quare duplex erit thesis : prior de *ipsâ confessione;* posterior de *modo confitendi;* posteaque *utilitatem* confessionis ratione ostendemus.

717. *Thesis I* : Confessio sacramentalis est jure divino necessaria iis omnibus qui gravia peccata post baptismum commiserunt, eisque obligatio incumbit omnia et singula mortalia peccata confitendi.

De fide est ex Tridentino [3] : " Si quis negaverit confessionem sacramentalem vel institutam vel ad salutem necessariam esse jure divino, aut dixerit, modum secrete confitendi soli sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper observavit et observat, alienum esse ab institutione et mandato Christi, et inventum esse humanum; A. S. — Si quis dixerit in sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum necessarium non esse jure divino confiteri omnia et singula peccata mortalia, quorum memoria cum debitâ et diligenti praemeditatione habeatur, etiam occulta..., A. S. "

718. Explicatur. Diximus : (a) *confessio sacramentalis,* abstrahendo a quaestione utrum *publica* sit an *privata* seu *auricularis* : utraque enim est sacramentalis; (b) *jure divino necessaria,* et quidem *stricte,* sub pœnâ damnationis; hæc autem necessitas oritur ex præcepto *positivo,* ideoque quasdam patitur exceptiones; (c) *peccata mortalia,* cùm venialia possint absque confessione remitti; (d) *omnia* autem mortalia etiam *interna* et *occulta,* et *singula distincte* accusari debent, in quantum fieri potest.

Hic autem notare expedit multa peccata, quæ hodie ut mortalia a theologis habentur, a quibusdam Patribus vocari venialia seu *minuta* : ita *Casarius Arelat.* inter *minuta* peccata commemorat juramenta, perjuria, detraôtiones, otiosos sermones, odium, iram, gulam, invidiam, etc.[4]; jamvero illa sola peccata accusare tenebantur fideles, quorum gravitatis conscii erant.

[*] Cfr. Theiner, *Ada genuina C. Trid.,* L I, pp. 531, 540, 549, 557, 562, 580, 592, etc. — [2] Suarez, *De Pcenit.,* disp. XXI, seéL II, n. 12.

[3] Sess. XIV, can. 6-7. — [4] *Sermo* 257, *P. L.,* XXXIX, p. 2220.

Fundamentum hujus doétrinæ in *Scripturâ* habetur; plena probatio ex *Traditione* desumitur.

I, Confessionis Institutio et necessitas ex Scripturâ infertur[1].

719. i° Ex verbis S. *Matthœi* de potestate clavium, necnon *S. Joannis,* circa potestatem remittendi et retinendi peccata : (a) Christus sacramentum Pœnitentiæ instituit per modum *judicii.* Atqui tale judicium proferri nequit sine prœviâ confessione omnium mortalium; nam judicium æquum et sapiens ferri non potest nisi *causâ cognitâ,* et quidem in particulari; et aliunde causa regulariter cognosci nequit absque pœnitentis confessione, qui *solus* peccata sua *secreta* revelare potest, aut etiam externorum peccatorum veram *malitiam,* quæ ex interno aCtu voluntatis pendet.

(b) Praeterea potestas Apostolis eorumque successoribus collata ampleélitur facultatem tum *remittendi* tum *retinendi* peccata. Porro ad hoc generaliter requiritur *integra* et *distincta* mortalium confessio : antequam enim spiritualis judex sententiam ferat, debet scire utrum peccata commissa fuerint an non, immo eorum *numerum* et *gravitatem* cognoscere, necnon peccatoris *intimas dispositiones,* ut prudenter judicare valeat utrum remitti an retineri debeant, et qualis satisfadio imponenda sit.

720. 2° Ex iisdem textibus colligitur nullum aliud esse medium obtinendi remissionem peccatorum præter confessionem quâ peccata jurisdiôtioni pœnitentiali subjiciuntur :

(a) Etenim si Christus, sacrum tribunal instituendo, non praecepisset peccatoribus ad hoc recurrere, sacerdotum potestas illusoria esset; quis enim humili confessioni se submitteret, si aliud esset medium minus laboriosum?

(b) Potestas peccata remittendi, utpote quaedam specialis attributio potestatis clavium, eamdem vim habet ac potestas clavium. Porro potestas clavium supponit

1 Cambier, *De divinâ institutione confessionis* (thesis), Lovanii, 1884; Palmieri, th. 33, p. 401-419; L. de San, n. 756-780; Mangenot, *Diet, de Théol.,* L III, verbo *Confession.*

vim obligandi omnes fideles in peccatum mortale post Baptismum lapsos, ut ad illam recurrant pro istius-modi vinculi solutione : " Tibi dabo claves regni cælorum; quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cælo... Sicut enim nemo in domum, quæ clausa est, ingredi potest, nisi janitor ostium aperiat, ita nemo, cui porta caeli per peccatum mortale clausa est, regnum Dei ingredi potest, nisi porta a janitore, cui Christus claves tradidit, aperiatur; secus potestas clavium illusoria esset.

(c) Confirmatur ex Johannei textûs ultimâ parte " *et quorum retinueritis retenta sunt";* cujus sensus est : si retinueritis vos, retineo et ego. Peccatum igitur non remittitur a Deo, Apostolis retinentibus; et ideo peccator Apostolicâ potestate eget pro veniâ assequendâ; nam aliter, Apostolis retinentibus, Deus non retineret, et vana evaderet Apostolorum potestas.

721. In medium proferuntur quidam alii textus qui ad confessionem sacramentalem speétare videntur; de quibus pauca adnotare liceat.

(a) In libro *Acluum* (XIX, 18) legitur : " Multique credentium veniebant *conjitentes* et annuntiantes aéhis suos". Non pauci theologi, cum *Bellarmino,* putant hic agi de fidelibus et de confessione sacramentali; nam graeca vox εξομολογούμενοι hic adhibita, ea est quâ Græci utuntur ad confessionem sacramentalem designandam. Multi vero alii, quales sunt *Beelen, Patrizi,* tenent hic sermonem esse de Judæis et Gentilibus nondum baptizatis sed, ob visum prodigium, conversis et credere incipientibus; proinde non de confessione sacramentali, sed de illâ generali peccatorum accusatione, quæ baptismum praecedebat. Hanc ultimam sententiam ut probabiliorem habemus.

(b) Allegantur etiam verba 5. *Jacobi ' :* ""Confitemini ergo alterutrum peccata vestra". Multi sane Patres' et theologi hæc intelligunt de confessione sacramentali; proferuntur enim post verba de remissione peccatorum per sacram unétionem : sensus est igitur infirmos debere confiteri peccata sua, et vox *alterutrum* designat unum e sacerdotibus in praecedenti versiculo designatis. — Sed non pauci alii, ut *Beelen,* censent, hic agi de confessione faôtâ viro prudenti, ad petendum ab eo consilium et auxilium ejus orationis impetrandum. Quæ pariter interpretatio vere probabilis est.

' *Jacob.,* V, 16.

* Inter quos Origines, *homil. 2 in Levit., P. G.,* t. XIT, p. 41g.

II. Confessio sacramentalis Traditione probatur ».

722. Status quaestionis, (a) Contendunt Protestantes confessionem non esse jure divino institutam, cùm, etiam sæc. XII°, inter Doélores quæstio agitaretur utrum *sacerdotibus* peccata confitenda essent an *soli Deo*. ut constat ex verbis Decreti Gratiani (1145) a.

‘‘Quidam *Deo* solummodo confiteri debere peccata dicunt, ut Græci. Quidam vero *sacerdotibus* confitenda esse percensent, ut fere tota sanéla Ecclesia. Quod utrumque non sine magno fruitu intra sanétam fit Ecclesiam, ita dumtaxat ut Deo, qui remissor est peccatorum, peccata nostra confiteamur, et hoc perfeétorum est... sed tamen Apostoli institutio nobis sequenda est, ut confiteamur alterutrum peccata nostra, et oremus pro invicem ut salvemur. Confessio itaque, quæ soli Deo fit, quod justorum est, purgat peccata. Ea vero quæ sacerdoti fit, docet qualiter ipsa purgentur peccata”.

(b) Respondemus autem : quando *Gratianus* Græcis opinionem tribuit soli Deo esse confitendum, id asserit ex *Burchardo*. qui et ipse hoc assertum desumpsit e Theodoro Cantuariensi. De hac quæstione*facti* deceptus est igitur auctor *Decreti,* sed ipse asserit *sacerdotibus* confitendum esse, ut docet *fere tota sancta Ecclesia;* et, nisi deceptus fuisset, vocem *fere* omisisset, et, cum tota Ecclesia, rem ut certam tradidisset.

Tria præsertim stadia in confessionis historiâ delineari possunt : 1° quatuor prioribus sæculis prævalet *pœnitentia publica,* cujus pars erat confessio peccatorum sive ptiblica sive occulta; 2° a quinto ad duodecimum, pœnitentia minus rigorosa evadit, et confessio *privata* fit frequentior; 30 a sæculo duodecimo, *sola* remanet *privata* confessio et satisfactio. Duo priora stadia delineare sufficit.

1° *Confessio sacramentalis per quatuor priora sæcula floruit.*

Duplex argumentum afferemus : prius e *disciplinâpœnitentiali;* posterius e *Patrum testimoniis.*

1 Morinus, *op. cit.*. lib. II; Palmieri, th. 33-35, p. 401-449; Cambier, *op. cit.*. p. 96-323; L. de San, n. 779-870; Pignataro, *op. cit.*. p. 25-56; Pellé, *op. cit.*. p. 279-449; Vacandard, *La Confession sacramentelle dans l'Eglise primitive.* Paris, Bloud, 1903, et ap. Mangenot, *Diet, de ThÎol.*. verbo *Confession.* — 3 *De pcenitent.*. dist. I, c. 90, p. 1189 ed *Friedberg.* Cfr. P. Galtier, *op. cit.*. n. 362-372.

723. (A) Probatur *argumento generali ex* ipsâ *pceniten-tiali disciplina* desumpto. Talis siquidem erat hujusmodi disciplina ut aliquam confessionem, sive publicam sive occultam, necessario supponeret.

(a) *Falla exponuntur.* Disciplina pænitentialis consistebat in complexu operum poenalium quæ Ecclesia christiano peccatori *imponebat,* et ex indole hujus obligationis necessitas confessionis clare apparet.

Etenim : 1) hæc obligatio erat *strilltssima,* sub pœnâ æternæ damnationis : quando fideles de severitate hujus pænitentiæ querebantur, Patres respondere non dubitabant medium non dari inter hanc et poenas inferni; 2) *aulloritate Dei ipsius* imponebatur : quando martyres lapsis libellos praebebant quibus a pænitentiâ liberarentur, S. Cyprianus aliique episcopi id reprobabant, asserentes neminem posse dispensare a lege divinitus statutâ; 3) obligatio pænitendi se extendebat ad *omnia peccata* quæ Ecclesia tanquam *gravia* existimabat, ideoque non solum ad gravissima crimina, sed ad communia deliéta, quæ a receptione sacræ communionis arcebant, v. g., furta, impudicitiae, fraudes, judicia temeraria, violatio fidei, etc. nec solum ad publica et externa, sed etiam ad *occulta* et *interna,* prout docet 5. *Padanus:* "Addo etiam non solum manus in homicidio pledti, sed et omne *consilium* quod alterius animam impegit in mortem; nec eos tantum qui thura mensis adolevere profanis, sed omnem prorsus libidinem extra uxorium thorum et complexus licitos evagantem 4) *moduspœnitendi* arbitrio peccatoris non relinquebatur, sed ab *ipsâ Ecclesiâ* determinabatur, nempe ab Episcopo aut ejus vices gerente.

724. (b) *Conclusio eruitur.* Porro hæc omnia necessario *supponunt aliquam peccatoris confessionem episcopo fallam,* sive agnoscendo veritatem peccatorum quæ audloritati ecclesiasticae denuntiata fuerant, sive spontanee confitendo delidta a se commissa : quomodo enim Ecclesiæ minister potuisset inter pænitentes accipere posteaque absolvere eos quorum delidla ejus judicio subjedla non fuerant? Ergo ex ipsâ institutione disciplinae pænitentialis constat thesis nostra, quæ ceteroquin multis Patrum testimoniis confirmatur.

' Tertul., *DepudicitiA,* c. i8, *P. L.,* 1017; c. 19, *P. L.,* 1028; S. Cyprian., *epiit·* IX, n. 2, *P. L.,* IV, 251 ; S. Pacianus, *Ep. ad Sempronianum,* c. 24; *P. L.,* XIII, 1079; *Paranesis adpanit.,* c. 4, *P. L.,* X1II, 1083.

' *Paranesis adpanit.,* c. 5, 6, 7, *P. L.,* XIII, 1084 sq.

725. (B) Probatur *testimoniis Patrum.* Antequam singula afferamus, praenotamus aliquem fuisse progressum in expositione hujus dogmatis et in praxi confessionis, i) Divina institutio et necessitas confessionis non explicite, sed *implicite* tantum in allatis Scripturae textibus continentur : nonnisi modo *generali* et *confuso* designatur materia confessionis. 2) De *tempore* quo urget confessionis præceptum, de *modo* confitendi, secreto an publico, nil statuitur. 3) Tandem præceptum ligat tantum eos qui conscii sunt peccati mortalis; jamvero, ut supra ditShim est, n. 718, his temporibus tanquam *minuta* habebantur multa peccata quæ hodie, propter christianæ conscientiæ educationem, ut mortalia agnoscuntur; aliunde usus non vigebat confitendi venialia, devotionis causâ. 4) Ex altero capite, non pauci peccatores a confessione deterrebantur ob laboriosam et diuturnam pænitentiam quæ tunc imponi solebat; et, cum nullum speciale tempus præfiniretur ad confessionem instituendam, multi eam plus æquo differebant.

Confessio igitur *minusfrequens* erat quàm nostris temporibus, ideoque non sæpe a Patribus commemoratur.

726. (a) *Sceculo secundo, S. Irenæus* de confessione loquitur tanquam *necessariâ* ad gratiam recuperandam.

Narrat enim quasdam mulieres a Marco, mago et hæretico, fuisse corruptas, et addit : " Hæ sæpissime conversæ ad Ecclesiam Dei, confessæ sunt et secundum corpus exterminatas se ab eo velut cupidine, et inflammatas valde illum dilexisse"[1]. Hanc autem confessionem esse *necessariam* infertur ex sequentibus : " Quædam quidem etiam in manifesto exomologesim faciunt; quædam autem reverentes hoc ipsum, in silentio sensim semetipsas retrahunt, *desperantes* a vita Dei;* nam quæ, ob pudorem, peccata sua confiteri noluerunt, gratiam Dei non receperunt et in desperationem lapsæ sunt.

727. (b) *Sæculo tertio,* plura jam habemus testimonia, in Ecclesiâ tum latinâ tum græcâ, non solum de confessione publicâ, sed etiam de privatâ.

1) Publicam confessionem describit 5. *Cyprianus* : " Confiteantur singuli, quæso vos, fratres dileétissimi, deliétum suum, dum

« *Contra hares.,* l. I, c. 13, n. 7, *P. G.,* t. VII, p. 587.
• *Ibid.,* n. 7, p. 591.

adhuc qui deliquit in sæculo est, dura admitti *confessio* ejus potest, dum satisfaélio et remissio faéla *fer sacerdotes* apud Dominum grata est" [3]. Ibidem ' laudat eos qui, licet idololatriam externe non commiserunt, " quoniam tamen de hoc *cogitaverunt,* hoc ipsum apud *sacerdotes* Dei dolenter et simpliciter confitentur Hic sane agitur de confessione sacramentali faétâ sacerdotibus, et in quâ manifestantur etiam *interna* peccata seu cogitationes.

2) *Origenes* de variis mediis loquens quibus obtineri possit peccatorum remissio, sacramentalem confessionem sic commemorat[4] : " Est adhuc et septima, licet dura et laboriosa per pænitentiam remissio peccatorum, cum lavat peccator in lacrymis suis stratum suum, et fiunt ei lacrymæ panes die ac noéte, et cum non erubescit *sacerdoti Domini indicare peccatum* suum et quærere medicinam"... Hujus confessionis *necessitatem* diserte asserit atque comparatione illustrat[4] : " Vide ergo quid edocet nos Scriptura divina, quia oportet peccatum non celare intrinsecus. Fortassis enim sicut ii qui habent intus inclusam escam indigestam, aut humoris vel phlegmatis stomacho graviter et moleste immanentis abundantiam, si vomuerint, relevantur; ita etiam hi qui peccaverunt, si quidem occultant et retinent intra se peccatum, intrinsecus urgentur, et propemodum suffocantur a phlegmate, vel humore peccati. Si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat semetipsum et confitetur, simul evomit et deliélum, atque omnem morbi digerit causam

3) Quibus verbis addi possunt quæ scribit 5. *Petrus Alexandrinus* de occulto raptore[5] : ""Deinde per *confessionem* peccatum suum *sacerdoti* manifestans, nitens in contrarium, eleemosynas scilicet faciens, curabit infirmitatem

728. (c) *Sæculo quarto,* frequentius adhuc Patres de utroque confessionis genere disserunt.'

1) Ita, apud *Latinos, S. Ambrosius,* ad pænitentiam et confessionem peccatores sic hortatur : " Et nos ergo non erubescamus fateri Domino peccata nostra. Pudor est ut unusquisque crimina sua prodat; sed ille pudor agrum suum arat, spinas tollit perpetuas[4]... Sed si vis justificari, fatere deliétum tuum. Solvit enim criminum nexus verecunda confessio peccatorum Hic autem agi de confessione non soli Deo faétâ, sed etiam ejus ministris, ex sequentibus patet[8] : ""Nonnulli ideo poscunt pænitentiam, ut statim sibi reddi -communionem velint. Hi non tam se solvere cupiunt quam *sacerdotem ligare :* suam enim conscientiam culpâ non exuunt, et sacer-

3 *Hennit. in Levit.,* II, *4, P. G.,* L XII, p. 418.
4 *Homil. II in Pt.* XXXVII, n. 6, *P. G.,* XII, 1386; Kirch, n. 216.
5 Ap. Mai, *Spicilegium Romanum,* t. VII, p. 465.
6 *De punitent.*, l. II, c. I, *P. L.,* t XVI, p. 457.
1 *Ibid.,* c. 6, p. 507. — · *Ibid.,* c. 9, p. 517-518.

dotis induunt, cui praeceptum est : *Nolite sanâlum dare canibus* "... Ibi enim supponitur sacerdotes esse *judices,* eosque peccato ligari, si citius absolvunt.

S. *Pacianus,* qui tam explicite asseruerat potestatem remittendi peccata sacerdotibus inesse, supra n. 690, non minus diserte confessionis, etiam occultorum peccatorum, necessitatem urget : " Quid facies, tu qui decipis sacerdotem? Qui aut ignorantem fallis, aut non ad plenum scientem probandi difficultate confundis? Rogo ergo vos, fratres, etiam pro periculo meo, per illum Dominum quem occulta non fallunt, desinite vulneratam tegere conscientiam. Prudentes ægri medicos non verentur, ne in occultis quidem corporum partibus etiam secaturos, etiam perusturos... Peccator timebit? Peccator erubescet perpetuam vitam praesenti pudore mercari?... Quod si fratrum oculos erubescitis, consortes casuum vestrorum timere nolite" [1].

729. 2) In Ecclesià *Orientali,* hæc notatu sunt digna. *Aphraates,* sapiens Persa diétus, de pænitentiæ et confessionis necessitate ita loquitur (an. circiter 340) : " Ita eum qui a Satana percussus fuit, non debet pudere deliélum suum confiteri, illudque relinquere, et pænitentiam in remedium postulare. Qui vulnus suum prodere erubescit, gangraena corripietur, totumque corpus damno inficiet; quem autem non pudet vulnus manifestare, sanabitur et ad praelium iterum descendet... Ita prorsus ei qui in agone nostro superatus est, hæc superest via sanitatem recipiendi, ut scilicet dicat : *Peccavi...* Vos igitur, medici, qui insignis Medici nostri estis discipuli, non debetis medicinam iis denegare quibus curatione opus est ". Hic sane agitur de confessione *sacerdotibus* faélâ, qui nomine spiritualium medicorum designantur; et quidem de confessione *occulta;* nam sacerdos peccata accusata non debet aliis manifestare; sacerdotes enim ita alloquitur : " Cumque ipsam (infirmitatem spiritualem) vobis revelaverit, nolite eam publicare, ne propter illum ab inimicis et ab iis qui nos oderunt, innocentes in culpâ esse judicentur" [2]. — Brevius, sed non minus direéte S. *Gregorius Nyssenus* [3] : " Qui autem latenti ablatione sibi alienum usurpat, si deinde per *enuntiationem peccatum suum sacerdoti aperuerit,* vitii studio in contrarium mutato aegritudinem curabit ".

Quibus testimoniis confirmatur conclusio jam superius enuntiata, nempe *confessionem, quæ fars erat pœnitentiæ publicæ, tanquam necessariam habitam esse.*

[1] *Paranesis adpoenitentiam, P. L.,* t. XIII, p. 1086.

[2] *Demonstratio,* VII, n. 3-4 ; *Patrol, syriaea,* curante *Graffin,* tom. I, P. 3<«-3<9-

[3] *Ep. canonica,* can. 6, *P. G.,* t. XLV, p. 234.

2° *Confessio sacramentalis a sæc. V ad*[1]

Jam a sæculo V°, prima vestigia invenimus cujusdam *immutationis* in disciplinà pænitentiali sive in genere sive quoad confessionem : paulatim videlicet abrogatur obligatio longam et laboriosam pænitentiam perficiendi ante absolutionis susceptionem, et frequentior fit confessio.

730.(A) Immutatio disciplinae paenitentialis. Cujus praecipua causa ex eo desumitur quod fideles, pænitentiæ severitate perterriti, exomologesim nimis differebant, sæpe usque ad mortem. Exinde duplex nata est difficultas.

731. (a) Quoad *moribundos :* si absolutio peccatoribus denegatur antequam pænitentiam compleant, ex hâc vitâ sine communione migrabunt; si vero conceditur, eo ipso quoad eos saltem aboletur pænitentia. Re mature perpensâ, post non paucas disceptationes, *Innocentius 1* mitiorem agendi modum approbavit : " Quæsitum est quid de his observari oporteat qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ suæ pænitentiæ simul et reconciliationem communionis exposcunt... Tribuetur ergo cum pænitentia extrema communio, ut homines hujusmodi vel in extremis suis permittente Salvatore nostro a perpetuo exitio vindicentur " .*

732- (b) Quoad *sanos,* difficultas pariter oriebatur : vel enim absolutio morte instante tantummodo concederetur, vel mutanda erat antiqua disciplina : mitiorem solutionem amplexa est Ecclesia.

1) Jam enim sæculo quinto mitior evadit satisfaélio seu pænitentia peragenda ante absolutionis susceptionem. *S. Augustinus* testatur suo tempore duplicem esse pænitentiam, unam *mitiorem* pro peccatis *occultis,* etiam gravissimis ut adulterio, alteram *strifliorem* pro peccatis *publicis :* sed hæc etiam mitigabatur'. Pariter S. *Leo, publicam* pænitentiam a*privatâ* distinguens, priorem imponit pro idololatriâ, homicidio et fornicatione, sed declarat alia peccata gravia, v. g., comedere de escis immolatitiis, posse jejuniis et manûs impositione purgari; alibi peccatores hortatur, qui inter publicos pænitentes non recensentur, ut quotannis, præsertim ante Pascha, mitiorem pænitentiam peragant, in quâ supplicationibus sacerdotum juvabuntur'. Quod et lucidius exponit 3. *Casarius Arelalen-*

l P- L., XX, 498; Denzing., n. 95. Ibi etiam alia datur ratio, "et ne Novatiani haeretici negantis veniam asperitatem et duritiam sequi videamur ".

'Sermo LXXXII, 11, *P, L.,* XXXVIII, 511; cfr. *De fide et operibus,* 48; *Enchiridion, 80; Cont. Ut. Petii.,* III, 44. — 3 *Epist.* CLXVII, inquisit 19, *P. L.,* LIV, 1209; *Epist.* CVIII, 2, *P. L.,* LIV, ion; *Sermo* XLIII, 2, 3; XLIV, i; XLIX, 1, 2; L, 1, 2; *P. L.,* LIV, 282, 285, 301, 305 sq.

sis : "Et ille quidem qui pænitentiam publice accepit poterat eam secretius agere; sed, credo, considerans multitudinem peccatorum suorum, videt se contra tam gravia mala solum non sufficere, ideo adjutorium totius populi cupit expetere"1. — In Ecclesia græcâ similis mitigatio invenitur : haud raro absolvitur pænitens antequam satisfactionem compleverit, immo statim post peraétam confessionem; leviora fiunt opera satisfa&oria pænitenti imposita, eaque perfici possunt modo secreto, nisi agatur de publicis et gravioribus peccatis, v. g., fornicatione'.

2) Eodem tempore non semel tantum, sed sæpe *absolutio* pænitentibus conceditur. Ita 5. *Chrysostomus* peccatores benigne excipiebat, ita ut in synodo *ad Quercum* ab episcopo Isaacio insimulatus fuerit "quod licentiam peccantibus præbeat, sic docens : si iterum peccasti, pæniteat iterum; et quoties peccaveris, veni ad me, ego te sanabo"2. 5. *Basilius* et S. *Joannes Climacus* etiam supponunt monachos satis frequenter absolvi *.

3) Mox ad omnes fideles, etiam non ægrotantes, extenditur privilegium moribundis olim concessum, nempe absolutionem accipiendi statim confessione peraélâ, quia nempe, ob perturbationes temporum, reapse aliquo modo in periculo mortis versantur. Ita inter *statuta S. Bonifacii* (f 755) legitur (η. XXXI) : "Et quia variâ necessitate præpedimur canonum statuta de conciliandis pænitentibus pleniter observare, propterea omnino non dimittantur. Curet unusquisque presbyter statim post acceptam confessionem pænitentium singulos datâ oratione reconciliari. Morientibus vero sine cunétamine communio et reconciliatio præbeatur"3.

733· (B) Consectaria quoad confessionem. Ex hac immutatione disciplinae paenitentialis, inter XIum et XIIum saeculum, orta sunt quædam dubia in mente fidelium, saltem in quibusdam regionibus, circa necessitatem confessionis sacerdotibus faétam : cùm enim hæc esset veluti præparatio ad opera satisfaCloria, quibusdam videbatur ejus obligationem cessare jam aboletâ publicâ pænitentiâ. Et ita explicatur textus Gratiani supra allatus. His paucorum dubiis non obstantibus, necessitas confessionis sacerdotibus faélæ in Ecclesiâ prædicari non desiit.

1 *Sermo* CCLXI, i, *P. L.*, XXXIX, 2227.

* Pseudo-Areopagita, *epist.* VIII, 1, *P. G.*, III, 1088; *De ecclesiast. hierar.*, III, 2-3, 7, *P. G.*, III, 436, 453; S. Joannes Climac., *Liber ad Pastorem, P. G.*, LXXXVIII, 1196.

3 Labbæus, *Concilia.*, t. II, p. 1328.

* S. Basii., *Regulet brevius tractata,* interrog. 229, 2S8; *P. G.*, XXXI, 1236, 1285; S. Joan. Climac., *Scala,* grad. IV, *P. G.*, LXXXVIII, 705.

5 *P. L.*, LXXXIX. 823.

734· (Omnes *Doflores* illius temporis hanc necessitatem clare asserunt, ut constat præsertim ex operibus Alcuini et statutis Theodulphi. Prior directe exponit obligationem peccata confitendi sacerdoti, et non soli Deo Posterior asserit crimina publica deflenda esse secundum canonum et sandorum Patrum institutionem, peccata vero occulta pœnitentiâ privata expianda esse; hæc incipit a confessione in quâ pœnitens declarat quidquid a juventute recordari possit ex omnibus modis quæ gessit; si pudore aut oblivione irretitus videtur, interrogari debet circa oéto capitalia peccata, nempe gastrimargiam (gulam), fornicationem, acediam sive tristitiam, avaritiam, vanam gloriam, invidiam, iram, superbiam; postea, si promittit se deliéta expiaturum et vitaturum, statim absolvitur.

Verum est quidem argumenta tunc temporis a Doéloribus allata ad probandam necessitatem confessionis, quam ex verbis Christi et Apostolorum directe probare conabantur, apodiética non fuisse; ideoque Abælardum putàsse hanc obligationem esse tantum ecclesiasticam. Hæc autem difficultas evanuit cùm S. Thomas validum attulit argumentum, non direéte quidem ex verbis Domini, sed indireéle, ex ipsâ naturâ potestatis clavium.

735- (t>) *Ecclesia* ipsa hanc necessitatem variis modis inculcavit :

i) Statuendo, jam a quinto sæculo, *sacram communionem certis* temporibus recipiendam esse, et aliunde peccatoribus necessitatem incumbere *peccata confitendi ante communionem; ideoque* confessariorum augendo numerum, quo facilius pœnitentes ad eos recurrere valerent.

2) *Libros pcenitentiales* edendo, in quibus exponebatur quænam pœnæ cuique peccato responderent, et tradebantur formulæ ad interrogandos pœnitentes'. Hujusmodi libri, jam sæculo sexto in Hiberniâ et Angliâ recepti, ineunte sæculo septimo, a S. Columbano in Galliam et Italiam introduéli sunt, et quidem eo fine ut

l *Epist.* CXII, *P. L., C, 338; cf. De confessione peccatorum,* ad pueros S. Martini, *P. L.,* CI, 649; alibi, *De psalmorum usu,* I, 3, 9, *P. L., CI,* 470, 478, recenset peccata de quibus confessarii pœnitentes interrogare possunt.

* Quosdam ex his libris ipvenies ap. Morinum, *op. cit.,* Appendix; praecipue vero ap. Wasserschleben, *Die Bussordnungen der abendlandischen Kirche,* 1851, et H. G. Schmitz, *Die Bussbiicher und die Bussdisziplin der Kirche,* 1883; *Die Bussbiicher und das Kanonische Bussverfahren,* 1898. Cf. B. Brat, *Les livres ptnitentiaux et la pénitence tarif4e,* Brignais, 1910; Tixeront, III, 387 sq. — Pauca, exempli gratiâ, excerpere liceat ex Pœnitentiali *S. Columiani* (an. circiter ‘‘Si quis igitur per *cogitationem* peccaverit, id est concupierit hominem occidere, aut fornicari, aut furari, aut clam comedere et inebriari; vel certe aliquem percutere... majora (deliéla) dimidio anno; minora quadraginta diebus, in pane et aquâ paeniteat... Si quis furatus fuerit, anno paeniteat. Si quis percusserit per rixam fratrem suum, et sanguinem fuderit, tribus annis paeniteat, etc. ” *{P. L.,* LXXX, 225).

ostenderetur viam ordinariam ad peccatorum veniam consequendam esse confessionem privatam, quam sequebatur absolutio. Quapropter frequentiores jam fuerunt confessiones primum quidem in monasteriis, moxque inter ipsos fideles.

736. 3) *Panas canonicas* ferendo contra eos qui sine confessione peccatorum moriebantur; ita, v. g., Concilium *Chalcutense (Kent)* in Angliâ habitum, an. 787, explicite loquitur de confessione *sacerdotifaflâ,* ejusque necessitatem his verbis inculcat : "Si quis autem (quod absit) sine pœnitentiâ aut confessione de hâc luce discessit, pro eo minime orandum est" .*

4) *Tempora definiendo* pro confessione faciendâ. Secundum regulam *Chrodegangi,* Metensis episcopi, canonici bis in anno confiteri debent episcopo, unâ vice initio quadragesimae ante Pascha, alterâ vice a medio mense Augusto ad Kalendas Novembris1. Alia concilia tempora praefiniunt ipsis laicis; sic *C. Strigonense (Gran),* an. 1114, statuit laicos debere peccata confiteri et communionem accipere ter in anno, festis Paschae, Pentecostes et Nativitatis Domini3. Hinc *C. Parisiense* PZpraecipit sacerdotibus ut in suis paroeciis maneant, " ne homines sine confessione et infantes sine baptismatis regeneratione plerumque moriantur"4. Ita paulatim via parabatur statutis *C. Lateranensis* ***IV*** (1215), in quibus decretum est fideles saltem semel in anno proprio sacerdoti sua peccata confiteri debere.

737· Conclusio. (A) Ecclesia igitur *totâ suâ agendi ratione* profitetur a primis saeculis, confessionem sacramentalem esse medium *divinitus institutum,* et quidem *necessarium* iis omnibus qui post baptismum *graviter* peccaverunt. Id apparet : (a) primum *indirecte* ex eo quod confessio habetur ut *conditio prœvia* ad satisfaôliônem et absolutionem peccatorum necessaria; (b) postea magis *directe* quando, mitigatâ pœnitentiali disciplinâ, Ecclesia *confessionem* habet tanquam *unum ex elementis constitutivis* privatae paenitentiae.

(B) Attamen admitti potest ac debet quidam profedus in *frequentiâ* confessionis et *modo* confitendi : hæc enim, utpote a Christo non distinde declarata, auCloritati Ecclesiæ relinquebantur, pro diversitate et opportunitate temporum, definienda.

* Mansi, XII, p. 949. — ' Mansi, XIV, p. 320.
3 Hefele-Leclercq, L V, p. 542.
« Can. 29, ap. Mansi, XIV, p. 558.

738. *Thesis* **IT** ; Confessio secreta seu auricularis, quæ hodie sola praevalet, etiam ab initio in usu fuit. Certum est

Ad thesim probandam, *methodo ascendente* utemur, statuendo nempe rem jam a saeculo quinto esse omnino certam, et ab hoc saeculo ad tempora apostolica regrediendo.

739. i° *Sæculo quinto,* privatam confessionem in usu fuisse certissime constat e testimonio S. *Leonis Magni.*

Audiens siquidem Pontifex nonnullos sacerdotes publice legisse peccata pænitentium libellis scripta, hanc praxim condemnat tanquam illicitam usurpationem, *apostolica regula* contrariam; ‘‘cum reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicare *confessione secreta* Quamvis enim pænitentibus liceat publice peccata quædam confiteri, humilitatis causâ, id tamen minime præscribitur, ne ita quidam a confessione arceantur : “ Sufficit enim illa confessio quæ primum Deo offertur; tunc etiam sacerdoti qui pro deliétis pænitentium precator accedit. Tunc enim plures ad pænitentiam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis ” ” Ex quo sequitur jam tempore S. Leonis duplicem fuisse confessionem sacramentalem, publicam, quæ quandoque fidelibus permittebatur, et privatam, seu auricularem, quæ peccatoribus præcipiebatur.

740. 2° *Quarto sæculo,* vigebat etiam *secreta* confessio, etsi quandoque indirecte panderentur occulta peccata susceptione *publicæ pænitentiæ*.

(A) Confessionem esse *secretam* testantur, inter alios, ὁι *Aphraates,* (supra, n. 729), qui, sacerdotes alloquens, eis præcipit ne aliis manifestent peccata in confessione revelata : “ Cùmque ipsam (infirmitatem spiritualem) vobis revelaverit, nolite eam publicare, ne propter illum ab inimicis et ab iis qui nos oderunt, innocentes in culpâ esse judicentur’’.* — 5. *Ambrosius* ipse secreto confessiones audiebat; hæc enim de eo scribit *Paulinus* diaconus, in hujus sanéti Vità3 : “ Erat etiam gaudens cum gaudentibus et flens cum flentibus; siquidem quotiescumque illi aliquis, ob percipiendam pænitentiam, *lapsus suos confessus esset,* ita flebat ut et flere illum compelleret... Causas autem criminum quas illi confitebantur, *nulli* nisi Domino soli, apud quem intercedebat, *loquebatur*

Idem confirmatur institutione *panitentiariorum* seu sacerdotum, quorum munus speciale erat *privatas* confessiones audire.

* *Epist.* 168 ad episcopos Campaniae, *P. L.,* LIV, 1211.
▪ *Demonstratio* VII, n. 3-4 *{Patrol, syriaca,* curante *Grajfin,* t. **I,** ffc **318-319**)
« *P. L·,* XIV, 40.

(B) Attamen, etsi confessio *in se* occulta esset, aliquando peccator, suscipiendo publicam pænitentiam, eo ipso *indirefle coram christianâ communitate* confitebatur se gravium deli&orum reum esse[x]. Pariter canonicarum pcenarum impositio, v. g. clerici depositio, indirecte pariter manifestabat etiam occulta deliCta. Tunc enim forum internum non penitus a foro externo distinguebatur : Christiani, se invicem considerantes tamquam membra ejusdem corporis, minus invite sua peccata manifestabant, ut, fratrum precibus et satisfadionibus adjuti, facilius Dei misericordiam consequerentur.

741. 30 *Sæculo tertio,* idem constat variis testimoniis.

Ita *Origines* de confessione *privatâ,* quæ publicam præcedit pænitentiam, scribit' : "Tantummodo circumspice diligentius cui debeas confiteri peccatum tuum. Proba prius medicum, cui debeas causam languoris exponere... Si intellexerit et praeviderit talem esse languorem tuum, qui in conventu totius Ecclesiæ exponi debeat et curari, ex quo fortassis et ceteri aedificari poterunt et tu ipse facile sanari, multâ hoc deliberatione et satis perito medici illius consilio procurandum est"; ex quo patet jam tempore Origenis distinélionem fuisse inter *publicam* et *privatam* confessionem, et utramque fuisse in usu.

Pariter ὸi *Cyprianus* supponit secretam esse confessionem, dum loquitur de iis qui " quamvis, nullo sacrificii aut libelli facinore constriéli, quoniam tamen de hoc vel *cogitaverunt,* hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter et simpliciter confitentes exomologesim conscientiæ faciunt "[3].

4° Quoad saeculum *secundum,* non invenimus quidem explicitum testimonium, cùm textus S. Irenæi supra allegatus, n. 726, aeque intelligi possit de publicâ aut secretâ confessione. Sed, cùm jam tertio sæculo, privata confessio in usu esset apud Græcos et Latinos,

[x] Aliquando etiam indirecte prodebatur peccatum complicis, prout evenit tempore Ne&arii (391) in ecclesiâ Constantinopolitanâ, ubi, occasione confessionis cujusdam mulieris, notum est grave deli&um alicujus diaconi qui cum eâ peccaverat. Ad tales abusus praecavendos, Ne&arius abolevit officium pænitentiarii, immo, juxta quosdam, ipsam obligationem peccata confitendi ante communionem. Quidquid est, hæc aboletio diuturna non fuit; nam successor Nedlarii, S. Joannes Chrysostomus, peccatores hortabatur ad confitenda peccata et ad privatam pro eisdem pænitentiam. Cf. Batiffol, *op. cit.·,* p. 149 sq.; P. Galtier, 5. *Jean Chrysostome et la confession,* in *Recherches de Sc. Relig.,* 1910, pp. 209, 313.

[3] *Homil.* II in Ps. 37, n. 6, *P. G.,* XII, 1386.

[3] *De lapsis,* 28, *P. L.,* IV, 488; Jouniel, n. 553.

nec ullum hâc de re inveniatur alicujus mutationis vestigium, » merito infertur eam usque ad apostolica tempora ascendere, prout reapse docet S. Leo, n. 739.

742. *Conclusio,* (a) Privata igitur confessio semper in usu fuit, etsi non absolute secreta, cùm peccata aliquo modo indireéle manifestarentur publicæ pænitentiæ impositione. Quâ manifestatione fovebatur Christiana humilitas et solidaritas, dum videlicet omnes fideles precibus et operibus pænitentes juvarent. Attamen non pauca erant *incommoda :* quidam verecundià a confessione deterrebantur, alii indiscreta confessione scandala excitabant.

(b) Ad quos abusus tollendos, Ecclesia paulatim publicam confessionem posteaque publicam pænitentiam abolevit; ita tutius servata sunt jura cujuslibet christiani, et gradatim fideles frequentius ad sacrum tribunal accesserunt

743. Totum contrahitur argumentum. Primum quidem Protestantes asserebant Innocentium III confessionis inventorem fuisse, ejusque necessitatem promulgâsse in *C. Lateranensi* (1215). Historice autem probatum est integros traftatus de sacramentali confessione multo ante Innocentium editos esse, non pauca Concilia de ejus utilitate aut necessitate statuta condidisse, in libris pænitentialibus, Græcis et Latinis, totum ordinem confessionis descriptum fuisse, cum catalogo peccatorum etiam occultorum, et poenarum eisdem infliétarum. Quâ in re deviCli, nonnulli contendebant auricularem confessionem a *Leone Magno* (f 461) in Ecclesiam inveCtam fuisse; sed non minus luculenter ostensum est, ex Patribus tum Latinis tum Græcis, et ex ipsâ institutione pænitentiariorum, secretam seu auricularem confessionem in usu fuisse sæculis anterioribus, quarto nempe et tertio. Cùm autem sæculo secundo jam de confessione sermo sit, nil prohibet quin admittamus hanc aliquando fuisse occultam. Ceteroquin ipsa publica confessio, tunc certo vigens, erat vere sacramentalis, cum ordinaretur ad veniam peccatorum obtinendam, mediante pænitentiâ a sacerdotibus impositâ. Ita, a testimoniis evidentioribus ad obscuriora procedentes, historice demonstratur confessionem sacramentalem ab initio in Ecclesiâ fuisse adhibitam, eamque a Christo promanare,

quippe quæ indivulse conneétatur cum potestate clavium quam Dominus Apostolis tradidit.

Confessionis utilitas ratione ostenditur».

744. Positâ divinâ confessionis institutione, ejus convenientia ostendi potest :

1° *Ex parte Dei,* cui congrua satisfaélio sic exhibetur. Peccatum siquidem includit aCtum *süperbice* et *inobedientiæ;* atqui meliori nequit reparari modo quam per peccatorum sinceram confessionem, quâ peccator Deo^ejqsque ministris *subdit,* et delicta sua recogitans in amaritudine animæ suæ, superbiam edomat; ita offensam Deo irrogatam in quantum fieri potest compensat : siquidem " cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies ",

2° *Ex parte hominis,* (a) Confessio *pacem* et *securitatem* paenitenti praebet, et quidem eo majorem quo humilius confessionem peregit et contritionem concepit. Peccator enim, etiam quando dolorem de peccatis concipere nititur.. * . a et pro eis satisfacere, nescit tamen utrum amore an odio dignus sit, nam *nemojudex in propriâ causâ;* si vero omnia gravia peccata Dei ministro humili confessione pandit, hic de eis judicare potest, necnon de dispositionibus pænitentis et de æquitate satisfactionis jam præstitæ vel praestandae, posteaque *absolutionem* impertiri, quae divinae condonationis pignus est authenticum, (b) Pariter confessio *a peccatis deterret;* nam qui conscientiam suam frequenter discutit ut omnia peccata a se commissa confiteatur, occasiones peccandi videt et fugit, media ad tentationes superandas discit; præterea obligatione omnia, etiam secretissima, aperiendi vigilantior efficitur, ad peccata futura praecavenda. (c) Confessio etiam *virtutum praxim* maxime promovet : cùm enim debiles et inconstantes simus, amico, duce et adjutore indicemus in vitâ spirituali[2] Atqui in confes-

[1] P. Félix, *De la confession :* pourquoi on se confesse et pourquoi on ne se confesse pas? Paris, 1S92; Bougaud, *Le Christianisme et les temps prisents,* 6e éd., 1902, t. V, ch. 6, p. 145-182.

[2] " Fluétuamus inter varia consilia, inquit Seneca *(Ep.* 52); nihil libere volumus, nihil absolute, nihil semper. Nemo per se satis valet ut emergat; oportet manum aliquis porrigat, aliquis educat... Non duce tantum opus est, sed adjutore et, ut ita dicam, coaélore ".

sione sacramentali invenimus *amicum* fidelissimum, cui, sub secreti inviolabili sigillo, deliéta, infirmitates et vulnera cordis aperire possumus; *duceni* spiritualem qui vias Domini nos edocebit, ostendendo quid vitare, quid agere debeamus non generali modo, ut fit in prædicatione, sed speciali, nostris infirmitatibus accommodato, juxta illud : " Surge, et ingredere civitatem, et ibi dicetur *tibi* quid *te* oporteat facere " x; *adjutorem,* qui zelo Dei flagrans, nos veluti coget ad vitia expellenda virtutesque colendas.

Hinc *Leibnitzius'* ait : ""Totum autem hoc institutum divina sapientia dignum esse negari non potest, et si quid aliud, hoc certe in Christiana religione praeclarum et laudabile est quod et Sinenses ac Japonenses sunt admirati; nam et a peccatis multos deterret confitendi necessitas, eos maxime qui nondum obdurati sunt, et lapsis magnam consolationem praestat, ut adeo putem pium, gravem et prudentem confessarium magnum Dei organum esse ad animarum salutem; prodest enim consilium ejus ad regendos aflectus, ad animadvertenda vitia, ad vitandas peccatorum occasiones, ad restituendum ablatum... ad dubia eximenda, ad erigendam mentem affliélam, ad omnia denique mala aut tollenda'aut mitiganda; et cum fideli amico vix quidquam in rebus humanis praestantius reperiatur, quanti est, cum ipsâ sacramenti divini inviolabili religione, ad fidem servandam opemque ferendam astringi"?

3° *Ex parte societatis.* Prudens enim confessarius legum humanarum simul ac divinarum observantiam urget, societatem domesticam, quæ societatis civilis est fundamentum, recie ordinat, lites et dissidia componit, inimicos reconciliat, bonorum ablatorum restitutionem procurat, scandala praevenit vel reparat; immo confessio hanc aequalitatem, de quâ nostra aetas gloriatur, maxime promovet, cùm lex confitendi omnes afficiat, reges seu praesides æque ac subditos, nobiles ac divites æque ac pauperes, nec in sacro tribunali ullum fiat discrimen inter diversae conditionis pænitentes 3.

745- *Objiciunt* quidem adversarii confessionem sacramentalem ansam præbere multis abusibus et sæpe pænitentibus æque ac ministris perniciosam esse. — *Resp.* Aliquando, abusus in hanc

l Act., IX, 7. — * *Systema theol.,* Parisiis, 1819, p. 270.

J Hanc socialem confessionis utilitatem agnoverunt Increduli et Protestantes : ▾. g-, Voltaire, *Diction, philos.,* art. Catéch. du Curé; protestans au&or operis *Letters of Atticus,* let. 5 th.

praxim *per accidens* irrepere concedimus, sed raro; nam Ecclesia, tum gravibus poenis pleétendo sollicitantes ad turpia, tum excommunicando absolventes complicem in peccato turpi, cogendoque, sub excommunicationis pœnà, eos qui ad malum sollicitati fuerint ut confessarium denuntient, ne tales abusus multiplicarentur sapienter providit. Pauca vero incommoda, quæ aliquando ex hominum fragilitate vel perversitate oriuntur, ratio sufficiens esse nequeunt cur deleatur institutio, quæ aliunde tum privatis hominibus tum societati ipsi tot et tanta confert beneficia; si enim res quibus homines abutuntur, statim tollendae essent, quid tandem in societate civili vel ecclesiasticâ remaneret?

Art. II. De Contritione.

746. Doctrina Tridentina. Ad remissionem peccatorum consequendam per potestatem clavium, non sufficit confessio, sed requiritur *contritio,* ut reéle docet *Tridentinum 1;* ad quod declarandum, duo hic exponuntur · 1° *natura et necessitas* contritionis; 2° ejus *efficacia* ad remittenda peccata cum aut sine reali susceptione sacramenti Pœnitentiæ.

§ I. Natura et necessitas contritionis[2][3]

747. i° Contritionis notio. (A) Contritio, a voce *conterere, etymologice* aôlionem designat quâ solidum corpus ad minimas partes reducitur; *metaphorice* autem illam dispositionem quâ cor peccato induratum frangitur et emollescit.

(B) Quoad *rem,* contritio a *Tridentino* definitur[3] : " *animi dolor ac detestatio de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero* ",

Dicitur : (a) *animi dolor,* seu affiiôiio, tristitia, intus animum angens et crucians; cùm enim peccatum sit summum malum morale, divinæ Bonitati contrarium, peccator sincere ad Deum revertens, de deliétis a se commissis non potest non tristari; (b) *detestatio,* id est, odium peccati, procedens ex cognitione ejus malitiæ malorumque efifeétuum,

1 *Trident.,* sess. XIV, cap. 4. Supra, p. 5.

3 S. Thom., *Supplent.t* q. I, a. 1; Suarez, disp. IV ; Salmantic., disp. VII; Bellarminus, 1. II, c. 4 ; Drouin, q. IV, c. 1 ; Billuart, diss. IV, a. 1 ; de Augustinis, p. I, a. 4; Palmieri, th. 30; Billot, th. 12; L. de San, n. 473 sq.

3 Sess. XIV, cap. 4.

conjunélum cum retraélatione pravæ voluntatis, ita ut peccator sincere dicat : si res non esset peraéla, non facerem ; vellem non peccâsse; (c) *cum proposito non peccandi de cetero:* nemo enim vere peccata commissa detestatur quin eo ipso velit hæc peccata in futurum vitare.

748· 20 *Thesis :* Vera contritio, qualis modo definita est, necessaria est ad peccatorum veniam consequendam, sive intra, sive extra sacramentum. Certum est :

(A) *Scripturâ.* (a) Id constat ex textibus supra allatis (n. 658), qui respiciunt tempora ante Christum elapsa. Pænitentia enim, quæ ibi requiritur, est conversio ad Deum, aversio a viâ iniquitatis, immutatio cordis et vitæ, cor contritum et humiliatum. Quæ quidem omnia important animi dolorem ac detestationem de peccato cum proposito emendationis.

(b) Etiam post Christi adventum et institutionem sacramentorum, contritio manet necessaria; nam quando Judæi aut Gentiles ad Christianam fidem convertuntur, prima dispositio ab eis requisita post fidem, est pænitentia seu contritio: "Pænitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum... Pænitemini igitur, et convertimini, ut deleantur peccata vestra..." [1].

(B) *Traditione.* Tota *pœnitentialis disciplina* eo fine instituta fuerat ut, frequenti recogitatione peccatorum et laboriosâ eorum expiatione, necnon Ecclesiæ precibus, in pœnitentibus animi dolor ac detestatio peccati necnon vitæ emendandæ desiderium vivide excitarentur.

Dicit enim S. *Justinus* [2] : "Quomodo impuri..., *nisi lamententur et plangant,* spem habere possint non imputaturum eis Dominum peccatum". Pariter S. *Cyprianus* veniam pœnitentibus promittit, " aélâ pœnitentiâ et professâ frequenter suorum detestatione faétorum, si lacrymis, si gemitibus, si fletibus dolentis ac *vere pœnitentis animi signa prodiderint* " [3].

[1] *Act.,* II, 38; III, 19; cfr. VIII, 22; XI, 18.

[2] *Dial, cum Tryph.,* n. 141, *P. G.,* VI, 798-799. Cf. Journel, 146.

[3] *Ep.* XXXI, *P. L.,* IV, 315. Cfr. S. Ambrosius, *Dc Pernitent.,* l. II, c. 10, *P. L.,* XVI, 519.

S. *Chrysostomus* integrum de *Compunflione* edidit tractatum, ubi, inter alia, hæc habet : " Quid enim, dic mihi, corporis viribus opus est, quando cor conterere debemus, cum vigiles precari oportet, cum peccata recogitare, arrogantiam et tumorem deponere, mentem deprimere? Hæc quippe sunt quæ Deum nobis placant, nec multo egent labore Postea necessitatem hujus pænitentiæ declarat; hæc enim possibilis, immo et facilis evasit, si cogitamus, inquit, peccatores impænitentes ad gehennam damnari; "si gehennam semper præ oculis habeamus,necnon angelos ubique locorum tunc discurrentes, atque ex universo orbe congregantes eos qui in gehennam abducendi sunt; si cogitemus etiam quantum malum, gehennâ sepositâ, excludi a regno caelorum " [1].

Duo igitur docent Patres, nempe contritionem sitam esse in *peccati retractatione* vitaeque emendatione; et hanc esse ad salutem *necessariam*.

§ II. Efficacia contritionis cum vel sine ABSOLUTIONE AD REMITTENDA PECCATA.

749. Praenotanda. i° *Historicus conspeClus.* Ex diftis constat christianum, culpae mortalis reum, non posse justificari nisi contritionem habeat et se potestati clavium subjiciat. Sed, jam a sæc. V°, quæstio agitata est, quænam sint partes *contritionis* et *absolutionis* in remissione peccatorum.

5. *Augustinus* [2] asserit contritionis simul et absolutionis efficaciam, sed utriusque partes parum explicat. Hanc autem explicationem *Scholastici* paulatim tradunt.

(a) *Hugo a S. Viflore'* [3] dixit, et quidem bene, contritione non remitti peccata nisi votum accedat absolutionem suscipiendi; adjecit verb absolutione concedi pœnæ æternæ remissionem : in quo supponit minus recte peccatum posse remitti quin remittatur pœna ætema.

(b) *Petrus Lombardus*[4] docuit quidem contritione perfectâ remitti tum peccatum, tum peccati pœnam, sed perperam adjecit

[1] *De compunct.,* l. L η. IO» T'. C., XLVII, 410.'
[2] *Sermo* 67, *P. L.,* XXXVIII, 434.
[3] *De Sacramentis,* l. II, p. XIV, c. 8, *P. L.,* CLXXVI, 564-570.
[4] *Lib. IV Sent.,* dist. XVIII, *P. L.,* CXCII, 885-889.

absolutione *authentice ostendi* peccata dimissa esse, ita quasi praeludens errori Protestandum.

(c) S. *Thomas* distinélius exponit discrimen inter contritionem caritate perfeélam et attritionem, atque hanc sufficere ad remissionem peccatorum asserit, accedente tamen sacerdotis absolutione x. Addit tamen (quod hodie rejicitur) attritionem non sufficere *ex se,* sed ratione *bona fidei.* Ceteroquin docet absolutione augeri gratiam, si hæc jam habetur.

(d) *Scotus* feliciùs docuit attritionem, quæ ex metu inferni concipitur, sufficere ad remissionem peccati, accedente absolutione, dummodo pænitens aéiu peccato non adhæreat a.

750. 2° *Doctrina hodie communiter recepta.* Duplex distinguitur contritio : (a) *perfeCta* quæ perficitur caritate *proprie diflâ* seu *theologicà,* et quidem sive extrinsece quatenus eam concomitatur aéius caritatis formaliter conceptus, sive intrinsece quatenus ex motivo ipso caritatis concipitur; (b) *imperfeDa* quæ nominatur attritio et concipitur ex motivo supernaturali minus perfeélo, v. g., ex turpitudine peccati vel poenarum metu.

Pauca igitur de caritate, seu de amore Dei, praenotanda sunt : nam caritati perfeétæ respondet contritio perfeéta, et caritati impcrfeéùe vel timori respondet contritio imperfetfla.

(A) Duplex amor Dei distingui potest : (a) amor *imperfeCtus* seu *mercenarius,* quem theologi amorem *spei* seu *concupiscentia* vocant, quo videlicet Deus amatur super omnia concupiscibilia non propter se, sed *propter bona* quæ largitur, non quia bonus est in se, sed quia *bonus est nobis,* immo summum bonum, cujus fruitione beati aliquando erimus; (b) amor *perfectus* seu *gratuitus,* quo Deus diligitur *propter se* et super omnia; id est, sive amor *benevolentia,* quo Deum diligimus ut infinite perfeélum, ejus perfeétionibus congaudemus, eique bonum optamus, desiderando videlicet eum ab omnibus cognosci et amari; sive amor *amicitia,* qui, præter benevolentiam, importat *mutuum amorem,* seu redamationem, inquantum scilicet qui diligit, diligitur a Deo; amore amicitiæ diligimus Deum *propter se,* scientes tamen Deum diligere diligentes se; hinc mutua redamatio non est motivum amicitiæ, sed solum una ex ejus conditionibus.

(B) Jamvero, quoniam ad eamdem virtutem pertinet prosequi unum oppositorum et fugere aliud, ad caritatem pertinet diligere

x *In IV Sent.,* dist 22, q. 2, a. i; cf. *Supplementum,* q. 10, a. i; q. 18, a. I
a *In IVSeni.,* dist. 14, q. 4, n. 7.

DE PÆNITENTIS ACTIBUS

Deum et detestari peccatum, quatenus Deo oppositum : tot sunt igitur contritionis species quot sunt amoris species. Quibus positis, certum est contritionem quæ ex *amore perftflo* concipitur, sive *benevolentia,* dummodo sit supematuralis ac super omnia, sive *amicitia,* quâ de peccato dolemus, quatenus est *offensa Dei Summi Boni* et super omnia dileéti, esse perfeétam, statimque peccata remittere.

Ceteroquin ad justificationem non requiritur aétus contritionis *intensus,* seu vehemens, quidquid in contrarium dixerunt quidam antiqui theologi; dummodo enim contritio sit *appretiative summa,* id est, peccatum quis doleat ut summum malum, ad remissionem peccatorum sufficit, licet non sit valde *intensa :* "quantumcumque parvus sit dolor, ait 5. *Thomas* ;* dummodo ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet ".

Quibus praenotatis, tria probabimus : i° *contritionem perfeftam* absque reali susceptione sacramenti peccatorem justificare; 2° *attritionem* sufficere *cum absolutione* ad justificationem; 3° *attritionem* proinde esse *vere utilem* non autem damnandam hypocrisim.

751. *Thesis I- :* Contritio perfecta peccata gravia remittit, absque sacramenti Pænitentiæ reali susceptione, non tamen sine ejus voto. *Certum est.*

(A) *Tridentinum* ait 2 : " Docet praeterea, etsi contritionem hanc aliquando caritate *perfeftam* esse contingat, *hominemque Deo reconciliare...,* ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni, *sine sacramenti voto* quod in illâ includitur, non esse ascribendam ".

(B) *Script,* (a) In *Vet. Test,* legimus: "Ego (scilicet Deus) diligentes me diligo "3; id est, diligit Deus diligentes se, et consequenter perfeéle contritos, qui ex diétis, Deum diligunt amore caritatis; quos autem diligit Deus, gratiâ sandlificante ornat et a peccatis liberat. Et sane, sub veteri Lege adulti deliétorum remissionem obtinere poterant sine sacramento Pænitentiæ. Atqui si id obtinere poterant, certe per atSlum nobilissimum, qualis est pænitentia caritate perfedla.

1 *Supplent.,* q. 5, a. 3. Cfr. F. Rouvier, *A la conquête du Ciel,* Charité parfaite et contrition, Desclée. 1913.

' Sess. XIV, cap. 4, Denz.-Bann., 898 (778).

5 *Prou.,* VIII, 17.

(b) Nec res aliter se habet in TV. *Lege,* post institutum Pænitentiæ sacramentum; Christus enim, sine ullâ restrictione, discipulis dixit : " Si quis diligit me, sermonem meum servabit : et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus " «; ex quo clare colligitur eum qui diligit Christum seu est perfeéte contritus, statim frui divinâ inhabitatione, quæ sine gratiâ habituali non habetur. — Idem probant verba S. *Joannis :* " Deus caritas est; et qui manet in caritate, in Deo manet et Deus in eo"[3]. Confirmatur verbis Christi ad mulierem peccatricem[3] : ""Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum ".

(C) *Ratione convenientia ;* contritio enim dispositio est perfeétissima quæ a peccatoribus haberi possit, et cùm amorem Dei importet, ad divinam amicitiam optime eos disponit.

752. Explicatur thesis. Diximus : *non sine sacramenti voto,* quia, cùm sacramentalis confessio sit in N. Lege necessaria, peccator non potest vere esse contritus, quin velit sincere deliéla sua clavium potestati tempore opportuno subjicere. Sufficit tamen votum *implicitum,* quale invenitur in voluntate omnia adimplendi quæ ad salutem necessaria sunt.

Absolutio autem sacerdotis, in hoc casu, nedum sit inutilis : (a) producit gratiam ex opere operato quâ justitia peccatoris jam justificati augetur; (b)securitatis et pacis dat incrementum; (c) poenam temporalem peccato remisso debitam magis ac magis minuit; (d) contra relapsum in peccata voluntatem roborat.

753. Disputatur : (A) utrum necesse sit contritionem procedere ex motivo infinitæ bonitatis, *quatenus est aggregatio omnium perfectionum,* an sufficiat ut eliciatur ex motivo *cujuscumque attributi divini* offensi, puta misericordiae, sapientiae. Judicio nostro, quaestio est magis speculativa quam pradtica; nam ex se omnia divina attributa cum ejus infinita bonitate connedtuntur, et aliunde qui peccata detestantur utpote unum ex divinis attributis laedens, alia attributa non excludit, proindeque contritionem vere peifeétam habet.

[x] *Joan.,* XIV, 23; cf. *Joan.,* XIV, 21. —' *IJoan.,* IV, 16. — s *Luc.,* VII, 47.

(B) Num alia motiva, præter caritatem, sufficiant ad contritionem perfeôlam immediate peccati remissivam. *Scotista* dicunt motivum contritionis perfeélæ esse omne motivum quod speôlat ad Deum, v. g., quod desumitur ex virtutibus pænitentiæ, religionis aut obedientiæ : his enim virtutibus peccatum detestamur tanquam offensam Dei, ejus juribus et voluntati oppositam. Cui opinioni accedunt nonnulli hodierni auétores, *Hurter, Palmieri, Egger,* juxta quos amor *spei* et *gratitudinis* ad perfeôtam contritionem sufficere potest [1]. Revera hic amor : (a) ut nobilissimus a sacra Scripturi commendatur; (b) est valde perfeélus, et in gloriam Dei maxime cedit. Censemus hanc opinionem esse misericordiae divinæ valde consentaneam; eâque admissi, multo melius intelligi quomodo Judæi justificari potuerint absque sacramento, pariter quomodo Acatholici, qui in boni fide versantur, veniam peccatorum suorum obtinere valeant.— Hæc tamen opinio non est communis[2], et in praxi conandum est ex amore spei et gratitudinis ad amorem caritatis ascendere. Quod aliunde non tam difficile est; nam contritio caritate perfeéta consistere potest cum dolore de peccatis ob alia motiva minus perfeéla concepto, videlicet spem, gratitudinem, metum poenarum; immo communiter anima quasi pedetentim ex inferioribus ad superiora ascendit motiva.

754. *Thesis* ***IT*** *:* Ad remissionem peccatorum consequendam vi sacramenti Pænitentiæ non requiritur contritio perfecta, sed sufficit attritio. Certum est contra quosdam antiquiores theologos (supra, n. 749.)

i° Declaratur. Contritio imperfeéta *attritio* dicitur; nam, ut ait S. *Thomas* [3], in corporalibus attrita dicuntur quæ aliquo modo confraéla sunt, sed non adhuc perfeéte comminuta, ideoque attritio, in spiritualibus, significat quamdam displicentiam de peccatis commissis, sed non perfeélam. — Definiri potest *dolor et detestatio peccati procedens ex motivo supernaturali ad perfeftam contritionem non sufficiente.*

Juxta *Tridentinum*[4] attritio supernaturalis ex duplici præsertim motivo concipi potest, "vel ex *turpidinis peccati consideratione, vel ex gehenna et pœnarum metu* gehennæ autem metus involvit metum amittendi ætemam beatitudinem, ut alibi[5] docet idem Concilium. Consideratio motivi supernaturalis esse debet, innixa videlicet rationibus *ffide* cognitis, v. g., ex eo quod peccatum mor-

[1] Hurter, n. 570; Palmieri, th. 22.
[2] Cfr. Lugo, disp. V, sedi. I, n. 3; Card. Billot, II, th. 13.
[3] S. Thom., *Supplementum,* q. I, a. I.
[4] Sess. XIV, cap. 4. — [5] Sess. XIV, can. 5.

tale sit injustitia contra Deum, aliquid viro Christiano indignum inurens animæ maculam ex privatione gratiæ habitualis, etc. — Metus gehennæ vel pœnarum supernaturalium, est motivum minus quidem nobile, bonum tamen et utile. Duplex enim Dei timor distinguitur : timor *filialis,* seu *castus,* quo quis ex amore et reverentia Deum offendere timet; *servilis,* quo timetur Deus propter pœnas quas minatur. Hic autem est *simpliciter servilis,* si quis non solum ab opere malo abstinet, sed etiam affedlum ad peccatum deponit; vel *serviliter servilis,* quando quis retinet peccandi affectum. Jamvero timor *filialis* melior est, timor autem *simpliciter servilis* bonus, sed *serviliter servilis* est malus.

755. 2° **Probatur.** (A) Constat : (a) *Tridentini* textu quo declaratur duplicem esse contritionem : *perfeElam,* quæ peccatorem Deo reconciliat priusquam sacramentum aôtu suscipiatur; *imperfeElam* seu attritionem, quæ "eum ad Dei gratiam in sacramento pœnitentiæ impetrandam disponit", et quidem *proxime,* ut apparet ex contextu : id enim postulat parallelismus inter contritionem, quæ certe est dispositio proxima, et attritionem x. (b) Alio textu in quo statuitur per sacramentum Pœnitentiæ peccata *vere remitti* et simul damnatione hujusce propositionis *Baianæ* : "Peccator pœnitens non vivificatur ministerio sacerdotis absolventis, sed a solo Deo" 3. Nam si contritio perfedta ad absolutionem prærequireretur, peccata non vere remitterentur per sacramentum Pœnitentiæ, nec unquàm peccatores vivificarentur sacerdotis ministerio, cùm jam contritione justificati fuissent.

(B) Præterea, praxis, antiqua simul et universalis, *sollicite* absolvendi moribundos, vix explicatur quin admittatur attritionem non sufficere solam, sed sufficere cum absolutione. Si enim requiritur contritio perfedta, cur tam necessaria prædicatur absolutio sacerdotis? Omnes enim concedunt solâ contritione perfeôtâ, cum voto sacramenti, absque reali ejus susceptione, justificari peccatores. Si igitur moribundi contritionem habent, non indigent absolu-

* Concilium verbo *disponit,* non autem *sufficit,* usum est, ne damnaretur opinio jam antiquata Petri Lombardi; sed mens Concilii satis evidenter constat ex disputationibus inter Patres Tridentinos habitis. Cfr. Theiner *Acta genuina,* t. I, p. 531-600.

* Sess. XIV, can. 3, Denz.-Bann., 913 (791).

› Denz.-Bann., 1058 (938).

tione; si solummodo sunt attriti, inutilis est absolutio. Admissâ vero thesi nostrâ, res facile explicatur : sola enim attritio, quæ non justificat sine sacramento, peccata remittit accedente sacerdotis absolutione : hæc igitur omnibus necessaria est qui solummodo sunt attriti.

756. 30 Exponitur controversia de necessitate aliqualis amoris cum attritione. Omnes quidem concedunt attritionem, necessariam ad peccatorum remissionem in sacramento pænitentiæ consequendam, conjungi debere cum *fide,* secus non esset supernaturalis; et cum *spe* veniæ, secus nullum esset propositum melioris vitæ. Sed quæstio est num attritio ex solo metu gehennæ concepta, sufficiat, *absque amore Dei,* ad justificationem consequendam in sacramento Pænitentiæ. Ratio dubitandi est quia *Tridentinum,* describens conditiones ad justificationem modo generali requisitas, aliquem amorem requirit[1]: " Disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum, excitati divinâ gratiâ,... libere moventur in Deum..., in spem eriguntur..., Deumque tamquam *justitiæ fontem diligere incipiunt* "... Omissis aliis opinionibus antiquatis, duo hodie adhuc exstant hâc de re systemata.

(A) Alii, post *Pallavicini* et *Bossuet*', tenent simul cum attritione requiri initialem amorem Dei propter se dileéti, non quidem amorem prædominantem, quo Deus propter se *super omnia* diligitur, sed *incipientem,* qualis habetur ab eo qui nititur contritionem ex caritatis motivo elicere, et revera Deum diligere incipit, non ita tamen ut propterea omne peccatum grave velit fugere; accedente autem metu vel spe, voluntas' sincere gravia deliéta detestatur, eaque vult fugere, ita ut hujusmodi detestatio partim ex amore, partim ex metu oriatur.

757. (B) Alii vero tenent non requiri alium amorem nisi amorem *spei* seu *concupiscentia;* sed, juxta quosdam, hic amor debet *explicite* elici[3]; secundum alios, sufficit ut *implicite* eliciatur[4] : jamvero semper implicite continetur in sincerâ attritione quæ voluntatem peccandi

[1] Sess. VI, cap. 6.

[2] Cf. Pallavicini, *de Panitent.,* c. 12; Bossuet, *De doctrinâ C. Trid. circa dilectionem in sacr, Panitentice requisitam.*

[3] Ita Tournely, *De sacram, pcenit.,* q. V, a. 3; Wirceburgenses, *Dt sacram, panit.,* disp. II, c. 3, art. 3-4.

[4] Suarez, disp. XX, seét. 2; Lugo, disp. V, η. 133; S. Alphons., l. VI, n. 442; Palmieri, th. 32, Coroll.; Tepe, η. 557; Kenrick, tr. XVII, n. 23.

excludit. Non potest enim quis vere detestari peccatum, cum spe veniæ et desiderio gratiæ, quin eo ipso incipiat aliquo modo amare Deum ut sibi bonum.

Sic autem arguunt ; si species quædam amoris nobilioris requiri probaretur, constaret vel *ratione,* vel *aufloritate*. Atqui (a) *non ratione,* nam amor se habet relative ad justificationem ut medium ad finem; ideoque modo sit medium aptum ad finem obtinendum, sufficit. Porro quilibet amor in attritione appretiative summa inclusus, est medium aptum ad finem obtinendum, scilicet sacramentum cum fructu recipiendum ; ope enim hujusmodi amoris, attritio voluntatem peccandi excludit, includitque spem veniæ, et fît dispositio proxima ad justificationem in sacramento recipiendam. Ergo non probatur ratione amorem nobiliorem requiri præter amorem in attritione appretiative summa inclusum, (b) Nec *aucloritate;* textus enim *Tridentinus* supra citatus " Deus tanquam omnis *justitia fontem* diligere incipiunt", de amore *spei* intelligi potest, nam Deus amatus ut justificationis nostræ auétor, est Deus prout est *bonus nobis.* Aliunde omnes aétus hic descripti a *Tridentino* non sunt absolute necessarii ad justificationem cum sacramento : quidam necessarii sunt sive intra sive extra sacramentum, alii solum extra sacramentum, ut jam notaverat *Suarez :* ibi enim Concilium disserit de dispositionibus ad justificationem *in genere;* at ubi agit in specie de sacramento Pænitentiæ, declarat attritionem ex metu gehennæ, quæ sine sacramento non sufficit, peccatorem ad gratiam in sacramento obtinendam dispo-

nere. — Hanc igitur *Suarezii* opinionem ut multo probabiliorem ampleétimur.

Conclusio. Exortis autem acerbis dissensionibus inter *contritionistas* et *attritionislas, Alexander VII,* enixe cupiens vinculum pacis inter fideles servare, die 5 maii 1667, sub pœnâ excommunicationis [5] præcepit ut : " Si deinceps de materiâ attritionis præfatæ scribant... non audeant alicujus theologicæ censuræ alteriusve injuriæ aut contumeliæ notâ taxare alterutram sententiam, sive negantem necessitatem aliqualis dileétionis Dei in præfatâ attritione ex metu gehennæ conceptâ, quæ hodie inter scholasticos *communior* videtur, sive asserentem diétæ dileétionis necessitatem, donec ab hâc S. Sede fuerit aliquid hâc in re definitum". Jamvero nihil adhuc definitum est, et unusquisque in suam sententiam abire potest.

In fraxi ergo nulla adest difficultas; statim ac constat pœnitentem vere esse attritum, et peccata super omnia detestari, hic absolvi potest : nam, teste Scripturâ, " timor

[5] Quæ tamen excommunicatio, omissa in *Codice,* amplius non viget.

[6] Recenter controversia rursus efferbuit. Cf. J. Pénnelle, *L'attrition d'après le Concile de Trente et d'après S. Thomas d'Aquin,* 1927 ; P. de Vooght, *La justification dans le sacrement de Pénitence d'après saint Thomas d'Aquin,* in periodico *Eph. theol. Lovan,* apr. 1928.

Dei initium dilectionis ejus”1; et qui veniam a Deo sperat, jam cum diligit tanquam justitiae fontem. Expedit tamen ut ipsi proponantur motiva contritionis perfeCtæ, tum quia perfeétiora sunt, tum majoris securitatis gratiâ.

758. Corollarium. *Pœnitens, recipiendo sacramentum, fit ex attrito contritus,* non quidem eo sensu quod attritio fieri possit contritio, sed (a) quia attritio simul cum sacramento æquivalet contritioni quoad effeélum produCtum, nempe peccati remissionem; (b) quia attritus absolutionem recipiendo, simul gratiam habitualem et virtutem caritatis accipit, quâ fit contritus in *habitu,* proxime potens aéium contritionis perfeétæ elicere.

759. *Thesis* ***IIP*** *:* Attritio concepta ex foeditate peccati, amissione æternæ beatitudinis et æternæ damnationis incursu, est verus et utilis dolor ad gratiam praeparans. De fide est ex *Tridentino* contra Lutheranos : “ *Si* quis dixerit eam contritionem, quæ paratur per discussionem, colleCtionem et detestationem peccatorum, quâ quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, foeditatem, amissionem æternæ beatitudinis, et æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ, non esse verum et utilem dolorem, nec praeparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam et magis peccatorem... A. S. ”2.

Prob. (A) *Script.* Attritio quæ concipitur ex timore bono, bona est et honesta. Sed timor servilis est bonus cùm in sacris litteris commendetur et praecipiatur : “Sanctum et terribile nomen ejus : initium sapientiae timor Domini ” 3; “ Timor Domini expellit peccatum : nam qui sine timore est, non poterit justificari ” 4; “Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum qui potest et corpus et animam perdere in gehennam ” 5.

(B) *Traditione.* Sæpe Patres timorem judicii et gehennæ proponunt tanquam motivum detestandi et fugiendi pecca-

' *Eccli.,* XXV, 16.
3 Sess. XIV, can. 5., Denz.-Bann., 915 (793). — J *ps.* CX, 10.
« *Eccli.,* I, 27. · Cf. *Maith.,* X, 28; *Luc.,* XII, 4. — s *Matth.,* X, 28.

turn. Ita S. *Chrysostomus,* qui etiam notat timorem esse bonum ex ipsis Christi sermonibus : " Nisi bonum esset timor, non multos impendisset Christus sermones et longos, de pœnâ et supplicio illic futuris loquens. Timor nihil aliud est quam murus et munimentum et turris inexpugnabilis " x. Nec minus eloquenter S. *Augustinus :* "Ergo pcenam times, castitatem nondum amas, caritatem nondum habes : serviliter times; formido est mali, nondum diletSlio boni. Sed time tamen, ut ista formido custodiat te, ut perducat ad dileCtionem. Timor enim iste quo gehennam times, et ideo mala non facis, continet te; et sic volentem peccare animum interiorem non sinit " 2. Et alibi addit : " Timor quasi locum praeparat caritati... Si autem nullus est timor, non est quâ intret caritas " 3.

760. (C) *Rat. tkeol.* (a) Attritio ex metu gehennæ tria importat : voluntatem *fugiendi poenam,* quæ per modum *finis* se habet; *peccati detestationem,* quæ est *medium* ad finem; *ordinationem* hujus medii ad finem obtinendum. Atqui hæc tria sunt bona et utilia : 1) honestum est inferni pœnas fugere, cùm sint aliquid malum et odio dignum; 2) peccati detestationem bonam esse pariter nemo est qui neget ; 3) ordinare autem fugam peccati ad vitationem pœnæ, tanquam ad finem, non est malum, cùm vitatio pœnæ æternæ sit consecutio ipsius Dei finis ultimi; aliunde peccator, qui peccatum fugit propter pcenam vitandam, non excludit altius motivum, sed tantum ab eo *abstrahit.* (b) Quin immo hæc in se imperfecta dispositio sponte suâ ad perfeétiorem tendit, eamque virtualiter continet. Nam qui ex gehennæ metu efficaci odit peccatum, hoc detestatur tanquam gehennæ causam, et proinde est dispositus ad faciendum quidquid oportet ut, vitando peccatum, et infernum vitet Porro ad hoc agendum requiritur ut sibi proponat firmiter servare omnia præcepta quorum primum et præcipuum est præceptum dileCtionis Dei super omnia; ergo timore gehennæ inducitur ad Deum ipsum amandum.

' *Homil.* XV ad pop. Ant., n. 2, *P. G.,* XLIX, 156.
' S. August, *Strnio* CLXI, c. 8, *P. L.,* t. XXXVIII, p. 882.
' *In Epùt. IJoan.,* traô. 9, c 4, *P. L.,* t. XXXV, p. 2047.

Nec dicatur in hoc casu pænitentem magis pœnam quam culpam detestari; nam qui fugit peccatum quia causât infernum, detestatur peccatum magis quam gehennam, non in hoc sensu quod disponi debeat ad potius incurrendum damnationem quam ad peccandum, cùm fieri nequeat ut absque peccato damnetur;sed in hoc diverso sensu quod in praxi magis attentus esse debeat ad vitandum peccatum, cùm vitando peccatum vitet gehennam, et nullo modo gehenna timenda sit, si peccatum vitetur. — Res exemplo declaratur : filius prodigus, qui patrem dereliquerat, et substantiam suam dissipaverat vivendo luxuriose, fame, seu timore dolorum et mortis, ad pænitentiam duétus est, patremque denuo adivit; jamvero si timore *serviliter servili* egisset, afieétum ad luxuriosam vitam servans, ejus quidem agendi ratio laude non fuisset digna; sed, quia timore perculsus vere etiam peccatum, tanquam miseriæ suæ causam, odio habuit, veniam obtinuit et in priora jura redintegratus est; ita peccator, qui ex metu gehennæ vere peccatum, ut gehennæ causam, detestatur, et, ut eam fugiat, sincere vult Deo servire, laudabiliter agit, et, accedente absolutione, peccatorum veniam consequitur.

Art. III. De Satisfaéiione x.

761. Satisfaôlio {*satis, facer*si etymon speôlatur, est aéius quo quis tantum facit quantum satis sit ad iratum placandum. Satisfaôiio autem, quatenus est pars sacramenti, definitur : *voluntaria toleratio pœnæ a confessario impositæ, ad compensandam injuriam Deo illatam, redimendamque pœnam temporalem, etiam post remissum peccatum ordinarie debitam.*

762. Errores Protestantiiim et Jansenistarum. (A) *Protestantes,* etsi pænitentialis disciplinæ severitatem in primis Ecclesiæ sæculis negare non possunt, eam tamen ut ecclesiasticam institutionem habent, ejusque *divinam institutionem* ac *necessitatem* negant : nam, inquiunt, peccatum a Deo condonari nequit quin simul pœnæ peccato debitæ plena sit remissio; præterea, si satisfaéliones nostræ dicuntur necessariæ, eo ipso injuria irrogatur infinitae satisfaéfioni Christi, quippe quæ insufficiens appareat. Radix hujus erroris est theoria de justificatione per solam fidem : si enim sola fides plene ad justificationem sufficit, inutilia evadunt opera satisfaéloria.

» S. Thom., q. 12 sq.; Suarez, disp. XXXVII-XXXVIII ; Bellarminus, I. IV. c. 1 sq.: Morinus, 1. HI sq.; Salmantic., disp. X-XI; Drouin, q. XI; Billuart, disp. IX; de Augustinis, th. 21; Palmieri, th. 36-40; Hurter, ɳ. 612 >q.; Egger, ɳ. 584 sq.

(B) Ex adverso autem/awie/rtrA?, rigorismo faventes, pænitentialem disciplinam priorum ætatum instaurare volebant, et contendebant pænitentes non esse absolvendos, nisi prius peraélâ laboriosâ diuturnâque pænitentia ipsis injunétâ.

Contra hunc duplicem errorem duplex erit thesis, prior contra *Protestantes,* posterior contra *Jansenistas.*

763. *Thesis I* :* Pœna peccato debita non semper tota simul remittitur a Deo, sed, sublatà per absolutionem sacerdotis culpà, pœnàque æternà, plerumque luenda manet pœna temporalis. *De fide est contra Protestantes ex Trident.*[1]* "Si quis dixerit totam pœnam simul cum culpâ remitti semper a Deo, satisfaélionemque pœnitentium non esse aliam quam fidem, quâ apprehendunt Christum pro eis satisfecisse, A. S."

764. i° *Script.* (A) Christus enim voluit potestatem clavium exerceri *per modum judicii* (supra, n. 668); atqui hæc potestas includit non solum facultatem peccata remittendi, sed etiam pœnas injungendi, juxta illud : "Quodcumque ligaveris ..."

Objiciunt quidem *Protestantes* peccatum non condonari nisi simul pœna remittatur. — Quod quidem Scripturæ contrarium esse tum *fatiis,* tum *diclis* luculenter demonstratur.

(a) *Taflis.* Adamum pænituisse et in statum gratiæ restitutum fuisse *Sapientia* nos edocet'; atqui tamen pœnas temporales luendas habuit : ''Quia audisti vocem uxoris tuæ... in laboribus comedes ex eâ cundtis diebus vitæ tuæ... in sudore vultûs tui vesceris pane, donec revertaris in terram" Moyses et Aaron veniam peccati incredulitatis a Deo obtinuerunt, nec tamen, in pœnam peccati, terram promissam ingressi sunt : "Dixitque Dominus ad Moysen et Aaron : quia non credidistis mihi... non introducetis hos populos in terram quam dabo eis"[4]. David adulterii et homicidii veniam impetravit, quando dixit: Peccavi Domino; sed nihilominus pœnam temporalem gravissimam subire debuit : "Dominus quoque transtulit peccatum tuum; non morieris; verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur"[5]. Quæ quidem pœnæ non solum in emendationem, ut Protestantes volunt, sed etiam in *castigationem* peccati infliétæ sunt, ut ex contextu patet, et ex eo quod non solum adulti sed etiam infantes in pœnam peccati moriuntur.

1 Sess. XIV, can. 12. — 3 5α/., X, 1-2. — 3 *Gtn.,* III, 17-19.
4 *Num.,* XX, 12. — 5 ***II*** *Reg.*, XII, 13-14.

(b) Nec minus clare Deus *verbis* voluntatem suam manifestavit : ‘‘Nunc ergo, dicit Dominus, convertimini ad me in toto corde vestro, *in jejunio, et in fletu et in planflu* "[*]; “ Peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas misericordiis pauperum”’; ‘‘Facite ergo fruélus dignos pænitentiæ”[3]. Huc etiam pertinent textus alibi citati *(De Verbo Incarn.,* n. 1161) quibus demonstratur nos salvari non posse, nisi crucem nostram tollamus, cum Christo patiamur, et in carne nostrâ adimpleamus ea quæ desunt passionum Christi; ex his enim et similibus testimoniis colligitur Dominum non ita pro nobis satisfecisse, ut ab obligatione satisfaciendi liberemur, sed ut cum eo magis efficaciter peccata expiare valeamus.

765. 2° *Tradit.* Patres ore unanimi talis pænitentiæ necessitatem docuisse Protestantes ipsi fateri coaéti sunt; ita *Chemnitius*[4] ait : ‘‘Nec vero nescius sum veteres aliquando nimis largiter et verbis nimium magnificis disciplinam canonicam commendare, ut quod *Tertullianus* dicit satisfaéiionibus illis peccata expiari, *Cyprianus* illis dicit peccata redimi, ablui, sanari et judicem placari; *Ambrosius,* pcenas gehennae illis compensari; *Augustinus,* Deum illis de peccatis praeteritis propitiari ”.

Quod sane constat ex disciplinâ pænitentiali quæ primis saeculis vigebat

(A) Prioribus saeculis, pænitentia magis diuturna et laboriosa erat; per plures annos sæpe durabat, et aliquando per totam vitam.

(a) In ecclesiis *Asia Minoris,* sæculo tertio, tres distinguebantur pænitentium ordines : *audientes,* qui stabant in porta ecclesiæ, seu in porticu; ibi audiebant leétionem scripturarum et sacras conciones, sed prohibebantur missæ adesse; — *substrati,* seu *genufleftentes,* qui missæ assistebant intra ecclesiæ ambitum, a portis usque ad ambonem, sed *prostrati :* eis episcopi et presbyteri manum imponebant; — *consistentes,* qui sacro aderant stantes cum fidelibus, sed a sacra communione arcebantur[5]. Quarto sæculo, his ordinibus additi sunt *flentes,* qui cilicio et cinere induti, stabant ad limen ecclesiæ, lacrymis et gemitibus orantes Christianos ingredientes ut pro se precarentur.

(b) In *Occidente,* erant pariter varii ordines pænitentium, quorum tamen numerus non est cognitus. Pænitentialia exercitia, qualia

[*] *Joel,* II, 12. — · *Dan.,* IV, 24. — ’ *Luc.,* III, 8.

[4] *Exam. C. Trident.,* p. 4.

[5] Cfr. S. Gregor. Thaumat, *Ep. canonica, P. G.,* t X, p. 1019-1048.

Romæ vigebant, a Sozomeno ita ἐxponuntur : “Illic enim in propatulo est pænitentium locus, in quo illi stant mœsti et veluti lugentes. Peraétisque jam missarum sollemnibus, exclusi a communione sacrorum, quæ initiatis præberi mos est, cum gemitu ac lamentis pronos se in terra abjiciunt. Tum episcopus cum lacrymis ex adverso occurrens, pariter ipse humo provolvitur, et universa ecclesiæ multitudo simul confitens, lacrymis perfunditur... Privatim autem unusquisque suâ sponte se macerans, aut jejuniis aut illuvie, aut ciborum abstinentiâ vel aliis quibus jussus est modis, tempus quantumcumque ipsi ab episcopo est constitutum exspectat

Ceteroqum pœnitentia imposita valde laboriosa erat, ut constat ex iis quæ supra diéta sunt, n. 694.

766. (B) A sexto sæculo, pœnitentia mitior et brevior evasit, simul ac frequentior.

Tunc editi sunt libri *pœnitentiales* (supra, n. 735) in quibus determinabatur pœna cuique peccatorum generi infligenda. Pauca jam retulimus exempla; quædam alia hic subjicimus e *Pœnitentiali Theodoreti* : pro voluntario homicidio, septem annos peccator pœniteat; pro truncatione pedum aut manuum, unum annum; pro vulnere, 40 dies; pro voluntario perjurio, aliosque inducendo in perjurium, septem annos; pro maximo furto, tres annos; pro magno, unum annum, si fiat restitutio, et duos annos, si non restituatur; pro modico furto, viginti dies; pro adulterio, septem annos; pro simplici fornicatione, duos annos; pro detraélione, 40 dies, etc. Paulatim tamen imminutæ sunt pœnæ impositæ, et confessio faéta est frequentior ac fusior peccatorum declaratio.

767. 3° *Ratio convenientiam satisfactionis* ostendit (a) *Ex parte Dei* : Deus enim qui per peccatum offenditur, est *legislator* et totius humanæ societatis *reclor*. Atqui Deum, *legislatorem* et *reclorem* decet deliéfa non remittere absque pœnâ temporali : 1) ut in futurum leges a pœnitente melius serventur, 2) ut alii a malo deterreantur et sic bonum societatis promoveatur, 3) ut jura non solum misericordiæ sed etiam justitiæ, quoad fieri potest, salventur.

(b) Ex *parte pœnitentis,* nam, ut ait *Tridentinum* [3], “ procui dubio magnopere a peccato revocant, et quasi fræno quodam coercent hæ satisfaôloriæ pœnæ, cautioresque et vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt; medentur

* Sozom., *H. E.,* L VII, cap. 16; *P. G.,* t. LXVII, p. 1459 62.
1 Ap. Morinum, *op. cit.,* Appendix, p. 41.
[3] *Trident* sess. XIV, cap. 8.

quoque peccatorum reliquiis,et vitiosos habitus male vivendo comparatos, contrariis virtutum aétionibus tollunt". Si vero peccata absque ullâ .satisfactione dimitterentur, tanquam levia existimarentur, et facilitate ipsâ veniæ multi ad peccandum iterum provocarentur.

Nec dicatur per baptismum totam pœnam simul cum culpâ tolli : non enim par est conditio eorum qui per baptismum regenerantur et eorum qui per pænitentiam Deo reconciliantur; priores ante baptismum per ignorantiam deliquerunt, aut saltem non cum tanta malitiâ;posteriores, qui semel a peccati et dæmonis servitute liberati, gratiam et dona Spiritûs acceperunt, scienter templum Dei violaverunt et Spiritum S. contristaverunt, nec proinde eadem facilitate veniam accipere merentur, ut arguit *Tridentinum*[1].

768. Corollaria. (A) *Omnia solaque opera bona et poenalia possunt esse satisfaEloria.* Etenim, ut aliquod opus sit vere satisfaCiorium, necesse est ut praeteritam offensam reparet et a culpis futuris praeservet Atqui ita est de bonis operibus poenalibus, et quidem solis; nam : (a) compensant offensam Deo irrogatam; siquidem, peccator, quantum in se est, aliquid Deo subtrahit, ejus majestatem offendendo; unde oportet, ad reparandam hujusmodi injuriam, aliquid subtrahi a peccante in honorem Dei; et ideo oportet ut opus satisfaétorium sit *bonum,* ut in honorem Dei sit, et *poenale,* ut per hoc aliquid peccatori subtrahatur; (b) similiter etiam opus poenale a culpâ futurâ praeservat, quia non facile homo ad peccata redit ex quibus poenam expertus est

Addi tamen potest vix esse, in praesenti statu naturae lapsae, aliquod opus supernaturaliter bonum quod non sit simul arduum et pœnale; cùm enim sponte ad creaturas tendamus et ad illicita, quoties propter Deum supernaturaliter agimus, opus difficile proindeque pœnale efficimus.

769.(B) *Pracipua autem opera satisfactoria sunt eleemosyna, jejunium et oratio.* Etenim : (a) satisfadio debet esse talis per quam aliquid a nobis subtrahamus ad honorem Dei; atqui non habemus nisi tria bona, nempe bona animæ, bona corporis et bona fortunæ; ex bonis quidem fortunæ subtrahimus aliquid per eleemosynam; ex bonis corporis per jejunium; ex bonis animæ per orationem, quâ facultates nostras Deo submittimus, (b) Præterea

[1] Hanc fuisse antiquorum Patrum mentem late ostendit Morinus, *op. cit* lib. III.

tres sunt peccatorum radices, scilicet concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum et superbia vitae ;* atqui contra concupiscentiam carnis ordinatur jejunium; contra concupiscentiam oculorum ordinatur eleemosyna; contra superbiam vitae, oratio'.

His tamen poenis, sponte susceptis, addi debent, juxta *Trident.* (sess. XIV, can. 13), pœnæ *a Deo inflifhz* et *patienter* toleratæ : sæpe enim Dominus permittit nos variis vexari adversitatibus, aerumnis, animi vel corporis doloribus, quibus patienter toleratis, præsertim si Christo conjungimur patienti ac morienti, amplam satisfaciendi opportunitatem habemus; quod pænitentiæ genus eo efficacius est quo majori alacritate et amore illud ampleétimur.

770. *Thesis* ℋ : Pænitentes, qui votum satisfaciendi habent, absolvi possunt antequam sacramentalem satisfactionem impleverint. Certum est contra Jansenistas :

(A) *Expraxi Ecclesiæ* patet injunélæ pænitentiæ impletionem non esse conditionem ad remissionem peccatorum consequendam, sed tantum ad uberiorem pœnæ temporalis peccato debitæ condonationem.

(a) Constat enim jam primævis sæculis, in multis saltem casibus, absolutionem datam fuisse ante satisfactionem impletam :

i) *in periculo mortis;* scribit enim *Innocentius* I ad Decent.3 : " Si quis aegritudinem incurrerit atque usque ad desperationem devenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, ne de sæculo absque communione discedat 2) *urgente persecutione :* ita X. *Cyprianus* scribit4 : ‘‘Merito trahebatur dolentium pænitentia tempore longiore, ut infirmis in exitu subveniretur... At vero nunc non infirmis, sed fortibus pax. necessaria est, nec morientibus sed viventibus communio a nobis danda est, ut quos excitamus et hortamur ad proelium, non inermes et nudos relinquamus, sed proteétione corporis et sanguinis Christi muniamus"; 3) quando *periculum* erat ne, dilata absolutione, *pænitentes ad hcereticos transirent;* hinc 5. *Cyprianus* ait5 : ‘‘Quorum si pænitentiam respuamus habentium aliquam fiduciam tolerabilis conscientiæ, statim cum uxore, cum liberis, quos incolumes reservaverant, in hæresim vel schisma, diabolo invitante, rapiuntur 4) immo *ad arbitrium episcopi;* nam in *C. Ancyrano* (an. 314) statutum est (can. 5) ‘‘ut Episcopi, modo conversionis examinato, potestatem habeant vel *utendi clementia,* vel plus temporis adjiciendi".

1 *Ifoa.,* II, 16. — * S. Thom., *Suppi.,* q. 15, a. 3.

5 *Ep.* 52 ad Antonianum, n. 15, *P. L.,* III, 781.

Ex his omnibus colligitur, etiam in casu pænitentiæ publicæ, absolutionem aliquando concessam fuisse ante expletam satisfaélionem, a fortiori igitur quando agebatur de peccatis occultis.

(b) Certum est insuper sæculis subsequentibus, et quidem longe ante Jansenianam hæresim, viguisse in Ecclesiâ praxim absolvendi pænitentes, satisfaélione nondum completâ.

Ita, an. 1479, a *Sixto* /^damnata fuerat ut scandalosa et hæretica hæc propositio Petri *de Osma :* " Non sunt absolvendi pænitentes, nisi peraétâ prius pænitentiâ eis injunélâ"'. Merito igitur ab *Alexandro VIII,* 7 dec. 1690, reprobata fuit hæc Jansenistarum propositio : ""Ordinem praemittendi satisfactionem absolutioni induxit non politia aut institutio Ecclesiæ, sed ipsa Christi lex et præscriptio, naturâ rei ad ipsum quodammodo diétante"'*

(B) *Rat. convert.* Deus enim perfeéte contritis statim peccata remittit, etiam nondum satisfaétione plene solutâ, ut constat exemplo David, qui prius veniam peccati consecutus est, et postea poenam subiit temporalem; necnon verbis Scripturæ, ubi asseritur Deum peccata dimittere eo ipso die quo iniquus ab iniquitate suâ fuerit conversus3. Atqui Ecclesia, in administratione sacramenti Pænitentiæ, divinâ potestate utitur Deumque imitari potest et debet; ergo pænitentes absolvere potest antequam satisfaClionem impleverint.

« Ap. Denzing., n. 728 (6x4). — ' Denztng., n. 1313 (1173).

3 *Evch.,* XXXIII, 12.

Caput tij

DE IPSO SACRAMENTO.

Ex dî6Hs de potestate clavium et tribus pænitentis aélibus inferre licet pænitentiam esse vere sacramentum : ejus *existentiam, elementa constitutiva,* et *effeftus* breviter declarabimus.

Art. I. De existentia sacramenti Pænitentiæ [1]

771. *Thesis :* Ritus quo potestas peccata dimittendi exercetur, est verum N. Legis sacramentum, a Baptismo distinctum. *Defide est* contra *Protestantes* et *Modernistas,* qui contendunt Pænitentiam non esse sacramentum, aut saltem non distingui a Baptismo. Ait enim *Tridentinum* [2] : " Si quis dixerit in Catholicâ Ecclesiâ Pænitentiam non esse vere et proprie sacramentum pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, a Christo Domino nostro institutum; A. S. " — " Si quis sacramenta confundens, ipsum Baptismum Pænitentiæ sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo sacramenta distincta non sint.. A. S. — Thesis breviter probatur, quia, per modum corollarii, infertur ex diétis circa potestatem clavium.

772. i° Scriptura. Ad sacramentum N. Legis tria requiruntur et sufficiunt : signum sensibile, gratiæ productivum, a Christo permanenter institutum. Atqui hæc tria in ritu quo peccata remittuntur invenire est :

(A) *Signum sensibile,* nam, ex diétis, peccata remittuntur aélu *judiciali,* qui duo saltem importat, nempe sensibilem peccatorum manifestationem et externam judicis sententiam pænitentem absolventis, quibus sufficienter significatur liberatio a peccato. Signum a baptismatis ritu distinguitur; nam Baptismus *ablutione* confertur, dum Pænitentia

[1] S. Thorn., 3, q. 84, a. 1; Suarez, disp. XVII, seét. I; Bellarminus, l. I, c. 9; Drouin, q. 11, § 3; Billuart, diss. I, art. 1; Billot, th. 2; L. de San, n. 289-300; P. Galtier, n. 115 sq. — [2] Sess. XIV, can. 1-2.

sub formâ *judicii;* in Pœnitentiâ possunt *judicialiter* retineri peccata, non sic in Baptismo.

(B) *Gratiæprodudivum;* peccata enim gravia, ex diôtis, per hunc ritum vere remittuntur; atqui deleri non possunt sine infusione gratiæ sanélificantis, ex probatis in *Tr. de Gratiâ* (\\. 138); ergo hujusmodi ritus est gratiæ produéti-vus. — Hæc autem gratia differt a gratiâ baptismatis, cum sit proprie *remissiva* peccati ac possit *pluries* concedi, dum gratia in Baptismo collata est *regenerativa,* ac *semel* tantum confertur.

(C) *A Christo permanenter institutum;* demonstravimus enim hanc potestatem Apostolis collatam fuisse ab ipso Christo redivivo, quando dixit: "*Accipite Spiritum S.*' Eamdem vero esse in Ecclesiâ *perpetuam* constat : (a) ex generali principio, ab ipsis Protestantibus concesso, omnes nempe praerogativas, quæ ad Ecclesiam non solum fundan-dam, sed etiam conservandam, necessariae sunt, Apostolis collatas fuisse non pro se tantum, sed etiam pro successo-ribus; atqui non minus necessaria est potestas remittendi peccata hodie quam Christi tempore, cùm homines facile in peccatum labantur. Quod jam animadvertebat 5. *Pa-danus,* et exinde contra Novatianos ita arguebat1: si potestas remittendi peccata non fuit apostolorum successo-ribus transmissa, cur dicitis potestatem baptizandi in per-petuum fuisse concessam ? (b) Ex *historiâ,* quæ luculenter ostendit hanc facultatem ab Ecclesiâ fuisse perpetuo vindi-catam et exercitam, ut probant testimonia jam allata.

773· 20 Traditione. Ex *Patribus,* qui sæpe Pœniten-tiam cum Baptismo comparant, et asserunt *utroque peccata remitti* gratiamque conferri, licet *diverso* modo.

Jam supra retulimus verba 5. *Ambrosii,* n. 689. Item 5. *Hie-ronymus'* asserit peccata remitti ‘‘sanguine Salvatoris aut in dono Baptismatis aut in Pœnitentiâ, quæ imitatur Baptismatis gratiam per ineffabilem clementiam Salvatoris". Nec aliter 5. *Augusti-nus* 3 : ‘‘Si a catechumeno faétum est (homicidium), Baptismo abluitur; si a baptizato, Pœnitentiâ et reconciliatione sanatur".

1 *Ep. ia ad Sempron.,* n. 6; *P. L.,* t. XIII, p. 1057.
* *Dialog. 1 adv. pelag.,* η. 33» ?· £·> L XXIII» ρ· 527·
3 *De conjug. adult.,* lib. II, c. 16; *P. L.,* t. XL, p. 482.

Ex his et aliis testimoniis quæ citari possent, sequitur Pænitentiam, non minus quam Baptismum, verum esse sacramentum, cùm in utroque peccata deleantur gratiaque infundatur.

Ceteroquin, ex totâ descriptione pænitentialis disciplinai constat maximum esse discrimen inter baptismum et pænitentiam : hæc enim multo magis laboriosa erat quam præparatio ad baptismum.

774. 30 Rat. convenientiæx. Decebat siquidem divinam misericordiam remedium instituere non solum contra originale peccatum, sed etiam contra adlualia peccata post Baptismum commissa ; homo enim, etiam regeneratus, multis tentationibus obnoxius remanet et facile labitur. Atqui optimum sane remedium est sacramentum Pænitentiæ, vi cujus de condonatis peccatis certiores esse possimus,.per sententiam judicialem a ministro Dei latam, et sic pacatiores reddi, ut supra ostendimus, n. 744.

Art. II. De elementis constitutivis hujus sacramenti.

Quando Scholastici suam generalem theoriam de materiâ et formâ sacris ritibus accommodârunt, docuerunt sacramenta duplici elemento essentiali constare, nempe materiâ et formâ; quem loquendi modum Ecclesia usurpavit, præsertim in Conciliis *Florentino* et *Tridentino*. Utrumque Concilium declaravit tres adhis pænitentis esse *quasi materiam* sacramenti Pænitentiæ, *formam* vero esse verba absolutionis.

§ I. De materia sacramenti Pænitentiæ2.

775. i° Status quaestionis. Duplex in sacramentis distinguitur materia : remota et proxima. Materia Pænitentiæ *remota,* seu potius materia *circa quam* versatur sacramentum, sunt *omnia peccata post baptismum commissa,* sive mortalia, sive venialia, sive jam per absolutionem remissa,

* Cf. *Caiuh. Roman.,* de Pænit., n. 14.

‘ S. Thom., 3, q. 84, a. 2; Suarez, disp. XVIII, sedi. 3; Salmant., disp. I, dub. 2; Billuart, diss. I, a. 2; Palmieri, th. 14; Billot, th. 3; L. de

sive non. Mortalia nondum accusata et absoluta sunt materia *necessaria,* seu necessario subjicienda clavibus Ecclesiæ; venialia vero et mortalia jam remissa, sunt materia *sufficiens et libera,* id est, quæ potest, sed non necessario debet clavium potestati subjici.

Sed quæstio oritur de *materiâ proximâ* hujus sacramenti; disputant theologi in quo scilicet essentialiter consistat, utrum in tribus pænitentis aétibus, an in absolutione aut aliâ aélione. Tres præsertim hâc de re prodierunt sententiae.

776. (A) Nonnulli antiquiores theologi, ut *Gulielmus Antissiodor.* et *Alexander Alens.,* putarunt materiam proximam sitam esse in *impositione manûs* a sacerdote faélâ, dum pænitentem absolvit. Sed hæc opinio communiter a theologis rejicitur. Triplex quidem commemoratur hujusmodi impositio apud auétores ecclesiasticos[1] : *prima,* quæ adhibebatur quando pænitentia publica imponebatur; *secunda,* quæ super pænitentes repetebatur, quoties ab ecclesia post catechumenos dimittebantur; *tertia* tandem in reconciliatione pænitentium. Sed iste ritus *non* ut *essentialis* habebatur, ut clare colligitur ex Canone *C. Arausicani I,* ubi dicitur : "Qui recedunt de corpore, pænitentiâ exceptâ, placuit sine reconciliatoriâ manûs impositione eis communicari, quod morientis sufficit consolationi, secundum definitionem Patrum"; jamvero si manûs impositio necessaria fuisset ad remissionem peccati, certe morientes eâ privati non fuissent.

777. (B) *Scotistæ,* quibus assentiunt *Maldonatus, Ballerini, Berardi* aliique[2], docent totam essentiam sacramenti in *absolutione* consistere, quæ, quatenus externa est cæremonia, materiam constituit, et, quatenus vim habet significandi, est forma.

1) Juxta *Scotum veteresque* ejus discipulos, tres aétus pænitentis sunt non solum *dispositiones* ad validam et fruétuosam sacramenti receptionem, sed etiam *conditiones* sine quibus praecedentibus non potest minister sufficienter cognoscere causam et sententiam ferre; quapropter concludunt exteriorem harum dispositionum manifestationem esse vere de necessitate sacramenti. 2) Secundum *recentiores* Scotistas, hujusmodi aétus sunt tantum *dispositiones* ad

[1] Cf. Sirmundus, *Historiapanitent. publica,* c. VII; Palmieri, p. 159.

[*] Scotus, *In IV Sent.,* dist. 14, q. 4 et dist. 16, q. I; Maldonat, *de Panitent.,* p. III, th. 7; Ballerini-Palmieri, *de Panit.,* n. 5 sq.; Berardi, *Praxis Confessar.,* t. IV, n. 2.

dignam sacramenti receptionem requisitæ : quare necesse non est ut aétu exteriori manifestentur.

Sic autem arguunt : (a) imprimis res a *Tridentino* non fuit definita, ut a quibusdam Thomistis asseritur; nara, ut narrat *Pallavicini*[1] Synodus tres pænitentis aétus non materiam, sed *quasi-materiam* appellavit, nec eos ad essentiam, sed solum ad *integritatem* sacramenti necessarios esse declaravit, (b) Sacramentum est id quod proprie significat et confert gratiam; atqui sola absolutio sacerdotis proprie gratiam sacramentalem significat et confert; ergo sola proprie est essentia sacramenti, (c) Certum est, ex praxi Ecclesiæ, posse sacramentalem absolutionem iis dari qui nullum *exterius* edunt signum contritionis; atqui, si tres pænitentis aétus essent materia sacramenti, hoc invalidum esset, cùm materia *sensibilis* esse debeat; ergo hujusmodi aétus non sunt materia sacramenti, sed solum dispositiones, et tota essentia sacramenti in absolutione consistit

(C) Communior tamen sententia, quam propugnant non solum S. *Thomas,* ejusque discipuli, sed et *Suarez, Salmanticenses, De Lugo, Bellarminus,* aliique multi, tenet tres aétus pænitentis esse vere materiam proximam sacramenti.

778. 20 *Thesis :* Tres pænitentis actus, contritio, confessio et satisfactio sunt materia proxima sacramenti Pænitentiæ. Ita communius.

(A) *Florentinum,* in Decreto ad Armenos, post declaratam necessitatem materiæ et formæ in quolibet sacramento, hæc addit : "Quartum sacramentum est Pænitentiæ, cujus *quasi materia* sunt *aEtus pænitentis,* qui in tres distinguuntur partes". Similiter *Tridentinum* 2 : " Sunt autem *quasi materia* hujus sacramenti ipsius *pænitentis aclus,* nempe contritio, confessio et satisfaétio. Qui quatenus in pænitente ad integritatem sacramenti, ad plenamque et perfeétam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hâc ratione Pænitentiæ partes dicuntur ". Unde sic : duo praefata Concilia materiam et formam ceterorum sacramentorum distincte commemoraverunt, et quando de Pænitentiâ egerunt, nullam aliam materiam designarunt nisi tres aétus pænitentis; ergo illi aétus sunt vere materia proxima hujus

[1] *Historia C. Trident* lib. XII, c. 12.
[2] *Trident.* sess. XIV, cap. 3; cfr. can. 4.

sacramenti, nisi forte dicatur hujusmodi materiam fuisse ex industriâ praetermissam : quod vix admitti potest in re tanti momenti. — Ex *Rituali Romano* res firmatur, tit. III, c. i.

Nec objiciatur Concilia dixisse *quasi-materiam,* non autem materiam; " neque vero hi aétus *quasi materia* a S. Synodo appellantur, quia veræ materiæ rationem non habeant, sed quia ejus generis materiæ non sint, quæ extrinsecus adhibeatur, ut aqua in Baptismo, et chrisma in Confirmatione"[1].

(B) Insuper Christus hoc sacramentum instituit per modum *judicii,* in quo duo elementa constitutiva invenire licet, nempe materiam ipsius judicii quam pœnitens præbet, et sententiam quæ a judice fertur; atqui materia judicii tribus pœnitentis aétibus præbetur, videlicet humili peccatorum *confessione,* quam sincera *contritio* comitatur et *satisfacio* sequitur; ergo hujusmodi aétus sunt vere materia proxima sacramenti.

Objicitur quidem absolutione tantum, non autem his aétibus, gratiam significari et conferri, proindeque illos ad sacramenti essentiam non pertinere; sed immerito, nam licet forma, in hoc sacramento, ut in ceteris, sit præcipua causa instrumentalis gratiae, aétus pœnitentis aliquid conferunt ad gratiæ communicationem, quatenus animam disponunt ad eam recipiendam; aliunde, positivâ Christi institutione ad dignitatem materiæ sacramentalis eveéti, vere concurrunt cum forma quâ, ut ita dixerim, fecundantur, ad gratiam producendam.

Nec dicere juvat contritionem non esse quid sensibile; licet enim non sit sensibilis immediate et in se ipsa, mediate tamen fit sensibilis quatenus per aétus exteriores confessionis, satisfaétionis aliaque doloris signa manifestatur'. Aliunde sufficit ut materia sit *virtualiter* sensibilis; proinde etiam homo sensi bus destitutus, qui antequam in hunc statum incideret, verbis aut signis contritionem manifestavit, eo ipso exhibet contritionem virtualem.

His tamen non obstantibus, libenter fatemur Scotistarum opinionem *probabilitate non carere,* neque in praxi despiciendam : proinde, in casu extremæ necessitatis, etiamsi externa contritionis signa desint, pœnitens sub conditione est absolvendus.

[1] *Catech. C. Trident.,* de Pœnit., n. 17. — Hinc S. Thomas ipse hoc dicendi modo usus est : " Quartum sacramentum est Pœnitentia, cujus *quasi-materia* sunt aétus pœnitentis (*De artic. fidei et eccl. sacramentis,* t. XXVII, p. x8o ed. *Vivis*). — ▮ S. Thom., 3 p., q. 90, a. 2, ad I.

§ II. De forma sacramenti .Pænitentiæ ».

779· Docet *Tridentinum a* " sacramenti Pænitentiæ formam, in quâ præcipue ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse : *ego te absolvo,* etc.; quibus quidem de Ecclesiæ S. more preces quædam laudabiliter adjunguntur : ad ipsius tamen formæ essentiam nequaquam speélant".

Hæc est quidem forma hodie in Ecclesiâ occidentali adhibita; cùm vero antiquitus aliæ formæ in usu fuerint, et hodie aliquando adhibeatur forma *conditionata,* abs re non erit i° antiquas formas breviter describere; 2° expendere num forma *conditionata* sit valida et licita.

I. Conspectus historicus diversarum absolutionis formarum.

780. i° Facta exponuntur. (A) In utrâque Ecclesiâ, per decem priora sæcula, formæ absolutionis fuerunt *deprecative,* nempe : " Deus, ei condona, eum absolve, etc."; non autem indicativæ : " Ego te absolvo, tibi condono, etc. "

Quod constat : (a) ex testimonio Patrum, qui, cum S. Leone, dicunt in sacramento pænitentiæ indulgentiam Dei *supplicationibus sacerdotum* obtineri3; (b) sed præsertim ex *Sacramentariis* et *Pcenitentialibus,* ubi nonnisi deprecativæ formulae inveniuntur; ita, in Sacramentario *Gelasiano,* ad reconciliandum *publice* pænitentem hæc pronuntiatur oratio : ‘‘Omnipotens sempiterne Deus, confitenti tibi huic famulo tuo pro tuâ pietate relaxa, ut non plus ei noceat conscientiae reatus ad poenam quam indulgentia tuae pietatis ad veniam’’4. Ibidem, ad reconciliandum*privatim* pænitentem ad mortem, variae effunduntur preces, quæ ita concluduntur : ‘‘Respice propitius super hunc famulum tuum remissionem sibi omnium peccatorum totâ cordis confessione poscentem ’’s. — Attamen, sæculis oétavo et nono, inveniuntur etiam formulae *imperativa* deprecativis conjunétæ, v. g. : " Sis namque absolutus a Deo Patre et Filio et Sanéto Spiritu, ab omnibus tuis peccatis

’ S. Thomas, 3 p., q. 84, a. 3; Suarez, disp. XIX; De Lugo, disp. 13; Salmantic., disp. Ill; Morinos, 1. VIII; Drouin, q. II, c. 3; Billuart diss. I, a, a. 3; de Augustinis, th. 23; Palmieri, th. 12; Billot, th. 3.

’ *Trident.,* sess. XIV, cap. 3.

3 S. Leo, *ep.* 108 ad Theodor., *P. L.,* t. LIV, p. ion.

4 *P. L.,* t. LXX1V, p. 1097. —3 *Ibid.,* p. 1098.

* Ita in Pxnitentiali *Egberti,* archiep. Eboracensis (an. circiter 732), ap Morinum, *op. cit.,* Appendix, p. 19.

781. (B) A sæculo *undecimo,* in Ecclesiâ *latinâ* incipit *transitus* a formulis deprecativis ad indicativas, ambæque simul in iisdem documentis inveniuntur. Ita, in quodam ordine Pænitentiæ formulis deprecativis hæc additur[1] : " Nos etiam, secundum auctoritatem nobis indignis a Deo commissam, absolvimus vos ab omni vinculo delictorum vestrorum, etc. " Pariter, in ordine Ecclesiæ Remensis, sæc. XII, absolutionis forma legitur simul deprecativa et indicativa[2] : " Omnipotens Deus, qui beato Petro apostolo suo, ceterisque discipulis suis suam licentiam dedit ligandi atque solvendi, *ipse vos absolvat* ab omni vinculo deliCtorum; et, quantum nostræ fragilitati permittitur, sitis absoluti ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, habeatisque vitam æternam... ". — Etiam initio sæculi XIII adhuc vigebat forma deprecativa; hæc enim scribit *Gulielmus Parisiensis*[3] : " Neque more judicum forensicorum pronuntiat confessor *absolvimus te,* sed magis orationem facit super eum, ut Deus absolutionem et remissionem atque gratiam sanCtificationis tribuat". Quod pariter constat ex S. *Thomà,* Opusc. 18, c. 5; cùm enim adversarius dixisset : " vix triginta anni sunt, quod *omnes* hâc solâ formâ deprecativa utebantur ", Angelicus DoCtor id absolute non negat, sed solum hoc modo corrigit : " Quomodo de *omnibus* potest testimonium perhibere, qui omnes non vidit?" — Paulo post autem forma *indicativa* communiter in Ecclesiâ Latinâ recepta fuit; attamen, antequam pronuntietur, recitantur preces " *Misereatur, Indulgentiam,* Dominus noster Jesus Christus *te absolvat",* quæ sunt veluti commemoratio antiquæ disciplinae.

782. (C) In ecclesiâ *orientali,* post sæculum XIII, forma mansit deprecativa, immo et hodie in multis ecclesiis manet[4] : quidam, ut *Syri* et *Maronita,* Romanæ Ecclesiæ uniti, formam indicativam ab Ecclesiâ latinâ mutuaverunt; alii vero formam deprecativam retinent. — *Rutheni* vero, quanquam schismatici, formâ utuntur quæ est simul deprecativa et indicativa.

783. 2° Conclusiones ex factis deducendæ. (A) Cum *Hurter* (n. 626), indubitanter tenemus formam deprecativam validam fuisse, ubicumque modo generali praevaluit; non enim censemus absolutiones datas in magnâ Ecclesiae parte per multa saecula, invalidas fuisse. Aliunde forma deprecativa, cum intentione absolvendi, et attentis circumstantiis,

[*] *Magna Bibliotheca Patrum,* Coloniae, 1618, t. VIII, p. 423-424.

[1] Ap. Morinum, *op. cit,,* p. 48; cfr. p. 71.

[3] *De sacram. Pcenit.,* c. 19, Venetiis, 1591, p. 472, col. 2.

[4] Morinus, l. VIII, c. 12, n. 7, p. 547. — Ita etiam Denzinger *(Ritus Orient.,* t. I, p. toi) : Forma absolutionis apud Orientales (catholicos et non catholicos) si solos Armenos excipias, deprecativa est. " — Cfr. Vacant, *Dirt. de Thiol.,* t. I, p. 205-214, ubi variæ describuntur Orientalium formæ.

æquipollet formæ *assertivæ :* ostendit enim sacerdotem esse Dei ministrum et nonnisi auéforitate ejus absolvere.

Nec ægre hæc mutatio in formà conciliari potest cum sententiâ in *Tr. de Sacramentis* (n. 280) exposita, videlicet non omnes sacramentorum formas fuisse a Christo in specie infimâ determinatas; nam, si Ecclesia jus habet determinandi in specie hujusmodi formas, nil prohibet quin forma deprecativa, cum intentione sententiam judicialem ferendi, sit valida.

(B) Quidquid est, cùm jam a pluribus sæculis Ecclesia *occidentalis* indicativæ formæ usum præscripserit, merito de valore formæ deprecativæ in Ecclesiâ *latinâ* dubitaretur. Ceterum fatemur formam indicativam magis convenire potestati *judicialibus* ministris Ecclesiæ competit Sedulo igitur *in praxi* adhibeatur formula quæ in Romano Rituali invenitur.

784. Corollarium. Verba *absolvo te,* non significant : ego te *declaro* a peccatis absolutum; cùm enim, ex ditStis, Ecclesiæ ministri verâ potestate polleant fideles absolvendi, verba eorum non mere declaratoria sunt, sed *efficiunt* quod significant Juxta *communem* sententiam, sensus est : ego te absolvo a peccatorum vinculo, seu tibi remitto deliéta tua, conferens gratiam peccati remissivam proinde, juxta sententiam quam probabiliorem judicamus, *directe* significatur peccati remissio, *indirecte* gratia sanôtificans, cùm in præsenti ordine non remittatur gravis offensa nisi per infusionem gratiæ. Hic *proprius* sensus vocabuli *absolvo* secundum humanum usum, qui etiam in sacramentis retinendus est

II. De forma conditionatâ.

785. Hucusque de formâ absolutâ, quæ regulariter adhiberi debet. Quandoque tamen uti expedit formâ conditionatâ, quæ non absolute, sed sub aliquâ conditione peccatorem absolvit. *Gersonius* (sæc. XV) primus esse videtur qui conditionatæ absolutionis validitatem explicite propugna-

1 Juxta Suarez, disp. XIX, seCL II, η. 13-20, *ego te absolvo* significat : "ego tibi gratiam sanctificantem confero remissivam peccati". Hoc autem non placet Cardinali de Lugo, disp. XIII, n. 69-74, qui refte animadvertit verba absolutionis *ex se* non significare direfte gratiae collationem, quamvis eam producant ex institutione Christi. — Cfr. Vacant, *Diei, de Theol.,* t. I, p. 194.

verit1; cujus opinionem acriter impugnavit *Cajetanus* communior tamen et moraliter certa evasit sententia hanc absolutionem, positis ponendis, validam esse.

786. Secundum principia in *Tr. de Sacramentis* exposita, n. 355, forma conditionata est invalida quando in suspenso relinquit effectum sacramenti, valida autem si minime suspendit effectum.

Jam vero conditio *de futuro incerto,* v. g., *absolvo te, si infra mensem restitueris,* suspendit effeélum sacramenti; nam tempore quo sacramentum confertur, effeélus non producitur, cùm incerta sit conditionis executio, et aliunde remaneat suspensa et ipsa sacerdotis intentio; tempore autem quo conditio yerificatur, jam non existit sacramentum, nec proinde suum effeétum sortiri valet.

Conditio autem *de praeterito* vel *de praesenti,* v. g., *te absolvo sijam restitueris,* vel *si sis vivus,* sacramenti effeétum non suspendit, nec proinde absolutionem invalidam reddit, nam eo tempore quo sacramentum conficitur, conditio jam verificatur, vel non : si prius, absolutio statim suum producit effeétum ; si posterius, statim invalida est.

Neque dicatur formam conditionatam obstare naturæ hujus sacramenti, quod per modum *judicii* administratur. Nam, etiam in humanis judiciis, sententia conditionata haud raro fertur, v. g., *in carcerem ibis, nisi infra tres dies debitum solveris;* vel *ad carcerem te condemno, sed, si in culpam non reincidas, pro tempore a Pana immunis eris.* Aliunde judicium civile ab hominibus execution! mandatur, dum confessarii sententiam Deus ipse exsequitur : sufficit igitur ut Deus noverit utrum conditio adimpleta fuerit vel non.

787. Pauci tamen theologi, ut *Lovanienses* et *Collets,* dixerunt conditionem etiam de præsenti invalidare sacramentum, si non sit conditio *facit* (v. g., si vivis, si 'es capax), sed *juris* (v. g., si es dispositus, si vis restituere); nam per hujusmodi conditionem destruitur natura judicii, cùm ad ipsum confessarium speélet judicium ferre de his dispositionibus pænitentis. — Hæc autem ratio non valet; nam con-

1 *De Schismate tollendo,* inter *Opera omnia,* Antucrpiæ, 1706, t. II, p. 79; *De Unitate Ecclesia,* p. 118. — 2 *Summula de peccatis,* Lugduni, 1551, p. 3.
3 Collet, ap. *Migtie,* Theol. Cursus, t. XXII, 732.

fessarius de dispositionibus pœnitentis utique judicare debet, sed modo humano, in quantum fieri potest; Jam vero aliquando Judicat rem esse dubiam, *proindeque, si* gravis accedit ratio, absolutionem sub *conditione* concedendam esse.

Ceterum, ut tollatur omne dubium, sufficit ut *confessarius, de dispositionibus* pœnitentis dubitans, eum absolvere intendat Juxta intentionem Christi et Ecclesiæ sub tacitâ conditione : *si tu es capax,* quæ ab omnibus tanquam valida habetur.

Art. II. De effeélibus sacramenti Pœnitentiæ.

788. Sacramentum Pœnitentiæ producere gratiam *ex opere operato* satis constat ex *Tr. de Sacramentis.*

(A) Quando pœnitens *in peccato mortali* versatur : (a) gratia huic sacramento *propria* est gratia *sanctificans prima* seu *peccati remissiva.* Quæ variis nominibus appellatur, quibus hic effeétus lucidius declaratur : gratia *resurrectionis,* quâ spiritualiter mortui vitam gratiæ recuperant; *sanationis,* quâ eorum vulnera, ipsis cooperantibus, curantur; *reconciliationis,* quâ, reparatâ injuriâ Deo irrogatâ, in divinam amicitiam recipiuntur, (b) Huic anneClitur *jus ad gratias aftuales* tempore opportuno recipiendas, quibus pro *prœteriiispeccatis* pœnitens satisfacere valeat, *futuraque* in posterum vitare, (c) Remittitur insuper *pœna œterna* et minuitur *pœna temporalis* peccato debita, (d) *Merita* autem per peccatum mortificata *reviviscunt.*

(B) Quando pœnitens autem jam *in statu gratiæ* versatur : (a) *augmentum gratiæ* sanctificantis accipit cum jure ad gratias aduales, ut supra; (b) *venialium remissionem* tutius et efficacius consequitur; (cj necnon partialem *pœnæ temporalis* condonationem.

Cùm plura ex his jam declarata fuerint, satis erit breviter agere : i° *de remissione mortalium; 2° de remissione pœnæ* peccato debitæ ; 30 *de reviviscentiâ meritorum.* — Pauca addemus de *remissione peccati venialis,* sive intra sive extra sacramentum.

§ I. De remissione peccatorum mortalium.

789. i° Ex diélis supra de potestate clavium (η. 664 sq.) jam inferre licet, per sacramentum pænitentiæ, vere *coram Deo condonari omnia peccata* post baptismum commissa, nec ullum peccatum esse irremissibile. Id jam probavimus ex multis testimoniis, simul explicando textus Scripturae et Patrum, ex quibus adversarii difficultates proponunt. — Eadem vere deleri et non tantum radi, ita ut non redeant propter subsequens peccatum, in *Tr. de Gratiâ,* n. 138, probatum est. Hunc autem effeétum produci *ex opere operato non* autem *declarando* peccata esse remissa, constat ex *Tr. de Sacram.,* n. 300, et ex hoc canone *Tridentino* [1] : " Si quis dixerit absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse aftum judicialem sed nudum ministerium pronuntiandi et declarandi remissa esse peccata confitenti, modo tamen credat se esse absolutum... A. S. "

Hic sufficiat difficultatem solvere quam hodiemi Protestantes et Rationalistæ proponunt, et quæ tempore S. Augustini jam ab haereticis et paganis urgebatur : " Vos, inquiebant, facitis ut peccent homines, cum illis promittitis veniam, si egerint pænitentiam. " Quod eloquenter confutat S. Augustinus, ostendendo promissione veniæ animos ad pænitentiam induci, eos ex adverso, hâc spe sublati, in desperationem cadere, et consequenter in vitiorum cœnum : u Si clauderetur aditus pænitentiæ, nonne ille peccator tanto magis adderet peccata peccatis, quanto magis sibi desperaret ignosci? Diceret enim sibi : ecce peccavi, ecce scelus admisi, jam mihi veniæ nullus est locus, pænitentia infruôhiosa est, damnandus sum; quare jam non vivo ut volo? Quia ibi non invenio caritatem, hic saltem pascam cupiditatem. Quare enim me abstineam? Ibi mihi locus omnis clausus est : hic quidquid non fecero, perdo, quia vita, quæ post hanc futura est, non mihi dabitur. Quare ergo non servio libidinibus meis, ut eas impleam et saturem?... Ergo si tuleris portum pænitentiæ, desperatione augebunt peccata." Qui vero veniam speraverit, non potest augere peccata sicut vult ; nam eum monet Scriptura ne pænitentiam differat et in peccato obduretur; subito enim morte perculi potest, et in manus Dei viventis incidere. Ita igitur concludit : " Ecce ad utrumque vigilavit pro nobis providentia Dei. Ne desperando augeamus peccata, propositus est pænitentiæ portus; rursus ne sperando augeamus, datus est dies mortis incertus

[1] Sess. XIV, can. 9.
[2] S. August, *sermo* 352, η. 9; *P· L.,* t. XXXIX, p. 1559-1560.

790. *Corollarium.* Exinde sequitur *non posse unum mortale peccatum remitti sine alio.* Etenim (a) peccatum non tollitur nisi per infusionem gratiæ habitualis; atqui quodlibet peccatum mortale directe gratiæ habituali contrahatur eamque excludit; ergo unum lethale peccatum non potest sine alio remitti : nam, si unum maneat in animâ, totaliter gratiam excludit; (b) peccatum non potest remitti sine verâ pœnitentiâ, ad quam pertinet peccatum detestari quatenus est offensa Dei; atqui omnia mortalia vere Deum offendunt; ergo non potest quis vere de uno peccato pœnitens esse quin de omnibus aliis doleat, saltem *virtualiter,* immo et formaliter, si de eis aélu cogitat.

790bîs. 2° *Sacramentum Pœnitentiæ,* sicut cetera sacramenta, *suos effectus producit ex opere operato,* proindeque non solum declarat peccata esse remissa, sed hanc remissionem *vere causât.* Id aperte definivit *Tridentinum* contra Protestantes [1] : " Si quis dixerit absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum judicialem sed nudum ministerium pronuntiandi et declarandi remissa esse peccata confitenti, modo tamen credat se esse absolutum... A. S. ".

Antequam vero res definiretur, quidam Scholastici tenuerant, cum *Petro Lombardo,* absolutione sacerdotis non proprie dimitti peccata, sed *ostendi* ea esse remissa. Horum vero sententia maxime differebat a Protestantium erroribus. Non enim docebant peccata sola fide aut fiducia dimitti, sed simul per contritionem et ministerium sacerdotum. Attamen non rite intellexerant quam partem sacramentum Pœnitentiæ habeat in remissione peccatorum; juxta ipsos, Deus operabatur hanc remissionem *cum* sacerdote, non autem *per* sacerdotem[2]. Postea, re melius inspecta, S. *Thomas* et *Scotus* eorumque discipuli intellexerunt, ex Scripturæ et Patrum dictis, sacramenta non solum esse *conditiones sine quibus non,* sed etiam *causas secundarias* et *instrumentales* gratiæ, ut expositum est in *Tr. de Sacramentis,* n. 44-45.

[1] *Trident.,* sess. XIV, can. 9, D. B., 919.

[2] Hanc opinionem jam confutaverat Richardus a S. Victore *(De potest, ligandi atque solv.,* c. 12) : " Exstat quorumdam de potestate ligandi atque solvendi sententia tam frivola ut ridenda potius videatur quam refellenda. Putant enim et prædicant, sacerdotes non habere potestatem ligandi atque solvendi, sed ostendendi homines esse solutos sive ligatos. Sed numquid Dominus dicit : quodcumque ligatum *ostenderis* erit ligatum, et quodcumque solutum *ostenderis,* erit solutum? Dicunt apostolicos viros peccata remittendi vel reti-

790ter. 3° *Peccatum remittitur definitive,* ita ut nunquam redeat, per subsequens peccatum, nec quoad culpam, nec quoad pœnam. — " Impietas impii non nocebit ei in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua " Peccatum enim subsequens, etsi ingratitudinem et perversitatem denotare possit, nequit tamen peccatum antiquum prorsus abolitum reducere; quo fit ut nunquam Deus aliquem pœna mulctabit pro peccatis jam deletis.

§ II. De remissione pœnæ peccato DEBITÆ.

791.(A) *Sacramentum pœnitentiæ semper remittitpœnam æternam cum culpâ.* Certum est. (a) Docet enim *Tridentinum* pœnitentem post receptam absolutionem teneri satisfacere per jejunia, eleemosynas et orationes, " *non quidem pro poena æternâ,* quæ vel sacramento vel sacramenti voto una cum culpâ remittitur; sed pro pœnâ temporali, quæ, ut sacræ litteræ docent, non tota semper, ut in Baptismo fit, dimittitur illis ". (b) Remissio enim peccati mortalis fit per infusionem gratiæ habitualis; atqui gratia habitualis nos facit divinæ consortes naturæ, Dei amicos ejusque filios adoptivos cum jure ad æternam beatitudinem, ut demonstravimus in *Tr. de Gratiâ* (n. 139 sq.); ergo poenam æternam remittit.

792.(B) *Sacramentum Pœnitentiæ minuit etiam pœnam temporalem peccato debitam.* Nam, juxta *Tridentinum* (cap. 3), satisfactio una est ex tribus partibus quæ ad integritatem sacramenti pertinent et ad plenam perfectamque remissionem peccatorum concurrunt; atqui satisfactio non concurrit directe ad remissionem culpæ, cùm hæc remittatur ante satisfactionem peractam; ergo concurrit ad remissionem pœnæ.

Quod quidem præstat *ex opere operato,* juxta communem sententiam, quæ tenet tres actus pœnitentis esse materiam proximam sacramenti.

nendi potestatem non habere, cum Dominus hoc dicat. Dicunt eos tantummodo habere potestatem utrumque *ostendendi,* cum Dominus hoc non dicat ". Ipse tamen non recte sentiebat; dicebat enim peccata per contritionem remitti, antequam absolutio daretur, sed solum *conditionate,* id est ea conditione ut postea reciperetur absolutio : hæc igitur non erat causa remissionis, sed solum *conditio sine qua non.*

‘ *Ez.,* XXXII, 16.

(C) Sacramentum Pænitentiæ *non semper tollit totam pœnam temporalem,* ut jam probavimus, sed *quandoque id prestat,* si videlicet contritio sit *intensissima.* Cùm enim hujusmodi temporalis pcena sit finita, contritio ita intensa esse potest ut eam adæquate et totaliter remittat.

§ III. De Meritorum reviviscentia[1].

793. *Status questionis.* Quando quis sacramento Pænitentiæ justificatur, accipit, simul cum gratiâ habituali, *virtutes infusas* quas per peccatum amiserat : cùm enim a gratiâ profluant, sicut proprietates ab essentiâ, restitutâ gratiâ, restituuntur pariter virtutes, et quidem eo intensiores quo perfeétior est subjeéii dispositio. Sed insuper quæstio est num *merita per peccatum mortificata reviviscant.*

Ad cujus intelligentiam pauca sunt praenotanda de variis operibus in ordine ad meritum, (a) *Viva* dicuntur opera quæ in statu gratiæ fiunt, excitante et adjuvante gratiâ aétuali, tum quia sunt a principio spirituali vivente, tum quia vitam æternam merentur, (b) *Mortua* vero ea sunt quæ, licet bona et supernaturalia, fiunt in statu peccati, nec proinde meritoria sunt vitæ æternæ. (c) *Mortifera* ea sunt quæ hominem vitâ gratiæ privant, ut peccata mortalia, (d) *Mortificata* autem dicuntur ea opera quæ, in statu gratiæ faéta, per subsequens mortale peccatum impediuntur a suo effeétu, quatenus hominem ad vitam æternam ducere non amplius valent.

Jamvero quæstio est num merita sic *mortificata* reviviscere possint. Affirmative respondent theologi communiter, sed de modo et gradu quo reviviscant, controvertitur.

794. *Thesis* : Remisso per pænitentiam peccato, opera prius in caritate facta, et per subsequens peccatum mortificata, reviviscunt. Ita communiter.

(A) *Scripturâ* solâ res probari nequit; sed Patres duobus textibus utuntur ad proponendam suam de reviviscentiâ doétrinam. (a) Allegant hæc verba *ep. ad Hebræos :* " Non enim injustus est Deus ut *obliviscatur operis vestri et dileftiouis,* quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministratis sanétis et ministratis "[2] Atqui, aiunt Patres et theo-

[1] S. Thomas, 3, q. 89 ; Suarez, *Opusc. V,* De meritis mortificatis ; Salmantic., *de Merito,* disp. V; Billuart, diss. III, a. 5; Palmieri, th. 19; de Augustinis, p. I, art. 10; Billot, qu. LXXXIX, p. 94-108.

[2] *Hebr.*, VI, 10.

logi, hic agitur de operibus iri gratiâ faétis et mortificatis; nam Apostolus Hebraeos alloquitur, quorum nonnulli in peccatum lapsi fuerant; ergo Deus non obliviscitur bonorum operum eorum qui pænitentiam agunt, sed ea remunerat Ad rem 5. *Epiphanius* l : " In quo vides, quemadmodum et instaurationem illam secundam fieri non posse omnino pronuntiaverit, neque tamen a salute illos excluserit quos peccati sui pæniteret; sed et saluti propinquos esse dixerit, et *Deum reEle ab iisfaclorum esse susceptorem*^ qui deliéiorum suorum absolutam pænitentiam capesserent (b) Patres idem ex alio loco deducunt2 : ""Tanta passi estis sine causâ, si tamen sine causâ ", Quæ verba sic exponit S. *Hieronymus*^ : " Quicumque ob Christi fidem laboraverit et postea lapsus fuerit in peccatum, sicut priora sine causâ passus fuisse dicitur dum peccat, sic rursum non perdit ea, si ad pristinam fidem revertatur".

(B) Ex *Tridentino* etiam thesis colligi potest : nam declarat bona opera justi " vere mereri augmentum gratiæ et vitæ æternæ consecutionem, *si tamen in gratiâ decesserit* 4; porro ibi non exigitur ut a primâ justificatione quis usque ad mortem sine interruptione perseveret, sed solum ut *in gratiâ decedat;* ergo si quis mortaliter peccaverit et postea ipsum pæniteat, ejus merita reviviscunt.

(C) *Ratione* suadetur, (a) Opera in caritate faéta, si secundum se sperentur, semper in acceptatione divinâ manent, et ideo dumtaxat mortificari dicuntur quia per peccatum a suo effeétu impediuntur, quatenus mortaliter peccans indignus est vitâ æternâ; atqui tale impedimentum per pænitentiam tollitur; ergo opera prius mortificata, per pænitentiam recuperant vim in vitam æternam perducendi eum qui ea perfecit s. (b) Deus non vult aliquâ pœnâ æternâ punire peccatum remissum; atqui si merita prius comparata non restituerentur, culpâ remissâ, peccatum pœnâ æternâ puniretur; nam privatio gloriæ iis meritis respondentis esset vera pcena, et quidem æterna; ergo.

l *Harts,* 59, n. 2; *P. G.y* XLI, 1019. — 3 *Galat.** III, 4-
3 *Comment, ad Gal.y* 1. I, c. 3; *P. L.y* t. XXVI, p. 350.

795. De *modo* autem et quo merita reviviscunt disputatur inter theologos, et nil certi definiri potest :

(a) Prima opinio tenet, cum *Bannez*,[1] opera mortificata revi-viscere tantum eo sensu quod gloria justo a peccato resurgenti dabitur *duplici titulo,* videlicet tum propter merita praecedentia, tum propter nova ab ultimâ justificatione comparata, non tamen major quam hisce ultimis debetur. Quæ tamen opinio merito rejicitur, cum ipsam reviviscendam negare videatur : quid enim prodest duplici titulo eamdem gloriæ quantitatem accipere?

(b) Secunda opinio docet omnia opera mortificata restitui quidem statim post pænitentiam, quoad *meritum vita atema,* non autem quoad quantitatem *gratia habitualis* antea habitæ; videlicet gratia ipsa habitualis antea amissa non restituetur nisi mortis instanti, aut post mortem, primo glorificationis instanti. Ratio est quia gratia in justificatione non datur nisi secundum cujusque disposi-tionem et cooperationem non autem secundum merita prius acquisita. Ita *Scotus* et *Salmanticenses.*

(c) Juxta *tertiam* opinionem, quam propugnant *Dom. Soto* et *Ledesma,* merita ita reviviscunt secundum praesentis dispositionis gradum, ut si quis aétum contritionis eliciat ut quinque, decem gradus gratiæ recipiat, quinque ratione præcedentium meritorum, et quinque ratione aétualis dispositionis.

(d) *Suarez* autem, cum multis modernis, tenet omnia merita antea comparata statim peccatori pænitenti restitui sive quoad jus ad gloriam, sive quoad gratiam. Nam hujusmodi merita, ex diélis, semper in acceptatione Dei manent, et a suo effeétu nonnisi per peccatum mortale impediuntur; ergo, remisso peccato, impedi-mentum statim tollitur, et nihil prohibet quin merita præterita statim omnem suum consequantur effeâtum. Hanc opinionem ut benignitati divinæ magis consentaneam libenter ampleétimur, sed simul fatemur solutionem hujus quæstionis a solâ voluntate Dei pendere, quæ nobis sufficienter non innotescit.

Scholion : De remissione peccati venialis

796- Hucusque de peccati mortalis remissione directe egimus : pauca tamen de venialium remissione subjungere expedit.

(A) Peccatum veniale sine *gratia* remitti nequit; nam, ex diétis in *Tr. de Gratià,* nil supernaturale sine gratia peragi potest; atqui

[1] *In 2. 2.,* q. 24, a. 6.

[2] Quod principium ita exponit S. Thomas, q. 89, a. 2 : " Formæ quæ possunt recipere *magis* et *minus,* intenduntur et remittuntur secundum diver-sam dispositionem subje&i... Et inde est quod secundum quod motus liberi arbitrii in pænitentia est intensior vel remissior, secundum huc pænitens consequitur majorem vel minorem gratiam ".

[3] S. Thomas, 3, q. 87; Suarez, disp. XI-XII; de Augustinis, p. I, a. 9.

remissio peccati venialis est aliquid supernaturale, cùm tollat impedimentum quo retardamur a fine supernatural·'. Hine in *C. Arausicano II,* can. 14 legitur : ‘‘Nullus miser de quâcumque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordiâ praevenitur”.

797. (B) Peccatum veniale *conjunflum mortali* sine *gratia habitualis* infusione remitti nequit. Nam cujuslibet culpae remissio supponit amicitiam divinam; est enim favor gratuito concessus, non debitus; atqui amicitia divina peccatori non redditur nisi per infusionem gratiae habitualis. — Sed peccatum veniale in eo qui jam in statu gratiæ versatur, remitti potest *per st* sine habitualis gratiæ infusione; nam, ut ait 5. *Thomas,* unumquodque tollitur per suum oppositum; atqui oppositum peccati venialis non est gratia habitualis, quæ per eum non amittitur, sed fervor caritatis; ergo peccatum veniale tolli potest *ex st* per aCtum ferventem sine infusione gratiæ. Quod comparatione illustratur : sicut enim corpus dupliciter contingit maculari, per privationem decoris vel per superinductionem luti aut pulveris, ita etiam anima dupliciter maculatur, privatione decoris gratiæ vel inordinata inclinatione ad temporalia seu peccato veniali : prior macula nonnisi infusione gratiæ tolli potest, posterior autem removetur eo ipso quod aCtu fervoris cessat inordinata adhæsio ad temporalia.

798· (C) Peccata venialia justi remitti possunt ex opere operato et ex opere operantis :

(a) *£x opere operantis,* videlicet per aCtum contritionis aut caritatis perfeCtæ, juxta omnes, immo probabilius per aCtum attritionis. Aliquam requiri contritionem ad remissionem peccati venialis sic probat *Angelicus Doctor :* peccatum veniale, quamvis non sit aversio a Deo ultimo fine, aliquam deordinationem continet, quatenus retardat affeCtum hominis, ne prompte in Deum feratur; atqui talis deordinatio tolli nequit nisi dispositione contraria, nempe detestatione et retractatione peccati : si voluntas-enim in illa inordinata adhæsione rebus temporalibus perseverat, peccatum ipsum animæ adhaerebit, cùm, manente causâ, maneat effeCtus.

Optima sane dispositio est *contritio perfella,* cùm peccatum etiam mortale tollat; sed probabilius sufficit etiam *attritio;* nam venialia, si mortalibus comparentur, levia sunt, nec proinde eadem dispositio requiritur ad venialium quam ad mortalium remissionem ; sufficit igitur contritio minus perfeôta seu attritio. Aliunde attritus de veniali protinus fit contritus per caritatem habitualem, ut diCtum est de attrito sacramentum pænitentiæ suscipiente, n. 758.

Nec necesse est ut hæc attritio formalis sit; sed *virtualis* sufficit, puta, cùm aliquis hoc modo fertur in Deum, ut quidquid sibi occurreret quod eum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, et doleret se commisisse, etiamsi aCtu de eo non cogitet.

(b) Ax *opere operato,* per susceptionem sacramentorum, dummodo non sit obex, id est virtualis aut aétualis complacentia in peccato

veniali; quod quidem *cerium estât* Baptismo, Pænitentiâ et Extremâ Unétione, quæ peccatorum remissionem ut effeétum proprium habent; probabilius etiam de aliis asseritur, quæ ad sanctificationem animarum instituta sunt, ideoque ad fervorem caritatis fovendum, cui venialia peccata opponuntur. Sacramentalia autem, ut alibi diximus, venialia *indirefte* remittunt, contritionis et caritatis sensus in animâ excitando.

799. (D) Potest *unum* veniale peccatum *sine aliis* remitti, si quis videlicet vere de uno doleat, non autem de ceteris. Unde tunc solum plena obtinetur omnium venialium remissio cùm nullus retinetur affeéhis ad venialia. Ex diCtis enim non remittitur peccatum veniale nisi virtualiter saltem retradetur, et aliunde unum retradari potest quin alia displiceant.

Conclusio Tractatûs.

800. i° Christus vere instituit sacramentum Pænitentiæ Ecclesiæ tradendo *potestatem clavium* seu potestatem remittendi et retinendi peccata, simulque christiano peccatori *imponendo* officium sese submittendi huic potestati confessione gravium peccatorum, quam comitari debent contritio et votum satisfaciendi.

2° Sacramentum igitur Pænitentiæ ab initio vigebat, cum omnibus suis partibus *essentialibus,* sed modus idem ministrandi diversus fuit secundum diversa tempora.

30 Hodierna pænitentialis disciplina paulatim invaluit ex duplici præsertim causâ, nempe lucidiori intelligentiâ tum *divina misericordia erga peccatores,* tum *efficacia absolutionis.*

Scholion : comparatio instituitur inter virtutem et sacramentum Pænitentiæ.

801. Ex diCtis inferri potest in quo *conveniant* et in quo *discrepent* virtus et sacramentum pænitentiæ : —

(A) *Ratione natura.* Virtus et sacramentum versantur circa unum idemque objeCtum, nempe *peccatum personale* quatenus *retratlandum* et congrua satisfactione *delendum.*

(a) In iisdem *aflibus* consistunt, confessione, contritione et satisfaélione, *diverso* tamen *modo* eliciendis. 1) Confessio, quam requirit *virtus,* est solummodo confessio *coram Deo,* ideoque mere interna esse potest; confessio, in *sacramento,* coram *sacerdote* fieri debet, ideoque aliquo visibili signo manifestari. 2) Contritio, in utroque casu, importat detestationem et dolorem peccati commissi, necnon

firmum propositum non peccandi de cetero; sed, in *sacramento,* aliquo signo sensibili manifestari debet, dum, in virtute, potest esse mere interna. Cum *sacramento* sufficit *attritio,* dum virtus sola non remittit peccatum mortale sine *contritione.* 3) Satisfaélio, ut sit *sacramentalis,* ab ipso confessario determinari debet; extra sacramentum, ab ipso peccatore seligi potest, dummodo moraliter proportionetur peccato commisso.

(b) Sacramentum *plura* elementa compleélitur quam virtus; nam, præter tres aétus superius expositos, requirit *sacerdotis absolutionem,* quam regulariter præcedere debet integra *mortalium manifestatio* ministro faéta. Aliunde tamen non tam perfeéta contritio exigitur, quando recipitur absolutio.

(c) Virtus et sacramentum indefinite Ueiari possunt sive quoad eadem sive quoad diversa peccata.

803. (B) *Ratione effeflûs.* (a) In utroque casu, efleétus intentus idem est, nempe remissio peccati per infusionem gratiæ sanéhficantis; itaque utrumque dici potest *secunda post naufragium tabula,* (b) Sed diversus est *modus operandi :* virtus est solum causa *disponens,* quæ non producit, sed impetrat remissionem peccati *ex opere operantis;* sacramentum est vere causa *efficiens,* licet secundaria et instrumentalis, in quantum, ex virtute passionis Christi, vere confert gratiam peccati remissivam *ex opere operato.*

(C) *Ratione necessitatis.* Utrumque necessarium est, posito peccato gravi, diversimode tamen, (a) Virtus necessaria est *necessitate medii,* et quidem jure *naturali,* non solum in voto, sed etiam *in re.* (b) Sacramentum, utpote positiva institutio, necessarium est quidem *necessitatepræcepti divini,* immo, juxta quosdam, *necessitate medii,* sed solum *in voto;* qui igitur non potest *aclu* recipere absolutionem, salvari potest per contritionem perfeétam cum voto sacramenti.

(D) *Ratione subjefli.* Subjeétum virtutis est quilibet peccator etiam *paganus;* dum subjeétum sacramenti est solus peccator *baptizatus,* cùm baptismus sit janua omnium sacramentorum.

(E) *Ratione antiquitatis.* Virtus, quæ jure naturali requiritur, necessaria fuit omni tempore, statim ac peccatum aliquod mortale fuit commissum; sacramentum, utpote positive institutum, necessarium non fuit nisi tempore quo hujus necessitas fuit sufficienter promulgata.

Hppnrtir.

DE INDULGENTIIS[1].

Cum indulgentiae sint unum e mediis quibus satisfieri possit pro pœnâ peccatis debitâ, de potestate eas concedendi pauca disseremus 2

803. Notio. Indulgentia *(etymologice.* indu-licentia, id est, condonatio) definitur : *remissio pœnæ temporalis peccato débitez, coram Deo valida,per applicationem thesauri Ecclesiæ, a Superiore legitimo extra sacramentumfafta.*

Non est igitur culpae sive præteritæ sive futuræ remissio, ut falso asserunt Protestantes, sed tantum condonatio alicujus pœnæ temporalis : si *tota* poena, quæ luenda manet, remittitur, indulgentia dicitur *plenaria;* si *pars* tantum, *partialis* vocatur. Quando conceduntur indulgentiæ quadraginta vel centum dierum, non significatur totidem Purgatorii dies tolli, sed tantum debitæ pœnæ condonari, quantum remissum fuisset per quadraginta vel centum dies pœnitentiæ canonicæ, qualis primis Ecclesiæ sæculis vigebat. Mensura igitur remissionis nobis ignota manet, et maxime pendet a fervore quo conditiones ad lucrandas indulgentias necessariæ implentur.

Hæc autem condonatio fit eo sensu quod Ecclesia ex superabundantibus Christi Sanétorumque satisfaébonibus aliquid depromit, quod Deo offert ad solvenda nostra debita, vi nempe supremæ jurisdiétionis sibi a Christo concessæ. Hinc ii solum hanc auétoritatem exercere valent quibus Ecclesiæ thesaurus commissus est,

1 S. Thom., *In IV Seni.,* dist. 20, q. I, a. 3-5; dist. 45, q. 2, a. 3, sol. 2; S. Bonaventura, *In IV Seni.,* dist. 20, p. 2, q. 2-6; Cajetanus, *Opuscula, De indulgentiis;* Bellarminus, *De indulgentiis;* E. Amort, *De origine, progressu, valore ac fructu Indulgentiarum,* 1735; Perrone, *de Indulgentiis;* Melata, *De Indulgentiis,* Romæ, 1892; T. L. Green, *Indulgences, Sacramental Absolutions,* and *Tax Tables,* London, 1872; Beringer, *Dies Ablasse, ihr Wesen und Gebrauch,* gallice redditum auélore *Mazoyer;* H. C. Lea*, *op. cit.,* t. III; Boudinhon, *Sur Fhistoire des indulgences à propos d'un livre récent* (ubi *Lea* confutatur), in *Rev. d'Hist, et de Lit. relig.,* t. III, 1898; N. Paulus, in *Zeitschrift fur Kathol. Théologie,* ab an. 1898 ad an. 1912^ P. Galtier, S. J., v° *Indulgences,* in *Diet. Apologét. {d'Albs},* ubi breviter hæc varia opera contrahuntur; J. Hilgers, *Die katholische Lehre von den Abldssen und deren geschichtliche Entwicklung,* 1913.

* Inveniuntur quidem in nonnullis documentis verba : *indulgentia a culpâ et panâ;* quæ quidem æquivoca erant et ansam præbuerunt Protestantium impugnationibus. Merito itaque *Codex,* c. 911 : " Omnes magni faciant indulgentias seu remissionem coram Deo *pcence temporalis* debitæ pro peccatis, ad culpam quod attinet jam deletis, quam ecclesiastica auctoritas ex thesauro Ecclesiæ concedit pro vivis per modum absolutionis, pro defunctis per modum suf-

videlicet S. Pontifex vel Cone, generale pro universali Ecclesiâ, Cardinales in ecclesiâ sui tituli, et Episcopi pro suâ dicecesi.

Errores. Potestatem indulgentias concedendi negàrunt *Waldenses, Wiclefistæ* et *Protestantes,* contendentes eam esse inutilem et perniciosam, licentiæ peccandi faventem.

804. *Thesis :* Ecclesia potestate gaudet indulgentias concedendi, quarum usus Christiano populo maxime salutaris est. De fide est ex *Tridentino* [1] ; " Cùm potestas conferendi indulgentias a Christo Ecclesiæ concessa sit, atque hujusmodi potestate, divinitus sibi traditâ, antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit : SacrosanCta Synodus indulgentiarum usum, christiano populo maxime salutarem et S. Conciliorum auCtoritate probatum, in Ecclesiâ retinendum esse docet et praecipit, eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesiâ potestatem esse negant

i° Potestas indulgentias concedendi *e tribus dogmatibus fluit,* per modum corollarii, nempe, ex *superabundantiâ satisfactionum* Christi, e *potestate clavium,* et ex *sanElorum communione.*

(A) *Christi satisfactiones,* utpote infiniti valons, *superabundantesfuisse,* jam probavimus in *Tr. de Verbo Incarnato,* n. 1168 sq. Praeterea, juxta communem doCtrinam quam confirmârunt S. Pontificesa, nonnulli inter SanCtos plura opera satisfaCtoria peregerunt quam ad satisfaciendum pro propriis peccatis necessaria erant : sic B. Virgo, quæ nunquam, ne venialiter quidem, peccavit, et aliunde multa patienter perpessa est. Ex omnibus his operibus satisfaCtoriis, in unione cum Christo peraCtis, ortus est veluti immensus satisfactionum thesaurus.

(B) Aliunde potestas clavium, cujus existentiam probavimus, n. 664, in suâ amplitudine complectitur facultatem non solum culpam, sed etiam *pœnam peccato annexam remittendi,* pœnitentibus videlicet applicando quasdam e satisfactionibus Christi aut sanCtorum, e supradiCto thesauro depromptas. Verba enim Domini sunt omnino generalia : " Quodcumque ligaveris... *quodcumque solveris".*

[1] Decret, de Indulgentiis, Denz.-Bann., 989 (862).
[*] Inter quos Clemens VI, Extravag. *Unigtnitu^* Denz.-Bann., 550-552.

(C) Tandem ratio adest cur satisfactiones Christi et Sanétorum pænitentibus applicentur, nempe *communio sanctorum,* quæ in eo consistit quod omnes fideles, sub Christo capite *(De Verbo incarnato,* ɳ. 1194) unum corpus efformant, ita ut omnium justorum bona opera sint aliquo modo singulorum propria et in eorum utilitatem cedere possint1. Nil igitur prohibet quin satisfactiones superabundantes Christi et SanCtorum, accedente Dei auCtoritate per Ecclesiam, aliis communicentur, ut sua debita spiritualia solvere possint; nam, ut ait 5. *Thomas*2, "ea quæ sunt alicujus multitudinis communia, distribuuntur singulis de multitudine, secundum arbitrium ejus qui multitudini præest; unde sicut aliquis consequeretur remissionem pœnæ, si alius pro eo satisfecisset, ita si satisfaClio alterius sibi, per eum qui potest, distribuatur".

805. 2° Thesis probatur ex *historiâ indulgentiarum,* in quâ tria stadia distinguuntur :

(A) In primâ epochâ, nempe a IIo ad VIum sæc., indulgentiarum concessio apparet sub formâ *mitigationis pœnitentiæpublicæ.* Aliquando enim aliquid de pœnitentiâ canonica, auCtoritate Ecclesiæ impositâ, remittebatur, præsertim *intuitu intercessionis martyrum,* aut in gratiam eorum qui *ferventem vitam* agebant, vel quoad *moribundos,* quo citius hi cælum ingredi possent : in his casibus condonabatur pars pœnitentiæ canonicæ ideoque satisfaClionis peccato debitæ. Ita *C. Nicanum 1* (can. 12) : "Quotquot, metu et lacrymis atque pœnitentiâ, vel bonis operibus, rebus ipsis conversionem suam, non simulatione, demonstrant, hi definitum tempus auditionis implentes, tum demum fidelibus in oratione communicent Postmodum vero licebit Episcopo de his *aliquid humanius cogitare".*

(B) In secundâ periodo, a VII° ad XIum sæc., conceduntur indulgentiæ quatenus pœnitentia canonica *commutatur* in alia opera mitiora, v. g., in visitationes basilicarum, pias peregrinationes aliave opera quæ censebantur æquivalentia.

(C) In tertiâ ætate, a sæc. XIo, jam conceduntur *indulgentia proprie didlæ,* seu remissio totalis aut partialis pœnæ peccato debitæ, positis tamen quibusdam operibus a superiore ecclesiastico determinatis, quæ tamen pœnæ subeundæ non proportionantur; quod faétum est præcipue ad promovendas *expeditiones in Terram sanctam,* aut ad debellandos *Albigenses* aliosve hæreticos. — Initio sæc. XIVl jubilæum institutum aut confirmatum est a *Bonifa-*

1 Quod confirmat S. Paulus, ***I*** *Cor.,* XII, 12-26. — * *Suppi.,* q. 25, a. 1.

do ¥VIII cum plenariâ indulgentia; mox statutum est ut jubilæum celebraretur quolibet quinquagesimo anno, incipiendo ab anno 1350, posteaque quolibet vigesimo quinto anno, incipiendo ab an. 1475. — Tandem jubilæa *extraordinaria* concessa fuere, et deinde indulgentiae plenariæ aut partiales, etiam extra jubilæum.

Antiquissima igitur est hujusmodi praxis, si in suis essentialibus speélatur. Aliunde *salutaris* est, cùm peccatores ad pænitentiam, contritionem atque bona opera alliciat spe uberiorem condonationem pœnæ consequendi. Abusus quidem possunt aliquando irrepere; sed *Tridentinum* stride prohibuit quidquid superstitioni aut socordiæ favere potest Ergo legitimus indulgentiarum usus omnino retineri debet-

806. Solvuntur diffic. (a) Indulgentiarum concessio liberat hominem a debito satisfaciendi, proindeque sacramentum Pænitentiæ mutilat, quod satisfaéiionem aliquam involvit; ergo rejicienda est.

Resp. Nego suppositum, nam indulgentiae prudenter concessæ non eximunt pænitentem a sacramentali vel extra-sacramentali satisfaélione, sed sincere contritis conceduntur ut habeant ex quo promptius et efficacius satisfaciant. Nemo enim indulgentias lucrari valet nisi opera quædam praescripta peragat, et sincere pæniteat.

(b) *Instant :* Facilitas per aliquot preces vel opera pro omnibus peccatis satisfaciendi spiritualem socordiam generat, cùm nulla proportio sit inter opera praescripta et poenam remissam.

Resp. Nego subsumptum : nam opera exteriora, quæ praescribuntur, licet in se levia sint, supponunt interiores dispositiones contritionis et firmi propositi, quæ socordiam excludunt; nam, ut ait *Cajetanus*\ non prosunt indulgentiae negligentibus satisfacere per se ipsos, quoniam indigni sunt indulgentià, sed illis quorum voluntas sic est ad satisfaciendum parata quod non retardat opus nisi impedita. Ita, v. g., plenariam indulgentiam non lucratur, nisi qui ab omni affeétu ad venialia immunis est His autem positis, facilitas operis injunéti est potius quædam quasi illecebra, quâ pænitentes ad perfeélas dispositiones interiores comparandas inducuntur : et ita promovetur cordis contritio, orationis studium, sacramentorum frequentatio ac operum misericordiae praxis.

Êr
I

l *De suscipient. indui.* γ q. I.

De ffîatrimontû

Auctores consulendi

Inter Patres : *Sac. II,* Hermas[1], *Pastor,* lib. II, mand. IV, c. i; Athenagoras', *Legatio pro christianis,* cap. 33; — *sac. III,* Clemens Alex.,[3] *Stromata,* l. II, c. 23; Tertullianus[4], *Libri duo ad Uxorcm; Liber de Monogamiâ;* — *sac. IV,* S. Joannes Chrysost., *Homil. III* de Legibus connubii, seu de Matrimonio[3]; *De virginitate; De non iterando conjugio;* — *sac. V,* S. Augustinus, *De bono conjugali; De san/lâ virginitate; Libri duo de conjugiis adulterinis; De nuptiis et concupiscentiâ;* S. Innocentius I[7], *Ep.* 6 et 36; — *sac. VIII,* Theodorus Abucara[8], *De unâ uxore dueendd;* — *sac. IX,* Rabanus, *De Consanguineorum nuptiis*[9].

Inter Theologos et canonistas : *sac. xii,* S. Anselmus *De nuptiis consanguineorum;* Ernulfus, *De incestis nuptiis";* Bernardus Papiens., *Summa de matrimonio;* Rob. Flamesburiensis, *Summa de matrimonio et usuris;* Tancredi, *Summa de matrimonio; sac. XIII,* S. Thomas Aq., O. P., *Supplent.,* q. 41-68, ejusque Commentatores; praeterea *sac. XV,* S. Joannes de Capistrano, *de Matrimonio; sac. XVI,* Franciscus de Victoria, O. P., *De Matrimonio;* P. de Ledesma, O. P., *De magno Matrimonii sacrant.,* Salmanticæ, 1592; *sac. XVII,* Sanchez, S. J., *de S. Matrimonii sacram.,* Genuae, 1602; Bellarminus, S. J., + 1621, *Controv.,* De sacram, matrimonii lib. unicus; Pontius, O. S. Aug., *de sacr. Matrimonii,* Salmanticæ, 1624; Martinus Perez, S. J., *De s. Matrimonii sacram.,* Lugduni, 1646; Vincentius Tancredus, S. J., *Libri 10 de s. Matrimonii sacram.,* Panormi, 1648; *sac. XVIII,* Joa. Kugler, *Tr. theologico-canonicus de Matrimonio,* Norimbergæ, 1705» Gibert, *Tradition ou Histoire de ΓEglise sur le sacrement de Mariage,* Paris, 1755» Benedictus XIV, *de Synodo diacesanâ; Quastiones canonica et morales;* J. Clément, *Traiti du Pouvoir de VEglise sur le Mariage des Catholiques,* Leodii, 1768; B. Sattler, S. J., *De bono conjugali et sanllitate cœlibatûs,* 1781; Cuccagni, *Del Matrimonio cristiano,* Romæ, 1791; Barruel, *Lettres sur le divorce,* Paris, 1789; De Rastignac, *Accord de la Rtvtlation et de la Raison,* 1790; Fr. Albertini, O. P., *Diss, del?Indissolubilità del Matrimonio,* Venetiis, 1792;^. *XIX,* De Bonald, *Du divorce considhi au*

' Funk, I, p. 474. — · *P. G.,* VI, 365. — 3 *P. G.,* VIII, 1085. 1273; H, 929. — s *P. G.,* LI, 207. — 6 *P. L,* XL, 373, 395, 4Sx ; XLIV, 415· ~ 7 *P. L,* XX. — 8 *P. G.,* CXVII., 1555. — 9 *P. L.,* CX 1087. — «° *P. L.,* CLVIII, 557· — ” *P.* A..CLXIII. 1457.

X/X s. 1801; Gerdii, *Tr. dei Matrimonio,* ossia confutazione de' sistemi contrari ali' autorilà della Chiesa circa il Matrimonio, Romæ, 1803; A. Muzzarelli, S. J., *Del contraito dei Matrimonio in quanto sacramento;* Roskovany, *De Matrimonio in Eccl. catholicd,* Aug. Vind., 1837; *De Matrimoniis mixtis,* Pestini, 1870; Carrière, S. S., *Pralell. theol. majores,* De Matrimonio, Parisiis, 1837; *Compendium* ejusdem operis, 1859; Martin, S. J., *de Matrimonia et potestate ipsum dirimendi,* Lugduni, 1S44; Perrone, S. J., *De Matrim. christiano libri tres,* Leod. 1S62 ; ejusdem Compendium in *Prceledionibus;* Palmieri, S. J., *Tr. de Matrimonio christiano,* 1880; Heis, *de Matrimonio tractatus quinque,* usui venerabilis cleri Americani accommodati; Haringer, *Das heilige Sakrament der Ehe;* Rive, *Die Ehe,* in dogmatischer, moralischer und sozialer Beziehung ; Kutschker, *Das Eherecht der kat. Kirche,* seine Theorie und Praxis, Wien, 1856; Schneemann, *Die Irrthümer Uber die Ehe,* Freib., 1856; Weber, *De Matrimonio,* 4 ed., Frib., 1886; Gasparri, *Tr. canonicus de Matrimonio,* Paris, 1890; M. E. Philippe, *Etude historique sur les origines et le développement du droit matrimonial de ΓEglise* (compendium operis Freisen) ; M. Rosset, *De sacramento Matrimonii,* trail, dogmaticus, moralis, canonicus, liturgicus et judiciarius, Paris, 1896; Monsabré, O. P., *Conffr. sur le Mariage,* op. anglice redditum cura *M. Hopper,* New-York, 1890; Van Weddingen, *L'Enclycl. de S. S. Léon* ***XIII*** *sur le Mariage,* Paris, 1891; Vlaming, *Praledtiones de* ***Jure*** *matrimonii,* 1898-1903; Heiner, *Grundriss des Katholischen Eherechts,* 1905; Hergenrother-Hollweck, *Lehrbuck des Katholischen Kirchenrechts,* 1905; Card. Billot, *De sacramentis* **t II,** 1908; De Smet, *De sponsalibus et matrimonio* 1927; Wemz-Vidal ***Jus canonicum,*** t. V, 2® ed., 1928.

Inter Protestantes : Schleiermacher, *Predigten iib. d. christl. Hausstand;* D. F. Stæudlin, *Geschichte d. Vorstellungen u. Lehren v. d. Ehe,* 1826; Rothe, *Theol. Ethik,* 1867, IV, 4-125; Martensen, *Die Christi. Ethik,* 1878; Oscar D. Watkins, *Holy Matrimony,* London and New York, 1895; H. M. Luckock, *The history ofMarriage, New* York, 1894; Morgan Dix, Blunt, *op. cit.;* Lichtenberger, *op. cit.,* t. 8, p. 691 ed. 188c; Esmein, *Le Mariage en Droit canonique,* 2 vol. Paris, 1891. Primum volumen rursus edidit Genestal (1929).

Inter Græcos non unitos : Zhishman, *D. Eherecht d. Orient. Kirche.*

Ex Decreto ad Armenos.

Septimum est sacramentum Matrimonii, quod est signum conjundionis Christi et Ecclesiæ, secundum Apostolum dicentem : " Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia". Causa efficiens Matrimonii, regulariter est mutuus consensus per verba de praesenti expressus. Assignatur autem triplex bonum Matrimonii. Primum est proles suscipienda et educanda ad cultum Dei. Secundum est fides,-quam unus conjugum alteri servare debet. Tertium indivisibilitas Matrimonii, propter hoc quod significat indivisibilem conjunctionem Christi et Ecclesiæ. Quamvis autem ex causâ fornicationis liceat tori separationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cùm Matrimonii vinculum legitime contract· perpetuum sit.

Tridentini Decreta et Canones de sacramento Matrimonii.*

(Sess. XXIV)

Matrimonii *perpetuum indissolubilemque* nexum primus humani generis parens divini Spiritûs instinélu pronuntiavit, cùm dixit : " Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne meâ : quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem, et adhaerebit uxori suæ, et erunt duo in carne unâ"[3]. .

Hoc autem vinculo *duos* tantummodo copulari et conjungi Christus Dominus apertius docuit, cùm postrema illa verba, tanquam a Deo prolata, referens dixit : "Itaque jam non sunt duo, sed una caro"; statimque ejusdem nexûs firmitatem, ab Adamo tanto ante pronuntiatam, his verbis confirmavit :"Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet"[3].

Gratiam vero, quæ naturalem illum amorem perficeret, et indissolubilem unitatem confirmaret, conjugesque sanctificaret, ipse Christus, venerabilium sacramentorum institutor atque perfeétor, suâ nobis passione promeruit, quod Paulus Apostolus *innuit* dicens : "Viri, diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam; et seipsum tradidit pro eâ"; mox subjungens : "Sacramentum hoc magnum est : ego autem dico, in Christo et in Ecclesiâ "[4].

Cùm igitur Matrimonium in Lege evangelicâ veteribus connubiis per Christum gratiâ præstet, merito inter novæ Legis sacramenta annumerandum, sanéti Patres nostri, Concilia et universalis Ecclesiæ traditio semper docuerunt : adversus quam impii homines hujus sæculi insanientes, non solum perperam de hoc venerabili sacramento senserunt, sed de more suo, prætextu Evangelii, libertatem carnis introducentes, multa ab Ecclesiæ catholicæ sensu, et ab Apostolorum temporibus probatâ consuetudine aliena, scripto et verbo asseruerunt, non sine magnâ Christi fidelium jaéturâ : quorum temeritati sanita et universalis Synodus cupiens occurrere, ne plures ad se trahat perniciosa eorum contagio exterminandos duxit, hos in ipsos hæreticos eorumque errores decernens anathematismos.

Can. i. Si quis dixerit, Matrimonium non esse vere et proprie unum ex septem legis evangelicæ sacramentis, a Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesiâ inventum, neque gratiam conferre; A. S.

[1] Ad meliorem horum Canonum intelligentiam, vide A. Theiner, *op. cit.*, t. II, p. 313 sq.

• *Gen.*, II, 23; *Ephes.*, V, 31. — [3] *Matt.*, XIX, 6. — [4] *Ephes.*, *N*, 25-32.

Can. 2. Si quis dixerit, licere Christianis plures simul habere uxores, et hoc nullâ lege divinâ esse prohibitum; A. S.

Can. 3. Si quis dixerit, eos tantum consanguinitatis et affinitatis gradus qui Levitico exprimuntur posse impedire Matrimonium contrahendum, et dirimere contra&um; nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere ut plures impediant et dirimant; A. S.

Can. 4. Si quis dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta Matrimonium dirimentia, vel in iis constituendis errasse; A. S.

Can. 5. Si quis dixerit, propter hæresim, aut molestam cohabitationem, aut affeélatam absentiam a conjuge, dissolvi posse Matrimonii vinculum; A. S.

Can. 6. Si quis dixerit, Matrimonium ratum, non consummatum, per sollemnem religionis professionem alterius conjugum non dirimi; A. S.

Can. "j. Si quis dixerit, Ecclesiam errare cùm docuit et docet, juxta Evangelicam et Apostolicam doétrinam, propter adulterium alterius conjugum Matrimonii vinculum non posse dissolvi; et utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero conjuge vivente, aliud Matrimonium contrahere; mcecharique eum qui, dimissâ adulteiâ, aliam duxerit, et eam quæ, dimisso adultero, alii nupserit; A. S.

Can. 8. Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cùm ob multas causas separationem inter conjuges, quoad torum, seu quoad cohabitationem, ad certum incertumve tempus fieri posse decernit; A. S.

Can. 9. Si quis dixerit, Clericos in sacris Ordinibus constitutos, vel regulares castitatem sollemniter professos, posse Matrimonium contrahere, contraétumque validum esse, non obstante lege ecclesiastici, vel voto; et oppositum nil aliud esse, quam damnare Matrimonium, posseque omnes contrahere Matrimonium qui non sentiunt se castitatis, etiamsi eam voverint, habere donum : anathema sit : cùm Deus id reéte petentibus non deneget, nec patiatur nos supra id quod possumus tentari.

Can. 10. Si quis dixerit, statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis vel caelibatus, et non esse melius ac beatius manere in virginitate aut caelibatu, quam jungi Matrimonio; A. S.

Can. n. Si quis dixerit, prohibitionem sollemnitatis nuptiarum, certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam, ab ethnicorum superstitione profeétam, aut benediéiiones et alias ceremonias quibus Ecclesia in illis utitur damnaverit; A. S.

Can. 12. Si quis dixerit causas matrimoniales non speélare ad judices ecclesiasticos; A. S. *

1 Legantur insuper Leonis XIII, encycl. *Arcanum* (10 febr. 1880), et Pii XI, encycl. *Casii connubii* (31 dec. 1930).

Praenotanda.

882. Sacramentum Matrimonii, sicut sacramentum Ordinis, ad bonum non solum individui, sed etiam *societatis* maxime confert. Sicut enim *Ordine* propagantur ministri Dei, qui spiritualem societatem regunt, ita *Matrimonio* sanctificatur unio viri et feminæ, ex quâ gignuntur cives qui utramque societatem efformant, civilem et ecclesiasticam.

Maximi igitur momenti est de sacramento agere quod ad familiarum societatumque felicitatem et prosperitatem valde conducit.

883. i° Varia matrimonii nomina. Matrimonium *{matris munia}* ita appellatur, quia mater in prole suscipienda et educanda majorem operam quam pater regulariter impendit, cùm infans matri ‘‘ante partum onerosus, dolorosus in partu, post partum laboriosus fuisse noscatur’’[1]. Vocatur etiam *conjugium {cum, jungere.},* quia est veluti commune jugum, cui sponte se submittunt qui matrimonium contrahunt; *connubium,* seu *nuptice* (a *nubendo,* id est, velando), quia antiquitus sponsae, quando viris tradebantur, caput velo, pudoris gratia, operiebant’; *consortium {cum, sors},* quod significatur arétissima corporum animorumque societas quâ vir et mulier connectuntur.

884. 20 Matrimonii definitio. Matrimonium ut contraélus et ut sacramentum speCtari potest.

(A) Matrimonium ut contractus, definiri potest : *conventio legitima inter virum et mulierem juridice habiles, mutuum et perpetuum jus ipsis conferens, tum ad acius ex se aptos ad generationem prolis, tum ad vitæ communis consortium.*

Dicitur : (a) *conventio legitima...,* id est, inita juxta leges sive naturales sive positivas, quibus matrimonium regitur; *inter personas juridice habiles,* id est, aptas ad talem contraétum ineundum.

(b) *Mutuum et perpetuum jus ad aftus...* quibus verbis declaratur *primarius finis* matrimonii, videlicet prolis *procreatio* ac consequenter *educatio.* Ad essentiam autem matrimonii non requiritur ut de faéto filii gignantur, cum steriles legitime nubant; nec etiam usus matrimonii, cum B. Virgo et S. Joseph legitimo matrimonio conjunéti sint, licet juribus matrimonialibus nunquam usi fuerint; sed sufficit *jus* ad illos aétus qui *ex se* apti sunt ad prolis generationem, licet per accidens aliquando generatio non sequatur, vel

1 Gregor. IX, *Decretal.* L III, iit. 33, c. 2. — 3 *Gen.* XXIV, 65

conjuges jure suo non utantur. Illud autem jus est *mutuum,* ut patet, et *perpetuum,* ut sic excludatur vaga et fornicaria sexuum commixtio.

(c) *Ad viti? communis consortium :* hic significatur *finis secundarius* matrimonii, mutuum juvamen quod ex utriusque amore et societate exsurgit, juxta illud Scripturæ · : " Non est bonum esse hominem solum ; faciamus ei adjutorium simile sibi ". — Quapropter conjuges esse debent non solum *una caro,* ut prolem generent, sed etiam *cor unum* et *anima una,* ut sibi invicem adjutorium et solamen afferant.

(B) Matrimonium ut sacramentum nihil aliud est nisi ipse contractus ad dignitatem sacramenti evectus 2, et definiri solet : *sacramentum Notus Legis, quo per consensum contrahentium legitime prastitum, gratia conjugibus confertur ad matrimonii officia rite adimplenda.* Definitio ex infra dicendis magis patebit.

88> 3° Divisio Tractatùs. Duo erunt capita : in primo, agemus de ipso *contraflu* matrimonii; in secundo, *de sacramento.*

De matrimonio ut *contraclu.*	Ejus natura	Fines matrimonii Ejus origo Ejus elementum constitutivum.
	Ejus proprietates	unitas. indissolubilitas.
	Corollaria	Matrimonii honestas. Virginitatis excellentia.
De matrimonio ut *sacramento.*		Existentia. Natura. Effectus. Potestas leges ferendi circa matrimonium.

l *Gen.*^ II, i8.

' "Christus Dominus ad sacramenti dignitatem evexit ipsum contractum matrimonialem inter baptizatos". *{Codex,* can. 1012).

Caput *j*

DE MATRIMONIO UT CONTRACTU.

886. Errores confutandi. Pullulant hodie errores de matrimoniali contraétu. (a) Multi, præsertim *evolutionists* et *matérialisiez,* tenentes hominem a bruto descendere, contendunt *promiscuitatem* inter primos homines viguisse, sicut inter cetera animantia, ita ut viri indiscriminatim commiscerentur feminis feminæque viris, prout se dabat occasio; huic autem promiscuitati successisse *polygamiam* et *polyandriam,* et nonnisi post longa saecula praevaluisse *monogamiam*[x]. (b) Quibus theoriis innixi, haud pauci hodierni, præsertim inter *socialistas,* favent *unioni libers* .-juxta ipses, praecipuus finis unionis inter virum et mulierem est mutua voluptas; ad hanc igitur unionem requiritur et sufficit mutuus amor : qui mutuo se amant, eo ipso jus habent simul cohabitandi ; cessante amore, abrumpi debet unio. Proles vero, ex unione liberâ nata, curante Statu civili aletur atque educabitur, absque parentum interventu[1]. (c) Multi tamen, etiam inter evolutionistas, fatentur monogamiam esse perfeôtiorem ceteris matrimonialibus contractibus, ideoque retinendam, dummodo tamen facile admittatur *divortium,* et conjugibus ita separatis liceat novas nuptias ambire[3].

Contra quos errores catholicam **dotinam** exponemus : i° *de naturâ;* 2° de *proprietatibus* matrimonialis con**trats.**

1 Lubbock, *The origin of civilization;* Morgan, *Systems of consanguinity, affinity and of the human family;* Mac Lennan, *Studies in ancient history comprising a reprint of Primitive marriage,* London and New York, 1S86; Giraud-Teulon, *Les origines du Mariage et de la famille,* Genève et Paris, 1884.

3 A. Bebel, *Lafemme dans le passé, le prisent et l'avenir* (trad, de l'allemand par *H. Ravi),* 1891; B. Malon, *Le socialisme intégral,* Paris, 1892, t. I, ch. 7; G. Renard, *Le régime socialiste,* 1898, p. 59; Ch. Albert, *L'amour libre,* Paris, 1900; aliique quos recenset Turgeon, *Le Féminismefrançais,* Paris, 1902, t. II, p. 259-288.

3 Ita, inter alios, *Naquet, Dumas, Paul* et *Victor Margueritte,* aliique infra recensiti ubi de divortio.

Art. L De natura matrimonialis contractus.

Ad naturam hujus contractus perpendendam, tria expendemus : i° *fines* matrimonii; 2° ejus *originem;* 30 ejus *elementum constitutivum* quod in consensu reponendum est

§ I. De finibus matrimoniil.

Fines matrimonii ita in *Codice* declarantur (c. 1013) : " Matrimonii finis *primarius* est procreatio atque educatio prolis; *secundarius* mutuum adjutorium et remedium concupiscentiae ".

I. De fine primario matrimonii.

Non pauci hodie contendunt primarium finem matrimonii situm esse in mutua *felicitate conjugum,* ac consequenter sibi vindicant jus vinculum matrimoniale solvendi, quando felicitatem seu voluptatem in mutuo consortio non inveniunt.

887. *Thesis* : Matrimonii finis primarius est procreatio atque educatio prolis. *Certum* est ex *Codice,* immo de *fide divina* ex textibus Scripturæ infra allegatis.

T Pars probatur : i° Scriptura : (A) Ex *Vet. Test.* Deus enim homines creando, " masculum et feminam creavit eos, benedixitque illis, et ait : Crescite et multiplicamini, et replete terram" a. Quod et iterum dixit benedicendo Noe et filiis ejus : " Crescite et multiplicamini et replete terram" 3. Quapropter fecunditas ut benedictio habetur, sterilitas autem ut quædam maledictio 4. — *Voluptatem* vero *non* esse matrimonii finem, sed *prolis procreationem* constat ex oratione Tobiæ Et nunc, Domine, tu scis quia non luxuriæ causa accipio sororem meam conjugem, sed *sola posteritatis dilectione* " 5.

(B) Ex *Novo Test,* confirmatur. De muliere siquidem S. Paulus scribit : " Salvabitur autem *per filiorum generatio-*

---

* Martin, *De matrimonio,* I, p. 64 ; A. de Smet, *De S/ons. et Matrimonio,* n. S3-S6.

§ *Gen.,* I, 27-28. — 3 *Gen.,* IX, 1.

‹ *Gen.,* XI, 30; XXV, 21 ; *I Reg·,* I, 2-8; A. CXXVII, 3.

s *Tab.,* VIII, 9.

nem" «; et de junioribus viduis : " Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matres familias esse " 3.

2° Traditione, quam authentice declarant preces ir. *Missalii* effusae pro sponsis : ita, in *Graduali :* " Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuae. Filii tui sicut novellae olivarum in circuitu mensae tuæ"; in speciali oratione quae subsequitur *Pater noster :* " Et videant ambo filios filiorum suorum usque in tertiam et quartam generationem".

3° Ratio ipsa ostendit primarium finem matrimonii esse filiorum procreationem. Deus enim voluit genus humanum propagari. Atqui non aliud medium instituit nisi unionem sexuum. Hæc enim *ex se* ad propagationem speciei tendit, ut omnes concedunt. *Ex se* igitur matrimonium tendit ad *procreationem prolis,* quæ proinde est ejus *finis primarius.*

H Pars probatur, scilicet *educatio filiorum ad primarium finem pertinet :* " Parentes gravissima obligatione tenentur prolis educationem tum religiosam et moralem, tum physicam et civilem pro viribus curandi, et etiam temporali eorum bono providendi" *{Codex,* can. 1113).

Quod officium e priori logice deducitur. Qui enim filios procrearunt, eo ipso tenentur eorum necessitatibus providere usquedum hi de seipsis curam agere valeant. Atqui id præstare nequeunt nisi filios educando *physice, moraliter* et *religiose : physice* quidem, alimenta, vestimenta ceteraque eis præbendo quæ ad vitam honeste sustentandam necessaria sunt; *moraliter,* pravas inclinationes paulatim eradicando, bonas autem qualitates excolendo et perficiendo; *religiose,* doctrinam catholicam eos docendo non tantum verbis sed et exemplis, juxta illud *Catechismi Tridentini :* " Sanctissimis disciplinis ac moribus filios imbuant, iisque optima dent vivendi præcepta, ut ad religionem instructi et parati, Deum sancte inviolateque venerentur ".

11 Tim. II, 15. — 2 *I Tim.yN,* 14.

3 *Missa pro sponso ct sponsa.*

4 In quart. Decal, præcept., η. 13· — De educatione puerorum fusius in *Tr. dt Variis statuum obligationibus* egimus, n. 954'968.

II. De fine secundario matrimonii.

888. *Thesis.* Secundarius finis matrimonii est mutuum conjugum adjutorium et concupiscentiae remedium. *Certum est.*

i° Naturali quodam instinctu vir et mulier speoali amoris vinculo sibi invicem conjungi expetunt, " ut alter alterius ope adjutus vitæ incommoda facilius ferre et senectutis imbecillitatem sustentare queat " l. (a) Ratio est quia vir et femina se invicem complent non solum in ordine ad generationem prolis, sed etiam quoad mutuum juvamen et solatium : dotes unius sunt veluti complementum alterius qualitatum.

(b) Revera Deus, qui creaverat Adamum solum, dixit : " Non est bonum esse hominem solum; faciamus ei adjutorium simile sibi "a. Formavit itaque Hevam ex una de costis ejus, dixitque Adam : " Hoc nunc os ex ossibui meis, et caro de carne mea... quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem et adhaerebit uxori suae" 3. Nil sane expressius ad exprimendum mutuum juvamen quod sibi praestant vir et mulier.

(c) Sed ex tempore quo matrimonium ad dignitatem sacramenti evectum est, multo nobiliores et jucundiores apparent relationes inter christianos conjuges. Paulus siquidem eas comparat unioni quæ inter Christum et Ecclesiam existit, " quoniam vir caput est mulieris sicut Christus caput est Ecclesiæ " 4. Unde mulier *subdita* esse debet viro suo : 'sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita et mulieres viris suis in omnibus " 5. Aliunde viri debent *diligere* uxores suas " sicut et Christus dilexit Ecclesiam et seipsum tradidit pro ea " 6.

2° Alius *secundarius* matrimonii finis est *concupiscentiam sedare* et *refrcenare.* (a) In statu naturæ lapsæ, sæpe exardescit concupiscentia, et nonnisi ægre inter limites continetur quos exigunt tum sanitas corporis tum morum honestas. Jamvero *matrimonium legitimum,* præsertim *stabile,* compescit et refrænat concupiscentiam intra limites hone-

1 *Catech. Rom.,* De sacram, matrim., η. 12.
' *Gen.,* II, iS. — 3 *Gen.,* II, 24, 25.
4 *Ephes.,* V, 22- — 5 *Ephes.,* V, 24. — 6 *Ephes.,* V, 25.

statis. Ex una parte, per legitimum matrimonii usum sedatur concupiscentiæ ardor; et ex altera, copula non habetur nisi cum persona in cujus corpus legitima potestas tradita fuit, cui fides in conjugio debetur, et quidem eo modo qui aptus sit ad prolem procreandam.

(b) Hunc finem secundarium ita proponit 5. *Paulus :* " Propter fornicationem (vitandam) unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suum virum habeat. Uxori vir debitum reddat, similiter autem et uxor viro... Quod si non se continent, nubant; melius est enim nubere quam uri ". Apostolus itaque honestatem et usum matrimonii agnoscit ad vitandam fornicationem seu ad sedandam concupiscentiam.

§ II. De origine et natura matrimonii.

889. **Errores confutandi.** Duo sunt præcipui errores de matrimoniali contractu, (a) Multi, præsertim *evolutionista* et *materialistæ,* tenentes hominem a bruto descendere, eontendunt *promiscuitatem* inter primos homines viguisse, sicut inter cetera animantia, ita ut viri indiscriminatim commiscerentur feminis feminæque viris, prout se dabat occasio; huic autem promiscuitati successisse *polygamiam* et *polyandriam,* et non nisi post longa sæcula prævaluisse *monogamiam '.* (b) Alii vero, præsertim inter *socialistas* et *voluptatis amatores,* favent *unioni libera :* juxta ipsos, præcipuus finis unionis inter virum et mulierem est *mutua voluptas;* ad hanc igitur unionem requiritur et sufficit mutuus amor : qui mutuo se amant, eo ipso jus habent simul cohabitandi; cessante amore, abrumpi debet unio. Proles vero, ex unione libera nata, *curante Statu* civili aletur atque educabitur, absque parentum interventu '.

Duplex igitur erit thesis contra istum duplicem errorem.

890. *Thesis P :* **Matrimonialis contractus non e progressiva evolutione oritur, sed est primaeva institutio jure naturali et divino innixa** 3. De fide divina.

1 Lubbock, *The origin of civilization ;* Morgan, *Systems of consanguinity, affinity and of the humanfamily ;* Mac Lennan, *Studies in ancient history comprising a reprint of Primitive marriage,* London and New York, 1886; Giraud-Teulon, *Les origines du Mariage et de lafamille,* Genève et Paris, 1884.

* A. Bebel, *La femme dans le passi, le prisent et l'avenir* (trad, de l'allemand par H. Rave), 1891; B. Malon, *Le socialisme intégral,* Paris, 1892, t. I, ch. 7 ; G. Renard, *Le régime socialiste,* 1898, p. 59; Ch. Albert, *L'atnour libre,* Paris, 1900; aliique quos recenset Turgeon, *Le Féminisme français,* Paris, 1902, t. II, p. 259-288.

3 A. de Smet, *op. cit.,* n. 76-82 ; P. Castillon, *Mariage et Divorce* in *D. A.,* t. III, 91-94; G. Fonsegrive, *Marnage et union libre,* 1904.

i° Scriptura probatur. Deus enim, primo homine creato, videns bonum non esse hominem manere solum, fecit ei adjutorium simile sibi. Tulit igitur unam de costis Adami dormientis, eamque in mulierem ædificavit et adduxit ad Adam. Qui dixit : " Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea ; hæc vocabitur virago quoniam de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ; et erunt duo in carne una" x. Ibi enim quinque præsertim declararftur : i) mulieris *formatio a Deo facta,* ut hæc fieret primi hominis socia et adjutorium ipsi simile; 2) *unio intima* quæ inter virum et mulierem existere debet tum ad generationem prolis tum ad vitæ consortium; 3) quædam tamen *mulieris a viro dependentia,* quia hæc de viro sumpta est; 4) *unitas* vinculi matrimonialis : erunt enim *duo* in came *una;* 5) ejusdem *stabilitas :* relinquet homo patrem suum et matrem et adhærebit uxori suæ.

2° Confirmatur *historia antiquorum populorum,* in qua nulla vestigia inveniuntur istius evolutionis, sed apparet jam existere verum contractum matrimonialem.

(a) Vetustissimus legum codex, an. circiter 2200 ante Christum ab *Hammourabi,* Babyloniae rege, conditus, non solum promiscuitatem excludit, sed etiam supponit *monogamiam* jam praevalere. Contractus matrimonialis *publice* iniri debet; non potest vir concubinam accipere, nisi uxor ejus sit infirma aut sterilis : tunc accedit ad servam quam uxor sibi substituit; si serva sit pariter sterilis, aliam uxorem ducere potest. Divortium quidem permittitur, ad nutum viri : sed si hic uxorem dimittat absque sufficienti ratione, ipsi dotem restituere debet, imo quandoque quamdam compensationem ei praebere. Adulterium, incestus, stuprum stricte sub gravibus poenis prohibentur '.

(b) Apud *Ægyptios,* etsi polygamia et divortium sub aliquot restrictionibus permittebantur, generarim consuetudo praevalebat unicam uxorem ducendi, ut tradit *Herodotus;* ceteroquin unio libera minime agnoscebatur, sed adulterium lege civili stricte prohibebatur 3. — (c) Apud *Indos,* quindecim saeculis ante Christum,

l *Gen.,* II, 18-24.

' P. Scheil, *Mémoires publiés sous la direction de M. de Morgan,* t IV, Textes élamites-sémitiques, 2e série, Paris, 1902, p. 145-150.

3 J. G. Wilkinson, *A popular account of the ancient Egyptians,* London, 1854, t. II, p. 224; Maspero, *Histoire ancienne des peuples d'Orient,* éd. in-40, Paris, 1897, L II, p. 502-503.

unica ducebatur legitima uxor, quæ nunquam dimitti poterat, plures tamen permittebantur concubinæ. Promiscuitas vero minime admittebatur; nam adulterium habebatur tamquam unum e tribus majoribus peccatis. Postea tamen viris licentia data fuit dimittendi uxorem, si hæc sterilis esset aut filias tantum peperisset, aut defectibus laboraret quos vir tolerare nequibat l.* (d) In *Sinensi* imperio, juxta legem Çonfucii, una tantum accipi debet legitima uxor; divortium quidem permittitur viro, sed solum ob gravem causam a lege determinatam, (e) Apud *Gracos Romanesque,* non obstante divortio, prævalet monogamia, et adulterium etiam viri ut aliquid indecorum et turpe existimatur; spurii non sunt familiæ membra, nec in cultu domestico partem habere possunt. Attamen concubinatus sub quibusdam conditionibus lege permittitur 34 Quam honorabile haberetur matrimonium apud Romanos, constat ex modo quo apud veteres jurisperitos definitur 3 : " Consortium omnis vitæ, individua vitæ consuetudo, divini et humani juris communicatio

Ex his testimoniis aliisque permultis quæ adduci possent, luculenter constat apud antiquas gentes non prævaluisse sexuum promiscuitatem nec unionem liberam, sed eam viri et mulieris unionem quæ ad familiam constituendam apta est.

891. 3° *Confutantur evolutionistarum argumenta.* Contendunt adversarii unionem sexuum antiquitus fuisse *liberam et promiscuam* 4, ideoque hodiernum modum contrahendi matrimonium, utpote moribus et lege civili tantum inductum, aboleri posse ac debere.

Arguunt : (A) ex *evolutionis* legibus : supponunt hominem e bruto descendere, et exinde inferunt primos homines a brutorum moribus non fuisse alienos, inter quæ viget unio promiscua, non autem stabilis; (B) e *prcesenti statu incultarum tribuum* quæ, inquiunt, primitivorum hominum mores retinent; apud eas enim, aiunt, viget sexuum *promiscuitas,* aut ejusdem vestigia manent, qualia sunt : *matriarchatus* seu status in quo mater principali auctoritate gaudet in familia; praxis genealogiam filiorum non ex patri-

i La Mazelière, *Essai sur l'évolution de la civilisation indienne,* Paris, Plon, 1902, t. I, Introd. ; t. II, pp. 15, 306 etc.

' F. de Coulanges, *La Cité antique,* I, II, ch. 2-3; Denis, *Histoire des théories inorales dans l'antiquité,* Paris, 1856, t. I, 69-73. — Spartæ, juxta Lycurgi leges, eadem mulier a pluribus fratribus possideri poterat; cfr. Fonsegrive, *op. cit.,* p. 36.

3 Modestin., *Digest.,* XXII, 2. Cfr. § I, *Inst.,* I, 91 ubi matrimonium dicitur : " viri et mulieris conjunctio individuam vitæ consuetudinem retinens'*.

4 Quorum argumenta recenset et confutat G. Fonsegrive, *op. cit. ;* cfr. Gemelli, *Les origines de la Famille,* Paris, 1923.

bus, sed e matribus trahendi; *fofygamia* et *polyandria* seu unio plurium simul mulierum cum uno viro aut vice versa; (C) ex quibusdam *factis antiquis,* quæ videntur esse vestigia primitivæ promiscuitatis, prout erant *sacra prostitutio,* quæ in quibusdam templis florebat, necnon *jus prima noctis* vel praxis *hospitibus* tradendi propriam uxorem.

892. *Respondemus* autem multa ex iis quæ allegantur non esse facta universalia, sed *exceptiones,* et ex iis non inferri olim viguisse sexuum promiscuitatem aut unionem liberam; sed e contra historice constare jam a primis temporibus unionem viri et mulieris ordinatam fuisse ad familiam *stabilem* constituendam.

(A) Evolutio, ad quam appellant adversarii, non est factum, sed *hypothesis* quam præstantissimi *transformiste* fatentur minime probatam esse, præsertim si de hominis origine agitur, ut dictum est in *Tr. de Deo Creante,* n. 766-774.

Inter eos vero qui putant hominem a bruto descendere, eruditissimi dicunt primos homines non fuisse promiscuitati addictos idque probant ex ipsis *legibus evolutionis.* Nam, teste *Darwin* [i] simii, ex quibus multi evolutionistæ asserunt hominem oriri, promiscuitati non indulgent, sed quidam sunt monogami, alii vero polygami. Siquidem inter eos, sicut inter homines, maxima viget quoad feminas zelotypia, et mares maximo zelo contra alios pugnant ut exclusive possideant feminas quas sibi conjunxerunt. Si igitur inter primos homines viguisset sexuum promiscuitas, hi fuissent ipsis simiis inferiores, neque esset ascensio et profectus, sed potius regressus : quod legibus evolutionis aperte contradicit.

893. (B) *Ex moribus autem incultarum gentium* non solum non constat primos homines promiscuitati aut unioni liberæ addictos fuisse, sed infertur inter eos contractum matrimonii *stabilem* viguisse.

Etenim, si testimonia perpenduntur eorum qui *diu,* et non paucis tantum mensibus, inter eos vixerunt, hæc notatu digna sunt : (a) promiscuitas non existit apud incultas tribus nisi rarissime, et quidem præsertim ubi perditissimi viri ex Europa morum corruptionem intulerunt; fere ubique familia habetur ut fundamentum

i Darwin, *Descent of man,* P. II, ch. 19; *gallice : La Descendance de l'espèce humaine,* Paris, 1895, II. p. 392. Cfr. Letourneau, *Evolution du mariage et de la famille,* Paris, 1888, ch. 3; Westermark, *Origine du mariage dans rhonuncy* Paris, 1893, 5'6; G. Fonsegrive, *Mariage et Union libre,* Paris, 1904, p. 19-29.

societatis et præsidium tribus : quapropter, etiam ubi divortium et polygamia permittuntur, contractus matrimonialis *ex se* stabilis initur.

(b) Pariter *exogamia* seu praxis extra familiam et tribum quærendi uxorem ‘, habitus comparandi uxorem aut dotem ei assignandi ostendunt voluntatem familiam stabilem constituendi.

(c) Strictis legibus providetur castitati puellarum et uxorum ’ : in pluribus regionibus remotissima domus cubicula inhabitant, ne ab alienis aspiciuntur; alibi earum facies mutilationibus detiTrpatur ne aliis viris placeant; plerumque puellæ a viris seclusæ manent usque ad nuptias ; quæ ante matrimonium seducuntur harumque corruptores severis poenis plectuntur; adulteria autem omnino reprobantur et stricte puniuntur; quæ quidem omnia multum sane a promiscuitate et unione libera aliena sunt.

894.(C) *Facta ab adversariis allegata* non necessario promiscuitatem supponunt. (a) Dicunt quidem apud multas tribus *matriarchatum* in usu fuisse, et genealogias filiorum non ex viris, sed ex mulieribus deductas fuisse. — Factum hujusmodi non fuit universale, sed solum apud quasdam tribus viguit; sat facile explicatur ex eo quod, apud illas gentes, vir per longum tempus absens erat, venandi, piscandi aut bellandi causa; quapropter infantes, quorum aliquando pater incertus erat, et qui ceteroquin cum matre diutius quam cum patre cohabitabant, maternum nomen accipere solebant. Sed exinde minime sequitur promiscuitatem aut unionem liberam in usu communi fuisse.

895. (b) *Sacra prostitutio,* quæ in quibusdam templis florebat, necnon*jus primes noctis* aut praxis hospitibus tradendi propriam uxorem, aliaque ejusmodi sunt *abusus,* qui ex innata libidine falsoque hospitalitatis conceptu oriuntur, sed dici nequeunt vestigia pristinæ promiscuitatis.

Pauca vero facta *polyandries* aut *promiscuitatis,* quæ apud quasdam tribus allegantur, per modum exceptionis se habent, et generalem regulam stabilis matrimonii non infirmant 3 ; polyandria habita est ubi feminæ numero pauciores erant quam viri; promiscuitas, ubi exstitit, satis facile explicatur ex quadam morum cor-

’ Cfr. Mgr A. Le Roy, *La Religion des primitifs,* Paris, 1911, p. 106· 109.

9 Fonscgrive, *op. cit.,* p. 21-29.

3 Quod testatur Westermarck, ceteroquin evolutionista, *op. cil.,* ch. 6, p. 128-129 : “ Il n’est naturellement pas impossible que, chez quelques peuples, les rapports des sexes aient approché de la promiscuité. Mais il n’y a pas un atome de preuves que la promiscuité ait jamais été une phase générale de l’histoire sociale de l’humanité. L’hypothèse de la promiscuité, au lieu d’appartenir, comme le pense Giraud-Teulon, à la classe des hypothèses que la science peut se permettre, n’a aucun fondement réel, aucun caractère scientifique”.

ruptione quin necesse sit supponere primos homines huic vitio addictos esse.

896. *Thesis IT :* Matrimonii contractus quamdam stabilitatem postulat, ideoque unio libera juri naturali et divino adversatur. Certum est ».

N. B. Unionem liberam *juri divino* contradicere jam probatum est n. 890. Remanet igitur ut thesim probemus *philosophice* ex *finibus matrimonii.*

(A) *Primarius* matrimonii finis est *prolis procreatio* et *educatio,* ut supra probatum est, n. 887. Atqui ad utrumque requiritur *stabilis* parentum unio, nec sufficit unio promiscua aut etiam libera. Nam : (a) quoad prolis *generationem,* experientia constat feminas, quæ pluribus viris commiscentur, raro concipere; atqui unio *libera* et ad *nutum rescindibilis,* data mutabilitate humanæ voluntatis, sæpe aliquam promiscuitatem inducet ac voluntariam sterilitatem : tunc enim voluptas potiusquam proles quæritur. (b) Majorem adhuc stabilitatem requirit prolis *recta educatio :* 1) educatio *physica :* nam ultimis mensibus prægnationis, tempore partus et lactationis, femina concursu maris indiget ad suis et prolis necessitatibus providendum; 2) educatio *intellectualis* et *moralis,* ad quam puer indiget non tantum *su<z matris* amore suavi, sed etiam *sui patris* severa auctoritate et prudentia 2.

897. (B) *Secundarius* finis matrimonii est *mutuum conjuguât adjutorium* et *concupiscentiæ remedium,* ut supra ostendimus. Atqui hoc mutuum juvamen sibi præbere non possunt nisi contractu *ex se stabili* familiam constituere valeant, familiæque legitima gaudia percipere. Nam gaudia *egotistica,* quæ extra legitimam familiam quæruntur, brevia sunt, multis anxietatibus obnoxia, nec veram felicitatem præbent, cum semper timeatur liberæ unionis abruptio.

Alius *secundarius* matrimonii finis est *concupiscentiam sedare* et *refreenare.* Atqui, si admittatur *unio libera* ad nutum revocabilis, concupiscentia, nedum temperetur, haud parum augetur spe novas uniones ineundi novasque voluptates experiendi, cum maximo corporis animæque detrimento.

‘ Card. Billot, *Dd Ecclcsut sacramentis,* th. XXXIII; G. Fonsegrive, *op. cit.* — * Cf. S. Thomas, *Contra Gentes* lib. III, c. 122.

898. Inspectis igitur finibus matrimonii, sive primario sive secundariis, patet unionem conjugalem non promiscuam aut liberam esse debere, sed ea *stabilitate* gaudere quae ad *familiam constituendam* requiritur.

§ III. De elemento matrimonii constitutivo SEU DE CONSENSU [1]

899. **Status quaestionis.** Quidam auctores antiqui docuerunt *copulam* necessariam esse ad *perfectum* matrimonium constituendum : " Sciendum est, ait *Gratianus* [*] quod conjugium in desponsatione initiatur, commixtione perficitur. Unde inter sponsum et sponsam conjugium est, sed *initiatum,* inter copulatos est conjugium *ratum*". Pauci commentatores Gratiani longius processerunt, docendo copulam requiri ad *essentiam* matrimonii. Hanc opinionem renovavit *Freisen,* scribendo contractum matrimonialem nihil aliud esse nisi promissionem futuræ copulæ, ideoque a sponsalibus non differre; matrimonium autem proprie dictum fieri per copulam affectu maritali habitam [3].

900. *Thesis* : Elementum essentiale contractus matrimonialis est consensus partium de præsenti in vinculum conjugale, non autem copula [*] conjugalis. Certum est ex *Codice,* can. 1081 : " Matrimonium facit partium consensus inter personas jure habiles legitime manifestatus : qui nulla humana potestate suppleri potest".

1° *Requiritur consensus de præsenti,* id est, juxta *Codicem* (c. 1081, § 2) " actus voluntatis quo utraque pars tradit et acceptat jus in corpus, perpetuum et exclusivum, in ordine ad actus per se aptos ad prolis generationem". Nam, ut ait S. *Thomas* [4], " unus non accipit potestatem in eo quod est libere alterius, nisi per ejus consensum. Sed per matrimonium accipit uterque conjugum potestatem in corpus alterius... cum prius uterque liberam sui potestatem haberet. Ergo consensus facit matrimonium ".

[*] S. Thom., *Supplem.,* q. 45-48; Sanchez, lib. II-V; Salmantic., cap. 6-7 ; Billuart., diss. III, a. 1-5; S. Alphons., n. 885-896; Rosset, t. I, n. 88-237; Pesch, n. 731-752; Card. Billot, th. 34-35; Ball. P., η. 262-305 (ed. 3a) î A. de Smet, η. 94-99; Wernz-Vidal, η. 450-521.

[3] Dictum in Caus. 27, q. 2, c. 34 ; cfr. c. 45. — Ibi vox *ratum* ex contextu significare videtur matrimonium quod nullo modo dissolvi potest.

[3] *Archivfür kathol. Kirchenrecht,* LIV, 1885, p. 361 sq. — Quem tamen errorem postea retractavit in eodem periodico, LXVII, 1892, p. 3S1 sq., et in .praefatione secundæ editionis, 1893, p. xxm-xxiv. — [*] *Suppi.,* q. 45, a. 1.

2° *Suffiat consensus,* nec proinde requiritur copula maritalis.

(a) Id sæpe docent *Patres,* de matrimonio inter B. Mariam et Joseph scribentes; declarant enim eos fuisse vere conjuges, etsi nunquam matrimonii juribus usi fuerint : ita, inter alios, *Origenes, S. Basilius, S. Ambrosius, S. Hieronymus, S. Augustinus*[1]* hinc *Benedictus* AVP'ait : " Qui affirmant B. Virginis matrimonium cum S. Joseph in solis sponsalibus constitisse, ii temere falsoque opinantur. Itaque pro certo tenendum est matrimonium inter eos contractum fuisse verum et ratum " ».

(b) Idem diserte docent *Pontifices* et *Concilia,* dum statuunt matrimonium libero contrahentium consensu perfici. Ita *Nicolaus I*[3]*: " Sufficiat secundum leges solus eorum consensus, de quorum conjunctionibus agitur. Qui consensus si in nuptiis solus forte defuerit, cetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur ". Ad rem *Tridentinum* ♦[4]: " Dubitandum non est clandestina matrimonia *libero contrahentium consensu* facta, rata et vera esse matrimonia". Postea declarat matrimonium *ratum,* non consummatum, per solemnem religionis professionem dirimi ; jamvero non dirimitur contractus, nisi jam existât.

Art. II. De proprietatibus matrimonii.

" Essentiales matrimonii proprietates sunt *unitas* ac *indissolubilitas,* quæ in matrimonio christiano peculiarem obtinent firmitatem ratione sacramenti" *{Codex* c. 1013, § 2).

§ I. De matrimonii unitate.

901. Prænotanda. Unitas matrimonii consistit in conjugali unione unius viri cum unâ muliere. Huic opponuntur *polyandria* et *polygamia simplex.* Prior est conjunctio unius uxoris cum pluribus viris; posterior est conjunctio unius viri cum pluribus uxoribus.

Pauca præmittimus de *polyandries,* quæ raro admodum existit[5]. *Polyandria simultanea,* seu conjugalis unio unius

[1] Origenes, *homil. VI* in Luc., *P. G.,* L XIII, 1814 sq. ; S. Basilius, *De sancta Christi generatione,* n. 3-5, *P. G.,* XXXI, 1463-1467 ; S. Ambrosius, *De instil. virg.,* c. 6, n. 42, *P. L.,* XVI, 316; S. Hieron., *Conlra Helvid.,* n. 4,2'. *L.,* t. XXIII, 185; S. August, *De nuptiis et concup.,* I. I, n. 12, *P. L.,* t. XI.IV, 420. — * *De Synodo diceces.,* I. XIII, c. 32, n. 13.

[3] Mansi, *Concilia,* t. XV, p. 403.

♦ *Trident.,* Sess. XXIV, de Reformat, matrim., c. I.

[5] Quædam polyandria viguit et adhuc viget apud quasdam tribas, præsertim ubi pauciores sunt feminæ quam viri. Aliquando res ita se habebat : quando femina duxerat primogenitum, ejus minores fratres ad eam successive accede-

uxoris cum pluribus viris simul, juxta omnes, juri naturali saltem *secundario* repugnat. Licet enim striéle loquendo absolute impossibilem non reddat procreationem et educationem prolis, adversatur tamen praecipuis matrimonii finibus : (a) *procreationi* prolis, nam mulieris fecunditas, licet per carnale commercium cum pluribus viris non omnino destruatur, maxime tamen minuitur; (b) *educationi* prolis, quia incertum reddit patrem, proindeque incertam ejus obligationem filios educandi; (c) *subjeClioni* naturali quâ mulier viro subdi debet; nemo enim potest perfeéte pluribus simul dominis servire [x], — Nunc fusius de *polygamiâ*.

I. De polygamiâ simultaneâ'.

902. **Status quaestionis.** Polygamia, ante Christum, apud plerosque populos vigebat, etsi non omnes viri essent polygami. Hodie etiam apud Infideles prævalet, præsertim inter ditiores qui plures mulieres alere possunt Sed apud Christianas gentes *monogamia* tanquam familiæ fundamentum agnoscitur.

Attamen *Lulherus* docuit simultaneam polygamiam, etiam sub N. Lege, licitam esse, et, asssentientibus P. Melanchtone et M. Bucero, Philippo Hessiæ Landgravio benigne induisit ut, vivente adhuc legitimâ uxore, aliam duceret, Margaritam de Saal. Eumdem errorem propugnarunt *Anabaptistce,* nostroque sæculo *Mormones*', qui novissime tamen declararunt se polygamiæ valedixisse, ut sic Statûs legibus sese submitterent. — Ex adverso autem *Calvinus* contendebat simultaneam polygamiam, etiam sub V. Testamento, illicitam fuisse, ideoque veteres Patriarchas, qui plures

bant, juxta quasdam præfinitas regulas et consuetudines; quandoque autem duo aut 1res viri eamdem uxorem ducebant, simulque in eâdem domo convivebant. Sed hujusmodi fada raro occurrunt, et inter maritos generatim unus est principalis, qui toti domui præest. Sed etiam apud illas tribus, plerumque prævalet monogamia. — De extensione et causis polyandriæ erudite disserit Westermarck, *op. cit.,* ch. 20-22, p. 425-485.

1 S. Thom., *Supplem.,* q. 65, a. i, ad 8.

• S. Thom., *Supp.,* q. 65, a. 1-2; Bellarm.,c. io-11; Drouin, l. IX, q. III, c. 1; Billuart, diss. V, a. 1 ; Perrone, l. III, c. I, a. 2-4; Carrière, p. II, sed. 2, c. 1; de Augustinis, a. 7; Palmieri, th. 13 sq.; Billot, th. 40; Watkins, *Holy Matrim.,* ch. IX, p. 591 sq.; A. de Smet, n. 303-307.

3 De *Morrnonibus,* qui se ipsos vocant "The Church of Jesus Christ of Latter-Day Saints" vide *Book of Doctrine and Covenant* (1880), *Book of Mormons* (1881); *Encyclop. Britan,* with American Supplement; W. R. Harris, *Mormons,* in *Calhol. Encycl.,* New-York, t. X, p. 57°'574·

simul uxores habebant, adulterii reos fuisse. Quam ut confutarent calumniam, nonnulli theologi dixerunt polygamiam juri naturali non esse oppositam, nec ante legem evangelicam fuisse jure divino prohibitam.

903. *Thesis :* Polygamia simultanea, legis naturæ secundariis praeceptis et institutioni primaevae contraria, sed Patriarchis post diluvium permissa, a Christo prohibita est.

(A) *Polygamia simultanea juri naturali non primario, sed secundario adversatur.* Ita communiter. Res enim ita se habet, si polygamia, licet primarium matrimonii finem salvans, secundariis finibus nocet Atqui polygamia (a) neque totaliter tollit neque aliqualiter impedit *primum* matrimonii finem, cùm unus vir sufficiat pluribus uxoribus foecundandis, et educandis filiis exinde natis; (b) *secundarios* autem fines non totaliter tollit quidem, sed multum impedit; etenim : 1) non facile potest esse *pax* in familiâ, ubi uni viro plures uxores junguntur, cùm non possit unus vir pluribus uxoribus æque placere : unaquæque videlicet ad se viri affeftum trahere conabitur, et si vir non omnes aequali amore prosequatur (quod vix fieri potest), inde orientur jurgia, paci inimica, ut constat ex Patriarcharum historiâ. 2) Timendum est pariter ne maritus, in prædileétæ uxoris filios præcipue intentus, ceteros negligat. 3) Tandem tertius matrimonii finis, scilicet remedium concupiscentiae, haud raro frustrabitur, cùm unus vir non possit simul pluribus uxoribus satisfacere. Pluralitas igitur uxorum non primario, sed secundario juri naturali adversatur.

904. (B) *Polygamia simultanea primœvæ matrimonii institutioni contraria est.* Ita communius. Etenim : (a) quando Deus hominem creavit, *unum* fecit virum et *unam* mulierem x;jamvero,ut reéle observat S. *Chrysostomus\s* Dominus voluisset ut vir unus pluribus uxoribus jungeretur, dum unum hominem fecit, multas fecisset mulieres. Postea vero Adamus, videns Evam, exclamavit : " Quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem, et adhaerebit *uxori suæ;* et erunt *duo* in carne *unâ'*\ ibi autem, ut ait *Inno-*

l Gen., II, 7, 22. — · *Hem. 62,* al. 63, in *Mati.,* η. I, *P. G.,* LVIII, 597.

cent. ***III****l,* " non dixit tres vel plures, sed duo; nec dixit adhærebit uxoribus, sed uxori quæ quidem polygamiam excludunt.

(b) Hinc, ante diluvium, solus l^amech dicitur duas uxores habuisse, et propterea a Patribus severe reprehenditur ; sic *Nicolaus* ***I*** scribit' : " *Adulterii* autem flagitium, quod Lainech omnium *primus* in duabus uxoribus perpetravit, nonnisi sanguine Christi abolitum exstitisse "

(c) Propterea *Innocent.* ***III*** *(j* cit.) ait : " Nec ulli unquam licuit insimul plures uxores habere, nisi cui fuit divinâ revelatione concessum"; quæ quidem verba manifeste supponunt lege primitivâ prohibitam fuisse polygamiam.

905.(C) *Polygamia tamen, post diluvium, patriarchis et Judæis sub lege mosaicâ permissa fuit, immo valde probabiliter ipsis Gentilibus,* (a) *Patriarcha* enim, qui Dei amicitiâ fruebantur, ut Abraham, Jacob, aliique, plures habuerunt uxores, nec propterea reprehenduntur, sed potius ut viri pietate insignes exhibentur, (b) *Lex mosaica* supponit pariter uxorum pluralitatem licitam esse, cùm statuat æquiparandos esse filios ex utrâque uxore natos 3. Revera Elcana 4, David 5, Joas6, aliique viri plures habuerunt uxores, et dum David graviter castigatur propter adulterium cum Bethsabe, uxore Uriae, nunquam reprehenditur propter alias uxores quas duxerat.

906. *Objicitur* quasdam ex his uxoribus *concubinas* vocari ideoque non fuisse legitimas. — Sed in Scripturâ aliquando legitimae uxores dicuntur concubinae : sic Agar et Cethura nunc uxores, nunc conbinæ dicuntur7. Siquidem, apud Antiquos, duo genera uxorum distinguebantur : aliae ducebantur non solum ad procreationem prolis, sed etiam ad societatem omnium bonorum et domûs gubernationem, et hae *matresfamilias* vocabantur; aliae autem solum ad generationem prolis, et hae uxores secundariæ seu concubinae dicebantur.

(c) Ratio autem praecipua cur polygamia, post diluvium, permissa fuit, erat multiplicatio prolis ad cultum Dei educandae. Nam, ut ait S. *Thomas*8 .· " Semper principalior finis magis observandus est quam secundarius, Unde cùm bonum prolis sit principalis matrimonii finis, ubi prolis multiplicatio necessaria erat, debuit

* *Decretal.,* l. IV, t. 19, cap. *Gaudemus,* de Divort.
' Ad Consulta Bulgar., ɳ. 51, ap. Harduin, *Act. Concit.t* t. V, p. 371.
3 *Deut.,* XXI, 15. — * ***I*** *Reg.,* I, 2. — 5 ***II*** *Reg.,* II, 2.
6 ***II*** *Parap.,* XXIV, 3 sq. — ? *Gen.,* XVI, XXV. — 8 *Supplem.,* q. 65, a. 2.

negligi ad tempus impedimentum quod posset in secundariis finibus evenire".

Communiter a theologis traditur dispensationem a lege primitivâ de unitate matrimonii nonnisi post diluvium datam fuisse : nil tamen certi hâc de re definiri potest. Nec necesse fuit ut dispensatio in scriptis exprimeretur; nam lex de unitate uxoris, ut animadvertit 5. *Thomas* (loc. cit.), non fuerat verbo aut litteris tradita, sed cordi impressa, et ideo dispensatio fieri potuit per inspirationem internam, quae quidem principaliter patribus sanélis faéta est, et per eorum exemplum ad alios derivata. Exinde etiam colligi potest, cum *Bellarmino* aliisque contra *Sanchez,* eamdem dispensationem datam esse Gentilibus; cùm enim tempore patriarcharum concessa fuerit, nulla est ratio cur ad solos Judaeos limitata fuerit, eo magis quia difficilius erat paganis quam Israelites perfeétam matrimonii unitatem servare. Hinc Esther conjunéta est Assuero jam uxorem habenti nec propterea reprehenditur; ita pariter Abimelech, qui uxorem habebat, Saram ducere voluit, nec vituperatus est nisi quia uxorem alterius tulerat

907. (D) *Polygamia simultanéesjure divino sub N. Lege prohibitafuit.* De fide est ex *Tridentino*[1] : " Si quis dixerit licere Christianis plures simul habere uxores, et hoc nullâ lege divinâ esse prohibitum, A. S."

Probatur : (a) *Script.* 1) *Christus* enim matrimonium ad primam suam institutionem revocavit : nam, interrogatus num liceret uxorem repudiare, respondit non licere, hancque addidit rationem : " Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos? et dixit : Propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adhaerebit *uxori suce,* et erunt *duo* in carne unâ : itaque jam non sunt duo, sed una caro " a. Atqui primaeva matrimonii institutio polygamiam excludebat ex jam diôlis, et ex verbis ipsius Christi : ""erunt *duo* in carne unâ". Confirmatur aliis Domini verbis : " Qui dimiserit uxorem suam, et aliam duxerit, moechatur "3; nam ideo moechatur dimittens uxorem et alteram ducens, quia prior non desinit uxor esse; atqui quando non est dimissa, a fortiori remanet uxor; ergo qui alteram ducit vere moechatur. 2) S. *Paulus,* quoties de matrimonio loquitur, illud supponit esse unius viri cum unâ uxore, et ait : " Mulier vivente viro vocabitur adultera, si

[1] *Trident.*. sess. XXIV, can. 2. — * ΛαZZ., XIX, 3 sq.
[1] *Luc.*. XVI, 18; *Matt.*. XIX, 9.

fuerit cum alio viro" [1]; porro, ex eodem Apostolo [2] paria sunt conjugum jura : " Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir : similiter autem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier"; ergo nec vir potest, vivente uxore, aliam ducere.

908. (b) *Patrum* testimonio constantique *Ecclesiæpraxi.* i) Ita S. *Augustinus* [3] scribit in Ecclesiâ praeceptum esse " ut nec sterilem conjugem fas sit relinquere, ut alia foecunda ducatur. Quod si quisquam fecerit... lege Evangelii reus est adulterii ". 2) *RR. Pontifices* unitatis matrimonii strenui vindices semper exstiterunt, etiam contra Principum lasciviam : ita, sæc. IX, *Nicolaus I* Lotharium regem, duarum simul uxorum sponsum, palam reprehendit, Episcoposque, qui in Cone. Metensi primi matrimonii vinculum dissolverant, deposuit [4].

Duo tamen faéla in contrarium allegantur. 1) *Socrates* refert [5] Valentinianum imperatorem duas simul uxores habuisse, et statuisse ut idem cuilibet volenti liceret. — Sed testimonium hujusmodi communiter ab eruditis rejicitur, tum quia nonnulla in hâc narratione falsa sunt, tum quia Ammianus Marcellinus, licet Valentiniano satis infensus, illum laudat [6] quod "omni pudicitiæ cultu domi castus et foris esset". Aliunde faétum hujusmodi, etiamsi verum, nihil probaret contra unanimem omnium sæculorum traditionem. 2) Objicitiir etiam responsum *Gregorii IP* declarantis licere viro aliam uxorem ducere, quia hæc, ob infirmitatem corporis, debitum reddere non valebat. Verum dubitatur pariter de hujus responsi genuinitate, quod sedulo in archivis romanis quæsitum fuit, nec tamen inventum; si autem authenticum esset, forsan intelligi posset de impotentia quæ matrimonium invalidum facit. Ceteroquin correôtores Romani de hoc decreto notârunt : " Illud Gregorii sacris canonibus, immo evangelicæ et apostolicæ doélrinæ penitus invenitur adversum nil igitur exinde contra constantem Ecclesiæ doétrinam praximve colligi potest.

[1] *Poni.,* VII, 3. — [2] *I Cor.,* VIT, 2 sp.
[3] *De Nuptiis,* 1. I, c. io, n. n, *P. L.,* XLIV, 420.
[4] J. Roy, *Saint Nicolas I,* Paris, Lecoffre, ch. 3. — [5] *Histor.,* 1. IV, c. 31.
[4] Lib. XXX, circa finem.
[7] *Epist.* 13 ad S. Bonif., ap. Labbe, t. VI, col. 1448. En textus, qualis allegatur : " Nam quod proposuisti, quod si mulier infirmitate correpta non voluerit debitum viro reddere, quid ejus faciat jugalis? Bonum esset si sic permaneret, ut abstinentix vacaret. Sed quia hoc magnorum est, ille qui se non poterit continere, nubat magis : non tamen subsidii opem detrahat ab illa quam infirmitas prxpedit ". Cfr. Kurth, S. *Boniface,* Paris, Lecoffre, p. 55.

II. De polygamiâ successivâ[1]

909. Polygamiam successivam,seu secundas et ulteriores nuptias, tanquam jure divino illicitas damnaverunt olim *Montanistce,* quibus adhæsit *Tertullianus* (De Monogamia), necnon *Novatiani.* Nonnulli Patres, præsertim Græci, de secundis et præsertim tertiis ulterioribusque nuptiis nimis dure locuti sunt. Immo, apud Græcos, jam a sæc. \,*jure ecclesiastico,* quartæ nuptiæ tanquam invalidæ habentur'.

910. *Thesis :* Polygamia successiva, licet minus Ecclesiæ probata, jure divino est licita, nec unquam in Ecclesia latinâ fuit universim prohibita. Certum est.

(A) *Script.* S. Paulus diserte affirmat iteratas nuptias, mortuo priore conjuge, licitas esse : " Mulier, si mortuus fuerit vir ejus, liberata est a lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro "[3]; " Dico autem non nuptis et viduis : bonum est si sic permanserint sicut et ego. Quod si se non continent, nubant; melius est enim nubere quam uri "[4]. Immo alibi[5] juniores viduas hortatur ut iterum nubant : "Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare adversario maledíéti gratis". Ex quibus patet, juxta mentem Apostoli, melius esse quidem in statu virginitatis vel viduitatis manere, sed tamen nuptias virginibus et viduis licere, immo aliquando expedire ad refraenandam concupiscentiam.

911. (B) *Tradit,* (a) Doctrinam Apostoli explicans, S. *Augustinus* scribit[6] :

" De tertiis et de quartis et de ultra pluribus nuptiis solent homines movere quæstionem. Unde, ut breviter respondeam, nec ullas nuptias audeo damnare... Quis enim sum, qui putem definiendum,

[1] S. Thom., *Sufifi.,* q. 63; Drouin, l. IX, q. III, c. 2; Billuart, diss. V, a. i, § 3; Carrière, n. 203 sq.; Perrone, I. III, seA. I, c. 2; de Augustinis, l. cit. ; Palmieri, th. 12; A. de Smet, n. 300-302.

[2] " Orientales polygamiam quoque successivam... reprobant. Pro secundis quidem nuptiis habetur in Euchologiis praescriptus ritus, quas tamen ipsas post 4511m ætalis annum reprobant; tertite nuptiæ censure ecclesiastice subjiciebantur, quart» vero tanquam brutales damnabantur... Juxta hodiernam praxim episcopi dispensatione subvenitur, dum ea petitur". (Papp. Szilagyi' *Enchiridion juris eccles. orient.,* p. 414).

[3] *Rom.,* VII, 3. — [4] *I Cor.,*\\\, S. — [5] *I Tim.,* V, 14.

[6] *De bono viduit.,* c. 12, *P. L.,* XL, 439.

quod nec Apostolum video definivisse? Ait enim : mulier alligata est, quamdiu vir ejus vivit. Non dixit *primus,* aut *secundus,* aut *tertius* aut *quartus;* sed mulier, inquit, alligata est, quamdiu vir ejus vivit : si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est ; cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit, si sic permanserit '. Quid huic sententiæ, quantum ad hanc rem attinet, addi vel detrahi possit, ignoro ".

Fatemur equidem nonnullos Patres, præsertim Græcos, tertias vel ulteriores nuptias improbavisse, immo eas fornicatione pejores dixisse. Ita loquendo damnabant præcipue aifeélum illorum, qui non contenti primis vel secundis nuptiis, non ex intentione prolem suscipiendi, sed explendæ libidinis causâ, tertium aut quartum matrimonium inire volebant'. Nunquam tamen dixerunt hos conjuges separandos esse, sed eos, peraétâ pænitentiâ, ad communionem accipiunt.

(b) Doétrinam Ecclesiæ hâc de re sic enuntiat *EugeniusIVt».* "Declaramus non solum secundas, sed tertias et quartas atque ulteriores, si aliquod impedimentum non obstat, licite contrahi posse. Commendatiores tamen dicimus, si ulterius a conjugiis abstinentes, in castitate permanserint ". — Idem brevius tradit *Codex* (c. 1142).

(C) *Rat. theol.* Inspeélâ solum naturâ rerum, nil prohibet quin iteratæ nuptiæ liceant; nam, ex unâ parte, primum vinculum, mortuo altero conjugum, solutum fuit; et ex alterâ, novus consensus matrimonialis inter partes aliunde habiles præstari potest; immo quandoque ipsa natura suadet ut sive ad procreationem prolis, sive ad incontinentiam vitandam, novum ineatur fœdus.

§ IL De MATRIMONII INDISSOLUBILITATE.

912. Altera matrimonii proprietas est *indissolubilitas,* vi cujus vinculum inter conjuges initum non potest dissolvi nisi per mortem alterutrius conjugis 4. Huic indissolubilitati opponitur *divortium,* quod triplex distingui solet : divortium *quoad vinculum,* seu *plenum,* quo matrimonialis unio ita solvitur ut novæ possint iniri nuptiæ; divortium *quoad torum,* seu separatio a toro, ubi, manente conjugali nexu,

' ***I*** *Cor.,* VII, 39-40.

' Quoad præcipuos textus Patrum, qui repetitas nuptias damnare videntur, ci. Drouin et Perrone, l. cit. — 3 *Decret. proJacobitis.* — * *Codex,* c. 1118.

conjuges a debito conjugali reddendo immunes sunt; divortium *quoad habitationem*, quo conjuges ab obligatione simul cohabitandi liberantur. Hic de *divortio proprie diflo,* seu quoad vinculum, tantum agimus.

Triplex pariter matrimonium distingui solet : *legitimum,* quod inter duos infideles initur, salvis legibus tum divinis tum humanis ; *ratum,* seu receptum, quod inter fideles celebratur juxta leges divinas et ecclesiasticas, ideoque vere est sacramentum; *consummatum,* quod copulà carnali perfeétâ, ex se ad generationem aptâ, completur.

Quibus prænotatis, dicemus : i° de indissolubilitate matrimonialis vinculi ex *jure naturali;* 20 de eâdem indissolubilitate ex *jure divino;* 30 de casibus in quibus vinculum *solvi* potest etiam sub lege evangelicâ.

I. De indissolubilitate matrimonii ex jure naturali

913. i° Status quæstionis. (A) *Conspeflus historicus.* Plerique ethnici philosophi matrimonium jure naturali dissolubile esse censuerunt, divortiaque apud plerasquc Gentes in usu fuerunt[2].

Attamen, etiam apud quosdam Barbaros, unio matrimonialis fuit perpetua. Apud Graecos Romanosque, quamdiu mores florue-runt, pauca tantum fuére divortia; Romæ præsertim huic praxi quædam ignominiosa in communi existimatio inusta fuit, nec reprehensione caruit Spurius Carvilius, qui primus Romanorum refertur uxorem suam, sterilitatis causâ, dimisisse, ut aliam duceret. Tempore vero Imperatorum multiplicata sunt divortia. Christiana religio divortia abolere curavit, ut jam probavimus. Sed *Protestantes* divortiis iterum viam aperuerunt, docendo ea in nonnullis casibus licita esse; et *Rationalisiez* permulti docuerunt vinculi matrimonialis solutionem non solum licitam, sed etiam in multis casibus utilem et laudabilem esse ; inter quos : *Diderot* in Galliâ, *Werkmeister* et *Braun* in Gemnaniâ, *Bentham* in Angliâ, *Ferrari* in Italiâ aliique; hinc *Politici* in variis Statibus leges condiderunt

1 S. Thom., *Supp.,* q. 67, a. 1-2; *C. Gent.,* l. Ill, c. 123; Bellarm., c. 16; de Rastignac, *Accord de la rtvelation et de la raison contre le divorce,* 1790; Barruel, *Lettres sur le divorce,* 1789; de Bonald, *Du Divorce considéré au XIX* r., 1801; Home's, *Essays,* XIX; Carrière, n. 213 sq.; Perrone, lib. III, sed. II, c. 1, a. i; Palmieri, th. 16, 23; Woolsey, *Divorce ana Divorce Legislation,* 18S2, c. VI; Monsabré, *Carême* 1887, 86 87e Confdr.; P. Didon, *Indissolubilité et divorce* 5, 1880; Fonsegrive, *op. cit.,* p. 90. sq.; P. Coulet, *Ln stabilité dufoyer,* 1926.

2 De quo vide Westermarck, *op. cit.,* ch. 23, p. 486-502.

quibus divortia propter varias causas permissa sunt[1]. Expedit igitur ut exponamus quid de indissolubilitate matrimonii reéta ratio doceat.

914. (B) *Theologorum opiniones.* Jamvero certum est divortium permissum simpliciter *arbitrio conjugum,* ex quocumque motivo, juri naturali repugnare, cùm educatio prolis quamdam stabilem conjugum societatem requirat, (a) Sed si quæstio est de divortio *ab aufloritate publicA, propter graves rationes* concesso, nonnulli theologi, ut *Sanchez, Bellarminus, Swartz"*[1] negant illud prohiberi solo jure naturali; alii ex adverso, ut *Scotiis, Alph. Tostat, S.LigoriusZ* affirmant; alii tandem cum *Perrone* distinguunt, statuuntque matrimonii indissolubilitatem non pertinere ad jus naturale *primarium,* sed ex *secundario* jure profluere.

(b) Quæ quidem ultima sententia nobis ampleétenda videtur. Nam 1) ex unâ parte, matrimonii primarius finis, videlicet prolis procreatio et educatio, .etiamsi conjugale vinculum aliquando solvatur, striôie loquendo obtineri potest; immo in nonnullis casibus, v. g., quando uxor est

[1] Divortiorum numerum crescere ubi lex civilis divortio favet, experientia constat :

Ita, in *Statibus America /aderatis** secundum censum officialem recenter editum (1908), ter citius multiplicata sunt divortia quam civium numerus (cfr. Howard, *Is thefreer granting ofdivorce an evil?* in *American journal 0/ Sociology** may 1909; *The catholic Encyclopadia** Appleton, New-York, t. V, p. 66-69.,

An.	1867 recensebantur.divortia . . - .	• 9.936
	1887.....	27,919
	1897.....	44,699
	T00Ô — — — — — — —	72,062
	1916.....	112,036
	1923.....	**i65J39**
In *GalliA** an.	1**896**.....	• 7,051
	1906.....	10,573
	1920.....	28,702
	1921.....	31,949
	1923.....	23,599
	1928.....	18.822

Eumdem progressum invaluisse in aliis regionibus ostendit R. Lemaire, *Le Mariage civil*[1]* p. 197-198. Ibidem, p. 205, probatur pauciora esse divortia inter sponsos qui diutius simul vixerunt quam inter eos qui nonnisi paucis mensibus aut annis cohabitârunt.

[1] Sanchez, t. II, disp. XIII; Bellarm., c. IV, n. 2,; Swartz, *Instil, juris publici** part. II, tit. I, η. 3 sq.

[1] S. Alpbonsus, *Theol. moralis** 1. VI, η. *g$6* cum auéloribus ibi allegatis.

sterilis vel perpetuo morbo laborat qui matrimonii usum prohibet, primarius ille finis per divortium melius obtinetur; 2) ex alterâ autem parte, tot sunt prava conseôtarîa ex divortio dimanantia, præsertim *quoad prolem,* ut juri naturali secundario contrarium merito dicatur, prout modo declarabitur.

915. 20 *Thesis :* Indissolubilitas matrimonii, præsertim quando proles ex eo nata est, juri naturali secundario innititur, proindeque divortium, propter prava consectaria quæ inducit, rejiciendum est.

Id enim juri naturali secundario adversatur quod, etsi finem *primarium* matrimonii non destruat, prohibet tamen ne hic integre obtineatur, et insuper naturæ matrimonii repugnat, finibus *secundariis* valde nocet, *pravaque inducit consectaria* pro societate. Atqui ita est de divortio.

916.(A) Etsi enim *fini primario* non absolute obstet, ut diélum est n. 914, impedit tamen quin hic *integre* obtineatur. Nam primarius finis est *bona prolis educatio :* ad hoc enim principaliter institutum est connubium ut proles non solum generetur, sed reéte educetur, et ita promoveatur totius societatis et humanitatis bonum. Quare, etsi in certis casibus infelices essent conjuges simul vivendo, eorum privatae felicitati anteponi debet bona prolis educatio, quæ *commune* bonum respicitl.

Quibus notatis, facile evincitur divortium *bonæprolis educationi plerumque nocere,* (a) Infans enim *utriusqueparentis auxilio indiget* non solum tempore quo nascitur, sed per multos annos (supra, n. 893) : 1) initio quidem a matre enutritur, sed pater debet simul matri necessaria vitæ suppeditare; crescentibus filiis, ad eorum educationem desiderantur non solum matris suavis amor et provida cura, sed etiam patris severa au&oritas eximiaque prudentia. Porro ad hoc requiritur stabilis, immo, ex communiter contingentibus, *perpetua* conjugum unio; nam, antequam omnium infantium perfeéta fuerit educatio, quæ sæpe etiam ultra vigesimum annum protrahi debet, plerumque parentes, jam

' Fonsegrive, *op. cit.,* p. 283-294 et 310-319.

ætate proveéti, non amplius erunt ad novum matrimonium habiles. 2) Præterea, si novum ineant fœdus, filii vel patri vel matri adhaerebunt : si *prius,* tenero matris amore carebunt, multaque ex invidiâ novercae patientur, quæ, propriis natis intenta, illos negliget vel etiam variis modis affliget; si *posterius,* paterni amoris fruitione privabuntur eo tempore quo ejus curâ magis indigebunt, et multa forsan patientur ex parte secundi mariti, qui timet ne proprii filii negligantur; ergo in quâlibet hypothesi, eorum educatio imperfecta erit.

(b) Aliunde proles, ut reôte educetur, non tantum familiâ, sed etiam *suA* familia indiget, cùm paternus amor delegari non possit.

917. (B) Divortium pariter impedit quin *integre* serventur *natura* et *æqualitas* contraêlûs : (a) Matrimonium enim *suâ naturà* postulat perpetuitatem : ambo enim conjuges copula fiunt *una caro,* et filios generando novo et arétissimo vinculo colligantur, nempe prole genitâ quæ utrique parenti communis est et a quâ neuter separari potest quin aliquid sui amittat : si igitur, vivente altero conjuge, novæ ineuntur nuptiæ, dividitur quod natura tam arête conjunxerat, (b) Insuper *æqualitas contraTils* exigit ut unus conjugum in pejori non sit conditione ac alter; atqui, divortio occurrente, hoc moraliter est impossibile; vir enim nihil aut parum dignitatis suæ amisit, et facile novum foedus inire potest, dum mulier, quæ per plurimos annos nupta fuit, filiosque procreavit et enutrivit, postquam a viro dimittitur, plerumque a suâ dignitate excidit, decorem et fecunditatem amisit, et vix sperare potest ut novum matrimonium contrahere possit. "Si quis igitur, ait S. *Thomas*,* mulierem assumens tempore juventutis, quo et decor et fecunditas ei adsunt, eam dimittere posset postquam ætate proveéta fuerit, damnum inferret mulieri contra naturalem æquitatem".

918. (C) Divortium *finibus secundariis* nocet, nempe *verce felicitati conjugum :* (a) *Favet conjugiis disparibus et festinanter initis ;* nam, si fas est matrimoniale vinculum post aliquod tempus rumpere, multi corde levi, absque diligenti et maturâ consideratione, matrimonialem statum ingredientur 2, dum majori curâ et nonnisi re diligenter perpensâ con-

jugia instituentur, si cognoscitur ex conjugis eleélione *perpetuavi* felicitatem aut infelicitatem pendere. Jamvero nihil magis unioni conjugum nocet quam illa connubia quibus sponsi animo, dispositionibus et conditione dispares, cæco impellente amore seu potius passione, simul conjunguntur.

(b) *Mutuum amorem restringit;* in eo siquidem praecipue consistit conjugum felicitas ut *amore perpetuo* intime unian-tur, et sint cor unum et anima una, sicut sunt una caro; hinc, naturâ duce, sibi invicem spondent *amorem æternum,* et in illo amore miseriarum levamen felicitatemque inveniunt; nam ubi amatur, non laboratur, aut si laboratur, ipse labor amatur. Atqui illa intima animorum conjunétio vix cum divortii facultate subsistere potest ; verus enim amor perpetuus esse vult, et statim ac amicum infidelem fore probabiliter suspicamur, jam cessamus eum singulariter diligere. Quis igitur intime conjugi adhaerebit, qui post aliquot annos, et forsan post aliquot menses, ab eo separari exspeélat? Nonne hujusmodi suspiciones hanc perfectam amicitiam destruent vel retardabunt?

"Amicitia quanto major est, ait S. *Thomas,* tanto debet esse firmior et diuturnior. Inter virum autem et mulierem maxima amicitia esse videtur; adunantur enim non solum in aétu carnalis copulae, quæ etiam inter bestias quamdam suavem societatem facit, sed etiam ad totius domesticæ conversationis consortium ; unde, in signum hujus, homo propter uxorem, etiam patrem et matrem dimittit... Conveniens igitur est quod matrimonium sit omnino indissolubile

parœciæ juvenibus habitos fuisse, a quodam ministro mihi renuntiatum fuit". Woolsey, protestans, *op. cit.,* p. 277.

' *C. Gent.,* 1. III, c. 123. — Nec dicatur non licere homini votis perpetuis se obstringere, cùm sit naturâ inconstans et mutabilis; nam, ut redle ait Paul Janet *(La Famille,* p. 300), perpetuitas vinculi amoris naturæ non adversatur, sed potius favet : " Adeo amoris natura perpetuitatem postulat, ut nihil amans auderet exposcere, quin perpetuitatem promitteret. Jurejurando fidem in sternum firmare, eamdemque, etiam ciirn fiile loquitur, simulare, primi sunt amoris aétus : qui si deficiant, operam perderet. — Cordis jura et votorum perpetuitatem objiciunt. Amoris jura ad conjugum unionem adstringendam, minime ad dissolvendam libenter agnoscimus. Libertati fidelitatem opponamus; atque ita præclariorem dignitatem, fulgidioremque gloriam cor sibi vindicabit, quam si fas esset alteri prout libuerit adhærere, et amoris objeilum continue permutare... Fateor vero, nonnisi ob gravia argumenta, indissolubili vinculo cor esse vinciendum. Hæc autem duo inconcussa mihi videntur : uxoris dignitas filiorumque bona educatio".

(c) *Leves discordias adauget,* propter spem felicitatis in alio connubio inveniendae. Siquidem societatis domesticae maxime interest ut conjuges multa sibi condonent, alter alterius defeôhis patienter ferant, immo mutuis obsequiis se invicem praeveniant. Porro si matrimonium est indissolubile, timent conjuges ne per discordias gravissimum et intolerabile fiat jugum quod excutere non valent, magis patienter mutuos sibi condonant defeôtus, et, ut ait poeta, *fit levius patientiâ quidquid corrigere est nefas;* ex adverso autem spes divortii ad dissensiones, jurgia et adulteria provocat ; qui enim cogitat de novo meliorique conjuge inveniendo, extraneo amore cito captus erit, et, ut matrimonium sibi onerosum disrumpat, contumeliis, vituperationibus, verberibus, adulteriis indulgebit, ita ut, teste experientiâ, divortium sit maximorum criminum occasio et causa

Nec dicatur adulterium esse tam turpe et nefarium, ut saltem propter illud crimen solvi debeat matrimonii vinculum; nam, si res ita se habeat, haud raro adulteria committentur eo fine ut divortium obtineatur, ut jurisperiti experientiâ nôrunt'; expedit igitur ad bonum publicum ut vel conjuges pacifice cohabitent, vel separentur quoad torum et habitationem, absque spe novas nuptias ineundi.

919. (D) *Prava consePtaria pro societate* divortium inducit : (a) *pacem familiarum disturbat;* matrimoniis enim

' "Quot futilia jurgia, quot tædia facili oblivione conterunt qui communi tantum pollent prudentia, hâc potissimum ratione duéti quod necessario vita communis agenda sibi sit perpetuo l Minusculæ illæ dissensiones in summam invidiam cessissent, facilis divortii spe ad supremum gradum perduélâ. Itaque perpendendum nobis est nihil periculo plenius quam duos ita intime copulare, ut vir et uxor copulantur inter se, quin hanc unionem perfe&am et indissolubilem reddamus. Minima separationis probabilitas dissensionum et suspicionum fons evaderet uberrimus, uxor de suo statu minus tuta separationis consilium animo quotidie agitabit, et vir sibi tantum consulens majorique fretus potestate in majus discrimen unionem adduceret". (Hume, *Essay* XIX).

' ''Omnibus compertum est desiderium ab eo statu qui gravis faétus sit sese eximendi, plures homines et nonnullas fœminas ad eam vitæ rationem adducere quæ divortium pariat, aut saltem suadeat illud, si contingat, conjugibus ingratum non fore. Virum aliquando adulteratum fuisse, divortii obtinendi causa, ex pluribus de divortio latis judiciis, cancellarius Kent merito adnotavit. Apud alias gentes matrimonii historia nos admonet eo scelestos augeri mores quo plures præsto sunt divortii causæ, quæ nedum prohibeant, immo viam divortio parant". (E. Phelps, *Forum,* Dec. 1889, p. 363; cf. Woolsey, *op.*

familiæ inter se coadunantur, lites, et inimicitiae exstinguuntur, concordiæ vincula inter varia societatis membra efformantur; ex adverso autem, ex divortio divisiones oriuntur, odia et vindiétæ inter duas vel plures familias per multos annos vigent, et, si multiplicantur, pax ipsa societatis turbatur.

(b) *Mores corrumpit;* nam facultas divortii paulatim matrimonium vertit in concubinatum : datâ enim hominis inconstantiâ, conjugale vinculum non semel, sed ter, quater aut etiam pluries abrumpi potest, eo magis quia inconstantia repetitis a&ibus crescit; quod jam evenisse historiâ constat : *Seneca* enim de his uxoribus loquitur quæ " non consulum numero, sed maritorum, annos suos computant " J; et *Juvenalis'2* ait : "Sic fiunt ocio mariti, quinque per autumnos : titulo res digna sepulcri Idem se habet nostris diebus apud tribus aut gentes ubi viget divortium 3. Jamvero quid sunt matrimonia per duos aut tres annos tantum duratura, nisi palliatus concubinatus?

Nec dicere juvat per divortium minui discordias et separationes : nam indubitatis faétis constat has increvisse ubi divortia permissa sunt, et quotidie invalescere. Praeterea lex hujusmodi occasionem præbet multis criminibus, praesertim vero adulterio, quod a nonnullis committitur vel permittitur eo fine ut facilius conjugale vinculum coram tribunalibus solvi possit. Jamvero quis est qui non videat hisce omnibus mores paulatim corrumpi?

Quae quidem omnia sic dilucide exponit *Leo* ΛZZ7 (Encycl. *Arcanum)* : " At vero quanti materiam mali in se divortia contineant, vix attinet dicere. Eorum enim causâ fiunt maritalia foedera mutabilia; extenuatur mutua benevolentia; infidelitati perniciosa incitamenta suppeditantur; tuitioni atque institutioni liberorum nocetur, dissuendis societatibus domesticis praebetur occasio; discordiarum inter familias semina sparguntur; minuitur ac deprimitur dignitas mulierum, quæ in periculum veniunt ne,cùm libidini virorum inservierint, pro dereliétis habeantur. Et quoniam ad perdendas familias, frangendasque regnorum opes nihil tam valet quam corruptela morum, facile perspicitur prosperitati familiarum ac civi-

' *De Beneficii^* 1. **Ill,** c. 16. — 3 5α/., **VI,** v. 229.

3 Ad rem **Westermarck,** *op. cit.,* p. 488 : " Au Caire, selon **M. Lane,** il **n**'y a que peu de gens qui n'aient pas divorcé une fois, s'ils ont été mariés quelque temps; et beaucoup d'hommes, en Egypte, ont épousé vingt, trente femmes ou plus; tandis qu'il y a des femmes, peu avancées en âge, qui ont été femmes successivement de douze hommes ou même plus".

tatinn maxime inimica esse divortia, quæ a depravatis populorum moribus nascuntur, ac, teste rerum usu, ad vitiosiores vitæ privatæ et publicæ consuetudines aditum januamque patefaciunt. Multoque esse graviora hæc mala constabit, si consideretur, frenos nullos futuros tantos, qui concessam semel divortiorum facultatem valeant intra certos, aut ante provisos limites coercere. Magna prorsus est vis exemplorum, major cupiditatum : hisce incitamentis heri debet ut divortiorum libido latius quotidie serpens plurimorum animos invadat, quasi morbus contagione vulgatus, aut agmen aquarum, superatis aggeribus exundans".

920. *Objiciunt* adversarii non paucos conjuges vitam miserabilem ducere, nisi ab invicem separentur, nec sæpe separationem sufficere, sed facultatem requiri novas nuptias ineundi, ut ita vitentur non tantum conjugum perpetua infelicitas, sed etiam adulteria et scandala.

Resp. (a) Norma morum non est privatorum felicitas, sed reélæ rationis diétamen, quod, ex jam diétis, vinculi perpetuitatem postulat præsertim ad bonam prolis educationem, quæ est unus e primariis finibus matrimonii (n. 916), et ad vitanda innumera mala pro familiâ et societate (n. 919). Quamvis igitur quidam privati multa et ardua pati debeant ex indissolubilitate contraélûs, non ideo lex mutanda est quia *bonum morale bono temporali* et *bonum publicum bono privato anteponi debet,* (b) Adulteria autem et scandala, quæ ex perpetuitate vinculi oriri dicuntur, non rariora sed frequentiora evaserunt in Galliâ aliisque regionibus a tempore quo divortia lege permissa sunt, ut experientiâ constat[1]; nec mirum, cùm spes ad novas nuptias transeundi concupiscentiam non exstinguere sed potius inflammare soleat

Prudentia igitur postulat ut alia remedia adhibeantur, nempe vel Christiana patientia, vel secessio temporanea : tempus enim multa vulnera sanat, et sæpe longa patientia animorum dissensiones minuit vel penitus tollit, præsertim si virtute religionis juvetur :"quæ efficit ut vitia, si quæ sint in personis, ut distantia morum et ingeniorum, ut curarum maternarum pondus, ut educationis liberorum operosa sollicitudo, ut comites vitæ labores, ut casus adversi, non solum moderate, sed etiam libenter perferantur.

[1] Quod probat Fonsegrive» *op. cit.y* p. 203
* Leo XIII, *Encycl. Arcanum,*

II. De indissolubilltate matrimonii ex Jure divino'.

921. Inter Christianos communiter agnoscitur matrimonium ab initio fuisse indissolubile, tempore autem legis mosaicæ sub certis conditionibus dissolvi potuisse, sed ad primævam indissolubilitatem a Christo revocatum fuisse. Attamen *Græci schismatici* et *Protestantes* docent matrimonium, etiam quoad vinculum, solvi posse per adulterium, aut etiam, juxta multos, propter obstinatam desertionem alterutrius conjugis 23

922. *Thesis Ia* : Matrimonium ex primævà Dei institutione indissolubile fuit, sed sub lege mosaicà per libellum repudii dissolvi poterat, etiam in foro conscientiæ, sub certis quibusdam conditionibus. Ita communiter.

(A) *Prius* probatur, (a) Interrogantibus enim Pharisæis num liceat homini uxorem dimittere quâcumque ex causâ, Christus respondet Deum ipsum auétorem esse matrimonii, neque homini licere hanc unionem dissolvere : " Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet". Illis autem objicientibus libellum repudii a Moyse fuisse permissum, Dominus addit : " Quoniam Moyses *ad duritiam cordis* vestri permisit vobis dimittere uxores vestras : *ab initio autem non* Quæ quidem verba manifeste supponunt ab initio non ita matrimonium institutum fuisse ut viro licentia daretur repudiandi uxorem. (b) Quod a *Triden-*

1 S. Thom., *Supp.y* q. 67; Sanchez, 1. X, disp. I; Drouin, 1. IX, q. IV, c. 1; Bellarminus, c. 16; Billuart, diss. V, a. 2, Digressio histor.; Carrière, n. 228 sq. ; Perrone, 1. III, secfL 2, c. 1-4; de Augustinis, a. 8; Palmieri, th. 17-22; T. Woolsey, *op. ci/.,* c. 1 ; J. Cauvière, *Le Lien conjugal et le Divorce,* Paris, 1890; *Congrès scient, internai.* 1894, Sc. jurid., p. 133 sq.

* Quoad doArinam Græcorum hâc de re, vide Jos. Selinger, *Divorce* a vinculo *in the schismatical churches,* in *Amer. Eccles. Review,* apr. 1892, p. 264 sq. Protestanlium autem dodlrinam sic exhibet Confessio fidei *IVestmonasteriensis* (cap. XXIV, 5-6) : " Quod si adulterium post conjugium admittatur, licebit parti innocenti divortium lege postulare ac obtinere; atque quidem post faéhirr divortium conjugio alteri sociari, perinde ac si mortua esset persona illa quæ conjugii fidem violabat... Nihilominus tamen extra adulterium ac desertionem ita obstinatam, ut cui nullo remedio, nec ab Ecclesia nec a Magistratu civili subveniri possit, sufficiens causa nulla esse potest conjugii vinculum dissolvendi ". (Ap. Schaff, *Creeds,* vol. III, p. 656).

3 *Matt.,* XIX, j sq.

*tinol** confirmatur : "Matrimonii perpetuum indissolubilemque nexum primus humani generis parens divini Spiritûs instinôlu pronuntiavit, cùm dixit : Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne meâ ",

923. (B) *Posterius* constat; legitur siquidem in *Deut.* : " Si acceperit homo uxorem, et habuerit eam, et non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam foeditatem, scribet libellum repudii, et dabit in manu illius, et dimittet eam de domo suâ. Cùmque egressa alterum maritum duxerit, et ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudii, et dimiserit de domo suâ, vel certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in uxorem Jamvero his verbis vel conceditur, vel jam concessa supponitur facultas divortii quoad vinculum ; nam uxor dimissa exhibetur ut alteri viro nubens, et insuper Sacerdotes prohibentur mulierem repudiatam ducere 3 ; ex quo eruitur hoc aliis fuisse permissum.

(a) Disputatur vero inter Patres et theologos utrum hujusmodi concessio in foro externo tantum, an etiam in *foro interno* valeret4. *Probabilior* nobis videtur opinio affirmans hanc fuisse veram permissionem *in foro conscientia validam :* 1) qui uxorem dimissam ducit, vocatur *maritus* et potest ipse dare libellum repudii : quod jus soli legitimo competebat marito; præterea prior maritus prohibetur uxorem dimissam denuo recipere; porro, si vinculum non vere solutum fuisset, cur ista prohibitio; 2) si permissio hujusmodi non valuisset in conscientia, lex multis adulteriis occasionem praebuisset; iniquissima fuisset mulierum conditio, cùm, post acceptum repudii libellum, perpetuo continentiam observare debuissent; 3) tandem Judaei omnes hanc interpretationem amplexi sunt, et licet duæ scholæ, *Shammai* et *Hillel,* de causis propter quas divortium concedi possit disputarent5, in hoc tamen consentiebant quod quandoque liceret.

(b) Nonnisi sub certis quibusdam *conditionibus* concedebatur facultas divortii : 1) non uxori, sed tantum viro competebat; immo viro non permittebatur quando, ante matrimonium, cum uxore

1 Sess. XXIV, cap. unie., Denz.-Bann., 969 (846).

' *Deut.,* XXIV, i sq. — 3 *Levit.,* XXI, 7.

4 5. *Bonavenltira, Sotus, Estius, Sylvius, Card. Billot,* putant divortium solummodo *civiliter* toleratum fuisse, ideoque a pœnâ civili non autem a peccato immune; quæ tamen opinio minus probabilis videtur.

5 Secundum *Hillel,* causa sufficiens erat quælibel res marito displicens, ut si uxor negligenter cibos præparasset; sed, juxta scholam *Sharnvtai,* requirebatur quædam impudicitia ex parte uxoris.

commercium carnale habuerat, vel eam injuste accusaverat quod non esset virgo 2) Praeterea non qualibet de causa vir uxorem dimittere poterat, sed solum propter aliquam *foeditatem fervat dabar}* quæ vox designabat aliquid turpe et inhonestum. 3) Nec eam dimittere licebat sine *libello repudii scripto,* per quod non solum providebatur statui uxoris, sed difficilius evadebat divortium. 4) Tandem, quando mulier sic repudiata novum inierat matrimonium, a priori marito non poterat denuo m uxorem recipi : quo fiebat ut vir magis caute ageret. Hisce variis formalitatibus legislator sacer satis ostendebat divortia esse quid minus perfectum, eaque intra certos limites coarétabat.

Ratio autem cur Deus talem facultatem dederit, his verbis Christi indicatur " *ad duritiam cordis",* seu, ut explicat *Thomas'l* " propter majus malum cohibendum, scilicet uxoricidium, ad quod Judæi proni erant propter corruptionem irascibilis".

924. *Thesis XI* : Matrimonium fidelium, ratum et consummatum, non potest, sub lege evangelicà, quoad vinculum dissolvi, etiam propter adulterium. Certum est et fidei proximum contra Græcos et Protestantes ex *Tridentino3* : " Si quis dixerit Ecclesiam errare, cùm docuit et docet, juxta evangelicam et apostolicam doétrinam, propter adulterium alterius conjugum matrimonii vinculum non posse dissolvi; et utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero conjuge vivente, aliud matrimonium.contrahere; moecharique eum qui,dimissâ adultéré, aliam duxerit; et eam quæ, dimisso adultero, alii nupserit; A. S.",

Canon *directe* dirigitur contra Protestantes, qui Ecclesiam Catholicam erroris hâc de re accusabant; proindeque *de fide est* Ecclesiam non errare dum docet, propter adulterium, matrimoniale vinculum dissolvi non posse ; *indirecte* tantum contra Græcos, quia Concilium noluit eorum opinionem ut hæreticam damnare4, proptereaque talem formulam adhibuit quæ in tuto ponit doétrinam Ecclesiæ, quin hæc tanquam de fide proponatur; nam aliud est definire *Ecclesiam non errare cùm docet,* aliud dicere *id quod docet esse defide* : Ecclesia enim docere potest veritates quæ sunt certæ, licet non sint de fide.

' *Dezit.,* XXII, 19, 29. — ' *Supflem.,* q. 67, a_ 3.

3 Sess. XXIV, can. 7.

4 Juxta Pallavicini *{Hist. Concil. Trid.,* l. XXII, c. 4, n. 27) canon prius ita fuerat confectus ut etiam Græcos anathemate percuteret; sed, postulantibus Venetis oratoribus, reformatus est qualis nunc exstat, ne novum obstaculum Græcorum unioni apponeretur

Diximus in propositione "matrimonium *fidelium* ratum *consummatum"yt\\x\a.* si agitur de matrimonio infidelium, vel de matrimonio fidelium rato tantum et non consummato, exceptiones adesse possunt, ut infra declarabitur.

925. (A) *Script,* (a) Tribus in locis *Christus* aperte declarat adulterium committi ab eo qui dimissam uxorem ducit : " Ego autem dico vobis : quia omnis, qui dimiserit uxorem suam, exceptâ fornicationis causâ, facit eam moechari : et *qui dimissam* duxerit, adulterat " 1 ; " Omnis, qui dimittit uxorem suam, et aliam ducit, moechatur : et qui dimissam a viro ducit, moechatur"2.* Atqui, si matrimomium posset dissolvi quoad vinculum, adulterium minime committeretur ab eo qui dimissam uxorem duceret.

(b) Idem clare eruitur ex verbis *Apostolis* .· " Iis autem qui matrimonio jundti sunt, praecipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere ; quod si discesserit, *manere innuptanty* aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat Porro hæc verba prorsus generalia sunt et manifeste supponunt uxorem dimissam, ob quamcumque causam, non posse iterum nubere.

Opponuntur quidem verba Domini : " Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mcechatur : et qui dimissam duxerit, moechatur "4; ex quibus tum Græci tum Protestantes colligunt in casu fornicationis, seu adulterii, matrimoniale'vinculum solvi posse.

Resp. Fatemur equidem hujusmodi textum, si solus sumitur, absque contextu et locis parallelis, obscurum esse, et utrove sensu intelligi posse; sed, inspeétis contextu et parallelis locis, de divortio quoad vinculum intelligi non posse, sed de solâ dimissione sine solutione vinculi. 1) Quod *ex contextu* apparet. Pharisæi enim Christum interrogabant de solâ dimissione; cùm enim inter se disputarent utrum liceret dimittere uxorem propter quamlibet causam, an propter adulterium tantum, Christus respondet ob solam fornicationem uxorem dimitti posse (in perpetuum); et quia abolere volebat divortium a vinculo, addit non licere, etiam in hoc casu, dimissam uxorem ducere sub pœna adulterii. Aliis verbis, verba " *nisi obfornicationem* " propositionem *incidentem* constituunt, quæ ad præcedentia verba "*dimiserit uxorem"* refertur, non autem ad sequentia " *et aliam duxerit"y* ita ut sensus sit : quicumque dimise-

l Matt.y V, 32. — ' *Luc.t* XVI, 18; cf. *Marc,y* X, 11-12.
s ***I*** *Cor.y* VII, 10.
4 Matt., XIX, 9; cfr Fillion, *Evang. selon S. Matthieu,* in h. loc.

rit uxorem suam (quod quidem non licet nisi ob fornicationem), et aliam duxerit, mcechatur. Proinde fornicatio seu adulterium est quidem sufficiens ratio cur uxor dimittatur, seu separatio fiat *a mensâ et toro,* sed non cur novum fcedus ineatur Revera paulo ante dixerat : " quod Deus conjunxit, homo non separet ", et declaraverat libellum repudii non amplius concedi sub N. Lege, his verbis satis ostendens matrimoniale vinculum nullo in casu solvi. 2) Accedunt *loca parallela* jam citata, in quibus sine ullà restriébone asseritur eum qui dimittit uxorem et aliam ducit, adulterium committere, et iterum eum qui dimissam uxorem ducit, moechari. Jamvero principium est inconcussum obscura loca per alia clariora intelligenda esse'. Tandem omne dubium, si quod remaneret, catholici traditione tollitur.

926. (B) *Tradit.* Tria tempora in historiâ hujus dogmatis distinguere licet.

(a) Certum est Patres, *tribusprioribussæciilis,* ore *unanimi* docere matrimonium christianum esse indissolubile, etiam in casu adulterii. Pauca sufficiat referre testimonia[3].

Hernias siquidem hæc habet de ratione agendi erga mulierem adulteram[4] : " Quid igitur, inquam, domine, faciat maritus, si uxor in hàc libidine permanserit? Dimittat eam, inquit, et vir maneat secum; si vero uxore dimissâ aliam duxerit, et ipse adulterium committit. " Eodem sensu scripserunt 5. *Justinus Athenagoras Clemens Alex.* aliique multi. — Etsi vero Patres hâc de re consentirent, quidam ecclesiæ reétores, teste *Origene,* aliquando divortium lege civili permissum toleraverunt, ad vitanda pejora mala. Quos vituperat dicens : " Contra Scripturæ legem, vivente viro nùbere quidam ecclesiæ restores permiserunt, agentes contra id quod scriptum est : Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit. "

* Quod analogia illustrari potest. Supponatur lex quædam sic concipi : " Quicumque filium suum percusserit, nisi ob grave delirium, eumque occiderit, punietur sane propositio incidens in hoc casu priorem tantum sententiae partem afficit, non posteriorem; neque licebit concludere patrem posse, ob gravia delifta, filium occidere. Cfr. René de Kerallain, *Revue gin. du droit,* 1884, p. 481.

' Quod nonnulli Protestantes intellexerunt, v. g. E. J. Phelps, *Forum,* Dea 1889, p. 359.

3 Rem penitus discussam vide apud Perrone, l. III, c. 3; Roskovany, *De Indissolubilit. matrimonii,* c. IV, Doilrina Ecclesiae, § 101 sq. Cfr. A. Esmein, *Le Mariage en Droit Cationique,* Paris, 1891, t. II, p. 48 sq.; Watkins, *op. cit.,* p. 198 sq.; *Diet, de Thiol. {Vacant},* t. I, verbo *Adultère.*

4 *Pastor,* Mandat. 4, n. 6, p. 475 ed. *Funk.*

s *Apol. I,* n. 15, *Apol. II,* n. 2, *P. G.,* t. VI, p. 350.

6 *!-*&· Pr0 christ.,* n. 32.

7 *Stromai.,* l. II, c. 23, *P. G.,* t VIII, p. 1095.

Eos tamen aliquo modo excusat, quin eorum agendi rationem approbet : " Non omnino tamen permiserunt sine ratione ; hæc enim contra legem ab initio latam et scriptam, ad vitanda pejora, alieno arbitrio morem gerentes, eos permisisse verisimile est"* Ita via parabatur, in Ecclesiâ græcâ, abusibus sequioris ævi.

(b) *A quarto sæculo ad decretum Gratiani* (1145), distinguendum est inter Orientalem et Occidentalem Ecclesiam.

1) In *Oriente* nonnulli scriptores, nimis facile assentientes legibus civilibus, quæ divortium propter adulterium, longam mariti absentiam, aliasque causas permittunt, primum timide, postea vero audacius, divortium tolerandum esse docuerunt, dissimulantibus posteaque etiam probantibus episcopis, præsertim post consummatum schisma'. Quos abusus non semel improbavit S. Sedes, et in *C. Florentino,* ubi agebatur de unione cum Romanâ Ecclesiâ, *Eugenius IV* in decreto ad Armenos doélrinam de matrimonii firmitate iterum declaravit : " Quamvis autem ex causâ fornicationis liceat tori separationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cum matrimonii vinculum legitime contraéti perpetuum sit". Græci ad tempus huic declarationi assensum præbuerunt, nec, quando de unione agebatur, inter causas dissensionis hanc commemoraverunt; sed, paulo post, ad suam praxim reversi sunt. Hodie etiam nonnulli Orientales, qui catholicam fidem amplexi sunt, quamvis speculative doélrinam nostram admittant, in praxi divortium propter adulterium tolerant.

2) In Ecclesiâ *Latinâ,* quæ imperatoribus, præsertim in rebus fidei ac morum, fortiter restitit, firmitas matrimonialis vinculi feliciter servata est. Quamvis enim jus civile divortium permitteret, Patres ejus vim ct auctoritatem admittere noluerunt, 5. *Hieronymo* assentientes, qui scribebat 3 ; " Aliæ sunt leges Cæsarum, aliæ Christi, aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcipit... Apud nos, quod non licet feminis, æque non licet viris, et eadem servitus pari conditione censetur". Quod præsertim obtinuit in Italiâ, ubi Romani Pontifices matrimonii indissolubilitati tam sedulo invigilarunt, ut etiam Protestantes fateantur Ecclesiam hâc de re nullomodo vacillavisse 4 Ita *Innocen-*

' Origenes, *honiil.* 14 in Matt., n. 23, *P. G.,* t. XIII, p. 1246.

* Cfr. Perrone, *op. cit.,* t. III, p. 359-376; Watkins, *op. cit.* p. 346-362.

' *Ep.* 77 ad Oceanum, n. 3, *P. L.,* t. XXII, p. 691.

4 Ita Watkins, *op. cit.,* p. 380, qui tamen addit unicum Pontificem, *Gregarium II,* unicam exceptionem in casu particulari admisisse; de hoc casu, qui bigamiam potiusquam divortium spe&at, jam diximus supra, n. 908; hic addere sufficiat alibi, in *Instructione matrimoniorum* (an. 722), eumdem Gregorium

fius f, an. 405, ad Exsuper., ep. Tolos. l : " De his etiam requisivit dileélio tua qui, interveniente repudio, alii se matrimonio copulârunt. *Quos in utrâque farte adulteros* esse manifestum est. Qui vero vel uxore vivente, quamvis disassociatum videatur esse conjugium, ad aliam copulam festinârunt, neque possunt adulteri non videri ". Hæc epistola sæpe a Rom. Pontificibus tanquam norma sequenda allegata est.

In Galliâ autem, Hiberniâ et Angliâ, pauca fuerunt particularia concilia quae, regum ac civilium legum auctoritati plus æquo faventia, aliquas divortii causas admiserunt, ut adulterium incestuosum, lepram incurabilem, ingressum unius conjugis in religionem Sed cetera concilia provincialia omnem divortii causam rejecerunt atque vinculi firmitatem contra plebis mores dissolutos ac principum vexationes constanter propugnaverunt.

(c) Tandem, a tempore *Gratiani,* nullæ variationes, in Ecclesiâ *latinâ,* etiam in particularibus Conciliis, inveniri possunt Auéioritas enim *Decreti* ubique recepta fuit; jamvero de indissolubilitate matrimonii hæc habet : " Vinculum conjugii fornicatione dissolvi non potest. Nullâ ratione dissolvitur conjugium quod semel initum probatur. Moechatur qui a viro dimissam ducere præsumit Nec sane nimis laudari potest indomita firmitas *Ecclesiæ,* quæ perpe-

aperte mentem suam expopere de perfeétà matrimonii indissolubilitate, ut videre est apud Mansi, L XII, p. 259.

l *P. L.,* t. XX, 500.

' Ita *Synodus Vermeriensis* (753) et Cone. *Comfediense* (756) sub Pippino rege habitum, ap. Harduin, t. III, p. l sq., 2005 sq. ; Synodus secunda 5. *Patricii,* ap. Mansi, t. VI, p. 526, quæ, licet S. Patricio adseribi non possit, est tamen valde antiqua; *Pcmitentiale Theodori,* ap. Haddan and Stubbs, *Councils,* vol. Ill, p. 188. — Nonnulli theologi, ut *Perrone,* prxfatos canones in catholicum sensum intelligere conati sunt, sed incassum, ut cuicumque eosdem attente legenti patebit. Ut unum afferamus exemplum, sic se habet can. 9 Concil. Vermeriensis : " Si qui, necessitate inevitabili cogente, in alium ducatum seu proviuciam fugerit, aut seniorem suum, cui fidem mentiri non potest, secutus fuerit, et uxor ejus, cùm valet et potest, amore parentum aut rerum suarum, eum sequi noluerit, ipsa omni tempore, quamdiu vir ejus, quem secuta non fuit, vivit, semper innupta permaneat. Nam ille vir ejus, qui necessitate cogente in alium locum fugit, si nunquam in suam patriam se reversurum sperat, si se abstinere non potest, aliam uxorem cum pænilentiâ potest accipere. " Nec mirum est pauca errâsse particularia concilia, cùm sola Ecclesia universalis, per Concilium œcumenicum aut per R. Pontificem loquens, sit infallibilis Cfr. Perrone, *op. cit.,* p. 323-359; Walking *op. (it.,* p· 362-437·

tuitati conjugiorum tuendæ semper intenta fuit, leges civiles de divortio palam reprobans, Protestantium hæresim de repudiis anathemate percellens, principibus potentissimis resistens, dum divortia a se fatSla ab Ecclesiâ approbari minaciter peterent.

" Quam ad rem, ait *Leo XIII*[1], omnis admirabitur posteritas inviéti animi documenta a Nicolao I edita adversus Lotharium; ab Urbano II et Paschali II adversus Philippum I regem Galliarum; a Cælestino III et Innocentio III adversus Philippum II principem Galliarum; a Clemente VII et Paulo III adversus Henricum VIII; denique a Pio VII sanétissimo fortissimoque Pontifice adversus Napoleonem I, secundis rebus et magnitudine imperii exsultantem

III. De casibus in quibus solvi potest matrimonium.

Matrimonium *fidelium ratum* et *consummatum,* ex diétis, nullâ auéloritate humanâ solvi potest; sed matrimonium ab *infidelibus* contraélum, cùm non sit sacramentum, eamdem firmitatem non habet; item matrimonium fidelium *ratum* quidem, sed *non consummatum,* duplici modo solvi potest, per religiosam professionem et dispensationem S. Pontificis. De quibus nunc breviter disserendum.

i° *De privilegio Paulino* 2.

927. *Thesis :* Matrimonium infidelium, etiam consummatum, solvi potest quoad vinculum, si, uno ad fidem converso, alter nolit cohabitare pacifice, vel sine Creatoris injurià aut damno spirituali fidelis. Certum est ex declaratione *Innocenta III*3.· " Si alter infidelium conjugum ad fidem catholicam convertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemiâ divini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente; qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit : et in hoc casu intelligimus quod ait Apostolus : si infidelis discedit,

* Encycl. *Arcanum.*

3 S. Thom., *Supplem.,* q. 69, a. 5; Sanchez, l. VII, disp. 74; Drouin, l. IX, q. IV, c. 1, § 3, dic. 2; Billuart, Diss. V, a. 2, § 2; Benedictus XIV, *De Synodo,* l. VI, c. 4, n. 3; J. Leplat, *Collectio variarum dissertationum casum Apostoli illustrantium;* Carrière, n. 256 sq.; Perrone, l. II, se&. I, c. 7, a. 2; Palmieri, th. 26-27; Watkins, p. 438 sq. ; Wernz, n. 701-705.

3 *Decretal.,* l. IV, tit. 19, c. 7. Cf. *Codex,* c. 1120-1126.

discedat... ". — Privilegium de quo agitur vocatur *Paulinum,* utpote a S. Paulo promulgatum, aut etiam *privilegium fidei,* quia in favorem fidei fuit concessum.

928. (A) *Script.* Paulus, post promulgatam legem generalem indissolubilitatis matrimonii, hæc addit : " Nam ceteris ego dico, non Dominus x. Si quis frater uxorem habet infidelem, et hæc consentit habitare cum illo, non dimittat eam... Quod si infidelis discedit, *discedat : non enim servituti subjectus* est frater aut soror in hujusmodi " 23 Jamvero his verbis Apostolus concedit facultatem solvendi vinculum matrimoniale pro casibus in thesi expressis. Etenim : (a) fideli converso Paulus concedit speciale privilegium, et quidem pro determinatis circumstantiis; atqui, si ageretur solum de separatione *a toro et mensâ,* non autem de solutione vinculi, non daretur speciale privilegium, cùm separatio sit commune remedium in simili casu ; aliunde nullà declaratione opus est ut conjux fidelis a cohabitatione liberetur, cum ex hypothesi impossibilis sit; ergo agitur de solutione vinculi ; (b) additur partem fidelem non esse amplius *subjeciam servituti;* jamvero servitus hujusmodi, discessione partis infidelis jam peraélâ, nihil aliud esse potest nisi ipsum vinculum matrimoniale, quod revera Apostolus infra (27) *ligamen* vocat; confirmatur ex eo quod sermo hujusmodi dirigitur ad neo-conversos, apud quos vigebat dissolutio matrimonii, non autem simplex separatio, quique proinde voce *discedat* solutionem vinculi naturaliter intelligebant ; (c) tandem crescit vis argumenti, si animadvertitur antithesis quam Paulus instituit inter conjugia *fidelium* de quibus dicit (11) quod si vir discesserit, mulierem *innuptam* manere debere, et *infidelium* connubia, de quibus scribit : " *quod si infidelis discedit, discedat",* hâc enim oppositione satis ostendit in ultimo casu agi de verâ solutione vinculi 3. Fatemur tamen argumentum non esse apodiéticum, nisi accedente Ecclesiæ praxi et auéloritate.

1 Probabilius hæc verba non ad sequentem, sed ad præcedentem sententiam referuntur, ubi Apostolus de viduis et virginibus dixerat, et sensus est ea quæ de virginitate servanda scripsit non esse praeceptum, sed consilium. Cf. Corluy, *Spicilegium^* vol II, p. 489. — ▮ *I Cor.,* VII, 12-15.

3 Apostolus direfte non loquitur nisi de casu quo infidelis nolit cum conjuge converso habitare, sed duo postremi casus in primo includuntur : ille enim

929. (B) *Aufloritate etpraxi Ecclesiæ :* (a) Patres quidem plerique de hoc siluerunt, quia ipsis hâc de re scribendi non se dabat opportunitas; nonnulli tamen, ut S. *Ambrosius S. Chrysostomus, Theophylaflus,* aliique ita locuti sunt ut doélrinam supra expositam tenuisse videantur 1. (b) *Innocentius* ***III*** (1160-1216) rem aperte declaravit, et ab ejus tempore, hæc praxis communis evasit in omnibus ecclesiis apud gentes recens conversas institutis. Jamvero praxis hujusmodi cum dogmate indissolubilitatis matrimonii conneélitur, et cum bonis moribus; multoties a R. Pontificibus approbata fuit, qui regulas tradiderunt in eo casu a Missionariis servandas ; ergo inviétum est veritatis argumentum, cùm Ecclesia errare non possit in re tanti momenti.

930. De exercitio privilegii Paulini. (A) Vinculum conjugale non solvitur eo instanti quo unus conjugum ad fidem convertitur vel baptizatur 2, sed tantum cùm conjux conversus, renuente altero pacifice cohabitare, novum inivit matrimonium. Hoc enim aperte supponit *Innocent.* ***III*** (l. cit) : " quod si conversum ad fidem et illa conversa sequatur (uxor scilicet quæ prius renuerat cohabitare), antequam propter causas prædiétas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compelletur " ; manet igitur prius vinculum donec novum foedus contrahatur. Ratio est quia privilegium est in gratiam solius conversi, ne cælebs manere cogatur : satis est igitur ut prius vinculum solvatur eo instanti quo novum efformatur.

Hinc si conjux infidelis ante novas fidelis nuptias matrimonium contraxerit, hoc nullum est 3.

931. (B) Ex diélis in thesi, triplici de causa conjux conversus ad alias nuptias transire potest : (a) si infidelis renuat cum eo habitare ; (b) si velit habitare, sed non sine injuriâ Creatoris, v. g., concubinas retinendo, blasphemando, filios pagane educando; (c) si *moraliter discedit,* qui non vult cohabitare nisi cum Creatoris injuria, aut pertrahendo fidelem conjugem ad peccatum.

1 Quorum testimonia vide apud Carrière, n. 258, not. 1.

3 Probabilius putamus privilegium Paulinum extendi non solum ad eos qui fidem catholicam, sed etiam ad eos qui se&am haereticam vel schismaticam ample&untur, dummodo valide baptizentur. Ita Palmieri, th. 27 ; Konings, II, p. 394, ubi asserit id a S. Sede in casu particulari agnitum fuisse.

3 *S. Offic.,* 11 juL 1S86 ad Vicar, Apost. Natal. *Acta S. Sedis,* XXII, 477.

vult fidelem ad peccatum mortale trahere contra fidem vel mores : in his enim casibus non vult pacifice cohabitare. Potest autem conversus hoc privilegio uti non solum statim post baptismum sed etiam post plures annos, si infidelis qui prius pacifice cohabitare consenserat, mutato consilio, id amplius facere nolit

Si vero pars infidelis discedat propter adulterium fidelis post baptismum commissum, non datur locus privilegio Paulino nisi ipse infidelis reus fuerit adulterii post baptismum partis conversæ; nam privilegium in favorem fidei, non in favorem delicti conces-sum est ·.

932. (C) Pars conversa non potest, sine dispensatione, novas inire nuptias nisi cum alia parte *catholica :* si cum infideli contrahit, matrimonium *invalidum* est propter disparitatem cultûs; si cum parte hæreticâ vel schismatici, matrimonium est quidem validum, sed *illicitum* propter impedimentum mixtæ religionis.

(D) Si fidelis, obtenta dispensatione, matrimonium cum infideli inierit, non potest uti privilegio Paulino, quia sponte sese tali periculo exposuit, nec proinde conqueri potest. Insuper si alteruter conjugum in hæresim vel apostasiam labatur, non potest fidelis conjux ad secundas nuptias convolare, ut expresse declaratur ab *Innocentio* Z2Z(1. cit.), quia matrimonium a fidelibus contraélum et consummatum nullâ auéloritate humanâ solvi potest.

(E) Ut sciatur num infidelis velit converti, vel saltem pacifice cohabitare, *interpellatio* quædam requiritur, saltem quoties fieri possit, ut novum matrimonium possit non solum licite, sed etiam *valide* contrahi. Ita communiter contra paucos[3]. Ratio est quia fidelis, antequam iterum nubat, certior esse debet de contumacia infidelis; atqui regulariter de hoc certior esse nequit nisi per interpellationem.

933. Ampliatio privilegii Paulini. Romani Pontifices aliquando concesserunt matrimonium dissolvi occasione conversionis unius e conjugibus, vel etiam utriusque, in casibus quos difficillimum est ad privilegium Paulinum reducere. 1) S. *Pius V* Indis paganis ad fidem conversis permisit cum eâ uxore manere quæ simul cum marito baptizata

* Ita S. *Offic.,* 5 aug. 1759, ap. *Collect. P. F,* n. 421 (1312).

' Ita 5. *Office* i aug. 1759; 17 jan. 1797, ap. De Angelis, I. c., n. 7.

3 Ballerini P. (n. 438 sq.) putat hanc interpellationem requiri ad liceitatein, non autem ad validitatem novi matrimonii. Sed Rom. Congregationes in particularibus casibus irritum declararunt matrimonium sine interpellatione con-**tractum, ap. Gaspaxri, n.** 1 Hinc si casus occurrat, juxta Instruit. S. *C. de Prop. Fide* (ad calcem *C. Plen. Balt, tit,* p. 278), Ordinarius judicium suspendere debet, et casum cum omnibus suis circumstantiis ad S. Sedem remittere.

fuerit, etiamsi hæc non fuerit prima inter plures uxores, immo etiamsi prima uxor (legitima), sed non conversa, pacifice cohabitare consentiret, declaravitque matrimonium hujusmodi esse legitimum l. 2) *Gregorius XIII* permisit Indis, qui, post contraria gentili ritu matrimonia in Angolâ, Æthiopiâ et Brasiliâ, ab hostibus in remotissimas regiones exulabantur, posteaque ad fidem convertebantur, matrimonium contrahere legitimum cum quovis fideli, etiam superstite conjuge infideli et ejus consensu minime requisito, aut responso non exspe&ato, etiamsi postea constiterit conjugem absentem baptismo regeneratum esse tempore transact! secundi matrimonii2. 3) Indulta quibus dispensatur aliquo modo ab interpellatione quibusdam aliis regionibus concessa fuerunt.

Ita in *Statibus America Faderatis* Episcopi facultatem habent dispensandi cum infidelibus, plures uxores habentibus sive simultanée (ut apud Mormones), sive successive (propter civile divortium), ut, post conversionem et baptismum, illam uxorem retineant quæ sibi magis placuerit, si et ipsa baptizetur, dummodo prima uxor rite interpellata converti noluerit; in hoc casu igitur facultatem habent dispensandi a secundâ parte interpellationis " num velit pacifice cohabitare ".

In his variis casibus supponitur matrimonium, in infidelitate initum, non fuisse consummatum post baptismum ab alterutro receptum.

934. Explicatio privilegii Paulini. Controvertitur inter theologos *quojure* matrimonium infidelium solvatur in præfatis casibus, utrum *jure divino* an *potestate pontificiâ?*

(A) Non pauci, quibus favere videtur *Benedicius XII·'3,* putant matrimonium infidelium solvi *jure divino,* prout a S. Paulo promulgatum est. (a) Hic enim agitur de *divina lege* indissolubilitatis matrimonii, cui solus Deus exceptiones apponere valet, (b) Aliunde faéta allegata ad casum Paulinurn satis facile reduci possunt : agitur enim tantummodo de *dispensatione* ab interpellatione facienda, quæ sane a Pontifice concedi potest, quando hæc interpellatio est valde difficilis, et in casibus allatis, (c) Quam opinionem suam fecisse

1 *Koinani Pontificis,* 2 aug. 1571. — 3 *Populis ac nationibus,* 25 jan. 15S5. Cf. etiam concessionem *Pauli III* in constit. *Altitudo,* 1 jun. 1537, simul cum *Codice,* c. 1125, et ad calcem *Documenta* VI, VII et VIII.

3 *De Synodo,* l. VI, c. 4, n. 3; l. XIII, c. 21. —Cfr. Schmalzgrucber, l. IV, L XIX, n. 69; Vasquez, *De matrimonio,* disp. II, c. VI, n. 602; Ph. de Angelis, l. IV, t. XIX, p. 327 sq.

videtur 5. *Officium :* "Matrimonium etiam in infidelitate contractum naturâ suâ est indissolubile, et tunc solum quoad vinculum dissolvi potest virtute privilegii in favorem fidei a Christo Domino concessi, et per Apostolum Paulum promulgati"

(B) *Multi* tamen, hodie præsertim, docent matrimonium infidelium solvi *supremA auflorifate S. Pontificis,* per *ministerialem potestatem* quâ Ecclesia, ob bonum publicum, dispensare potest in certis rebus in quibus *per faflum humanum obligatio divinijuris* fuit inducta, prout fit in votis et juramentis 3 (a) Casus enim allati non sunt mera interpretatio, sed vera *ampliatio* Paulini privilegii : Apostolus enim non loquitur nisi de casu quo pars infidelis *discedit* seu non vult pacifice cohabitare, dum Pontifices novum matrimonium contrahere permittunt etiam quando pars infidelis pacifice vult cohabitare, immo quando ad fidem conversa est, si moraliter impossibile est eam interpellare. Hi igitur sunt casus plane diversi, (b) Aliunde *privilegium Paulinum* non est proprie exceptio seu dispensatio *divina,* sed privilegium quod Paulus ipse *apostolicâ* suâ auétoritate concedit, ut patet ex verbis : " Nam ceteris *ego dico, non Dominus* "3. Jamvero quod Paulus apostolicâ fecit auôioritate Sedi Apostolicæ denegari nequit 4.

Nec dici potest Ecclesiam non posse a lege divinâ dispensare. — Nam, ut recte animadvertit *Card. Billot,* hic agitur non de lege divinâ ipsâ, sed de *obligatione divini juris per facium humanum induite;* atqui " humana deliberatio nequit omnia circumspicere, nec prævidere omnes circumstantias in quibus contingere poterit ut minus opportuna sit vel congrua observatio ejus quod voto promittitur, vel juramento firmatur, vel contraélu sancitur; unde ad bonum christianæ societatis expediebat ut in his, per Christi vica-

1 Ad Vicar. Apost. Natal., ix jul. 1886, ad 8, *A. S. S.,* XXII, 74S.

' Navarrus, *U6. III Conciliorum,* De convers. infidel., consil. 3, n. 13; Sanchez, *De matrim.,* l. II, disp. XVII; Layman, l. II, tit. II, η. 5; Pirhing, l. IV, t. I, η. 146; S. Alphonsus, l. VI, n. 956; Palmieri, th. 26; Card. Billot, th. 44.

3 *I Cor.,* VII, 12. — Quæ tamen verba ad præcedentem, non ad sequentem sententiam probabilius referuntur.

4 Ita arguunt undecim theologi et canonistæ Soc. Jesu, inter quos *Bellarminus, Azor, Gonzalez,* in disputatione Apostolicæ Sedi exhibiti, quâ R. Pontifici vindicatur potestas solvendi matrimonium consummatum infidelium.·· Cfr. Zitelli, *De dispensat, mairimon.,* p. 1S3-197; Card. Gaspard, in *Canoniste,* t. XIV, p. 481-489.

rios, dari posset quandoque, pro exigentiâ particularium adjunctorum, dispensatio ’’».

Conclusio. Utraque opinio manet probabilis; posterior tamen multo probabilior videtur, utpote factis allatis magis consona.

2° *De dissolutione matrimonii ratifidelium*

935. *Thesis :* Matrimonium fidelium ratum, et non consummatum, solvitur per sollemnem alterius conjugum professionem in religione approbatà, vel per dispensationem a S. Pontifice gravi de causa concessam.

(A) Prima pars definita est a *Tridentino* 3 : “ Si quis dixerit matrimonium ratum, non consummatum, per sollemnem religionis professionem alterius conjugum non dirimi, A. S.” Probatur : (a) ex disertis declarationibus *Alexandri* ***III*** (1180) et *Innocenta* ***III*** (1210) qui scribit 4 ; “ Nos tamen nolentes a *prædecessorum* nostrorum vestigiis declinare, qui respondere consulti, antequam matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licere alteri conjugum, relicto inconsulto, ad religionem transire, ita quod ex tunc legitime poterit alteri copulari ex quo patet hanc doctrinam ante sæc. XII fuisse receptam, cùm S. Pontifex ad suos prædecessores appellet, (b) Ex *praxi Ecclesia :* certum est enim, jam a sæc. XII, hanc praxim communiter in Ecclesiâ viguisse; jamvero quod frequentatur in universâ Ecclesiâ, et ad fidem moresque pertinet, erroneum esse nequit.

(c) Ex *Codice,* can. 1119 : ‘‘Matrimonium non consummatum inter baptizatos vel inter partem baptizatam et partem non baptizatam, dissolvitur tum ipso jure per sollemnem professionem religiosam, tum per dispensationem a sede Apostolicâ ex justa causa concessam, utraque parte rogante vel alterutra, etsi altera sit invita ”.

Notandum, (a) Matrimonium ratum solvitur tantum eo tempore quo emittitur *solemnis* professio, non autem quo quis religionem

1 *De Sacravi.* ♦ L II, p. 424.

• S. Thom., *Sup.,* q. 61 ; Sanchez, l. II, disp. 18-23; Drouin, q. IV, c. 3, § i; Billuart, diss. V, a. 2, § 4; Carrière, n. 302 sq.: Perrone, l. III, sect. 2, cap. 6; Palmieri, th. 25; de Aug-ustinis, th. 10; De Angelis, l. c., n. 12; Gasparri, n. 1081-1092; Lehmk., n. 703-704; Baller. P., n. 476-488 ed. 3; Wernz-Vidal, n. 619-629.

3 Sess. XXIV, can. 6. — 4 *Decretal.,* lib. III. tit. 32, cap. 14; cfr. cap. 2.

ingreditur aut *simplicia* vota emittit; hinc conjux in sæculo manens nec licite nec valide novas nuptias contrahit ante alterius professionem. (b) Insuper non solvitur per votum simplex castitatis, neque per ordinis sacri susceptionem, vel vota emissa in Congregatione votorum simplicium, etiam a S. Sede approbata; sed solum per *solemnem* professionem, eam scilicet quæ ut talis ab Ecclesia agnita fuerit; proinde non per professionem simplicem, nec per vota *simplicia* in Societate Jesu emissa, (c) Requiritur etiam ut professio *libere* fiat, post probationem trium saltem annorum, et adepta ætate canonica, i. e. expleto anno vigesimo primo; cum autem, ex can. 542, conjux invalide ad novitiatum admittatur durante matrimonio, et, ex can. 572, invalida sit professio si non fuerit validus novitiatus, vix hodie locus esse potest huic casui.

(d) Duo menses olim conjugibus ad deliberandum de ingressu in *religionem* concedebantur. Hoc privilegium non renovavit *Codex,* ut infertur ex can. mi : "Utrique conjugi *ab ipso matrimonii initio* æquum jus et officium est, quod attinet ad actus proprios vitæ conjugalis ".

fl

93Ô. (B) Potestas S. Pontifici competens solvendi matrimonium simpliciter ratum, licet a nonnullis antea negata, hodie certa evasit Ecclesiæ praxi; constat enim, jam a tempore *Martini V* (1417), potestatem dissolvendi matrimonia rata, propter graves rationes, fuisse a multis Pontificibus exercitam l et etiam diebus nostris exerceri, ut constat ex *Actis S. Sedis,* ubi quolibet anno nonnullæ hujusmodi dispensationes a matrimonio rato concessæ leguntur. Jamvero dicere nefas est R. Pontifices hanc potestatem usurpâsse, præsertim cùm sic agendo injuriam sacramento irrogâssent, et adulteria permisissent. Concludendum est igitur cum *Benedicto XIV*2 " Nullam de potestate S. Pontificis moveri amplius posse quaestionem in eo quod attinet ad dispensandum super matrimonio rato et non consummato, cùm hodie opinio affirmativa sit communis inter theologos et canonistas, et in praxi sit recepta, ut notorium est ".

937. Controversia. Disputatur inter theologos *quojure* matrimonium ratum professione religiosâ solvatur, jure scilicet naturali, divino positivo, an ecclesiastico?

(a) Quidam, cum *Bellarmino,* putârunt id fieri ***jure*** *divino naturali,* nam jure naturæ, de statu minus perfecto ad perfectiorem transire

* Cfr. S. Antoninus, *In Sunt. theol.,* p. III, t. 1 ; Navarrus, *Enchir.,* c. 22; Perrone, vol. III, p. 471, ed. 1S61. — ' *Quast. Canon.,* 479.

licet, si absque alterius detrimento id fieri possit. Quæ tamen opinio communiter rejicitur; non licet enim, ex lege naturæ, perfectiorem inire statum, cùm obligatio jam suscepta huic statüi adversatur; ita, quamvis Episcopatus sit status matrimonio perfeétior, non licet eum suscipere, invito conjuge, nec ejus susceptione solvitur matrimonium ratum.

(b) Alii asserunt, cum *Benediflo XIV',* dissolutionem fieri *jure divino positivo,* quatenus legi indissolubilitatis Christus exceptionem apposuit in gratiam statûs religiosi, prout vidimus unam appositam matrimonio infidelium. — Objiciunt quidam sollemnitatem religiosae professionis ab ipsâ Ecclesiâ institutam fuisse ideoque non esse juris divini. Sed difficultas evanescit, si admittatur matrimonium solvi *jure partim divino, partim ecclesiastico.* Res sic concipi potest : Christus in communi tantum determinavit matrimonium solvi posse per statum religiosum, Ecclesiæ potestatem relinquendo determinandi *in specie* conditiones quæ statum religiosum constituant, proindeque matrimonium ratum dirimant; sic enim intelligitur quomodo, ita statuente Ecclesia, vota sollemnia non autem simplicia hunc producant effeétum.

938. (c) Tertia tandem opinio tenet matrimonium solvi *auCtoritate pontificiâ* seu *per ministerialem illam potestatem,* quâ Ecclesia dispensat a voto, juramento, aliisque impedimentis, propter gravem necessitatem, ut jam supra expositum est, n. 934.

Quæ sententia valde probabilis est, et sufficienter explicat cur matrimonium hujusmodi non solum per professionem religiosam, sed etiam per dispensationem Pontificis solvi possit, licet nil hâc de re explicite in Scripturâ aut primævâ Traditione inveniatur.

939. *Objicitur* quidem his exceptionibus perimi indissolubilitatem matrimonii. Sed immerito : 1) hic enim agitur tantum de matrimonio *rato,* proindeque mala quæ ex divortio consequuntur ex parte conjugum et prolis hic non verificantur; 2) dissolutio fit non auétoritate privatâ, sed a Romano Pontifice, et nonnisi gravibus de causis; in casu sollemnis professionis, pauca incommoda quæ forsan exinde sequuntur, compensantur per excellentius bonum vitæ religiosæ, nec aliunde timendum est multos fore qui voluptatibus renuntient ut religionis austeritates amplectantur. Non periclitatur ergo his paucis exceptionibus matrimonii indissolubilitas '.

l Benedict. XIV, *Quast. can. ei nioial.,* q. 546.

* Pisani, *L'Eglise et le divorce,* in *Le Correspondant,* 10 oct. 1904, p. 20-46.

Corollaria.

Ex doélrinâ de naturâ et proprietatibus matrimonii duo fluunt conseélaria : 10 *matrimonii honestas;* 20 *virginitatis excellentia.*

940. 1° *Matrimonium sive ratum sive consummatum est in se opus honestum et laudabile.* Certum est contra Gnosticos, Manichaeos aliosque supra citatos x.

(A) *Script.* Id enim bonum et laudabile est quod Deus ipse instituit, Christus confirmavit et Apostoli commendârunt; atqui ita de Matrimonio; (a) *Deus* siquidem illud *instituit,* tum protoparentes sexu diversos creando, tum eos aréto foedere sociando ut prolem procrearent : " Masculum et feminam creavit eos, benedixitque illis et ait : Crescite et multiplicamini " a. Immo aliquando idem praecepit, jubendo fratrem accipere uxorem fratris sui defundi, ut suscitet semen fratri suo 3. (b) Id *Christus confirmavit* tum nuptiis Canae assistendo, tum contractual matrimonialem ad dignitatem sacramenti evehendo, tum eumdem ad pristinam indissolubilitatem revocando-», (c) Idem *commendârunt Apostoli;* ita S. Paulus matrimonium vocat *honorabile* 5; ait eum qui matrimonio jungit virginem bene facere, et conjugibus praecipit ut debitum reddant6; juniores viduas admonet ut nubant, et doétrinam prohibentium nubere reprobat 7.

(B) Speciale *traditionis* argumentum non instituimus, cùm ab omnibus agnoscatur Patres non solum obiter sed diserte in suis operibus honestatem matrimonii propugnavisse. Adeantur, si tempus adsit, *Tertullianus,* contra Marcionitas et ad Uxorem; *Clemens Alex.,* 1. III Stromat. ; 5. *Hieronymus,* in libris contra Jovinianum; 5. *Augustinus,* de Bono conjugali, de Nuptiis, etc.

941. (C) *Rat. theol.* Id profeClo bonum et laudabile est quod necessarium est ad humanae speciei propagationem,

1 S. Thom., *Supp.,* q. 41 ; Drouin, 1. IX, q. II; Carrière, p. II, c. II; Billuart, disp. 1, a. 2; Palmieri, th. 2; Billot, th. 39.

' *Gen.,* I, 27-28; cf. II, 21-24. — 3 *Deut.,* XXV, 5. —**Joan.,* II, I sq. ; *Maltk.,* XIX, 4 sq. — s *Hebr.,* XIII, 4. — 4 *I Cor.,* VIL, 3, 38. — 7 Z *Tim.,*

est in se opus nobile, et aliunde bono fine cohonestari potest ; atqui matrimonium : (a) in praesenti rerum ordine, quatenus ab ipso Deo constitutum est, ad humanæ speciei conservationem et propagationem *necessarium* est ; (b) est in se opus *nobile,* cùm conjuges, rei maritali operam dando, simul cum Deo corpus humanum procreent, in quod infunditur anima rationalis : quod opus ipsi creationi affine est; (c) tandem *bono fine* honestari potest, v. g., *religionis* virtute, ut proles ad Dei cultum procreetur, *patrice* amore, ut cives generentur qui Statui praesidio *sint, justitia* motivo, ut debitum reddatur, vel etiam intendi potest tanquam *concupiscentia remedium.*

Verum est quidem matrimonii usum sæpe sine aliquâ libidine non esse; sed hoc est *per accidens,* et aliunde talis voluptas non est mala nisi ita dominetur ut ceteros fines honestos excludat : quod quidem vitio vertendum est non ipsi matrimonio sed iis qui eo abutuntur

942. 2° *Status virginitatis vel coelibatus, pro Deo susceptus, preestantior est statu matrimoniali.* De fide est ex *Trident.*[2] "Si quis dixerit statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis vel caelibatus, et non esse melius ac beatius manere in virginitate aut caelibatu, quam jungi matrimonio, A. S."

Quae propositio dirigitur contra *Jovinianum* (IV sæc.), et *Novatores* qui contenderunt nuptias virginitati vel æquiparandas vel etiam anteponendas esse. Ut propositio redte intelligatur, notandum est comparationem institui inter *statum* virginitatis et statum *conjugalem,* non inter personas qui in utroque statu versantur : possunt enim dari conjugati qui nonnullis virginibus perfeétiores

[1] Sanélitatem ct felicitatem Christianorum conjugum sic præclare describit Tertullianus *{ad Uxorem,* II, 9, *P. L.,* t. I, p. 1302) : " Ambo fratres, ambo conservi, nulla spiritus carnisve discretio. Atqui vere duo in carne unâ ; ubi una caro, unus et spiritus. Simul orant, simul volutantur et simul jejunia transigunt, alterutro docentes, alterutro hortantes, alterutro sustinentes. In Ecclesiâ Dei pariter utrique, pariter in convivio Dei, pariter in angustiis, in persecutionibus, in refrigeriis; neuter alterum ćelat neuter alterum vitat, neuter alteri gravis est; libere æger visitatur, indigens sustentatur; eleemosynæ sine tormento, sacrificia sine scrupulo, quotidiana diligentia sine impedimento; non furtiva signatio, non trepida gratulatio, non muta benediAio; sonant inter duos psalmi et hymni, et mutuo provocant quis melius Deo suo cantat. Talia Christus videns et audiens gaudet, his pacem suam mittit ; ubi duo, ibi et ipse ; ubi et ipse, ibi et malus non est — [2] * Sess. XXIV, can. 10.

sint. Præterea cælibatus de quo agitur, non est solum carentia vinculi conjugalis, quæ nonnunquam cum vitâ flagitiosâ componitur, sed cælibatus *pro Deo* susceptus, quo vita ducitur a voluptatibus carnis exempta.

(A) *Script,* (a) Cùm Christus Apostolis exposuisset varia matrimonii onera ex ejus indissolubilitate orientia, hi exclamârunt : " Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere hanc autem occasionem arripiens Salvator, asserit quosdam virginitatem colere propter Deum, nec tamen omnes hujusmodi verbum capere, propter ejus sublimitatem : " Et sunt eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum caelorum : qui potest capere, capiat " x. Porro hæc important statum virginitatis excellentiorem esse conjugali statu : sic enim, juxta 01 *Hieronymum* 1, intelligi possunt verba Christi : " Mihi illi eunuchi placent, quos castravit non necessitas, sed voluntas : libenter illos in meos sinus recipio, qui a nuptiis abstinuerunt propter regnum caelorum, et ob mei cultum noluerunt esse quod nati sunt... Grandis fidei est, grandisque virtutis, Dei templum esse purissimum, totum se holocaustum offerre Domino, et, juxta Apostolum, esse sanélum corpore et spiritu

(b) Idem magis diserte Apostolus docet 3; licet enim honorifice de matrimonio scribat, virginitatem tanquam aliquid melius, per modum consilii proponit : " Bonum est homini mulierem non tangere (i)... volo enim omnes vos esse sicut meipsum (7)·.. dico autem non nuptis et viduis : bonum est illis, si sic permaneant, sicut et ego (i. e. sine uxore) (8)... Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori et divisus est (32)... Igitur et qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit; et qui non jungit *melius facit"* (38). Hæc adeo clara sunt ut Protestantes ea detorquere nitantur, asserentes Apostolum ibi loqui solum *hypothetice* putantem scilicet secundum Domini adventum jam prope esse (29); sed frustra, nam ratio allata, videlicet eum *qui sine uxore est sollicitum esse eorum quæ Domini sunt* in omnibus locis et

1 *Malt.* XIX, 9-12.

* *Contra Jovin.* l. I, c. 7, n. 12, *P. L.* XXIII, 228. — J *1 Cor.* 1-40,

temporibus vera manet, et luculenter demonstrat virginitatis statum Dei servitio magis aptum esse.

Hæc est etiam aperta Patrum doélrina, ut ex eorum operibus videre est : cfr. 5. *Cyprianus,* de habitu Virginum; 5. *Ambrosius,* de Virginibus; 5. *Hieronymus,* contra Jovinianum; *S. Augustinus,* de sanétâ virginitate, etc.

943. (B) *Rat. theol.* Is enim status excellentior est statu conjugali, in quo bonum divinum praefertur bono humano, et bonum animae bono corporis; atqui virginitas ordinatur ad bonum Dei, propter cujus amorem camis voluptates etiam licitae libere despiciuntur; et ad bonum animæ, cùm eam disponat ad vitam contemplativam, ad orationem et considerationem eorum quæ sunt Deix; dum conjugium ordinatur ad bonum corporis, quod est multiplicatio generis humani, et pertinet ad vitam aéiivam, quâ vir et mulier in matrimonio viventes necesse habent cogitare quæ sunt mundi. Hinc Christus virginem matrem elegit, virginitatem ipse perpetuo coluit, virginem discipulum prae ceteris dilexit, eique soli virginem matrem in cruce moriens commendavit, exemplo suo manifeste ostendens majoris pretii esse statum virginalem quam conjugalem 2.

944- *Solvuntur difficultates.* (A) Matrimonium est *sacramentum,* proindeque virginitate præstantius, quæ sacramenti rationem non habet.

Resp. Hic comparamus *statum* virginitatis cum *statu* conjugali, non cum sacramento Matrimonii; aliunde quamvis Matrimonii sacramentum gratias *ex opere operato* conferat, non exinde sequitur illud esse virginitate melius : hujusmodi enim gratiæ dantur propter pericula et onera conjugii, quæ in virginali statu desunt; præterea, loco gratiarum, quas conjuges sacramento Matrimonii accipiunt, virgines multo majores obtinere valent propter ferventes aétus amoris et devotionis quos, teste Apostolo, longe facilius eliciunt quam nupti.

(B) Cælibatus intra fines *boni privati* sese continet proindeque minus utilis est quam status matrimonialis.

*Resp.*3 Multum ad commune societatis bonum cælibatus confert tum per modum exempli, docendo quomodo refrænentur indomitæ passiones, ex quibus sanélitas matrimonii periclitatur; tum

1 Hinc S. Thom. *{Opuse. de perfert, vitee spiritualis),* docet eos praesertim a matrimonio abstinere debere qui ad perieélionem tendunt, " quia per hoc homo maxime curis sæcularibus implicatur" et maxime conjugali affectu irretitur.

3 S. Thom., *2. 2.,* q. 152, a. 4. — 3 Cf. F. Cimetier, *Diet. prat, des conn, relig.,* art. *Célibat.*

hominem continentem efficiendo aptissimum ad opera caritatis exercenda, videlicet pauperum, orphanorum ac infirmorum curam, aut parvulorum educationem, etc.; tum etiam in memoriam revocando patriam caelestem, ubi neque nubent neque nubentur.

(C) Nec dicatur, cum Protestantibus multis, continentiam esse *moraliter impossibilem,* ideoque eos qui virginitatem vovent, in laquetim diaboli incidere. Nam continentiam diu servare valde difficile est quidem, immo moraliter impossibile iis qui media a Christo proposita respuunt, non autem iis qui periculosas occasiones fugiunt, carnis mortificationi, studio vel labori operam dant, simulque orationi assidue vacant, ac sacramenta, præsertim Eucharistiam, frequenter recipiunt; his enim mediis concupiscentia efficaciter frenatur. Quod candide agnoscebat protestans *Leibnitz' :* " Clerici et religiosi firmiter habeant persuasum, quod, ad continentiam servandam, vix opus est aliâ re, quam devitare otiositatem et periculosas occasiones, et habere voluntatem firmam, cujus gratiam Deus non denegat postulanti eam ferventi studio ". Revera, inter ipsos Protestantes, nonne sunt vidui et viduæ innuptæque virgines, quibus obligatio diu continentiam servandi incumbit? Numquid praesumere licet hos omnes vitio deditos esse! Si non liceat, cur catholici sacerdotes vel alii qui propter Deum virginitatem vovent, tanquam incontinentiae rei insimulantur?

Gaput *ij*

DE MATRIMONIO UT SACRAMENTO.

945. Matrimonii contraéius, apud multos populos, aliquid sacri et religiosi prae se fert, et sæpe sacris ritibus celebratur 1. Christus vero eumdem ad dignitatem sacramenti evexit, ita ut, apud Christianos, sit signum non solum *sacrum,* sed etiam *gratiæ* produéfivum.

Quatuor declarabimus : 1° *existentiam* hujus sacramenti; 2° ejus *naturam;* 30 *effeEtus;* 40 per modum *corollarii, potestatem legesferendi* circa matrimonium.

l *Systema theolog.,* n. 66. — Quod jam animadverterant S. Gregor. Naz., *Orat.* 31; SS. Chrysost et Hieronymus, in cap. XIX *Malt.,* S. August., *Confess.,* l. VI, cap. XI; cfr. M. Rosset, *op. cit.,* t. I, n. 398 sq.

' P. Sauzet, *Reflexions sur le Mariage civil et le Mariage religieux,* Lyon, 1853, p. il sq.; Glasson, *le Mariage civil et le Divorce dans Γantiquité,* Paris, 1S80, p. 139 sq-î R. Lemaire, *Le Manage civil,* Paris, 1904, p. 4-15.

§ I. De EXISTENTIA SACRAMENTI MATRIMONII x.

I. Thesis exponitur ac probatur.

946. (A) *Errores,* (a) Olim *Gnostici* et *Manichcei* nuptias ut malas damnârunt, utpote concupiscenti® incentivum et medium quo propagatur originale peccatum, (b) *Protestantes* longe sunt quidem ab errore *prohibentium* nubere, cùm nuptias supra virginitatem extollant, sed communiter negant, *Ritualistis* exceptis, matrimonium esse sacramentum. *Lutherus* siquidem ait' : " Matrimonium novæ Legis sacramentum non est, cùm ipsi desit divina promissio " ; *Calvinus*2* autem affirmat non magis nuptiis rationem sacramenti convenire quam agriculturæ vel arti sutoriæ, neque ut sacramentum habitas fuisse ante Gregorii I tempora4, (c) *Modernistе,* post *Liberales,* dicunt5 : ''Matrimonium non potuit evadere sacramentum novæ legis nisi serius in Ecclesia; siquidem, ut matrimonium pro sacramento haberetur, necesse erat ut praecederet plena doétrinæ de gratiâ et sacramentis theologica expolitio

947. (B) *DoLirina. Ecclesiæ.* (a) *Ante Christum,* matrimonium non fuit quidem sacramentum gratiæ productivum, immo nec inter sacramenta veteris Legis recensebatur; sacramentum tamen vocatum est a nonnullis Patribus, sed *latiori sensu,* quatenus erat signum rei sacræ, videlicet futurae conjunétionis Christum inter et Ecclesiam; nam, juxta Patrum doCtrinam, Adam sopore correptus 6 Christum in cruce morientem repraesentabat, Eva Ecclesiam ex ejus latere manantem ; sicut relinquit homo patrem et matrem

1 S. Thom., *Suppi.,* q. 42, a. 1-3; Bellarminus, *de sacr. Matrimonii,* c. 1-5; Sanchez, 1. II, disp. 10; Drouin, 1. X, *de sacr. Matrim.,* q. I; Liebermann, cap. II, a. i; Perrone, *de Matrim. christ.,* 1. I, se<ft. I, c. i ; Carrière, *De Matrimonio,* p. I, seél. 2, c; i; Palmieri, c. II, th. 7-9: de Augustinis, a. 1; Billot, th. 36.

* *De Capt. Babyl.,* § de Matrim. — 3 *Instit.,* 1. IV, c. 19, n. 34.

4 Moderni Protestantes libenter agnoscunt Matrimonium *religiosam* esse institutionem, sed plerique negant illud esse sacramentum. *Rilualistce* tamen illud agnoscunt tanquam unum e minoribus sacramentis : " *Liber Homiliarum* de ipso tamquam de sacramento loquitur, quod virum et mulierem aeterni amoris ligamine vincit. Ex eodem libro eruitur, matrimonium quoddam esse vitæ genus a Deo, cùm adhuc homo innocentia fruebatur, institutum; mysticam Jesu Christi et Ecclesiæ unionem exprimere; Canæ nuptias in Galilæi, Christi præsentiâ, primoque ejus tunc peraélo miraculo cohonestatum. Jure igitur ac merito inter nos *matrimonii sacramentum* dicitur ", (Morgan Dix, *Sacramental System,* p. 87-88).

s Quæ propositio reprobata est in decr. *Lamentabili,* n. 51.

• *Gen.,* II, 18.25.

et adhæret uxori suæ, ita Verbum quodammodo reliquit Patrem ut Ecclesiæ adhæreret; sicut conjuges duo sunt in carne unâ, sic Verbum caro faétum est, ita ut ex unione ejus cum carne unica exsurgeret persona ; sicut ex Adamo et Evâ nati sunt homines, ita ex Christo et Ecclesiâ quotidie nascuntur spirituales filii, (b) *Christus* autem matrimonialem contractum evexit ad dignitatem sacramenti proprie diiti, ut ex sequenti thesi patebit.

948. *Thesis :* Matrimonium inter baptizatos legitime celebratum, est proprie dictum sacramentum. *De fuie est ex Trident.*[1] *:* " Si quis dixerit Matrimonium non esse vere et proprie unum ex septem Legis evangelicæ sacramentis a Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesiam inveétum, neque gratiam conferre, A. S. "

Scripturà non probatur quidem, sed *innuitur.* i° *In Evangelio* non invenitur quidem explicita Christi declaratio de institutione sacramenti matrimonii, sed ex iis quæ protulit de *unitate* et *indissolubilitate* vinculi matrimonialis mens ejus probabiliter inferri potest[2].

Interrogatus enim a Pharisæis num liceret uxorem dimittere quâcumque ex causâ, in memoriam eorum revocat verba Genesis de unitate et de indissolubilitate matrimonii. His autem objicientibus divortium a Moyse fuisse permissum, ait : " Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras : ab initio autem non fuit sic ". Quapropter novam legem promulgat de indissolubilitate matrimonii : " Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur; et qui dimissam duxerit moechatur ". Hanc legem ipsi discipuli nimis arduam esse putant : " Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere ".

Christus itaque *unitatem* et *indissolubilitatem* vinculi matrimonialis non a paucis, sed *ab omnibus* exigit. Id autem sapienter postulare nequit, nisi *gratiam* infundat necessariam ad præstandum id quod vires humanas communiter superat. Revera divortium aut saltem privilegium pro viro uxorem repudiandi apud omnes fere populos vigebat, et,ob naturalem cordis humani inconstantiam, tanquam naturale et necessarium habebatur : ex communiter enim

[1] Sess. XXIV can. I. — [2] Matth., XIX, 1-10.

contingentibus, tanquam moraliter impossibile censebatur uni uxori per totam vitam adhærere. Atqui datâ Legis novæ œconomiâ, gratia, quæ necessaria est pro permanenti vitæ statu, per sacramentum conferri solet. — Illatio ex doélrinâ Apostoli confirmatur.

949. 2° 5. *Paulus* de mutuis conjugum officiis agens, ut conjuges efficacius ad eadem implenda inducat, exemplum affert unionis Christi cum Ecclesiâ : “ Mulieres viris suis subditæ sint sicut Domino. Quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ : ipse salvator corporis ejus. Sed sicut Ecclesia subjeéla est Christo, ita et mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro eâ, ut illam sanélificaret... ut sit sanéta et immaculata. Ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit : sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam. Quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus, et de ossibus ejus. Propter hoc relinquet homo patrem suum, et matrem suam, et adhærebit uxori suæ; et erunt duo in carne unâ. *Sacramentum* hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesiâ” x. Jamvero, ex his Apostoli verbis, Matrimonium christianum : (a) est *signum sacrum ;* (b) *signum gratiæ;* (c) *gratiamque valde probabiliter producit,* et ita est vere et proprie sacramentum.

(A) Matrimonium christianum *aliquid sacri significat,* videlicet *unionem Christi cum Ecclesiâ.*

Etenim Apostolus christianos conjuges horiatur ut uxores sint viris subditæ, sicut Ecclesia Christo *{Ephes.,* V, 22-24), et ut viri uxores diligant sicut Christus Ecclesiam (25-28), quia eodem modo quo vir est caput uxoris et uxor viri corpus, Christus est caput Ecclesiæ et Ecclesia Christi corpus (23). Unde quæ Adaraus de Evâ pronuntiavit, ipsam esse os de ossibus ejus et carnem de carne ejus, æque vera sunt de Ecclesiâ relative ad Christum; nam membra sumus corporis Christi, de carne ejus et de ossibus ejus (30). Sicut igitur relinquit homo patrem suum et matrem suam et adhæret uxori suæ, et sunt duo in carne una (31), ita Filius Dei relinquit sinum Patris et adhæret Ecclesiæ per gratiæ communicationem,

et cum Ecclesiæ membris unum corpus mysticum constituit. Hoc est sacramentum id est, juxta vim græcæ vocis, μυστήριον, mysticum signum, et magnum quidem, tum quia magnam rem significat, nempe sponsum Christum et sponsam Ecclesiam; tum quia miro modo hanc sacratissimam rem significat (32). Ergo matrimonium Christianorum aliquid sacri significat.

95α (B) Est *signum gratiæ sanctificantis;* nam significat unionem Christi cum Ecclesiâ; atqui hæc unio per gratiam sanctificantem perficitur, juxta illud Apostoli: "Christus dilexit Ecclesiam et seipsum tradidit pro eâ, ut illam *sanctificaret*" (25-26); et revera unio Christi cum Ecclesiâ fruCtus sanCtitatis profert; ergo matrimonium Christianum significat gratiam sanctificantem.

(C) Tandem matrimonium Christianum *producit gratiam sanctificantem quam significat.* Quod S. Paulus *non aperte docet, sed innuit.* Nam matrimonium christianum exhibetur ut unio *supernaturalis* et *permanens:* (a) *supernaturalis,* quia mutua conjugum officia, qualia ab Apostolo describuntur, supernaturalia sunt ex *exemplari* quod proponitur, videlicet dileCtione Christi erga Ecclesiam atque Ecclesiæ devotâ subjeCtione erga Christum; (b) *permanens,* nam dileCtio et obedientia, quas Apostolus praecepit Christianis conjugibus, imitari debent dileCtionem Christi ac Ecclesiæ subjeCtionem, quæ sunt aliquid *constans* et *permanens.* Atqui unio conjugum non potest esse supernaturalis sine gratiâ, neque permanenter supernaturalis sine gratiâ habituali, cui gratiæ aCtuales adnectantur, præsertim cùm talis unio permanens specialem difficultatem prae se ferat, ob inconstantiam humanæ naturæ, ut supra notatum est, n. 948. Ergo matrimonium christianum requirit *gratiam habitualem,* simul cum jure ad gratias aCtuales. Porro, attentâ Legis novæ œconomiâ, gratia sanCtificans, cum jure ad gratias aCtuales, conferri solet per specialem *ritum sacramentalem,* qui gratiam non solum significet, sed producat. Ergo matrimonium christianum valde probabiliter gratiam sanCtificantem vere producit; ergo est vere sacramentum N. Legis.

951. *Objici* potest: Jam ab Adami tempore, matrimonium fuit signum unionis Christi cum Ecclesiâ; ergo ab Adami tempore contulit gratiam. Atqui falsum consequens, ergo et antecedens.

Resp. Ab initio matrimonium fuit solummodo signum *futura* unionis Christi cum Ecclesiâ, dum christianum matrimonium signum est *unionis jam perafla.* Pono mera adumbratio rei futuræ non tantam requirit perfeétionem quantam rei peraôtæ quasi reproduétio et extensio. Unde ante Christum, signum ipsius futuræ unionis erat solus matrimonialis status, absque gratiâ sacramentali, dum matrimonium christianum, ut digna sit imago tum physicæ tum moralis unionis Christi cum Ecclesiâ, debet, juxta S. Paulum, caritate speciali et virtutibus quas gignit caritas, insigniri.

Immo ipsemet status matrimonialis ante Christum sensim prærogativas amisit unitatis et indissolubilitatis, quibus præcipue unionem Christi cum Ecclesiâ repraesentat. E contra matrimonium christianum necessario unum et indissolubile faétum est. Gratia specialis non requirebatur quidem ut status matrimonialis, polygamia, divortio, necnon et tyrannide viri in uxorem deturpatus, remaneret quoddam valde imperfectum signum unionis Christi cum Ecclesia; sed specialis gratia omnino adesse debet in matrimonio Christiano, quale ab Apostolo describitur, nempe unitate et indissolubilitate firmum, et constanti dileétione inter conjuges ornatum, ita ut non solum unionem Christi cum genere humano ad mentem revocare possit, sed ad vivum exprimere ipsius devotissimam erga Ecclesiam caritatem et Ecclesiæ fidelissimam erga Christum.

Neque addere juvat in textu allato agi tantum de matrimonio Adæ cum Evâ; nam Adamus non tam de semetipso quam de posteris loquebatur, dum diceret : " Relinquet homo patrem suum et matrem suam"...; ipse enim non habebat parentes quos relinqueret ; prophetice igitur de unione matrimoniali posterorum locutus est, et quidem de illâ quæ perfeétius unionem Christi cum Ecclesiâ figurat, de eâ scilicet quæ inter Christianos existit.

952. Traditione. In historico hujus dogmatis progressu, tria præcipue stadia distingui possunt

i° *Quatuor prioribus sæculis,* nonnisi implicite et obscure Patres docent matrimonium esse sacramentum gratiæ produétivum. Toti sunt enim in propugnandis *honestate* et *sanctitate* connubii contra Gnosticos et Manichaeos, ejusque *indissolubilitate* contra jurisperitos. Attamen, dum asserunt matrimonium esse *signum sacrum* et religiosum, quædam enuntiant principia, quæ supponunt eodem quamdam *conferri gratiam.*

Ita 5. *Ignatius* declarat nuptias esse rem sacram, secundum Dominum, de sententiâ episcopi celebrandasl : " Decet vero ut sponsi et sponsæ de sententiâ episcopi conjugium faciant, ut nuptiae secun-

l *Ad Polycarpum,* c. 5, p. 293 ed. *Funk.*

dum Dominum sint, non secundum cupiditatem. ” *Tertullianus* dignitatem christiani matrimonii sic extollit[1] : “ Unde sufficiamus ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii quod Ecclesia conciliat, et confirmat oblatio, et obsignat benediétio, angeli renuntiant, Pater ratum habet?” Jamvero tam præclara descriptio, attento etiam contextu ubi depingitur pia et sanéta conjuguai conversatio, supponit gratiam Christiano connubio esse adnexam. — Quod clarius infertur ex hoc *Origems* testimonio[2] : “ Ac Deus quidem is est, qui duo in unum compegit, ut, ex quo mulier viro nupsit, duo amplius non sint, et, quoniam conjunétionis est auétor Deus, propterea *iis inest gratia,* qui a Deo conjunéti sunt. °. Non ibi quidem declaratur hanc gratiam ipsi connubio alligatam esse, sed nil piohibet hæc verba ita intelligi. Hanc gratiam pariter commemorat 5. *Ambrosius;* postquam de gratiâ baptismatis egit, de christiano connubio scribit[3] : ‘‘Cognoscimus velut præsulem custodemque conjugii esse Deum, qui non patiatur alienum torum pollui; et si quis fecerit, peccare eum in Deum, cujus legem violet, *gratiam, solvat.* Et ideo quia in Deum peccat, sacramenti cælestis amittit consortium. ” Alibi asserit[4] “ ipsum conjugium velamine sacerdotali et *benedifliones sanctificari” :* quibus veris saltem innuitur gratiam esse conjugio adnexam. Id etiam ex eo infertur quod ejus violatio *sacrilegium* a S. Siricio dicitur[5] : ‘‘Illa benediétio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cujusdam sacrilegii instar est, si ullâ transgressione violetur”. — Nonnulli Patres docent Christum, nuptiis Canæ assistendo, suam mentem ostendisse matrimonio gratiam alligandi. Ita 5. *Epiphanius* : “ Duabus mihi de causis videtur invitatus esse Christus. Primum ut aquæ similem ac diffluentem furiosorum hominum in mundo libidinem nuptiarum castimoniâ et honestate constringeret; tum ut, quod deerat, emendaret ac jucundissimi vini suavitate mulceret et gratiâ °.

953- 2° A tempore *S. Augustini* ad sæculum XII magis diserte asseritur matrimonium esse *sacramentum gratiæproductivum,* non quidem expressis verbis, sed *æquivalenter.*

(A) Constat ex *Patribus,* (a) Tria bona *S. Augustinus* in nuptiis distinguit, quæ copulam excusant a peccato, *prolem, fidem* et *sacramentum :* prolem, quæ ideo nascitur ut renascatur per gratiam; *fidem,* quâ conjuges perenni vinculo junguntur; *sacramentum,* ‘‘quod nec separati nec adulterati

[1] *Ad Uxoremf* lib. II, c. 9, *P· L.,* t I, p. 1302.
[2] *Comment, in Atatth.,* 14, n. 16, *P. G.y* XIII, 1230.
[3] *De Abraham^* lib. I, c. 7, *P. L.y* L XIV, p. 442,

[5] *Epist.* i ad Himer.» c. 4, *P· L.y* XIII, 1136.
[4] *Metres.* 51, n. 30. *P. E.,* t. XLI, p. 942,

amittunt, conjuges concorditer casteque custodiant " ». Hoc autem sacramentum non esse signum vacuum, sed vere efficax seu gratiæ produétivum, ex his verbis patet : " Hujus procul dubio *sacramenti res* est ut mas et femina connubio copulati quamdiu vivunt inseparabiliter perseverent, nec liceat, exceptâ causâ fornicationis, a conjuge conjugem dirimi"2. Jamvero, juxta modum loquendi Augustini, *res sacramenti* nihil aliud est nisi *gratia;* significat igitur per gratiam sacramenti ita conjuges juvari ut, non obstante naturali eorum inconstantiâ, inseparabiliter uniti perseverent. Et ita confirmatur quod in argumento biblico dicebamus, videlicet indissolubilitatem vinculi supponere gratiæ collationem.

Alibi loquitur de *santlitate* hujus sacramenti, quæ pariter consistit in ejus indissolubilitate, et sub hoc respeétu matrimonium comparat cum baptismo et ordine, quibus indelebilis imprimitur character : " Bonum igitur nuptiarum per omnes gentes atque omnes homines in causâ generandi est, et in fide castitatis; quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in *sanctitate sacramenti,* per quam nefas est etiam repudio discedentem alteri nubere, dum vir ejus nubit, nec saltem ipsa causa pariendi... Quemadmodum si fiat ordinatio cleri ab plebem congregandam, etiamsi plebis congregatio non subsequatur, manet tamen in illis ordinatis sacramentum ordinationis3." Exinde concludit matrimonium esse indissolubile, etiamsi filii non. procreati fuerint; in hoc consistit *sanflitas,* seu gratia sacramenti.

954· (b) Eodem fere tempore, 5. *Cyrillus Alex.,* de nuptiis Canæ scribens, docebat Christum ibi adfuisse ut generationis humanae principium sanélificaret : "Cum nuptiæ celebrarentur, caste nimirum et honeste, adest quidem mater Salvatoris, sed et ipse una cum discipulis suis invitatus venit; non tam epulaturus, quam ut miraculum faceret ac propterea *generationis humance principium sanflificaret,* quod ad carnem nimirum attinet. " Ibi quidem non asseritur matrimonium esse sacramentum, sed solum Christum voluisse generationis humanæ principium sanétificare; quod sane melius fieri nequibat nisi connubium evehendo ad dignitatem sacramenti.

(c) Circa an. 458, 5. *Leo magnus,* doétrinæ Pauli innixus, declarat matrimonium esse sacramentum, seu signum unionis Christi et Ecclesiæ : ‘‘Unde, cùm societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut, præter sexuum conjunétionem, haberet in se Christi et Ecclesiæ sacramentum *{Ephes.,N,* 32), dubium non est eam mulierem non

[2] S. August, *Di nuptiis et coneup* , 1. I, c. 17, *P. L.,* t. XLIV, p. 424.
[3] *Ibid.,* c. 10, p. 420. — 3 *De bono conjugali,* c. 24, *P. L.,* t. XL, p. 394»

pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium[1]." Ibi quidem nil explicite dicitur de gratiâ, sed redit argumentum superius propositum de textu S. Pauli.

95S (B) Ex *liturgiis* thesis confirmatur. In antiquissimis enim *Sacrameiitariis* et *Ordinibus* seu *Ritualibus,* sive latinis sive græcis, invenire est ceremonias et preces pro nuptiis, ex quibus infertur matrimonium esse rem divine institutam, cum sanctificatione et gratiâ conjunCtam.

Ita, v. g., declaratur " Deum esse qui legitimâ societate conjuges conneélit, et supra·conjuges opem suae benedictionis infundit, ut in conjugali consortio *sanctitate mutua* copulentur, mulierisque rudimenta sanClificentur"; sic, v. g., in liturgiâ armenâ legitur : " Benedic, Domine, et *sanflifica* servorum tuorum conjugium... Non enim prohibuisti nuptias, sed *sanblificasti* eas et sacerdotaliter benedixisti"[2]. — Confirmatur ex antiquis *monumentis*[3], in quibus depiCta reperitur nuptiarum celebratio ; ibi enim exhibentur vir et mulier dextras jungentes, et inter eos exstat monogramma Christi, vel aliquando Christus ipse sponsos coronans, ut exinde appareat matrimonium esse *rem sacram;* immo in numismate græco ad sæc. V vel VI speCtante, Christus exhibetur ut conjuges jungens, eisque gratiam impertiens, nam hæc legitur inscriptio θεοϋ χάρι (gratia Dei). Jamvero hæc omnia, etsi *per se sola* non sufficerent quidem ad thesim demonstrandam, sunt tamen veluti vestigia, quæ ostendunt doCtrinam catholicam de elevatione matrimonii ad dignitatem sacramenti fuisse antiquitus implicite traditam, ita ut Ecclesia nihil aliud fecerit, in sequioris ævi definitionibus, nisi explicite et diserte exponere quod obscure et implicite antea tenebatur.

956. 30 *A sæculo XII,* matrimonium inter septem sacramenta recensetur, etsi inter theologos usque ad sæc. XIV disputetur num et quomodo gratiam producat. Ita, an. 1181, *Lucius III* contra Albigenses decrevit anathemate pleCtendos esse eos qui de sacramentis aliter sentiunt et docent ac Ecclesia Romana ; jamvero inter sacramenta recenset matrimonium[4]. Pariter, in Concil. *Lugdunensi II,* 1274,

[1] S. Leo, *ep.* 167 ad Rusticum, η. 4, *P. t* LIV, p. 1204-1205.

[2] Gallanus, *de Conciliai, eccks. armence cum roman.,* t. II, q. 5, § 5 Cfr. Martene, *De Ani. Eccl. Ritibus,* l. I, c. 9, a. 5 sq. ; Goar, *Eucholog. Grcecorum,* De officio coronationis (i. e. nuptiarum, in quibus sponsa coronabatur), aliique auftores superius allegati; Duchesne, *Origines du culte chrétien.*

[3] Garucci, Pi/rx, tab. 26-30; Martiguy, *Dût. des Antiquités,* verbo *Mariage; Perpétuité de la Foi,* ed. *Aligne,* t. III, p. 965.

[4] *Decretal.,* lib. V, tit. 9; Denzinger, 402 (339).

lefta est, nomine Græcorum, confessio fidei Michaelis Palæologi, quâ declarabatur septem esse sacramenta, inter quæ matrimonium connumerabatur[1].

Theologi, jam a sæc. XII, fere unanimiter docent septem esse sacramenta, et inter ea matrimonium computant. Sed, quia sacramentorum efficacia nondum fuerat clare definita, quidam dubitârunt num gratiam conferret. Tres vigebant sententiæ, teste *Alberto Magno*[2]: alii dicebant, cum Praepositivo et Gulielmo Antissiodorensi, matrimonium esse quidem signum gratiae, sed eam non producere; et hæc fuisse videtur opinio P. Lombardi. Alii tenebant per connubium gratiam conferri, sed solum ad vitandum malum. Alii tandem docebant gratiam conferri etiam in ordine ad bonum; quibus adhæret Albertus. — Hanc pariter sententiam Ut *probabiliorem* amplexus est 5. *Thomas,* quando librum Sententiarum exposuit[3], et tanquam *certam* m Summa theologica[4]. *Scotus* pariter tenuit matrimonio conferri gratiam, etsi fateatur quosdam aliter sentire: "Quia communiter tenet Ecclesia sacramentum matrimonii esse septimum inter ecclesiastica sacramenta... ideo dici potest quod contraélui matrimoniali annexuit Deus sacramentum proprie diétum"[5]. Nihilominus postea *Durandus,* etsi fateatur modernos theologos communiter docere matrimonio conferri gratiam, asserit aliter opinari quosdam canonistas, ideoque concludit rem nondum ab Ecclesia esse definitam[6].

A tempore Durandi, non solum theologi, sed canonistæ docuerunt christianc matrimonio conferri gratiam, et quidem tanquam aliquid certum.

Mox *Florentinum,* in Decreto pro Armenis (1445), declaravit matrimonium esse unum e septem sacramentis, ideoque gratiæ produétivum. Itaque, quando Protestantes id negârunt, jam Ecclesia catholica, non solum Occidentalis sed Orientalis, hanc veritatem publice profitebatur; *Tridentinum* igitur merito eam tanquam de fide catholicâ definivit.

Hoc argumentum potest etiam proponi per modum *præscriptionis,* ut notavimus *De Sacramentis,* n. 260.

957. Ratio ostendit quantum *deceat* matrimonium esse vere sacramentum, gratiæ produétivum. Per hoc enim conjuges deputantur ad opus nobilissimum et societati tum

1 Denzing., 465 (38S). — 3 *In Sentent.* IV, 26, 14.
3 *In Sentent.* IV, d. 26, q. 2, a. 3; cfr. *Supplent.* q. 42, a. 3.
4 S. Thom., 2. 2æ, q. 100, a. 2, ad 6.
5 *In Sentent.*, IV, 26, q. I, n. 13. — 6 *In Sentent.* IV, 27, q. 3,

civili tum spirituali utilissimum, videlicet procreationem et educationem prolis; vinculo indissolubili conneduntur, nec ad alias nuptias, nisi mortuo altero conjuge, convolare possunt; obligationes autem hujusmodi adeo sunt graves ut haud raro non communem sed heroicam requirant virtutem. Porro sacramenta eo fine instituta sunt ut gratiam conferant in illis vitae stadiis quæ maximi sunt momenti, et ex quibus animarum salus maxime pendet, præsertim cùm ex eisdem oriuntur officia onerosa, quæ vix sine speciali auxilio adimpleri valent. Ergo conveniebat Matrimonio sacramentalem gratiam adneéti, vi cujus filiorum procreatio et educatio sanctificaretur, conjugesque christiani onera sibi imposita facilius ferre valerent 9

§ II. De natura sacramenti matrimonii.

Exponemus : i° naturam sacramenti *in ipso contradlu* consistere; 2° quinam sint *ministri;* 30 quænam *elementa constitutiva* seu *materia* et *forma.*

I. De inseparabilitate sacramenti a contractu x.

958. *Status quæstionis.* Duplici modo Christus sacramentum matrimonii instituere potuit, vel addendo contractui naturali aliquod signum externum gratiæ productivum, v. g., sacerdotalem benediétionem, vel evehendo ipsum contractum matrimonialem ad dignitatem sacramenti. Jamvero, sæc. XVII, *Marcus Ant. de. Dominis* Spalatensis Episcopus, postea haereticus, et *J. Lauiioyi,* necnon sæc. XIX° *J. Nuytz,* professor Taurinensis, docuerunt sacramentum ita supervenire matrimonii contractui jam constituto, ut ab eo separari possit, proindeque impedimenta dirimentia a principibus statui posse, cùm contraCtus matrimonii sit ex naturâ suâ civilis. Quam doétrinam libenter amplexi sunt *Politici,* ut sic facilius circa matrimonium leges ferre valerent.

S. Thom., *Suf>.,* 42, a. i, ad I; a. 3» ad 3; Bellarminus, *de Matrim.,* c. 7-8; Billuart, diss. I, a. 5; Carrière, p. I, sect 3, c. I, a. 1; Perrone, sed. I, c. 6; Palmieri, th. 10; Pesch, n. 71S sq.; Billot, th. 37.

* *De RepubL chrùtianây* l. Ill et V, c. 2.

› *De rcgiS in matrim. potestate,* L I, p. 2, c. 4.

Quidam catholici, ut *M. Canus* [1] putârunt contraitum esse quidem materiam sacramenti, sed benedictionem sacerdotalem esse formam, ita ut si benediClio omittitur, existât matrimonium ut contraditis, non autem ut sacramentum. Pauci alii, post *Vasguez* [2], agnoverunt quidem contraélum esse totum et integrum sacramentum, sed tenuerunt contrahentes posse *suà intentione* efficere ut contradlus naturalis sine sacramento existât.

Dodlrina autem catholica est ipsum contradlum matrimonialem fuisse ad sacramenti dignitatem evectum, ita ut inter *baptizatos* dari non possit matrimonii contradius quin uno eodemque tempore sit sacramentum.

959. *Thesis :* Inter Baptizatos matrimonii contractus et Matrimonii sacramentum tam intime connectuntur, ut nullum dari possit matrimonii contractus quin sit pariter sacramentum. Certum est ex *Codice,* can. 1012, § 2.

Dicitur *inter baptizatos;* nam infideles possunt valida matrimonia contrahere, quæ rationem habent contractus, non autem sacramenti.

(A) *Scriptura* non demonstratur quidem sed innuitur; etenim ex verbis S. Pauli ad *Ephesios* supra laudatis, Patrum addita interpretatione, illud ipsum matrimonium ad dignitatem sacramenti evedlum est quod Deus ab initio instituerat; atqui quod Deus ab initio instituerat nihil aliud est nisi contradlus ipse matrimonialis ; ergo contradlus ipse, non autem alter ritus accessorius, vere fuit ad dignitatem sacramenti evedlus. — Revera nullus ritus, nulla oratio, nulla materia aut forma in Scripturâ determinatur, præter ipsum matrimonialem contradlum ; ergo omne matrimonium inter Christianos legitime celebratum, est sacramentum ; et vice versâ, si non adsit sacramentum, nec erit vere contradlus màtrimonialis.

960. (B) *Tradit,* (a) *Patres* non directe quidem hanc quaestionem expenderunt, sed ita de matrimonio christiano locuti sunt, ut exinde erui possit *contradlum ipsum* fuisse ad dignitatem sacramenti evedlum.

(b) Scholastici omnes qui ante sæc. XVI floruerunt id

[1] *Dt Locis theol.,* l. VIII, c. 5.
[2] *Dc Sacram.,* disp. 138, c. 5, n. 63-64.

apertius declararunt, docentes, post S. *Thomam* [1], verba quibus consensus seu contraétus matrimonialis exprimitur, esse formam sacramenti, vel post S. *Banaventuram* [2], sacramentum Matrimonii pro materiâ habere personas legitimas, et pro *fortnâ consensum* : quod quidem importat consensum, seu contraélum matrimonialem ad essentiam sacramenti pertinere, nec ab eo divelli posse.

(c) Id etiam infertur ex variis Ecclesiæ documentis. Imprimis *Decretum pro Armenis* hæc habet [3] : " Causa efficiens matrimonii regulariter est *mutuus consensus* per verba de præsenti expressus Hic certo agitur de Matrimonio ut *sacramento,* cum Decretum sit instruétio de sacramentis; atqui declaratur causam efficientem proindeque essentiam hujus sacramenti esse mutuum consensum, seu matrimonialem contraélum ; ergo contradlus a sacramento separari nequit Idem ex *Tridentino* erui potest : docet [4] enim matrimonia clandestina *rata* et *vera* fuisse matrimonia, quamdiu Ecclesia eadem irrita non fecerit; quod quidem importat ea fuisse verum sacramentum, nam, juxta *Innocentium* ZZZs, matrimonium * *verum* et *ratum* existit, quia sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed *ratum* efficit conjugii sacramentum Atqui in matrimoniis clandestinis nihil invenitur nisi contraéius matrimonialis; ergo talis contraélus vere constituit sacramentum, nec ab eo separari potest

(d) Tandem res extra omne dubium posita est ex disertis declarationibus ***Pii IX*** et *Leonis XIII,* necnon ex *Codice.*

Prior, in Allocutione ad Cardinales habitâ (27 sept. 1852), legem reprobans, quâ matrimonium ut contraétus civilis tantum habebatur, declaravit matrimonium " *interfideles dari non posse, quin uno eodemque tempore sit sacramentum;* atque idcirco *quamlibet aliam inter Christianos viri et mulieris conjunctionem,* cujuscumque etiam civilis legis vi faétam, *nihil aliud esse nisi turpem atqzie exitialem concubinatum* ab Ecclesiâ tantopere damnatum : ac proinde *a conjugali /cedere sacramentum separari nunquam posse".* Posterior autem, in Encycl. *Arcanum* (10 Febr- 1880), asserit in matrimonio Christiano *contractum a sacramento non esse dissociabilem;* atque ideo

[1] *Suppi.,* q. 42, a. I, ad I. — [2] *In IV Sent.,* dist. 28, a. I, q. 5.
[3] Denzing., n. 597. — [4] Sess. IV, c. 1, de Reformat. Matrim. *Decretal.,* \. IV, tit. 19, c. 7, ap. Denzing., 496 (351).

non posse contractum verum et *legitimum consistere, quin sit eo ipso sacramentum...;* omne inter Christianos justum conjugium *in se* et *per se* esse sacramentum. Merito itaque *Codex,* can. 1012, § 2, declarat : " Quare inter baptizatos nequit matrimonialis contractus validus consistere, quin sit eo ipso sacramentum

(e) Thesis etiam ex iis quæ de ministro, necnon materiâ et formâ disputabimus, confirmabitur : si enim ministri sunt contrahentes, si materia et forma in ipso consensu consistunt, ut ex dicendis patebit, sacramentum essentialiter in ipso contraélu situm est, nec ab eo disjungi potest.

Conclusio. Etiamsi baptizati contrahentes omnino nesciant contraélum matrimonialem esse sacramentum, conficiunt tamen sacramentum eo ipso quod intendunt matrimonium contrahere.

II. De ministro Matrimonii[1].

961. *Melchior Canus* primus esse videtur qui docuerit non ipsos contrahentes, sed sacerdotem qui eis benedicit, ministros esse sacramenti 2; cujus opinionem amplexi sunt multi theologi, inter quos *Sylvius, Drouin, Tournely* aliique : hodie vero antiqua sententia asserens ipsos contrahentes esse ministros sacramenti, iterum prævalet.

962. *Thesis :* Ministri sacramenti Matrimonii sunt ipsi contrahentes, non autem Sacerdos nuptiis benedicens. Certum est.

(A) *Ex antiquis ritualibus.* Ut reéte animadvertit *Martene* 3, ita matrimonium olim celebrabatur : sponsi sistebantur sacerdoti ad portas ecclesiæ; deinde, datis sibi mutuo dextris, praestabant consensum, " in quo totam sacramenti matrimonii essentiam reponebant antiqui ". Jamvero si essentia sacramenti matrimonii in solo consensu conjugum consistit, ipsi contrahentes sibi administrant sacramentum.

[1] S. Thom., *Snpp.,* q. 45, a. 5; q. 46, a. 2; Bellarminus, c. 6; Drouin, lib. X, q. II; Billuart, diss. I, a. 6; Carriere, pars I, sedt. 2, c. 2; Perrone, sect. I, c. 2; de Augustinis, a. 3; Palmieri, th. XI; de Smet, n. 182-185; A. Villien, *Revue du Clergtfrançais,* t. 76, p. 20 sq.

[2] *De Loe. theolog.,* l. VIII, c. 5. — Melchior Canus suam sententiam tribuit *Gulielnio Farisiensi, Petro Paludano,* immo 5. *Thomce,* sed immerito, ut late ostendit Perrone, l. c. p. '8 sq. — [3] *De Antiquis Eccl. Rit.,* p. II, c. 9,a. 1.

(B) *Aufioritate theologorum.* Veteres Scholastici id aperte declarârunt; ita S. *Thomas* scribit[1] : "Consensus expressus per verba de praesenti, inter personas legitimas ad contrahendum, matrimonium facit...; alia autem omnia sunt de sollemnitate sacramenti... Et ideo sacerdotis benediétio non requiritur in matrimonio, quasi de essentiâ sacramenti ". Idem docuerunt S. *Bonaventura* aliique theologi usque ad sæc. XVI.

(C) *Ecclesiæ praxi et declarationibus,* (a) *Tridentinum* declaravit *rata et vera* fuisse matrimonia clandestina, i. e., absque præsentià sacerdotis contraria, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit[3]. Atqui ex usu loquendi ecclesiastico matrimonium *ratum* idem est ac *sacramentum* matrimonii[4]. (b) Aliunde, proposito dubio utrum matrimonia tempore gallicæ perturbationis peraéla, absque sacerdotis præsentià, revalidanda essent, Congregatio pro negotiis Ecclesiæ gallicanæ deputata respondit (22 apr. 1792) "hujusmodi *benedictionem ad validitatem minime pertinere* ".

(D) *Rat. theol.* Ex dictis in præcedente thesi, contraétus matrimonialis inseparabilis est, immo non realiter distinguitur ab ipso sacramento, proindeque illi vere conficiunt sacramentum qui contraétum perficiunt.

Principia ad solvendas difficultates, (a) Aliquando, in antiquis documentis, matrimonia, sine præsentià Sacerdotis celebrata, illicita, aut aliquando illegitima dicebantur, quia contra leges Ecclesiæ contrahebantur, sed ex hoc minime sequitur eadem invalida fuisse, (b) Iterum quidam benedictioni sacerdotali tribuunt virtutem *sacramentalem,* sed, inspeCto contextu, sensus est hujusmodi benedictionem esse quoddam sacramentale. (c) Nonnunquam asseritur matrimonium, absque illà benediétione, non esse veri nominis sacramentum, quia contrahentes, legem Ecclesiæ violantes, gratiam sacramenti non recipiebant. Horum principiorum ope, præcipuæ difficultates solvi queunt : si quæ autem supersint audoritates contra nostram thesim, vim decisionum Ecclesiæ infringere non possunt.

[*] *Suppi.,* q. 45, a. 5. — [1] *In IV Sent.,* dist. 28, q. 5.

[3] Sess. XXIV, de Ref. Matrim., c. 1.

[4] Ita declaravit Innocentius, *Decretal.,* l. IV, tit. 19, c. 7, Denz. Bann., 406 (351).

III. De MATERIA ET FORMA.

963. Materiam sacramenti Matrimonii sitam esse in ipso contraétu omnes theologi tenent

Nonnulli autem, cum *Meldtiore Cano,* putârunt formam in benedictione sacerdotis reponendam esse : quæ quidem opinio ex jam dictis confutata manet. Est igitur *communis* et *certa* doCtrina *materiam etformam in ipso matrimoniali contraftu* repositam esse.

964. Hoc autem diverso modo explicatur.

(A) Quidam, cum *Navarro,* dixerunt consensum internum esse materiam, formam autem consistere in signis extemis quæ consensum exprimunt; quod admitti nequit, nam materia debet esse aliquo modo sensibilis, independenter a formâ.

(B) Alii tenuerunt, cum *Vasquez,* corpora contrahentium seu dominium in ea esse materiam, formam autem verbis consensum significantibus constitui. Admittimus quidem dominium in corpora esse materiam *circa quam* versatur sacramentum, sed negamus illud esse materiam *ex quâ* constat sacramentum; nam tale dominium nullo modo gratiam significat, nec constituit ipsum matrimonialem contraélum, in quo tamen consistit sacramentum.

(C) *Communis* igitur sententia in praxi *tenenda* docet *materiam* proprie diCtam et vere sacramentalem esse *consensum,* quatenus reciprocam corporum *traditionem* exprimit, *formam* autem esse eumdem *consensum,* quatenus mutuam eorum *acceptationem* significat, (a) Quod imprimis declaravit *Benedicius XIV*[1] : " Legitimus contraétus materia insimul ac forma est sacramenti Matrimonii; mutua nempe ac legitima corporum traditio verbis ac nutibus interiorem assensum exprimentibus, materia, et mutua pariter ac legitima corporum acceptatio, forma ". (b) *Ratione* confirmatur : mutua enim traditio est quid *determinabile* tantum, cùm sit solum inchoatio contraéiûs : corporum autem acceptatio est quid *determinans*, cùm contraétum compleat eumque efficacem reddat

Objiciunt quidam contraélum matrimonialem non esse materiam et formam hujus sacramenti, quia gratiam minime significat. Sed immerito; nam hujusmodi contraétus significat unionem Christi cum Ecclesiâ, quæ est veluti fons ac causa gratiæ huic sacramento

[1] Decret. Ep. *ad Avchiep. Goanum,* 19 mart. 1758.

propriæ, proindeque ipsam gratiam quibus conjuges ipsi sanctificantur; sed insuper consensus iile direéte etiam repræsentat spiritualem illam animorum unionem quæ est una e praecipuis gratiis huic sacramento annexis.

965. Corollaria. (A) Matrimonium est contraélus sui generis, speciales characteres prae se ferens; siquidem est : (a) *naturalis,* quatenus naturali hominum inclinatione fundatur, et ad bonum naturæ ordinatur, scilicet humani generis propagationem et educationem; (b) *sacer,* cùm a Deo fuerit institutus et significet unionem Christi cum Ecclesiâ; (c) *sacramentalis,* cùm ad dignitatem sacramenti eveCtus fuerit; (d) *ecclesiasticus,* quatenus ad bonum Ecclesiæ ordinatur, et multis legibus Ecclesiæ regitur; (e) *civilis,* utpote tendens ad bonum reipublicæ, et in quibusdam accessoriis potestati civili obnoxius.

966.(B) Matrimonium inter *Infideles* non est sacramentum, cùm Baptismus sit janua omnium sacramentorum, ita ut nullum a non baptizatis valide recipi valeat. Attamen eorum connubia valida sunt ut contraChis naturalis. *Hæretici* autem, qui valide baptizati sunt, et legitime contrahunt, sacramentum Matrimonii valide accipiunt, etiamsi ignorent vel negent hujus sacramenti existentiam.

967. Quæstiones disputatæ. Quæritur : (A) nùm matrimonium a non baptizatis contraétum fiat sacramentum, si uterque conjux postea baptizatus fuerit, (a) Quidam *negant,* inter quos *Vasquez, Salmanticenses, Carrière* ;[1]etc., quia res semel donata non potest de novo valide donari, cùm non sit amplius sub potestate donatoris. Alii autem communius et probabilius *affirmant* cum *Sanchez, Bellarmino, Perrone* aliisque[*] : vel quia renovatur consensus, saltem implicite, in ordine ad firmiorem indissolubilitatem; vel potius quia sola ratio cur contraélus non fuerit simul sacramentum, est quia contrahentibus Christianus charaéter deerat; statim igitur ac Baptismi charaéterem recipiunt, obex removetur, ac contraélus fit sacramentum, quin renovetur ullo modo consensus.

(b) Nùm matrimonium validum *fidelis cum infideli* sit sacramentum. Multi *negant,* ut *Sanchez, Billuart, Theologi Wirceburgenses*[3],

1 Salmantic., c. 3, n. 82; Carrière, n. 150.

* Sanchez, l. II, disp. IX, n. 5;Wirceburgenses, η. 285; Benedictus XIV, *de Synodo diaces.,* l. VIII, c. 13, η. 8; de Augustinis, a. 5.

3 Sanchez, l. II, disp. VIII, n. 2; Billuart, d. I, a. 5, pet. 7; Wirceburg

quia sicut ad contraélum requiruntur essentialiter duo habiles ad contrahendum, ita ad sacramentum quod cum contraéhi identificatur, requiruntur duo habiles ad consensum sacramentalem praestandum. Alii autem, et quidem probabiliter, *affirmant* matrimonium hujusmodi esse sacramentum in parte fideli; ita *Salmanticenses., Tournely, Perrone* [*], etc. Etenim, quamvis res a Dei voluntate pendeat,£x *se* tamen nil prohibet quin unum idemque sacramentum sit validum in uno qui nullo impedimento laborat, invalidum autem in altero qui sacramenti est incapax. Cùm enim matrimonium ut sacramentum possit esse *frufluosum* pro uno tantum conjugum reéte disposito, ita potest esse *validum* pro uno tantum capaci ; eo magis qubd fuisset durissimum Christianis mulieribus quæ prioribus sæculis ethnicos in matrimonium ducere debebant, privari gratiâ sacramentali ipsis tam necessarii.

§ III. De effectibus sacramenti.

968. Cùm Matrimonium sit unum ex sacramentis N. Legis, gratiam habitualem producit *ex opere operato,* ut definitum est a *Trident.* [*] : " Si quis dixerit matrimonium non esse vere et proprie unum ex septem legis evangelicae sacramentis, a Christo Domino institutum... *neque gratiam*

Gratia autem, quam confert, non est prima, sed *secunda,* cùm, teste *Tridentino* [3], institutum fuerit non ad peccata remittenda, sed ad sanctificandos conjuges. Praeterea gratia huic sacramento propria consistit in jure ad accipiendas, tempore opportuno, gratias aCtuales Christianis conjugibus ad sua officia rite adimplenda necessarias, scilicet : 1° ad Christianam prolis procreationem et educationem ; 2° ad mutuum amorem et vitæ consortium; 3° ad concupiscentiam coercendam.

1° *Ad christianam prolis procreationem et educationem.* Confertur siquidem gratia : (a) ad quaerendum in matrimonio *prolis bonum* potius quam voluptatem, juxta exemplum pii Tobiae qui dicebat : " Et nunc, Domine, tu scis quia non luxuriae causâ accipio sororem meam conjugem, sed solâ posteritatis dileétione, in quâ benedicatur nomen tuum in

[*] Salmantic., cap. III, η. 82; Tournely, q. II, a. 2, ed. Veneta. 1739, p. 45.
[’] Sess. XXIV, c. i, Denz.-Bann,. 971 (847).
[1] Denz.-Bann., 969 (846).

sæcula sæculorum ” ;* (b) ad *filios sanfle educandos,* qui sint non solum terrestri patriæ utiles, sed etiam fideles Ecclesiæ cives, regnique cælestis candidati; nam, ut ait *Léo XIII* : “ In liberis tuendis atque ad virtutem potissimum informandis omnes parentum curas cogitationesque evigilare necesse est : *Patres, educate illos in disciplina et correptione Domini"^;* et addit hæc officia, “ ob virtutem quæ sacramento percipitur ”, non modo tolerabilia, sed jucunda fieri.

2° *Ad castum amorem fovendum;* siquidem sacramentalis gratia potenter efficit ut vir uxorem suam diligat sicut Christus Ecclesiam, et uxor viro subdita sit sicut Ecclesia Christo, amboque alacrius mutuas infirmitates mutuosque defeétus perferant et sibi mutuo condonent, immo assiduum præsidium alter alteri præstet.

3° *Ad concupiscentiam moderandam;* gratiâ enim sacramenti adjuti, christiani conjuges libidinis impetus cohibere valent, adulterinos amores sedulo vitant, caste juribus suis utuntur : sicut enim “ Christus dilexit Ecclesiam et seipsum tradidit pro eâ ut illam sanctificaret ” 4, ita vir christianus casto amore uxorem prosequitur, et uxor virum, ita ut ex illâ mutuâ dileétione sanétiores evadant

Attamen, ut Matrimonii sacramentum præfatos operetur effeétus, recipi debet cum reétâ intentione et statu gratiæ. Pastores igitur tum privatim tum publice adolescentes hortentur ut non sine sufficientibus dispositionibus accedant ad sacramentum.

§ IV. De potestate leges ferendi circa MATRIMONIUM 5.

969. Cùm matrimonii contractus ad dignitatem sacramenti fuerit evectus, eo ipso Ecclesiæ potestati subjicitur.

1 7W.>VIII, 9. — ’ *Encycl. Arcanum.* — 3 4.— * *Ephes. jV** 25-26.

s S. Thom., *Quodlibet.* V, a. 15; Bellarminus, c. 32; Sanchez, l. VII, disp. III; Drouin, l. IX, q. VI, c. i ; Billuart, diss. VI, a. 2-3; Carrière, p. III, sect II, c. 2, n. 520 sq. cum emendationibus in 6a ed. *Compendii* insertis, n. 130 sq.; Perrone, l. II; Heuser, *De potestate statuendi impedimenta dirimentia..* 1853» Palmieri, th. 28 sq. ; Roskovany, *De Matrimonio in Ecclesià catholicâ potestati ecclesiastica sub]efto,* 1887; de Angelis, *Pralect. juris can.*, tom. III, p. I, p. 245η.; Cavagnis, *Institut, juris ℘ubl.* 4a ed., l. V, n. 184 sq.; Billot, th. 47-48; A. de Smet, n. 409-448; Paoli, *Etude sur les origines et la nature du mariage civile* Paris, 1890; R. Lemaire, *Le Mariage*

Hanc tamen Ecclesiæ auéloritatem negârunt non solum *Novatores,* qui matrimonium tenebant *sacramentum non esse,* sed etiam *M. A. de Dominis, Launoy, Regalistce* non pauci, necnon *Jansenista.* qui Synodo Pistoriensi (1786) adfuerunt : isti siquidem docere non erubuerunt potestatem leges ferendi circa Christianum matrimonium, præsertim ad dirimenda matrimonia, pertinere ad solos principes sæculares, non vero ad Ecclesiam, nisi forte ex principum indulgentiâ. Præterea catholici auélores non pauci, præsertim in Galliâ, putârunt potestatem impedimenta dirimentia statuendi non solum Ecclesiæ, sed etiam principibus competere, quia matrimonium est contraétus tum civilis tum ecclesiasticus. Quæ tamen opinio hodie, post repetitas S. Sedis declarationes, admitti nequit. Quid Ecclesia, quid potestas civilis de matrimonio possit decernere sequentes propositiones declarabunt.

970. *Thesis ia :* Ecclesia potestatem habet statuendi jure proprio impedimenta matrimonium fidelium dirimentia, et judicandi causas matrimoniales quæ matrimonii vinculum respiciunt. *De fide* est ex *Tridentino* [1] : " Si quis dixerit Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in iis constituendis errâsse, A. S. — Si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad judices ecclesiasticos, A. S. "

Jamvero hujusmodi canones dogmatici sunt, quidquid in contrarium pauci dixerint; hic enim agitur de re non disciplinari, sed ad fidem speélante, scilicet de ipsâ potestate Ecclesiæ et de ejus infallibilitate in exercitio hujus juris. Præterea hanc potestatem Ecclesiæ inesse *jure proprio,* non autem ex concessione Principum, colligitur ex damnatione propositionis Synodi Pistoriensis, in quâ oppositus error propugnabatur : talis enim propositio ut *Tridentino contraria* et ex *hcereticali principio* profeéta, reprobata fuit [2].

971.(A) *Praxi Ecclesiæ.* Christus ipse legem indissolubilitatis, juri romano contrariam, statuerat ; Paulus *privilegium fidei,* supra, n. 927, promulgaverat. Horum vestigiis inhaerens, Ecclesia *proprio jure* varia de matrimonio condidit statuta ; præsertim impedimenta dirimentia, et, datâ occasione, de causis matrimonialibus quoad ipsum *vinculum* judicavit.

civit, 2a ed., Paris, 1904; Basdevant, *Des rapports de VEglise et de ГÉtal dans la législation du Mariage,* Paris, 1900.

[2] Sess. XXIV, can. 4, *12.*

[1] Ap. Denzing., 1559'1560 (1422-23).

(a) Imprimis antiquissima est Ecclesiæ lex, vi cujus matrimonia virginum quæ sollemniter suam virginitatem Deo voverant, non solum illicita sed etiam invalida habita sunt; ita, v. g., *Gelasius 1* ‡cribit : "Virginibus autem sacris temere se quosdam sociare cognovimus, et post dicatum Deo propositum *incesta fœdera* et sacrilega miscere". Pono hujusmodi lex ex nullo civili Codice desumpta est; ergo ab ipsà Ecclesiâ *jure proprio* lata fuit, (b) Concil. *Neocasariense* (314), can. 2, statuit' : " Femina, si duobus fratribus nupserit, extrudatur usque ad mortem. Sed in morte, propter humanitatem, si dixerit quod, ubi convaluerit, *solvet matrimonium,* habebit pœnitentiam quibus verbis supponitur matrimonium de quo agitur tanquam nullum habitum fuisse. Jamvero hoc impedimentum a lege civili non fuit mutuatum, cùm hæc nonnisi an. 355 idem statuerit[3], (c) Synodus *Matisconensis* (5S5), can. 16, declaravit irrita esse matrimonia a viduis clericorum contraéla : " uxor subdiaconi, exorcistæ vel acolythi, mortuo illo, secundo se non audeat sociare matrimonio"; quod in nullâ civili lege reperitur. (d) Tandem in *Tridentino,* oratores Regis Galliarum petierunt ut matrimonia clandestina, et connubia sine parentum consensu contraria, irrita declararentur : prius fuit concessum, posterius autem negatum; quod quidem luculenter probat auéioritatem Ecclesiæ in condendis impedimentis fuisse penitus agnitam, et quidem a jure principum independentem.

Quod argumentum sic breviter contrahit *Leo XIII (Arcanum) :* " Quæ (Ecclesia) potestatem in conjugia Christianorum, omni cum tempore tum loco, exercuit, atque ita exercuit, ut illam *propriam* ejus esse appareret, nec hominum concessu quæsitam, sed au&oris sui voluntate divinitus adeptam... Nemo ignorat quam multa de impedimentis ligaminis, voti, disparitatis cultûs, consanguinitatis, criminis, publicæ honestatis in conciliis Illiberitano, Arelatensi, Chalcedonensi, Milevitano **II**[4] aliisque, fuerint ab Ecclesiæ præsulibus constituta, quæ a decretis jure imperatorio sancitis longe sæpe distarent. Quin tantum abfuit ut viri principes sibi adsciscerent in matrimonia Christiana potestatem, ut potius eam, quanta est, penes Ecclesiam esse agnoscerent et declararent. Revera Honorius, Theodosius junior, Justinianus *(Navel.* 137) fateri non dubitarunt, in iis rebus, quæ nuptias attingunt, non amplius quam custodibus et defensoribus sacrorum canonum sibi licere. Et de connubiorum impedimentis, si quid per ediéta sanxerunt, causam docuerunt non inviti, nimirum, id sibi sumpsisse ex Ecclesiæ permissu atque auéloritate ".

* *Ep.* ad Episcopos Lucaniæ, c. 20, *P. L.,* LIX, 54.
• Ap. Bruns, t. I, p. 71.
3 *Cod. Theod.,* 1. **III,** tit. 12, *Etsi licitum.*
4 D'Agnirre, *Cone. Hisp.,* tom. I, can. 13, 15-17; Harduin, *Act. Coneil.*

972. (B) *Rat. Theol.* Matrimonium, inter Christianos celebratum, est sacramentum; atqui sacramentum est quid omnino sacrum, quod civilis auéloritatis potestatem transcendit, solique Ecclesiæ potestati subjacet. Ergo et ipse contraélus, indivulse cum sacramento connexus, et ad dignitatem sacramenti eveétus, eo ipso ab auctoritate civili subtrahitur, quippe quæ circa res sacras nihil valeat : " Igitur cùm matrimonium sit suâ vi, suâ naturâ, suâ sponte sacrum consentaneum est ut regatur ac temperetur non principum imperio, sed divinâ auétoritate Ecclesiæ, quæ rerum sacrarum sola habet magisterium " \

973. *Thesis 2a :* Potestas civilis non potest leges statuere matrimonii fidelium vinculum respicientes, sed solum circa effectus temporales et separabiles contractûs. *Certum est,* ex *Codice,* can. 1016.

Ad quod intelligendum, notare juvat effeCtus matrimonii temporales duplicis esse generis, alios ab ipso contraélu inseparabiles, v. g., mutua jura et officia conjugum quoad torum et habitationem, prolis legitimitatem; alios autem ab ipsâ substantiâ contraélûs separabiles, v. g., dotem, donationes propter nuptias, hereditariam successionem, etc.

(A) *Prius* probatur : (a) *Ecclesiæ praxi :* Ecclesia enim nunquam hanc potestatem in principibus agnovit, sed nullam vim habere censuit leges civiles circa matrimonii vinculum.

Ita *Gregorius M.* conjugia consobrinorum a principibus permissa reprobavit; *Benedidlus XIV*', loquendo de lege, quâ Theodosius prohibuerat matrimonia Judæorum cum Christianis, ait : " Hæc lex, utpote a laico principe condita, nullam habere vim in matrimoniis debet"; item *Urbanus VIII* ac *Pius VII*3 declarârunt legem civilem, irritantem matrimonia sine consensu parentum inita, in foro conscientiae vim non habere.

(b) *Auctoritate RR. Pontificum,* imprimis *Pii VI* " Dogma est fidei ut matrimonium quod ante adventum Christi nihil aliud erat nisi indissolubilis quidam contraéhis, illud, post Christi adventum, evaserit unum ex septem legis

1 Leo XIII, l. c. — * *Litt,* ad Card. Eboracensem, 9 febr. 1749.
3 *Litt.* ad Napoleonem, 27 jun. 1805.
4 *Brcv.* ad Episc. Motulensem, 16 Sept. 1788. Cfr. *Codex, c.* 1016.

Evangelicæ sacramentis... Hinc fit ut ad *solam Ecclesiam,* cui tota de sacramentis est cura concredita, jus omne ac potestas pertineat suam adsignandi formam huic contraéhii ad sublimiorem sacramenti dignitatem eveéto, ac proinde de matrimoniorum validitate aut invaliditate sententiam ferre ". Ibidem illos confutat qui dicunt canonem Tridentinum (supra, n. 970) non dicere *solos* judices ecclesiasticos, aut *omnes* causas matrimoniales : " Verba enim canonis ita generalia sunt, omnes ut causas comprehendant et complectantur; spiritus vero sive ratio legis adeo late patet, ut nullum exceptioni aut limitationi locum relinquat ".

(c) *Rat. theol.* Matrimonium enim, ut recte ait *Pius Vfi* non est contraélus mere civilis aut naturalis, sed unum ex septem sacramentis; atqui sola Ecclesia, vi potestatis ipsi divinitus concreditae, de sacramentis leges ferre valet.

Objiciunt quidam *politici* in societatibus hodiernis, quæ sunt mixtæ religionis, potestatem civilem leges condere debere circa ipsam essentiam matrimonii, ut sic pro omnibus civibus uniformitas servetur.

Resp. Ad hanc uniformitatem servandam, sufficit ut Status *conditiones et effeclus civiles,* ex contraélu matrimoniali orientes, determinet Sed ipsa conscientiæ libertas postulat, ut in societatibus mixtis nulla lex feratur de *ipso vinculo* matrimoniali : cùm enim non eadem sint hâc de re variarum spiritualium societatum statuta, ex quâcumque civili lege circa vinculum fieret ut nonnulli cives tanquam invalidum tenerentur habere matrimonium quod secundum suam conscientiam validum est, vel vice versâ.

974. (B) *Posterius* declaratur et probatur, videlicet potestas civilis potest leges statuere circa *effetius temporales ac separabiles matrimonii,* v. g., dotes, hereditates ac generatim possessiones bonorum temporalium quæ e maritali contraélu sequuntur. Ratio est quia ex unâ parte hæc non afficiunt substantiam contraéiûs, sed sunt ipsi accessoria, et ex alterâ potestas civilis determinare potest circa res hujusmodi quidquid bonum publicum requirit

(a) Potest prohibere, non quidem sub poena nullitatis, sed sub aliis poenis, v. g., mulétis pecuniariis, amissione jurium civilium, ne matrimonia fiant nisi servatis conditionibus quas bonum publicum exigit, v. g., ne minores contrahant absque parentum consensu, ne milites uxorem ducant nisi de veniâ auéloritatis militaris, etc.
(b) Valet etiam connubiis a se vetitis denegare recognitionem non·

nullorum efleétuum civilium, v. g., recognitionem dotis, juris succedendi in privilegiis patris, ubi talia agnoscuntur privilegia, etc. (c) Jus pariter habet *registrandi* matrimonia atque considerandi hanc registrationem ut legalem probationem existentiæ supradiôti matrimonii, quamvis ex aequitate receptum sit hanc probationem per æquipollentem suppleri posse, si legalis deficiat.

Disputatur tamen inter theologos num Status denegare possit filiis genitis ex matrimoniis in se validis, sed lege civili prohibitis, civilem legitimitatem et jus successionis in paternam hereditatem intestatam. Ratio dubitandi est quia hæc duo jura sunt partim a naturâ, partim a jure civili. Communius asseritur Statum id valere non posse quoad *legitimitatem* quæ ex ipsâ validitate matrimonii defluit. Omnes aliunde agnoscunt denegationem horum jurium insipientem et crudelem esse, cùm sint aliæ pœnæ magis efficaces ad ea conjugia impedienda, nec expediat punire in filiis deliéta parentum

Corollarium de jure auctoritatis civilis in matrimonium infidelium.

975. Nonnulli theologi putant Statum non habere potestatem leges ferendi de matrimoniis *infidelium,* quia hæc, licet sint merus contraétus, aliquid religiosi præ se ferunt, et aliunde valde timendum est ne Status, si ipsi concedatur hujusmodi potestas, justos limites transgrediatur atque familiæ religionisque sanétuarium invadat'.

Communis tamen sententia tenet hanc potestatem principi saeculari competere, ita ut possit ad bonum commune impedimenta dirimentia statuere, (a) Hoc enim aperte declaratum est a 5. *C. de Propaganda Fide* in Instruôlione quæ anno 1821 edita fuit[3] : "Licet inter infideles verum sit matrimonium, illud tamen ad naturæ et communitatis officium referri tantummodo potest, ac proinde a jure naturali et civili plane est moderandum. *Sequitur hinc principes sœculares, sive fideles sive infideles, plenissimam potestatem retinere in matrimonia subditorum infidelium, ut scilicet appositis impedimentis, quce* ***juri*** *naturali ac divino adversa non sint, eadem non solum quoad civiles effetius, sed etiam quoad conjugale vinculum penitus rescindant".* Quod etiam confirmatum est pluribus decisionibus 5. *C. P. F.* et 5. *Ojfficii.*

(b) Ea enim omnia determinare possunt principes quæ ad commune bonum civilis societatis pertinent, dummodo res de quâ

* Cf. de Angelis, *op. cit.,* p. 43 sq. ; Palmieri, th. 31.

• Ita Perrone, *De Matrirn.,* II, 439 sq.; Feije, *de Impedimentis,* n. 67.

« *Collectanea* », n. 744 (1447) cum nota. Cfr. Resemans, *De competentid civili in vinculum conjugale infidelium,* Romæ, 1887; Cavagnis, l. c., η. I85; Gasparri, *op. cit.,* n. 287 sq.; Sasse, II, p. 470; Wernz-Vidal, n. 67-73.

agitur, utpote sacra, ab eorum auftoritate subtraéta non fuerit. Atqui maxime interest societatis civilis ut certa existât norma au&orilate publica constituta, secundum quam matrimonia rite contrahantur; lege enim naturæ hoc satis non fuit determinatum in certis adjundis. Aliunde matrimonium paganorum, licet in quibusdam regionibus aliquo ritu religioso accidentaliter consecretur, non est tamen sacramentum, neque a Christo auôioritati Ecclesiæ fuit subjeélum, cùm Ecclesia nullum jus sibi vindicet direélum in hujusmodi matrimonia. Ergo potestas civilis hâc de re leges ferre valet. Nec sane jus principum denegari potest, quia eo abuti possunt; secus enim, quot jura intaéla manerent? Nec sapientiores esse debemus quam ipsæ Romanæ Congregationes.

Tra&atum *de Matrimonio* his *Leonis* ***XIII*** verbis [1] concludimus : " Quæ cum ita sint, omnes gubernatores administratoresque rerum publicarum, si rationem sequi, si sapientiam, si ipsam populorum utilitatem voluissent, malle debuerant sacras de matrimonio leges intaélas manere, oblatumque Ecclesiæ adjumentum in tutelam morum prosperitatemque familiarum adhibere, quam ipsam vocare Ecclesiam in suspicionem inimicitiae, et in falsam atque iniquam violati juris civilis insimulationem ",

[1] EncycL *Arcanum.*

Inùej: Herum

De Hænitentiâ

Auctores consulendi — — — — i8
Decreta et Canones — — — — 20
Objectum Tractatûs — — — —
Prænotanda de actu et virtute Pœnitentiæ
Genuina pœnitentiæ notio . 21
Falsa protestandum notio . 21
Necessitas pœnitentiæ. 24
Divisio Tractatûs — — — — 43

CAP. I. De potestate clavium.

Art. I. De ipsâ potestate clavium Ecclesiæ collatâ 47
Status **quæstionis**..... 47
Thesis catholica Scripturâ probatur 47
Traditione **demonstratur**.....
Appendix de antiquâ pœnitentiali disciplina.

Art. II. De ministro potestatis clavium
De potestate ordinis requisita — — — — 53
De potestate jurisdictionis.....

CAP. IL De pœnitentis actibus.

Art. I. De confessione peccatorum 53
Status quæstionis — — — — — 53
Confessionis sacramentalis institutio et necessitas ex Scripturâ infertur — — — — — — — 57
Eadem Traditione **probatur**..... 59
Confessio secreta etiam ab initio in usu fuit. 68
Confessionis utilitas ratione ostenditur.

Art. IL De contritione pro peccatis . 73
Ejus natura et necessitas 73
Contritionis efficacia sine absolutione . 77
Attritionis sufficientia cum absolutione. 79
Veræ attritionis honestas et utilitas 83

Art. III. De satisfactione pro peccatis
Ejus necessitas etiam post remissa peccata . 86
Pœnitentes possunt tamen absolvi antequam satisfactionem impleverint 90

CAP. III. De ipso sacramento Pœnitentiæ.

Art. I. Ejus existentia probatur 92
Art. II. Ejus elementa constitutiva declarantur 94
Tres pœnitentis actus sunt quasi-materia 96
Forma sui.c verba absolutionis 98
Speciatim de formâ conditionatâ 100
Art. III. Effectus sacramenti exponuntur. 102
Remissio peccatorum mortalium 103
Remissio pœnæ peccato debitæ 104
Meritorum reviviscentia
Remissio peccati venialis 107
Comparatio inter *virtutem* et *sacramentum* Pœnitentiæ 109
Appendix de Indulgentiis

De ifiatrimonto

Auctores consulendi .
Decreta et Canones .
Prænotanda : matrimonii notio . 119

CAP. I. De Matrimonio ut contractu.

Art. I. De natura matrimonialis contractus 122
Matrimonium est contractus stabilis ad constituendam familiam aptus 122
Essentia hujus contractûs consistit in consensu 13°
Art. II. De proprietatibus matrimonii. 132
De matrimonii unitate. 132
De polygamiâ simultaneâ 133
De polygamiâ successiva
De matrimonii indissolubilitate . 139
De indissolubilitate ex jure naturali . 140
De indissolubilitate ex jure divino sub *Antiquâ* Lege . 148
De eâdem indissolubilitate sub *Nova* Lege .
De privilegio Paulino 155
De dissolutione matrimonii rati et non consummati 161
Corollaria : matrimonii honestas . 164
Virginitatis præstantia

CAP. II. De Matrimonio ut sacramento.

§ I. *Existentia sacramenti matrimonii* 169
Scripturâ innuitur 170
Traditione probatur 173
§ II. *Natura hujus sacramenti* 178
Inter christianos contractus inseparabilis est a sacramento. 179
Ministri sunt ipsi contrahentes 181
Materia et forma in contractu consistunt . . . 183
§ III. *De effectibus sacramenti* 185
§ IV. *De potestate legesferendi circa matrimonium.* . 186
Corollarium de jure auctoritatis civilis in matrimonio infidelium 191

Imprimé par la Société S. Jean l'Évangéliste, Desclée ft Cie, Tournai (Belg.). — 2926